Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Catalogvs testium ueritatis, : qui ante nostram aetatem Pontifici Romano, eiu?sque erroribus reclamarunt: iam denuo? longe? qua?m antea, & emendatior & auctior editus. Opus uaria rerum, hoc praesertim tempore scitu dignissimarum, cognitione refertum, ac lectu cumprimis utile atq[ue] necessarium: in quo praeter alia multi utiles libelli, multae etiã[m] historiae proferuntur, quarum pleraeq[ue] nusquam alibi extant. Appendici quoq[ue] ad calcem adiecto, inserta est Vera Demonstratio, Quòd electio Praesulum & Episcoporum non ad Ecclesiasticos solum, sed & ad Laicos, ut uocant, pertineat: quodq[ue] hi, hoc iure Electionis iam inde usq[ue] a? Christi temporibus ad Annos 1500 sint usi. Cum praefatione Mathiae Flacii Illyrici, qua Operis huius & ratio & usus exponitur. Acceßit & Rerum atq[ue] uerborum toto Opere memorabilium copiosus Index.

https://hdl.handle.net/1874/430529

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

H. fol.
250

33



Historia Ecclesiastica

Folio nº. 250.

N° 83. S.

H. fo 250

CATALOGVS TESTIVM VERITATIS, QVI ANTE NOSTRAM ÆTATEM PONTIFICI ROMANO, EIVSQVE ERRORIBVS RECLAMARVNT: IAM DENVÒ LONGÈ QVÀM ANTEA, & emendatior & auctior editus.

Opus uaria rerum, hoc præsertim tempore scitu dignissimarum, cognitione refertum, ac lectu cumprimis utile atq; necessarium: in quo, præter alia, multi utiles libelli, multæ etiã historiæ proferuntur, quarum pleræq; nusquam alibi extant.

APPENDICI quoq; ad calcem adiecto, inserta est Vera Demonstratio, Quòd electio Præsulum & Episcoporum non ad Ecclesiasticos solum, sed & ad Laicos, ut uocant, pertineat: quodq; hi, hoc iure Electionis iam inde usq; à Christi temporibus ad Annos 1500 sint usi.

Cum Præfatione MATHIAE FLACII Illyrici, qua Operis huius & ratio & usus exponitur.

Accessit & Rerum atq; uerborum toto Opere memorabilium copiosus INDEX.

Ex Donatione Hub. à Brieres.

3. REG. 19. ROM. 11.

Reliqua mihi ipsi feci septem millia uirorum, qui non incuruarunt genu imagini Baal.

ARGENTINAE,
1562.

AMPLISSIMIS ET PRVDENTISSIMIS VIRIS, CONSVLIBVS, SENATVI, ET RELIQVAE DEI Ecclesiae, inclytae urbis Lubecensis, perpetuam sinceraeque ueritatis Domini conseruationem optat Math. Fl. Illyricus.

PRæclarè definit Aristoteles ciuitatem, quòd sit cœtus hominum, ex diuersis uitæ generibus collectorũ, sibimet sufficiens ad cõmodè beatéq; uiuendum. Cui definitioni & communis sententia ac sermo hominum cõsentit, qui subinde integram iustęq; magnitudinis ciuitatẽ describentes dicere solent, Omnia ibi, quæ homini necessaria sint, reperiri haberiq; posse.

Ac sanè ista definitio & laus etiã ciuitatibus Germaniæ, quæ Líberæ uocantur & sunt, meritò attribui debet. Nam ibi plerunq; tanta est rerũ & artificum uarietas ac copia, cõfluentibus undiq; eò industrijs hominibus, pacis, iusticiæ, ac libertatis studio, tanquam bene constituta Politia: tantũ etiam studium gubernatorum in conquirendis necessarijs toti cœtu, rebus ac hominibus, ut uel in mediocri ciuitate reperias, quæ sæpe in integro Principatu consequi nequeas. Quæ sanè longè præclarissima Líberarum ciuitatum laus ac decus est.

Verùm Aristoteles & alij (ut Scriptura loquitur) terreni homines, sicut corpoream aut temporariam quandam beatitudinem sibi propositam habent: ita etiam carnalia solùm bona, organa ac cõmoda, ad eum finem consequendum in constituenda sua illa ciuitate aut politia conquirunt.

At CHRISTVS noster Rex, uerorũ ac futurorum bonorũ Ecclesiæ aut ciuitati suæ Hierusalem unicus author, sicut spiritualem fœlicitatem beatitudinem ue suis proponit, acquirit & parat: ita etiam spiritualia organa, media, adminicula & ministros eidem præparat, cœlitusq; largitur. Quare 1. Cor. 12. & in sequentibus capitibus, ac Ephes. quarto, uarij ministri, ac ueluti artifices, eorumq; opera recensentur, quos Christus sedens, ac potenter regnans, ad dexteram patris, benignissimè donat Ecclesiæ suæ, in eius ædificationem: quæ spiritualis constructio ac exædificatio præclarissimè ibidem depingitur.

Verè sanè dici posset, Christum hoc quoq; tempore instaurati Euãgelij ualde uarios ministros, dona ac opera ad perfectam absolutamq; exædificationẽ istius spiritualis ciuitatis, suis subditis largitum esse. Inter quæ mihi illa tria potissimùm adhuc deesse dudum uisa sunt: Nempe succincta quædam sacrarũ literarum expositio, aut (ut uulgò uocant) glossa, quę non abduceret sua prolixitate lectorem à sacris literis (quod pleríque Commentarij nunc uitij habent, dum nusquam non Locos cõmunes molesta repetitione inculcant, aut etiam in aliquas sibi blandientes cogitationes euagantur) sed ad eas tanq; mystagogus quidam adduceret. ea uerò deberet constare primùm indicatione summæ aut scopi totius scripti ac partium: deindè, distributione partium maiorum ac minorum: postremò, & singularum obscurarũ sententiarum, phrasium ac uerborum breui expositione. Secundò, separata & plena aliqua Hebrææ linguæ ac præsertim phrasium & uocum, quę suos idiotissimos etiam in alias linguas aduersiones transuehunt, illustratio, eruditis regulis comprehensa. Postremò accurata ac plena historia, quæ omniũ temporum inde à Christo nato formam Ecclesiæ & religionis plenè perfecteq; euolueret ac illustraret: ne quis nobis sub prætextu ignotæ antiquitatis, uel Papatum, uel alios errores & abusus obtrudere posset.

Hisce ego curis longo iam tempore sum sollicitatus & grauatus, sæpeq; à Deo ardentibus gemitibus, uotis ac precibus optaui, ut uel aliquod saltem horum beneficiorum per me, si non prorsus, conferre suæ Ecclesiæ, at saltem promouere uelit. Quod quidem ille supra omnem meam spem, ac penè etiam uotum, in Historia Ecclesiæ præstare cœpit: in quo illud quoq; planè mirabile manifestumq; diuini consilij ac præsentiæ indicium est, quòd licet ego primus & cogitauerim de eo tam præclaro conatu, & eius ideam delineauerim: tamẽ ille postea alios in id Opus suo spiritu excitauit, & ueluti in uineã messem uè suam immisit, qui omnia rectius ac plenius cogitauerint, constituerint, & nunc cum maxima eiusdem cœlestis patris benedictione in eadem uersentur: ut dubium non sit, hoc opus feliciter ad finem peruenturum, si modò necessarijs sumptibus non destituetur.

Pertinet porrò ad istam Historiam etiam illa, uel summis uiris maximè necessaria pars, ut ostendatur semper fuisse, etiam regnante potenter in ipso Dei templo Antichristo, septem piorum millia, qui genua Baali isti, aut abominandæ potius desolationi, non incuruarunt. De quo etiam ipsemet Helias suo tempore anxius dubitabat, cruciabaturq;.

Hanc igitur partem, conquisitis undiq; ex bibliothecis raris historijs, & uarijs scriptis actionibusq; ingenti labore, maximo sumptu, nec parua temporis iactura, deniq; etiam subeundo grauissima pericula, collegeram, ediderameq; ante complures annos: sed nunc multo auctiorem, emendatioremq; euulgo. Quod Opus cõmendarem Christiano lectori, si uel indigeret cõmendatione, uel me etiam facere eam deceret. Illud igitur solum dico, multas grauissimas ac utilissimas historias, & etiam integra scripta hic inserta esse, quę nusquam alioqui in impressis libris reperiantur, nec facilè aliunde quàm ex hoc ipso scripto reperiri queant.

Vt uerò hoc Opus ac cõmodum piorum satis benignè felicíq; conatu diuinitùs Ecclesiæ præstatur: ita, ut & in illis alijs duobus aliquid cum fratrib. meis promouere efficereq; possim, omnes boni pijq; Deum ardenter orabunt. Bona enim ibi quoq; spes me fouet ac consolatur, si modò piorum precibus apud Deum, ex quo fonte omnia bona profluunt, iuuabimur.

Verùm quemadmodum præclarè dicitur, non minorem esse uirtutẽ, quàm quærere, parta tueri: ideo nescio quomodo præcipuè cruciant & occupant me, alios q; sinceros ac fidei Christi doctores, istæ uariæ corruptelæ, errores, pessimi quorundam conatus, scandala & damna Ecclesiæ, quæ totam instauratam religionem ac Ecclesias uno impetu euertere conantur: quibusq; omni studio ac ratione resistendum ac repugnandum est, ut modò cœleste depositum integrum ac illæsum (ut id Deus per Lutherum aliaq; sua organa nobis cõmendauit) custodire, & posteris quoq; tradere queamus. Hinc fit, ut minus pro uoto in alijs præclaris ac salutaribus conatibus progredi queamus. Huc accedit quoq; ista horrenda & extremè detestanda hominum impietas, sacrilega ingratitudo, uel potius induratio ac subuersio, ut plerique uidentes uidere nolint, & audientes audire recusent, propalàm monstratos errores, & lupos ouilla uestitos, eorumq; refutationes: ut nisi quasi perpetuis scriptis, & ueluti clamoribus opportunè & importunè excitent & perturbent, nihil proficiatur. Quòd si una aut altera institutione cõtenti essent, & ubi semel errores agnouissent, magno zelo in ueritate permanẽtes ab illis abhorrerẽt, facilius profectò expeditiusq;, addo & fructuosius certamen contra seductores haberemus.

Vobis

Vobis uerò, Viri amplíss. prudentíssimíq́; hoc Opus maximo labore ac ſumptu confectũ, dedicare ob plures cauſas uolui, quarum nunc duas tantum recenſebo. Nam primùm, ſemper ſingulari quadam beneuolentia Liberas ciuitates, ob grauíſsimas rationes, ſum proſecutus: quòd in íjs ſolis omnes bonę ac neceſſariæ humano generi artes & artificia reperiantur, quòd ibi adhuc ius & æquabilis quædam libertas uigeat, quòd in illis potíſsimùm literís ac eruditioni locus honoſq́; habeatur: & denique, quòd illic honeſtas ac diſciplina adhuc aliqua ſuperſit. quę ingentia decora apud pleroſq́; Centauros ac potentes fermè prorſus abolita, extinctaq́; ſunt: ubi unius aut alterius ſuperbi, tyrannici, petulantis, aut rapacis Achitophelis arbitrio, reliqui mortales inſtar humi repentium uermiũ, uel graminis, aut etiam luti, pedibus proculcantur, neglecta omni humanitate, iure ac iuſticia.

Sæpe mihi, de Liberis Germaniæ ciuitatibus cogitanti, in mentem uenit illud laudatíſsimũ Lacedæmoniorum dictum, qui, ſtultè ac ſceleratè ſuadentibus alíjs Græcis, ut Athenæ, mater omnium bonarum artium, eruditionis, & recti æquiq́; reginiinis, funditùs delerentur: reſponderunt, Se non poſſe ferre ut alter oculus Græciæ effoderetur. Verè enim, Liberæ ciuitates oculi & ornamenta Germanię ſunt, ac (ſicut Xenophõ dicit) officinæ & FONTES bonorũ: ut ſi uſquã adhuc aliqua expetenda uita in hac uita eſt, ea profectò potíſsimùm in Liberis ciuitatibus reperiatur. Quas qui homines uel deletas, uel etiam oppreſſas, ſuaq́; libertate priuatas eſſe cupiunt: íj omnium ingratíſsimi, propriam patriam, ac ueluti matrem ipſam Germaniã exoculare, & in longè triſtíſsimam faciem redigere conantur.

Altera cauſa eſt, quòd non ſine ſingulari gaudio pectoris mei, & diuinæ bonitatis admiratione cerno, Deum omnino adhuc uelle in íſtis Saxonicis ciuitatibus ſibi aliquam Eccleſiam colligere, ac ueram doctrinam conſeruare. Quòd tum in præterita cribratione, tempore ardentíſsimæ perſecutionis Interim ac Adiaphororum, benignè fecit: tum & nunc denuò facit, cum alíj alíjs erroribus ac corruptelis, neglecta agnita, accepta, confeſſaq́; ueritate, temerè aſſentiuntur & applaudunt. Quibus tamen conſtanter Eccleſiæ, Doctores & Politiæ Saxonicæ editis ſcriptis & mandatis reſiſtunt.

Accipite igitur Viri eximíj hoc noſtrum Opus, animumq́;, benigno fauentiq́; pectore: & cùm alias omnes bonas utilesq́; artes liberales ac mechanicas, tum uerò pręſertim ueram ſinceramq́; pietatem omni ſtudio iuuate, fouete, ac promouete: uerbiq́; Dei & clauiũ caſtigationem patienter in timore eius ſuſcipite ac tolerate: ut & filius Dei à uobis hoſpitio ſuſceptus, uiciſsim & in hac & altera uita uos regat, protegat, ac felices beatoſq́; efficiat. Verè enim beatus ille eſt, ac erit, qui huic Domino ac potenti in prælio ſuas portas aperuerit, eum oſculatus fuerit, in eum confidet, ac illi in timore ac tremore ſeruiet. Sed econuerſò, uę illis, qui cõtrà frementes ac blaſphemantes, eius iugum à ſe excutere, & funes proijcere conabuntur. Eos enim ille in die iræ ſuæ, ut teſtacea uaſa, ferreo ſceptro horríbiliter concutiet & comminuet.

Dominus IESVS regat ſuo ſancto Spiritu uos, aliasq́; Saxoniæ honeſtíſsimas ciuitates, ad gloriam nominis ſui, ueritatis conſeruationem, & Eccleſiæ ſuæ utilitatem, miſericorditer: Amen. Ienæ, Calend. Ianuarij,

Anno Domini M D. LXII.

MATHIAS FLACIVS ILLYRICVS

Christiano Lectori æternam in Domino salutem.

INGENTI proculdubio mœrore, ac etiam tentatione concussus, afflictusq; fuit sanctus Dei uir Helias, Achabi regis Israelitici tẽpore, cũ oppresso extinctoq; uero Dei cultu, & pulsis, aut ad defectionem pertractis, compulsis'ue, uel etiam occisis plerisq; omnibus ueræ pietatis cultorib. idololatrici furores maximo cum Regis, Reginæ, & procerum applausu ac fauore per totum regnum uigerẽt. Contrà quoq; proculdubio seductores, eorumq; sectatores, non tantum læti, sed etiam confirmati ac constabiliti in suis erroribus, tanto omnium ordinum, præcipuè potentiorum in idololatrias consensu & studio, fuere. Quare Helias, licet omnibus, ijsq; excellentissimis uirtutibus ornatissimus, & spiritu Dei plenissimus: tamen tanta quasi conspiratione seu cõsensu ad idololatriam, ueluti animo uictus ac prostratus, mortem à Deo flagitat: siue, ne tam tetrum execrandumq; rerum statum spectare diutius cogatur: siue etiam, quia omnes suos labores, pericula, doctrinam, ac miracula irrita ac sine fructu abire sensit: siue deniq; ne etiam cum alijs in tanta tentatione & tenebrarum hora ac potestate in errorem abducatur. Verùm consolatur eum Deus, ac ut uiuere uelit, cõfirmat potissimùm ea ratione, quòd indicat, multa adhuc rectè & cum ipso sentientiũ millia superesse, quæ diuinitùs, ne in idololatriam consentirẽt, sint conseruata. Magna proculdubio in tanta afflictione, clade, & animi dolore fuit ea consolatio pientissimo Dei prophetæ, cũ & suos labores, certamina ac pericula frustra non fuisse, & tam multos adhuc pios unanimiter cum eo Deum ueramq; pietatẽ celebrare, certò cognouit. Talis tristissimus rerum status, ac (ut Christus eum uocat) hora potestatis tenebrarum, & cribratio, proculdubio sæpe in Ecclesia Dei accidit: sed tamen ea tentatio & consolatio potissimùm semel tantùm descripta est, non tam propter Heliam, quàm ad perpetuam Ecclesiæ Dei consolationem. Qua quidem consolatione sæpissimè pios sese confirmasse, solatosq; esse, dubium non est: sicut & de Paulo cap. Rom. 11. legimus. Nobis quoq; eadem consolatio hoc tristi tempore cum primis est utilis ac necessaria, quam quidem non solùm ex hac Heliæ historiola, Deiq; testimonio quærere ac petere debemus, sed & ex ipsa rerum experientia, omniumq; temporum historia. Nam Papistæ, de sacrarum literarum scuto ac testimonio diffisi, perpetuò nobis hoc fermè sophisma oggannunt: Vera Ecclesia ac religio sunt perpetua, falsæ uerò ecclesiæ & religiones subinde uariè mutantur & transformantur. Iam ex omnibus scriptoribus & historijs constat, nostram Ecclesiam & religionem, quæ à Romano pontifice dependet, esse ualde antiquam, diuturnam,

turnam, atq; adeò inde à Christi & Apostolorum temporib. originem habere, & ueluti per traducem ordinariam ue successionem propagatam esse. Vestra uerò noua est, nuper ante xxx annos à Luthero orta & instituta. Igitur nostra Ecclesia ac religio, hoc est, Romana, & non uestra, uera ac genuina est. Huic sophismati uerisimiles & admodum plausibiles amplificationes adijciunt, cum clamitant & importunè quærunt, an nos tot sanctis patribus sapientiores doctioresq; simus? an nos omnes illos damnemus? &c.

Nec aduersarij tantùm in suis scriptis sic sophisticantur, sed & Satan ipse haud rarò talia ignita, uenenataq; tela in corda conscientiamq; pusillorum Christi, magna ui contorquet. Hoc sophisma uerè quidem dissoluere atq; destruere est perfacile, nempe negata perpetuitate aduersariæ doctrinæ & Ecclesiæ, item nostræ nouitate. Verùm ut etiam uerisimiliter, ac cum approbatione & assensu auditorum retorqueatur, retundaturq;, est sanè perdifficile. Plerunq; enim accidit, uel quia Euangelium Christi uerè absconditum mundo mysterium est, uel, quia ueritas crebrò premitur durissimè, pauciores eam, & plures mendacium sequuntur: uel denique, quia non adeò, sicut plerunq; falsæ religiones (ut ita dicam) pomposa est, omniumq; sese oculis ostentat & ingerit: fit inquam ob hasce & plures consimiles causas, ut cum à Deo excitati doctores, ueram doctrinam, & in primis Euangelium Christi concionantur, contrariosq; errores insectantur, omnium fermè iudicio nouam quandam doctrinam ac prius inauditam afferre, & ueterem receptissimamq; oppugnare uideantur: maximoq; cum auditorum applausu, hoc nomine accusentur & damnentur.

Sic Prophetarum tempore contenderunt idololatræ, se in Bethel & alibi uelle ac debere sacrificare: ubi sanctissimi patres Abraham, Isaac, Iacob, & alij sacrificauerunt, & non Hierosolymæ tantùm: contenderunt item contra eosdem à Deo missos uiros, religionem potissimùm in sacrificiorum copia, ceremoniarumq; obseruatione consistere, non in cordis sincera pietate, multo minus in Messiæ uera cognitione. Nouum item ac planè blasphemũ uidebatur toti populo, cum prophetæ concionarentur, Deum euersurum esse gentem illam, ciuitatem ac templum: item Deum repudiatis Iudæis, gentiles pro suis complexurum. Sic & Christi ac Apostolorum tempore sese Pharisæi de Mose præceptore, deq; patrum uetustis sanctionibus & obseruationibus iactabant, proramq; & puppim, quod dicitur, salutis nostræ ueræq; religionis in assiduitate sacrificiorum, studio ceremoniarum, & mediocri disciplinæ seu honestioris uitæ cura ponebant: eamq; uetustissimam religionem esse, magno assensu multorum affirmabant. Contrà uerò Christum, qui traditiones patrum spernebat, ceremonias & sacrificia non magnifaciebat, deniq; totam pietatem in uera cordis ad Deum cõuersione, in morbi nostri Messiæq; medici soli-

da agnitione esse contendebat, nouitatis, blasphemiæ ac impietatis atrocissimè accusabant. Cum uerò ille de sua uetustate contenderet, ac diceret, suam doctrinam Mose uetustiorem esse, quin & ipsum Abrahamum sua opera ac merito, seu sui agnitione esse seruatum: tunc planè in furorem agebantur, lapidibusq; non iam argumentis cum eo certare, eumq; opprimere uolebant. Adeò illi & de suæ doctrinæ uetustate, & de Christi nouitate, certi sibi esse uidebantur.

Quare sicut tunc temporis Prophetis, Christo, Apostolis perdifficile, & fermè impossibile fuit, gloriationem uetustatis impiæ religioni ac doctoribus adimere, odiosamq; nouitatis maculam à sua doctrina amouere: ita nobis quoque iam est. Causæ uerò eæ sunt, quas suprà indicaui. Prima: quia plerunque ueritas multipliciter premitur, & quasi latitare cogitur. Secunda: quia pauci eam amplectuntur, paucioresq; uerè intelligunt. Ultima: quia non ita conspicitur, omniumq; oculos in se conuertit, sicut pontificia turba cum suis crucibus, triplicatis coronis, tam uarijs galeris, tam preciosis ornatibus, tam prodigiosis uestibus, & discoloribus cucullis, tantis boatuum ululatibus, tantis campanarum tonitruis, totque demum ac tantis pompis, triumphis & opibus: ita ut cum etiam adsit uera religio ac doctrina, ob humilem inconspicuamq; speciem uix adesse sciatur aut sentiatur.

Veruntamen opponimus huic uerisimili, nimiumque plausibili sophismati, primùm, clarum expressumque Verbi diuini testimonium, quod testatur, eos esse uerum Dei cœtum siue Ecclesiam, qui uocem eius audiunt, amplectuntur, & custodiunt: & non eos, qui persequuntur, & blasphemant. Sic enim ille qui est ipsissima ueritas, uia & uita, inquit: Oues meæ uocem meam audiunt. Iohannis decimo. Item: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui sermonem Dei audiunt, ac faciunt illum. Lucæ octauo. Item: Si quis sermonem meum seruauerit, ueniemus cum patre ad eum, & mansionem apud eum faciemus, &c. Item: Dedit eis poestatem filios Dei fieri, quotquot receperunt eum. Iohannis primo. Item toties repetit: Qui crediderit, saluus erit: qui uerò non crediderit, iam damnatus est. Quæ omnia filij Dei testimonia, & alia infinita, sine ulla ambiguitate testantur, eos esse uel fieri Deo dilectum cœtum, qui eius unicum filium audiunt: & contrà, eos esse turbam reiectam ac damnatam, qui uocem filij Dei contemnunt ac persequuntur.

Iam nihil facilius est probare, quàm nos quidem in nostra doctrina, ipsius Dei uerbum sequi & amplecti: aduersarios uerò contrarium facere, quippe qui in plurimis articulis aut sententijs non tantùm contemnant uerbum Dei, sed etiam blasphemo ore calumnientur, aientes esse obscurum, ambiguum, flexiloquuum, præbere causam omnibus hæresibus ac schismatibus. Perspicuè ergo

necessa-

necessariò que argumento concludimus, nos nostram que religionem, quoniam Dei expressam uocem sequitur, esse uerum Dei cœtum, ueram que eius religionem: & contrà, aduersarios, quoniam aliud Euangelium prædicant, esse anathema maranatha.

Deinde opponimus & ipsam experientiam, quæ testatur, semper fuisse non paucos, sed plurimos doctores & auditores, qui nobiscum, & non cum aduersarijs senserint. Taceo enim iam Patriarchas, Prophetas, Christum & Apostolos: quorum, ut diximus, doctrinam sine ulla ambiguitate sequimur. illud certè propalàm manifestum est, primitiuam Ecclesiam circiter ducentis à natiuitate Domini annis, prorsus nostræ conformem in religione fuisse, & planè ex diametro ab aduersarijs nostris dissensisse. Pòst sub trecentesimum circiter Domini annum, cœperunt quidem paulatim errorum & abusuum quorundum, qui iam in Papatu grassantur, semina in Ecclesia spargi: non tamen ea tanta ac tam perniciosa fuere usque ad sexcentesimum fermè Domini annum, ut non nostræ potius ea religio, quàm Papisticæ consenserit, eius que formam retulerit. Qui illius ætatis scriptores seu patres diligenter legit, ut Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Hilarium, Chrysostomum, &c. facile animaduertit, eorum sententiam in plerisque articulis cum nostra doctrina congruere: etiamsi interdum aliquid incautius declamantibus, ut fieri solet, exciderit, quod aduersarij contra authoris mentem pro se aduersus nos torquent. Nec illi tantùm doctrinam nostræ consentientem retinuerunt, sed etiam sæpe illa ipsa quasi semina ac uitia præsentium errorum non leuiter taxant, insectantur & damnant: quod in hoc meo Catalogo subinde ostendo.

Post sexcentesimum Domini annum, crescente etiam Pontificis regno: subinde ita religio facta est deterior, ut augescentibus quotidie erroribus & abusibus, indies minus ac minus pristinæ in ea sinceritatis integritatis que remanserit. Nec tamen propterea Deus reiecit populum suum, sicut Paulus inquit: sed semper sibi septem, & etiam plura piorum millia seruauit, qui illis pullulantibus, crescentibus & grassantibus erroribus restiterunt, ac contradixerunt, non tantùm uerbis ac calamo, sed & sanguine ipso, ac martyrio suo. Ne uerò id fingere temerè, aut mentiri audacter uidear, abundè exemplorum sequens Libellus ex authenticis authoribus recitat, atque ob oculos ponit: quæ hic repetere, nimium ocioſi, tempus que sibi ac alijs malè perdentis esset. Ut enim propius ad nostrum institutum accedamus, ob hoc ipsum in hoc scripto omnes eos, quantum quidem fieri potuit, collegi, qui aliquo modo testimonium ante Lutherum ueritati Christi contra errores & furores Antichristi dederunt, aduersariorum que erroribus, officij neglectioni, & perditissimæ

uitæ

uitæ contradixerunt: ut reipsa ac experientia ostenderem, semper fuisse multa piorum millia, quæ aut ab omnibus, aut à plerisque erroribus Romani Baalis abhorruerint, eis contradixerint, & ad Dominum ardenter pro liberatione ex tanta captiuitate gemuerint. Etsi autem non paucos eiusmodi uerioris sententiæ testes recenseam, eorum'que testimonia adscribam: tamen non est difficile conijcere, ubi unus doctor rectius sentiens fuerit, ibi quoque plurimos auditores, quorum nomina ac confessiones literis mandatæ non sunt, extitisse. Facile item est conijcere, præter hosce doctores aut testes ueritatis, plurimos alios quoque fuisse, qui uel metu scribere, monumentis'que tradere, ob maxima pericula, nihil ausi sint. uel etiam si quid scripserunt, idipsum piorum scriptorum aut temporum iniuria, aut aduersariorum fraude ac tyrannide perierit: sicut in multis adhuc extantibus libellis legitur, aduersarios summo studio id egisse, ut omnia scripta contra suos errores, tyrannidem & impuritatem uitæ conscripta, penitus abolerent.

Ex hisce ergo ipsis historicis testimonijs abundè probari potest, semper fuisse non pauca millia piorum, rectiús que communi turba sentientium, & uel totum Papatum, uel partes aliquas eius unà nobiscum damnantium: quandoquidem & ipsa rerum edax uetustas multa talia consumpserit, & Antichristus cum suis sectatoribus summo studio talia oppresserit, & denique unus Doctor multos plerunque discipulos auditores'que habuerit. Quare falsissimum est Papistarum sophisma, qui nobis nostræ'que religioni odiosam nouitatis notam, sibi'que uetustatis decus attribuere uiolenter conantur: quandoquidem & primitiua Ecclesia fermè trecentis à Christo annis, penitus nobiscum sentiens, à Papatus erroribus, abusibus & tyrannide penitus aliena fuerit: & in ea quæ postea sequuta est, cum iam semina istarum abominationum pullulare inciperent, plerique ac præcipui doctores eisdem restiterint: & deniq; regnante iam ac florente Antichristo Romano, cum suis desolationum abominationibus, nihilominus semper aliqui, ij'que non pauci doctores & auditores ubique fermè terrarum, eisdem non tantùm genua incuruare noluerint, sed etiam seriò ac constanter uoce, scriptis, & denique sanguine ac martyrio suo repugnarint, ab eisq; se, totamq; Dei Ecclesiam liberari toto pectore optauerint, ac ex imis præcordijs gemuerint.

Hæc iam breuiter in præsens Opus præfari uolui, ac simul omnes pietatis amantes orare, ut hunc nostrum conatum & boni consulant, & tum precibus, tum similium Historiolarum conquisitione ac indicatione promoueant. Plurima enim ubique acciderunt, si quis modò tum Bibliothecas ueteres excutiat, tum seniores percunctetur, num usquam audierint ante hæc tempora fuisse,

fuisse, qui aliquos errores & abusus Papatus reprehenderint. Quod reliquum est, oro Patrem Domini nostri IESV CHRISTI, *ut Ecclesiæ suæ clementer adsit, omnes errores & scandala de medio tollat. Nouit certè ipse, qui omnia nouit, me semper optasse, & hodie optare, omnia legitimè in Ecclesia fieri secundum uerbum ac uoluntatem uiuentis Dei: nec me ullo modo, præsertim in rebus Religionis, uiolenta, aut etiam carnalia consilia probare.*

FINIS PRAEFATIONIS.

TESTES VERITATIS, QVI ANTE NOSTRAM AETATEM VIXERVNT: SIVE

Catalogus Scriptorum, qui Papæ ante Lutherum reclamarunt.

SANCTVS PETRVS

B NI VRIAM FECERO, SATIS SCIO, DIVO PEtro, si eum uel Papam, uel horum Papatum anteceſſorem, præcipuè autem ſi eum iſtius peſtilentię ſedis quaſi fundatorem authoreḿq; fuiſſe dixero. Nam quid de eius Romano uel Epiſcopatu uel Papatu ſentiendum ſit, alibi ſatis prolixè, præſertim autem in hiſtoria Sextæ Carthaginenſis Synodi, declaraui. Verùm quãdoquidem Pontificij omnino uolunt, Petrum quaſi choragum, præcentorem aut præſultorem ſuum eſſe: & ſolet aliquando Deus non bona, ſed & mala quoq; ſecutura, etiam in ſanctis ſuis depingere: ſicut eruditi quidã non ineptè ſcribunt, Chriſtum ſuo ſomno in periclitante naui ſignificare uoluiſſe, ſic aliquando in ſumma rerum difficultate ac periculo Eccleſiæ, Epiſcopos profundum ſomnum molliter in ceruicali opulentię bonorũ Eccleſię dormituros eſſe. Cum igitur ueriſimile ſit, in Petri quoq; quibuſdam factis, aut etiam peccatis, Romanorum Epiſcoporum uitam regimeńq; depicta, & ueluti pręfigurata eſſe: cuḿq; aduerſarij tanto ſtudio omnia, ſi quę in commendationẽ eius uſquam in ſacris literis uel uerè, uel ueriſimiliter tantum dicta ſunt, coaceruant & deprędicant: non abſurdè, nec inutiliter mihi facturus uideor, ſi hic ſtatim initio omnia ea colligam, recenſeaḿq;, in quibus Petrus non tantum peccaſſe, ſed & Romanos Papas quaſi præfiguraſſe, depinxiſſéq; uideri meritò poſsit. C

Primùm, negari non poteſt, Petrum humilis generis & conditionis, illiteratuḿq; fuiſſe: ſic & Papæ plerunque ex infima fece, paulatim malis artibus ad eam tyrannidem perueniunt, & plerunq; indoctiſsimi aſini fuerunt. Non turpe quidem illud Petro fuit, nec ei exprobrandum: quandoquidem omnes homines perinde ad Dei imaginem conditi ſumus, & in omni conditione ac uitæ genere homines Deo placere poſſint: & Deus etiam nullius momenti homunciones ampliſsimis donis ornare, & ad prædicationem Euangelij idoneos facere poſsit & ſoleat, præſertim uerò in Apoſtolis & Prophetis id fecit. Et deniq; illi non ad huius mundi opes potentiam ac regnum, ad quæ tum generis nobilitas, tum induſtria inſignis, tum etiam literæ aliæq; bonæ artes ac exercitia à teneris ſuſcepta, ſunt neceſſaria. Verùm turpe Papis eſt, quod & illiterati indoctiq; ad tantam functionem regiminis totius Eccleſiæ (cum iam non perinde linguarum aliaq; dona ad miniſterium neceſſaria, nobis ut olim immediatè donentur, ſed ſtudio ac labore addiſcẽda ſint) & ignobiles ad imperium orbis terrarum ſibi rapiendum præcipiti ambitione ferantur. Turpe etiam, quòd obliti penitus ſuorum incunabulorum, ſuaruḿq; ſordium, mox ut triplicem illam coronam ſuſceperunt, in tantum faſtum ſuperbiaḿq; erumpunt, ut etiam Regibus ac Cęſaribus, planè barbarica tyrannicáq; inſolentia, fœtidos ſuos pedes exoſculandos obtrudere non uereantur: cum tamen Deus etiam per ipſorum Petrum, cuius ſucceſſores eſſe, uel uideri potius uolunt, eos omnibus Magiſtratibus ac Regibus parere & ſubeſſe iuſſerit. D

Secundò, ambitione ac cupiditate potentiæ laboraſſe aliquoties Petrum, negari nõ poteſt. Nam ut taceam alias cõtentiones de primatu ſæpius cum alijs Apoſtolis ſuſceptas, ſolus audet obijcere Chriſto, ſe ipſius cauſa omnia reliquiſſe: & certum præmium, quod ille tunc carnale ſomniabat, poſtulare ac ſtipulari, cum nihil

niſi miſeriam paupertatemq; reliquiſſet. Qua Petri imbecillitate proculdubio ſigni- A
ficatum eſt, eos Epiſcopos, qui de Petri ſucceſsione gloriantur, conſimili, imò uerò
infinitis partibus maiore ambitione laboraturos.

Tertiò non intelligens Petrus myſterium paſsionis Chriſti, ac beneficium in-
de ad genus humanum peruenturum: ſed totus in cogitatione, ſpe, ac cupiditate
humanæ potentiæ, quam ex regno Meſsiæ ſperabat, immerſus, obiurgat audacter
Chriſtum, Matth. 15. quòd ad patiendum pro humano genere ſit paratus. Verùm
Chriſtus eum repellit grauiter, obiiciens ei inſcitiam & contemptum rerum diuina
rum, cupiditatemq; humanæ potentiæ (hoc enim uerbum φρονεῖν ualet, ſi quis id
diligentius expendat) qua ſcandolo ſit etiam ipſi Domino. Quare etiam ſatanam
eum uocat, & à colloquio ſuo repellit. Quam hiſtoriam aduerſarij, quod ſtatim il-
lam aliam Matth. 16. ſecuta eſt, ubi ipſi uolunt, primatum Petro ac Papis traditum
eſſe, uel in primis ſumma diligentia obſeruare deberent: quo inde certò animaduer B
tere poſſent, quòd etiamſi Petro aliquod priuilegiũ, ac aliquis primatus, ut uocant,
datus fuiſſet, tamen non ita datum fuiſſe, ut ſatanas fieri, ac à Chriſto reijci non po-
tuerit. Quare & hæc tam peruerſa Petri ambitio, & rerum diuinarum tum ignoran-
tia tum negligentia, ac ipſiſsimus ſataniſmus, ut eum Chriſtus uocat, tam repentè il-
lam egregiam laudem conſecutus, haud dubiè ſignificauit, Romanum Epiſcopum,
quòd primus, ac priuilegiorum Petri hæres eſſe uolet, mox futurum è rerum cœleſti
um ignarum ac contemptorem, humanarumq; opum potentiæ ac uoluptatum ſtu-
dioſum, futurum etiam ſcandolo Eccleſiæ Dei, & ipſiſsimum ſatanam à Domino
IESV modis omnibus reijciendum ac repudiandum.

Quartò, in ipſa paſsione (ubi in primis futuræ Eccleſiæ Dei calamitates depictæ
ſunt) Petrus eſt primùm perperam deuotus, ſeu pius. Non uult ſe à Chriſto lauari:
quo proculdubio ſignificata eſt iſta Papiſtarum peruerſitas & impietas, qui non ſo-
lo Chriſti merito lauari ac mundari, ſeu iuſtificari uolunt, ſed ſuis quibuſdam lotio- C
nibus ac meritis. Deinde ibidem Petrus grandia de ſua conſtantia iactat, ac Chriſto
omnibusq; Apoſtolis pollicetur: & tamen paulo pòſt, cùm periculum adeſt, minus
nihilo præſtat. Talis fuit ſemper Ro. iactantia, qui grandia quidem de ſe iactarunt,
& tamen nihil boni Eccleſiæ Dei in ſummis difficultatibus præſtiterunt.

Quintò, in periculo patat Petrus gladios, parum Domini uerba ac manda-
tum intelligens: quin & pugnare ferro pro Chriſti carnali regno contra eius uolun-
tatem conatur. Quo haud dubiè indicatum eſt, & Papam Romanum, commenti-
cium Petri ſucceſſorem, olim duos gladios, Politicum & Eccleſiaſticum, ſibi contra
Chriſti uolũtatem rapturum eſſe: ſicut etiam eum ipſum typum in ſeſe quidem Pa-
pa completum eſſe uoluit, qui una die Cæſaris, altera proprio habitu, cum duobus
gladijs ſeſe ſpectandum præbuit, & proclamari iuſſit: Ecce duo gladij. Eodem etiam
illo facto ſignificatum eſt, Papam non confeſsione, aut doctrinæ puritate, ſed gladij
uiolentia, ſuam Eccleſiam, ſeu cœtum adiuuare ac tueri conaturum. D

Sextò, in ipſo periculo, qui antea grandia de ſua conſtantia, erga Chriſtum
amore & fidelitate iactauerat, paulo pòſt ne uigilare quidem uel unicam cum ipſo
horam poteſt: ſicut ei Chriſtus nominatim duriter exprobrat. Quare etiam paulo
pòſt unius ancillulæ uoce perterrefactus, ter grandi periurio Chriſtum abnegat.
Quo nimirum euidentiſsimè præfiguratum eſt, Romanos Epiſcopos, qui ſeſe Pe-
tros eſſe iactitant, Chriſtum Dominum, etiamſi nõ uerbis, at certè reipſa penitus ab-
negaturos, ab eoq; defecturos eſſe.

Deniq; etiam poſt acceptum ſpiritum S. ſubinde ſua quædam peccata, ſuosq;
lapſus quoſdam prodit. Iam enim uocationem gentium non intelligit, eoq; cœlitus
ſingulari uiſione rectius eruditur à Deo. Iam turpiter ſimulans ſe ab Ethnicorum
conſortio abhorrere, non recto pede ad Euangelij ſyncerit atem incedit, & tantum
non eam turpiter prodit. Quare acriter à Paulo obiurgatur, & in uiam quaſi magna
quadam ui manuq; apprehenſa trahitur. Demum etiam parum acriter pſeudoapo-
ſtolo

A ſtolorũ peruerſitati ac impietati reſtitit, qui de Petro tanquam ſuo præceptore, maioríſq; authoritatis Apoſtolo cæteris, coram omnibus Eccleſijs gloriabantur: hacq; quaſi umbra nominis eius adiuti, puritatem Euangelij Chriſti, Pauliq; authoritatem labefactabant & conuellebant.

Quapropter ita à Paulo ille Petri primatus reijcitur, retunditur ac abijcitur, ut ille planè neget ſe in ulla parte Petrum pro ſuo ſuperiore agnoſcere: nec ſe ab eo didiciſſe Euangelium: nec ius docendi petijſſe: nec deniq; quicquam penitus ab eo habere. Quin potius ſe Petrum Antiochiæ enormiter pernicioſeq; errantẽ ac peccantem, rectius edocuiſſe, & grauiter coram omnibus obiurgaſſe, ſeq; ſolum plus Petro & alijs laboraſſe.

Quare in ſimili quæſtione, in prima ad Corinthios ſeueriter pronunciat & monet Paulus, neminem debere uel de Petri, uel de aliorum hominionum nomine, tumere ac gloriari: ſed de ſolo Chriſto, qui ſolus pro nobis mortuus paſſusq; ſit, ac
B nos de peccato, morte & inferis redemerit: non de Petro, aut alijs Apoſtolis, quantumuis celebribus aut laudatis.

Hæc de Petri tum grauiſſimis lapſibus, tum imbecillitatibus ac infirmitatibus, iam hic dicere uolui: cùm ideo, quòd Antichriſtus cum ſua turba, tam ſolicitis articulis computat Petri laudes, ſi quæ ex Euangelica hiſtoria ei uel ueriſimiliter ſolum tribui poſſunt, easq; omnes in ſe hæreditate ac ſucceſsione quadã neceſſariò tranſiſſe, ſeq; ipſiſſimum Petrum eſſe contendit: ut pari ratione etiam tetros eius lapſus, grauiſſimaq; probra, ob quæ ab ipſo cordium cognitore Domino ſatan uocatus eſt, ad ſe pertinere, hæreditateq; aut ſucceſsione perueniſſe ſtatuat: tum ideo, quòd ueriſimile eſt, Deum in uero Petro ficticiorum iſtorum, ut ita dicam, Petrorum mores, uitam & facta depingere ſeu præfigurare uoluiſſe. Quæ cum in ipſo Petro, licet mox
C pœnitente, tam ſeueriter damnauerit, ut eum etiam ſatanã uocauerit: facile eſt inde diuinare, quid de iſtorum Antichriſtorum perpetuis furoribus, impietatibus, uel horribilibus libidinibus, blaſphemijs, hæreſibus, idololatrijs, & tyrannica contra Eccleſiam ac ueritatẽ perſecutione cenſeat ac iudicet, alioſq; iudicare uelit atq; iubeat.

Sacræ literæ.

SAcræ literæ non tantum eatenus pugnant cum Papa, eiusq; erroribus, quòd contrariam doctrinam proponunt: ſed etiam, quòd diſertè & prædicunt uenturum eſſe Antichriſtum, & non obſcurè indicant eum ipſum eſſe Papam, & errores eius ac furores eius depingunt. Nam S. Paulus docet, quòd Antichriſtus in templo Dei ſeſſurus, & ibi potentiam ſuam oſtentaturus, & tyrannidem exerciturus ſit. Eſt autem iam templum Dei, ipſa tota eius Eccleſia: 1. Cor. 3. 6 & 2. Cor. 6. Vos eſtis templum Dei uiuentis. Nec habet iam Deus templum materiale in aliquo loco, ſicut olim Hieroſolymis, quod ante multa ſecula funditùs eſt deletum. Sed quis alius
D ſe in Eccleſia Dei extulit, exaltauit & oſtentauit, quàm Papa?

Item dicit, quòd ſe oſtentabit tanquam Deum, quòd ſeſe efferet ſupra Deum & eius cultum: quod Chriſtus Matth. 24. ita declarat, quòd in nomine Chriſti ueniet. Certum autem eſt, Papam ſeſe pro uicario Chriſti uenditaſſe: & tamen maiorem ſibi poteſtatem uſurpaſſe, quàm quantam ſibi filius Dei uſurparit. Nam Chriſtus ſe ſemper ſcripturæ ſubiecit, & dixit, ſe, quæ faceret & pateretur, facere & pati, ut ſcriptura impleretur. At Papa dixit, ſe poſſe diſpenſare contra Apoſtolum & Euangeliſtam, poſſe recta facere praua, & contrà. Prædixit item Paulus, quando Antichriſtus uenturus ſit, nempe inclinante in ruinam regno Romano: quod itidem cum rei ueritate conuenit. Nam tum Papa cœpit caput ſuum efferre, & impietates impietatibus cumulare.

Petrus quoq; admodum graphicè genuinisq; coloribus iſtum ſuum ſucceſſorem, eiusq; prælatos, 2. cap. ſuæ ſecundæ Epiſtolæ depingit. Prædicit enim, eos ab-

negaturos esse ipsum Dominum, qui eos redemit: quod planè Papa cum suis fecit, A dum illi sese ac alios suis sacrificijs ac meritis redimere & seruare uoluerunt. Item dicit, eos per auaritiam fictitijs sermonibus de miseris Christianis negociaturos. Id omnino fecerunt ministri Antichristi, tot excogitatis fabellis miraculorum, apparationum, reliquiarum sanctorum, &c.

Dicit libidinibus deditos fore, Magistratum' contempturos. Id an non soli Antichristo Rom. eiusq; filiolis conueniat, iudicent omnes: qui etiam fœtidos suos pedes Regibus ac Cæsaribus exosculandos præbent, quiq; Reges ac Cæsares pro libito & libidine ponunt ac deponunt, excõmunicant, absoluunt, subditosq; ipsorum fidelitatis iuramento nefariè liberant.

Quæ potrò sequuntur ibidem, eos luxui deditos fore, res ignotas damnaturos, habituros cor ad rapinas exercitatum: habituros quidem speciem pietatis, sed B futuros tamen ueluti nubes sine aqua, efflaturos grandia & sesquipedalia uerba, &c. Quæ omnia profectò planè ad amussim Papæ, eiusq; pomposis Cardinalibus & Prælatis, ac reliquis sacrificijs conueniunt.

Daniel docet, eum non curaturum amorem mulierum, id est, honesta coniugia: sicut & D. Paulus prædixit, prohibiturum coniugia, & usum ciborum. Notum est autem, Papam utrumq; horum fecisse. Nam coniugium suis spiritualibus prohibuit, & in uniuersum de coniugio ita docuit, quòd sit immundum & carnale uitæ genus, minusq; Deo gratum.

Indicauit etiam Ioannes in Apocalypsi, tempus quo regnabit: nempè 1260 dies id est, annos: ut Scriptura sæpe in prophetijs & typis per diem, annum notat. Item & personam ipsam, nempe eam quæ Romanorum imperium collapsum utcunq; eriget. Apoc. 13. Hoc itidem Papa fecit. Indicauit & locum, ut præcipuè habitabit, nempe Romam: quam tametsi Babylonem uocat, tamen & ipsi Papistæ per C Babylonem in nouo Testamento Romam intelligunt.

Vt uerò minus dubites, de qua ciuitate loquatur, addit & hoc indicium, quòd ea ciuitas sit extructa super septem colles, & habeat dominium orbis terrarum: quorum utrumque de Roma tunc uerè dictum est. Ipsum etiam nomen Antichristi, de quo decimotertio capite Apocalypsis agitur, Irenæus libro contra hæreses quinto interpretatur esse LATINVS. quo disertè Papa notatur. Nam is in Latio dominatur.

Hæc breuiter dicere uolui, ut commonerem solùm, sacras literas disertè Papam arguere, quòd sit Antichristus. Nolo enim nunc prolixius explicare, quomodo & sacerdotium & regnum Christo ademerit, per noua sacrificia, nouos mediatores, & Ecclesiæ propugnatores, seu patronos. Nam hæc omnia plenè ab ijs peti possunt, qui de hac re diligentius & prolixius differuerunt.

Postquam probaui, sacram scripturam disertè ostendere, seu prædicere, Papam esse Antichristum, qui ueritatis testis amplissimus, & fide dignissimus D est: iam adijciam etiam primatum, de quo nunc Papa tantopere gloriantur, non semel agitatum damnatúmque esse tum à Christo, tum à Paulo. Nam ut minimum quater quæstio hæc ab Apostolis mota est, & à Christo penitus damnata: Matthæi 18. 20. 23. Item, in postrema cœnà, Luce uigesimosecundo. Nunquam Christus respondit, se iam semel Petro primatum dedisse: non oportere ipsos de re acta & transacta toties rixari. quòd profectò fecisset, si Petro primatum Matth. 16. ut Papistæ uolunt, dedisset. Sed semper durissimè omnem talem Apostolorum cogitationem refutauit, ac damnauit, quasi noxiam Ethnicam ac nimium carnalẽ. Quare manifestissimum est, Christum ipsum istam furiosam ambitionem & tyrãnidem Antichristi Romani acriter non semel taxasse, ac condemnasse. Eodem modo & Paulus in Epistolas ad Corinthios, & præsertim ad Galatas quinto & secundo, cum quidam pseudoapostoli de Petri, sui præceptoris, authoritate ac primatu gloriarentur, non tantum prolixè negat, se à Petro quicquã habere: sed etiam gloriatur, se eum

acriter

A acriter Antiochiæ errantem obiurgasse, se plus eo alijsq; omnibus Apostolis laborasse: & denique alligat eum ad solam Iudaicam gentem, eumq; esse Iudæorum Apostolum affirmat, se uerò gentilium. Eum enim sic data dextra promisisse, quòd uelit concionari Iudæis, se uerò debere docere Ethnicos. Summa, tanta uehementia rem agit Paulus, ut omnino dubium non sit, Spiritum sanctum ibi potissimum Antichristi Romani tyrannidem seu primatum respexisse, & oppugnasse.

Hæc iam breuiter dicere uolui de locis quibusdam præcipuis sacrarum literarum, quæ quasi studio propriè contra Papam scripta directaq; esse uidentur. Nam alioqui tota Biblia ei contraria sunt, sicut abundè à nostris Ecclesijs & doctoribus hactenus prolixis uoluminibus ostensum est, & subinde magis ac magis scriptis & concionibus ostenditur.

Canones Apostolorum.

B

CAnones Apostolorum, de quibus iam olim uariè certatum est, an pro authenticis habendi sint, aut pro apocryphis reijciendi: & tamen tandem à pontificibus recepti, ut ex Decretorum distinctione 16. apparet: mandant, ne Episcopus aut sacerdos prætextu religionis uxorem dimittat. Qui contrà fecerit, eum excommunicant. Anathematizant & eos, qui nolunt comedere carnes religionis causa: quod Papistæ faciunt, quibus nephas est, die Veneris, autin quadragesima, gustare tantum carnes uel casu, ne dicam comedere. Et quidem hæc duo decreta bis ponunt, & diserte dicunt: Si quis Episcopus aut sacerdos abstinet à coniugio, non exercitij cuiusdam gratia, sed quia illa per se abominetur, eum deponendum & excommunicandum esse.

Affirmat & sexta Synodus, (de qua postea in suo titulo agemus) tum Apostolorum canones, tum & sanctos patres non tantum coniugium, sed & procreationem liberorum sacerdotibus permisisse: ipsaq; illa sancta Synodus coniugium sacer-
C dotum tuetur diserte contra Romanistarum canones. Vide distinct. 31. cap. Quoniam, &c. Hinc apparet, Sathanam statim sub initium Ecclesiæ istas suas doctrinas de Sodomitica castitate, ciborumq; prohibitione pijs obtrudere conatum. Sed aliquandiu ei à pijs repugnatum esse, donec error tandem ueritatem oppresit.

In Apostolorum canonibus & illud obseruandum est, quòd cum de politia Ecclesiæ dicunt, sacerdotes simpliciter Episcopis & Archiepiscopis, sine omni ulteriori appellatione subijciunt, eoq; eos in disceptatione controuersiarum ablegant, nec ullam planè Papæ aut Romani Episcopi mentionem faciunt. Vnde apparet, primatum Papæ & sedem Apostolicam, seu tyrannicam potius, Romanistarum commentum esse. Dignissimum illud quoque obseruatu est, quod 34. Canone, non minus Archiepiscopi ad Episcopos quàm hi ad illos obligãtur. Vnde apparet, maximum tunc æqualitatis in Ecclesia studium fuisse, plurimumq; ab Antichristiana tyD rannide omnes abhorruisse.

Græca Ecclesia, & coniunctæ.

ECclesia Græca, eiq; coniunctæ, Asiatica, Macedonica, Mœsica, Valachica, Ruthenica, & Muscouitica, item & Aphricana, id est, totus mundus, uel certè longè maxima eius pars, nunquam Papæ primatum communi consensu concesserunt, nunquam purgatorium probarunt, nunquam priuatas missas, nunquam uigilias (ut uocant) pro mortuis, nunquam indulgentias, nunquam communionem sub una specie, nunquam necessitatem cœlibatus sacerdotum, nunquam statuarum adorationem, & alia similia: sed semper ijs impietatibus restiterunt, & hodierno ad huc die resistunt: in quibus tota propemodum Antichristi religio consistit. Quod testimonium clarè probat, ista non esse catholica dogmata, nec ueteri Ecclesiæ nota. Si enim in ueteri Ecclesia usitata fuissent, profectò in Græca Ecclesia, per quam religio Christiana ad Latinam peruenit, quæq; Latinarũ magistra in religione fuit, igno-

ta, inusitataq; non fuissent. Semper ergo extiterunt inde ab initio magnæ Ecclesiæ, A tum alibi per orbem terrarum tum & in ipsa Italia, quæ Antichristo contradixerunt: ut nequicquam Papistæ de catholico suarum impietatum consensu glorientur. Atq; hoc profectò ueritatis testimonium maximi faciendum est.

Basileæ audio esse uolumen inquisitionum Emerici, in quo codice hi errores, uel potius ueritates Græcis tribuuntur.

Quòd sancti non sint inuocandi: imò nec diua Virgo: quia unus sit mediator Christus.

Quòd soli Deo peccata confiteri debeamus.

Quòd satisfactiones, quæ à sacerdotibus Papæ imponũtur, sint reprehensibiles.

Item quòd omnium ciborum, ut carnis & aliorum, esus sit quauis die licitus.

Item quòd uota monastica non sint pia.

Item quòd, qui offerant sanctis qualiacunque munera, faciant Diabolo B sacrificium.

Item quòd adorare & osculari crucem, sit stultum & impium.

Quòd miracula sanctorum sint falsa.

Quòd damnent aquam benedictam.

Quòd tantum ualeat Baptismus aquæ fluuialis, quantum consecratæ.

Item quòd decreta & constitutiones Paparum audiendæ non sunt, nec seruandæ. Sed uereor, ne non omnia ista eis hoc tempore, & aliquot proximis seculis, uerè tribui queant.

Clemens Papa.

CLemens, qui Apostolos audiuit, & Petro, ut quidam narrant, successit, lib. 5. inquit de cultu imaginum: Nos ad honorem inuisibilis Dei imagines uisibiles C adoramus. Quod certè falsum est. Si enim uelletis Dei imaginem colere, homini benefacientes, ueram in eo Dei imaginem coleretis. Et aliquanto pòst: Quis ergo iste honor Dei est, per lapideas & ligneas formas discurrere, & inanes atque exanimes figuras tanquam numina uenerari: & hominem, in quo uera Dei imago est, spernere? Hinc apparet, quid ille pius uir de isto idolorum Papisticorum cultu senserit.

Huic Clementi tribuuntur aliquot epistolæ, quæ in libro Conciliorũ impressæ sunt. Inter eas sunt quædam Iacobo Iusto, fratri Domini & Hierosolymorum Episcopo inscriptæ. Quarum prima admodum prolixa est, ac fermè totum Papatum continet. Celebratur à multis eius epistola ad Corinth. cuius prolixum fragmentum Clemens Alexandrinus Stromat. 4. recitat, quod nullam Papalem prærogatiuam, aut tumorem præ se fert. loquitur uerò ita de liberis & uxoribus tanquam si & ipse coniugatus fuerit.

Quam tamen suppositiciam esse, ex eo luce ipsa clarius elucet, quòd fingit ibi D Clemens se Iacobo mortem Petri, ac ueluti eius testamentum, ultimam scilicet concionem perscribere: cum (ut omnes historici testantur) Iacobus ille sit plus quàm septem annos ante Petri mortem interfectus. quomodo ergo potuit ei Clemens mortem Petri & nouissima uerba perscribere? nisi fortè ei in purgatorium, aut campos Elysios eam epistolam miserit. Vnde apparet, eam postea ab aliquo impuro Romanista confictam: sicut & ante nostra tempora plures docti uiri senserunt, & firmis rationibus asseruerunt. Vt de quodam monacho nomine Kalteysen postea dicemus. Quare nec Hieronymus ullam eius mentionem facit, cum alioqui non negligenter de eius scriptis differat: sed meminit ipsius Epistolæ ad Corinthios, quam ualde laudat, quæ utinam extaret. Recitat autem quoddam eius fragmentum Clemens.

Deprehensa porrò huius epistolæ uanitate, facilè & aliæ non paucæ primo-

tum Pa-

A rum Paparum ficticiæ esse deprehenduntur: ut Anacleti & aliorum, quæ subinde illam Clementis citant. Hinc apparet, quàm scelerate Antichristus Ecclesiam Dei tum adulterinis scriptis, tum alijs infinitis fraudibus circumuenerit.

Sed urgeamus sanè & nos, impios Papistas, suis proprijs mendacijs, in titulo illius ipsius epistolæ talis est inscriptio: Clemens Iacobo fratri Domini & Episcopo Episcoporum, regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis, sed & omnes Ecclesias, quæ ubique Dei prouidentia fundatæ sunt, &c. Si Hierosolymorum Episcopus, est Episcopus Episcoporum, & debet regere omnes Christi Ecclesias, nec ille Clemens est mentitus: cur id sibi rapit Romanus Antichristus, quod alienum est? In eadem epistola cum prolixè instruat Clementem Petrus, illud omnino diligenter inculcat, ut curet, ut presbyteri sint docti, ac plebem do-

B ceant. Nam alioqui (inquit) si cæcus cæcum ducat, uterque & in foueam cadet. Vbi de iudicijs Ecclesiasticis agit, nihil de appellatione ad Romanum Pontificem penitus dicit: sed dicit, Primates seu Patriarchas debere finire causas, quod manifestè contra primatum Papæ est. Monet item diligenter ac prolixè Clementem, ut à negocijs huius mundi penitus ac in uniuersum abstineat, & tantum uacet instructioni populi. Alioqui (inquit) fiet, ut tu tanquam qui non docueris quæ ad salutem populi pertinent, deponaris, & discipuli per ignorantiam pereant. O utinam hoc Papæ persuaderi posset, ut omissis penitus negocijs temporarijs, policitóque gladio, tantum doctrinæ Euangelij instruendo{que} populo uacaret, Obserua etiam quod dicit Episcopum Romanum posse deponi.

Prædictam uerò epistolam Papistæ tanquam egregium quoddam fundamentum, basin aut columnam suorum errorum, suíq{ue} Antichristianismi, passim citant in suis iuribus & scriptis, adhuc hodierna die, nec pudet sanctos istos uiros

C tam manifestæ uanitatis. Nimirum habent suam ἀλιαξυσίαν, egregium scutum contra omnes lucis radios, ueritatis{que} argumenta: quin & contra ipsum tam anacipitem & acutum Sancti spiritus gladium, id est, contra Verbum ac iudicium Dei.

Dionysius.

Dionysius Corinthiorum Episcopus, floruit circa 150. Domini annum. Is per epistolam, teste Eusebio, monuit Pynitum Gnosiorum Episcopum, ne discipulos, id est Christianos grauibus oneribus (eius uerba sunt) oneret, néue fratribus cœlibatum obtrudat. Pynitus uerò ei gratias egit, sententiam probauit, ac petijt, ut sibi in posterum quoque eiusmodi sanioris doctrinæ, firmioris{que} cibi alimentum suppeditare pergat, quo suos auditores alat: ne semper lactis cibo inhærentes, infantes permaneant. Ex quibus uerbis licet colligere, illum bonum Py-

D nitum primum traditiunculis cæremoniarum, ieiuniorum, uirginitatis, & similibus, suos auditores onerare uoluisse, sed Dionysium de Pauli sententijs admonuisse, illa esse infirma mundi elementa, & ueluti lac olim Iudæis præbitum: iam Christianis hominibus solidiorem & ualidiorem cibum prædicationis legis ac Euangelij dandum esse.

Ita uidemus, semper imperitos superstitiosos{que} homines, cæremoniarum istam umbratilem sanctitatem amplexatos esse, alijs{que} obtrudere uoluisse. Sed saniores doctores contrà, eos ad synceram, solidam ac sanam Christi doctrinam reuocare conatos.

Egesippus.

Egesippus, uir tum pietatis tum eruditionis nomine ualde celebris, floruit circiter 160 annis post natiuitatem Christi. Is scribit (ut Eusebius 4. & 5. suæ historiæ refert) Ecclesiam usque ad mortem Iohannis Apostoli uirginem fuisse, quãnulli hæretici cõtaminare potuerint: sed ab eius morte, errorẽ in eam tanquam

in desertam domum irruisse. Triste quidem admodum hoc dictum est, sed ta- A
men contra securos Papistas utile, qui post tot secula à passione Christi elapsa, ad-
huc uociferari audent, nihil erroris in Ecclesia esse, nec Papam unquam errasse,
aut etiam errare posse. Testatur Eusebius eum Romæ plurimos, Valentini & alio-
rum Hæreticorum peste infectos, in uiam reuocasse. Vnde apparet, quàm frigidi Do-
ctores tunc Romani Episcopi fuerunt: qui externis auxilijs indiguerunt ad cõfutan-
dos Hæreticos. Ipse sanè Egesippus narrans, quàm diu Romæ fuerit, sine omni reue-
rentia sanctitatis Papalis nomina, qui tunc sibi inuicem successerunt, recenset. Vti-
nam huius sanctissimi uiri historia factorum Ecclesiasticorum extaret: plura haud
dubiè similia testimonia in ea reperirentur.

Polycarpus.

POlycarpus, discipulus Ioannis Euangelistæ, & eruditionis & sanctitatis no-
mine percelebris: floruit circa 140 annum Domini, aut paulo pòst. Is, ut Irenæ- B
us in epistola ad Victorem Papam scribit, uenit tempore Aniceti papæ Ro-
mam, & in primo congressu fuit aliqua contentio inter eos de paschate, ieiunijs,
& fortè aliquibus alijs similibus. Sed Anicetus non propterea Polycarpo fuit
iratus: quin potius & Eucharistiam cum eo sumpsit, & ut suo loco in Ecclesia Eu-
charistiam Polycarpus administraret, permisit. Vnde potest intelligi, primùm
nondum timuisse ita alios Episcopos Romanum, ut uel in minimis ei cedere ne-
cesse esse putauerint. Deinde obseruandum, & ipsum Episcopum Romanum,
tanquam æqualem, & non superiorem, eam in ipsis libertatem fuisse coactum ferre.
Obserua, quòd etiam plusculum obseruationi rituum tribuerunt iam tum Papæ,
alijq; Episcopi ac Doctores: non tamen tantum, ut paulo pòst. Ad huc enim ful-
gebat lumen aliquod discriminis inter adiaphora, & non necessaria. Cæterùm
ita omnino narrat Irenæus illum congressum inter Polycarpum & Anicetum, ut
inter pares dignitate, ut quidem tunc adhuc erunt omnes Episcopi. Verba Irenæi C
infra in eius titulo recitabo.

Pius primus.

PIus I. Papa, sedit circa Annum Do. CL. Huic in libro Conciliorum tribuitur, De-
cretalis quædam, cuius tantum particula quædam non ita magna reperitur,
quam adscribam. Petijstis per Hilarium Chartularium nostrum à beatæ me-
moriæ decessore nostro, ut omnes uobis retrò temporum consuetudines seruaren-
tur, quæ à Petri Apostolorum principis ordinationum initijs hactenus uetustas
longa seruauit. Et nos quidem iuxta seriem relationis uestræ consuetudinem lauda-
mus: quæ tamen contra fidem Catholicam nihil usurpare dinoscitur.

Ex hac Epistola, si modo, ut Papistæ uolunt, authentica est, liquidò apparet,
Papas iam inde ab initio ueteres Ecclesiarum consuetudines, quæ sibi parum essent
utiles, immutare cœpisse, eoq; inuitis & reluctantibus Ecclesijs. Apparet uerò hanc D
consuetudinem, quasi priuilegium quoddam fuisse, aut certè aliquod præcipuum
commodum afferens illi Ecclesiæ. Quæcunq; demum ea fuit: ut & ea flagitaret sibi
ueteres consuetudines, quæ inde ab Apostolis durarunt, conseruari: & Papa id sibi
parum utile esse censuerit. Abeant Romanistæ & glorientur, se ueteres canones &
consuetudines, bona fide seruasse & seruare: quæ inde ab Apostolis sint traditæ.

Memorabile quoq; est in hoc Pontifice: quòd passus sit sibi imponi ab Hermete
quodam, qui finxit uarias Angelorum uisiones sibi cõspectas: totiusq; Papatus funda-
menta iacit, ut mox dicemus. Cuius tamen liber à ueteribus, teste Eusebio, suæ histo-
riæ tertio, & Dist. 15. à Gelasio pro apocrypho damnatus est. Hinc iudica quàm uigi-
lantes, & oculati fuerint, iam tum Romani Pontifices: qui neglectis sacris literis fi-
ctis uisionibus crediderint.

Hermes Pastor.

Eodem

A EOdem tempore Pij, uixit quidam Hermes Pastor, cuiuslibet uisiones, ab Angelo sibi sub specie pastoris monstratas, iactat: & licet iam olim damnatus sit, utmodò audiuimus: tamen totius fermè Papatus fundamenta iacit. Quod, ut clarius constet, de ipso eius libro pauca proferemus.

In doctrina tradenda Apostolos non delectari, nec uti solere uisionibus, constat. Sed hunc Authorem, uideas usq; ad fastidium, multas ociosas, & friuolas inculcare uisiones, & quidem superuacaneas, quæ de illis rebus loquuntur, quæ aliàs per Verbum patefactæ sunt. Quemadmodum etiam ambiguis, obscuris, & omnino inutilibus studet similitudinibus, quæ nec docent, nec monent aliud ferè quicquam, quàm moralia: quæ alio genere docendi tradere, longè ei fuisset facilius.

Deinde in toto scripto, nullo utitur ordine, nihil definit, nullis argumentis res consectatur, nihil authoritate Scripturæ probat, cuius ne unum quidem adducit locum. Apostoli enim mentionem in genere ponit, & neminem certum nominat, B aut alicuius dicta doctrinam, aut exempla adducit.

De pœnitentia, contra Pauli & omnium Apostolorum sententiam, ita docet, ut unam tantum admittat, nec quidem fidei aut meriti Christi, in ea doctrina quicquam meminit. Deniq; si quis attentius fabulosum illud scriptum legat, animaduertet in eo arcana & astuta sparsa semina Antichristi, maximè in uisionibus & similitudinibus. Prima enim uisio abducit è mundo in solitudinem, sicut & in similitudinibus, multa dicit odiosè in uitam communem. In secunda & tertia uisione, multa habet de frequenti coniugio, ut & similitudines de ieiunio in pane & aqua. Videtur & ad Purgatorium alludere in uisione tertia, ubi inquit. Habent pœnitentiam, sed in hac turre non possunt conuenire: alio autem loco ponentur longè inferiore, & hoc, cum cruciati fuerint, & impleuerint dies peccatorum suorum.

C Ecclesiæ Gallicæ.

ELeutherius Papa sedit circa annũ CLXXX. Dom. Affirmat Eusebius lib. 5. cap. 3. uarias tunc ortas fuisse contentiones inter Christianos, causam uerò non indicat. Quare Gallicam Ecclesiam suum iudicium ad eas misisse, & in primis Eleutherium Romanum Episcopum de pace admonuisse. Vnde apparet, tum quanta tunc Ecclesiarum æqualitas fuerit, cum sese inuicem liberè monere sunt ausæ: tum & quanta inscitia simul, ac etiam inquietum Romanorũ Prælatorum ingenium fuerit: qui temerè de rebus nihili turbas monuerunt, fraternamq; pacem, & unitatem Ecclesiæ dilacerarunt. Simile quiddam & paulò post accidit, cum Victorem cædem Ecclesiæ, de pace, deq; non faciendis ex adiaphoris necessarijs grauiter & seueriter admonuerunt. Qua de re mox in Irenæo dicitur: habebimus & infra titulum Gallicarum Ecclesiarum. Sæpius enim illi sese Papæ opposuerunt.

D Asiatica Synodus.

VIctor Romanus ad Polycratem scripsit imperiosius, mandans, ut de Paschate die Dominico agendo, tũ Episcopis reliquis Asiaticis conuocatis conueniret. Quod nisi fieret, fore, ut ab Ecclesiæ communione excluderentur. Eiusmodi enim chartam dentatam & insolentem, Victoris fuisse epistolam, facilè ex rescripto Polycratis conijcitur. Conuocat igitur ex uicinis prouincijs & Ecclesijs Polycrates Episcopos, quos propter multitudinem negat se potuisse in literis suis recensere. Proponuntur literæ Victoris: res de Paschate agitur: fit deliberatio, & conferuntur sententiæ. Tandem uerò uno consensu omnium decernitur, ne quicquam de antiquo ritu obseruato, hinc usq; ab Apostolis, proximisq; eorum successoribus, ad minas & terrorem Victoris, immutandum: sed Pascha, recepto in Asia more decima quarta, lunæ ab æquinoctio uerno primæ, habita nulla ratione diei Dominici celebrandum esse, cum id non sit contra Scripturam.

Polycrates

Polycrates Ephesiorum Episcopus.

MAgnus planè et Apostolicus uir, teste Nicephoro, habitus fuit Polycrates Ephesiorum Episcopus. Floruit circa 170 Domini annum. Is Victori Romano Papæ urgenti, ut ea die celebraret Pascha, qua ipse, noluit cedere. Nec ipse solus Papæ in eo restitit, sed & alij Episcopi Asiatici, ut ipse in Epistola ad Papam scribit. Quos cum propterea Papa excõmunicaret, grauiter est ab Irenæo & alijs Episcopis (ut postea dicam) increpatus: ita ut mutare sententiam, & ab excõmunicatione desistere coactus sit. In epistola de eadem re scribit Polycrates ad Papam, se eius minis non admodum perterrefieri. In qua & illud notatu dignum est, quod dicit, septem suorum parentum seu maiorum Episcopos fuisse, & se iam octauum esse. Vnde cognosce, an licuerit tunc sacerdotibus uxores habere. Cognosce etiam audaciam Paparum, qui imperium sibi iam tunc in Asiaticas Ecclesias usurpare conati sunt.

Episcopi Galliæ, & Irenæus. B

IRenæus Lugdunensis Episcopus, discipulus Polycarpi, auditores Ioannis, inter Patres longè celeberrimus, floruit circa annum Domini 170. Is unà cum alijs Gallicis Episcopis, Victorem Papam Asiaticos ob uarietatem quandam diei Paschatos excommunicantem, acriter (teste Eusebio lib. 5. & Socrate lib. 5. & Tripar. 9.) per epistolam obiurgauit: affirmans Paschatis, ieiuniorum, & aliarum talium rerum esse liberam obseruationem. Libro 5. cap. 24. Ecclesiasticæ historiæ pars eius Epistolæ inseritur, quam hic unà cum uerbis Eusebij adscribam. Multa enim ea monet si rectè expendatur.

Sed ad hæc Victor Romanæ Ecclesiæ Episcopus, pertinacius agens, passim totius Asiæ, ac uicinarum prouinciarum Ecclesias, à communionis societate abscindere nititur, tanquam in Hæresim declinantes: & literas mittit, quibus omnes simul absq; discretione, ab Ecclesiastico fœdere segregaret. Sed hoc non omnibus placebat Episcopis: quin potius è contrario scribentes ei, iubebant, ut magis quæ pacis sunt, ageret: & concordiæ, atq; unanimitati studeret. Deniq; extant etiã ipsorum literæ, quibus asperius obiurgant Victorem, uelut inutiliter Ecclesiæ commodis consulentem. Nam & Irenæus cum cæteris, quibus præerat, Galliarum Episcopis scribens, confirmat quidem, ut in Dominica die Resurrectionis Domini mysterium celebretur: Victorem tamen arguit, quòd non rectè fecerit, abscindere à corporis unitate tot & tantas Ecclesias Dei, quæ morem sibi antiquitus traditum custodirent. C

Sed et de multis alijs cõmonet per hæc uerba. Non solum (inquit) de die Paschæ agitur controuersia: sed & de ipsa specie ieiuniorum. Quidam enim putant, uno tantum die obseruari debere ieiunium, alij duobus, alij uerò pluribus: nonnulli etiam quadraginta: ita ut horas nocturnas diurnasq; computantes, diem statuant. Quæ uarietas obseruantiæ non nunc primum, neq; nostris temporibus cœpit: sed multò ante nos, ex illis (ut opinor) qui non simpliciter, quod ab initio traditum est, tenentes, in alium morem, uel per negligentiam, uel per imperitiam, postmodùm decidere. Et tamen nihilominus omnes isti, etiam cum in obseruantia uariarent inter semetipsos, & pacifici fuerunt semper nobiscum, & sunt: nec dissonantia ieiunij, fidei consonantiam rupit. Post hæc inserit etiam historiam quandam, quæ pro sui opportunitate, nec à nobis debet omitti. D

Deniq; ait: Et illi omnes ante Soterem presbyteri, qui Ecclesiæ, cui tu nunc præes, sacerdotiũ tenuerunt, Anicetũ dico, et Pium, Hyginumq;, & Thelesphorũ, & Xystum, neq; ipsi ita tenuerũt: neq; hi, qui cum ipsis erant: & tamẽ cum ipsi ita nõ obseruarent: pacem semper habuerunt cum illis Ecclesijs, quæ hunc obseruantiæ morẽ tenebant: cum utiq; & ipsis contrarium uideretur, quòd non etiam cæteri similiter obseruarẽt: nunquam tamen ob hoc repulsi sunt ab Ecclesiæ societate: aut uenientes ab illis partibus non sunt suscepti. Imò potius & omnes presbyteri, qui fuerunt ante te, omnibus sem-

A bus semper, qui non ita obseruabant presbyteris Ecclesiarum, Eucharistiam solenni
ter transmittebant. Beatus autem Polycarpus, cum ad urbem Romam uenisset sub
Aniceto: cumq; de alijs nonnullis parum quid habuissent inter se: statim tamen
coiffentin pace: de hac quæstione ita egerunt, ut non unusquisq; sententiam suam
obstinata contentione defenderet. Neq; enim aut Anicetus Polycarpo suadere po-
terat, ut non obseruaret ea, quæ Ioannem Episcopum, discipulum Domini nostri,
uel cæteros Apostolos, cum quibus semper fuerat, obseruasse. Neq; rursum Polycar-
pus Anicetum persuasit ea deserere, quæ ille dicebat à se maiorum more seruari.
Cumq; hæc ita inter se habuissent, communicaruut sibi inuicem: ita, ut concederet
Anicetus Polycarpo, etiam sacerdotali ministerio, honoris duntaxat contempla-
tione, perfungi: & ita ab inuicem, plena fide, pace integra, & firma charitate, disce-
dunt: ut omnes Ecclesiæ, siue quæ ita de Pascha, siue quæ non ita obseruarent, inter
B se tamen concordiam custodirent.

Hæc Irenæus, agens sui nominis opus, pacem uidelicet Dei Ecclesijs concilí-
ans scribit: & non solum uictori, sed & diuersis Ecclesiarum Rectoribus similiter per
epistolas adserit, quòd multa, pro hac quæstione, in Ecclesijs Dei dissensio de-
beat obortiri.

Testatur quòque Eusebius, & alios Episcopos liberè de eo negocio Victorem
admonuisse. Considera quæso Christiane lector, unicam sententiam ex ea epi-
stola. Nam inter alia inquit: Enimuero qui Soterem præcesserunt presbyteri, &
Ecclesiam, quam tu nunc gubernas, administrarunt, Anicetum dico, pium Iginium,
Telesphorum, & Xystum, neque ipsi ita Pascha & ieiunium obseruarunt. Vide
obsecro quàm parum honorificè Papas appellet. Dicit, tu: & non tua Sanctitas.
Tot Papas uocat presbyteros tantum, & non sanctissimos, summosq;, &c. Dicit
eos gubernasse Romanam Ecclesiam: non dicit orbem terrarum, aut uniuersam
C Ecclesiam. Et omnino ita cum Pontifice agit, ac cum aliquo æqualis dignitatis
homine, ut etiam fuerunt tunc omnes Episcopi.

Hic obserua, pie lector, primùm quanta insciția tunc & Papa & clerus Ro-
manæ Ecclesiæ laborauerit, qui inter necessaria & adiaphora nullum discrimen
facere potuerit, imò qui illas iam hominum traditiones mandato Dei de dilectio-
ne proximi & concordia in tuenda Ecclesia longè prætulerit: & quòd tamen in-
terea aliqui, & quidem non pauci, meliores doctores illam insciriam seu errorem
Papæ, qui res non necessarias utsit, tanquam planè necessarias & à Christo man-
datas, reprehenderint.

Denique obserua, quòd Papa nondum sese ita in altum extulerat, ut non li-
ceret alicui Episcopo, & monere eum, & etiam aliquanto liberius arguere. At po-
stea in eum furorem Romanus Antichristus prolapsus est, ut ausus sit decretare,
quòd etiam si ipse infinitas animas secum in infernum traheret, tamen nemo ei
D dicere debeat, Quid facis? Dist. 40. Ex eadem etiam Irenæi epistola clarissimè
cernis doctrinam de adiaphoris & cæremonijs, ac ritibus, in quibus uera pietas mi-
nimè consistat, tunc Gallicis Ecclesijs probè notam fuisse.

Scribit etiam Eusebius, multas nouitates & schismata contra regulam ueri-
tatis in Romana Ecclesia tempore Irenæi exorta: quibus ut resisteret Irenæus, scri-
pserit aliquot libros, ut de schismate, de Monarchia Dei, &c. Mirari iam quispiam
Irenæi, hominis mitissimi & modestissimi, audaciam possit, quòd ipse Roma-
nam Ecclesiam erudire & sanare uoluerit, quam Pontificij fingunt esse matrem
& magistram omnium Ecclesiarum: & non potius id Papæ, qui errare nunquam
potest, permiserit. Sed quid non auderet, qui & ipsum Papam, ut superius dictum
est, monere, & increpare sit ausus? Hinc potes manifestè cernere, longè aliam fuisse
tunc temporis formam & politiam Ecclesiæ, quàm quæ iam sit.

Erasmus scribit Irenæum ita loqui, ut qui nullum purgatoriũ sciuerit. Rectè eti-
am monet eum lib. 3. cap. 38. ita recitare illud testimonium Gen. 3. quòd ipsum semẽ,

non ipsa

non ipsa mulier conteret caput serpentis. Scribit item Irenæus, quomodo Marcus Hæreticus, formosam cuiusdam Diaconi uxorem corruperit. Vnde apparet, tunc ministros Ecclesiæ coniugatos etiam fuisse in Gallia. A

Penè oblitus eram illud adijcere, quod in hoc authore minimè obliuione dignum est. In quinto enim Contrahæreses libro, ubi nomen Antichristi in Apoc. 13. indicatum explicat, ratiocinatur id fore LATINVS: quòd & literarũ quantitas correspondeat numero DCLXVI indicato, & quòd Latini seu Romani imperium orbis terrarum tunc habeant. Qua profectò interpretatione haud obscurè indicatur, Papam Romanum forè Antichristum. Nam Papa & uult esse Latinus seu Romanus, & in Latio dominatur. Cęterum de Romana Ecclesia scribit Irenęus in hęc uerba: Fundantes igitur & instruentes beati Apostoli Ecclesiam Romanam, Lino Episcopatum administrandę Ecclesię tradiderunt. Nõ igitur annis 25. Romæ Petrus sedit, aut triplicem coronam ibi gestauit, sicut Papistæ de eo impudenter mentiuntur: sed erudiuit tantum nonnihil illam Ecclesiam, sicut & alias infinitas. Quid igitur impudentíssimi Romanistæ præ omnibus alijs Ecclesijs à Petro ac Paulo fundatis, de Apostolica Petri sede gloriantur? B

Concilium Elibertinum, & Constantinopolitanum.

DE imaginib. & reliquijs sanctorum, earumq; cultu & luminibus, multę fuerunt iam olim contentiones in Ecclesia. Ac damnauerunt eas plurimi: inter quos primum concilium Elibertinũ, ante 1270 annos. Deinde uerò Epiphanius ante 1000 & fermè 200 annos, de quo infrà prolixius. Postea ante annos 800. aliquot Constantinopolitani Imperatores ordine, quin & una Synodus quoq; Constantinopoli celebrata, cui 300 partim Episcopi, partim alioqui docti uiri interfuerunt. Gregorius quoq; Papa, Epist. 9. cap. 9. laudat Serenum præsulem Massilię, qui circa 600 annum Do. uixit, quòd prohibuerit imagines adorari. Hisce idolatrię oppugnatoribus adijce Synodum Francofordensem, & Caroli Magni, de quibus aliquanto post. C

Iustinus Martyr.

IVstinus, Martyr ac Philosophus insignis, qui circiter 150 post natiuitatem Domini, anno floruit, multa dicit disertè pugnantia contra Antichristi abusus: ac primitiuæ Ecclesiæ synceritatem testantia. E quibus maximè operæprecium esse duximus, annotare eius descriptionem rituũ Ecclesię in perducendis ad Christianismum Ethnicis, & peragendis rebus sacris, quas tunc Dominico die celebrare sunt soliti. In dè enim liquidò apparebit: tum Chrisma aut cõfirmationem, et Missam planè ignotam Ecclesiæ fuisse: sacramentumq; corporis & sanguinis Domini non offerri, sed tantum de eo communicari moris fuisse, idq; sub utraq; (ut loquuntur) specie.

Ex fine Maioris Apologię. Cæterum, quomodò nos Deo dicauerimus, renouati per Christum, iam exponemus: ne quid malitiosè dissimulare uideamur. Quotquot persuasi credunt, hæc quæ dicemus uera esse, & ad eum modum uiuere pollicentur, ante omnia discunt precibus, & ieiunijs petere à Deo præteritorum peccatorum ueniam, nobis unà preces, ieiuniaq; iungentibus. Deinde ad aquam à nobis ducuntur: & renascuntur modo renascendi, quo & nos renati sumus. Nam in nomine Patris omnium, Dominiq; Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, & Spiritus sancti in aqua tunc lauantur. Dixit enim Christus ipse, Nisi renati fueritis, non intrabitis in regnum cœlorum. Et paulò post, Nos uerò sic ablutum & institutum ad alios fratres adducimus, ubi cœtus fiunt: ut tam pro nobis, quàm pro recens illustrato precemur: quò inueniamur per ueram doctrinam & bona opera, digni obseruatores mandatorum, custodesq;: & ut æternam salutem assequamur. Post precationem, nos salutamus osculo mutuo: deinde affertur præcipuo fratri panis, & calix aqua dilutus: quibus acceptis, laudem & gratiarum actionem Patri omnium agit, per nomen D

A nomen Filij, sanctiq; Spiritus: atq; ita gratiarum actionem diu, quo prædicta impetret agit: post preces & gratiarum actionem, totus cœtus accinit. Amen, Ea uox Hebraica significat idem quod fiat.

Absoluta gratiarum actione præsulis & omnatione totius plebis, Diaconi (quos uocamus) dant singulis præsentibus partem panis, & calicis diluti, super quos facta est gratiarum actio: atq; etiam deferre sinunt absentibus. Hoc autem alimentum, apud nos uocatur Eucharistia: ad quod nemo admittitur, nisi qui credit ueram esse nostram doctrinam, ablutus regenerationis lauacro in remissionem peccatorum, & sic uiuens, ut Christus docuit. Non enim ut uulgarem panem, & uulgare poculum hæc sumimus: sed quemadmodum per uerbum Dei, Caro factus Iesus Christus Seruator noster, carnem & sanguinem, pro salute nostra habuit: sic etiam per uerbum precationis, & gratiarum actionis, sacratam ab ipso alimoniam, quæ mu-

B tata nutrit carnes nostras & sanguinem, illius incarnati Iesu carnem & sanguinem esse didicimus. Nam Apostoli in suis scriptis, quæ uocantur Euangelia, sic sibi mandasse Iesum tradiderunt: sumpto pane, actisq; gratijs dixisse. Hoc facite in mei commemorationem, hoc est corpus meum: similiter sumpto poculo, actisq; gratijs dixisse. Hic est sanguis meus: & solis ipsis communicasse, quòd in mithræ mysterijs imitari mali dæmones conati sunt. Panem enim & aquæ poculum initiandis eos apponere, cum quibusdam in cantationibus, si nescitis, potestis discere. Nos uerò postea semper hæc, nobis reuocamus in memoriam, & ditiores egenis succurrimus, uersamurq; una continuò: & pro omnibus rebus, quibus fruimur, creatorem earum benedicimus per filium eius Iesum Christum, & spiritum Sanctum.

Die Solis urbanorum ac rusticorum cœtus fiunt, ubi Apostolorũ, Prophetarumq; literæ, quoad fieri potest, prælleguntur. Deinde cessante Lectore, Præpositus uerba facit adhortatoria, ad imitationem tam honestarum rerum inuitans. Post hæc

C consurgimus omnes, & preces offerimus: quibus finitis, profertur, ut diximus, Panis, uinum, & aqua. Tum Præpositus, quantum potest, preces offert & gratiarum actiones: plebs uerò, Amen, accinit. Indè consecrata distribuuntur singulis, & absentibus mittuntur per Diacones. Ditiores, si libeat, pro sua quisq; uoluntate conferunt, collecta deponuntur apud Præpositum. Is subuenit pupillis, uiduis: & propter morbum, aliámue necessitatem egentibus, uinctis quoq; ac peregrinis: & in summa curator sit omnium inopum. Conuentus autem hos die Solis facimus: quoniam hac die primum Deus depulsis tenebris, formataq; materia, mundum creauit. Iesus Christus quoq; noster Seruator, eadem die resurrexit à mortuis. Nam ea, quæ proxima Saturni diem præcedit, crucifixus fuit: & proximè sequenti Saturni diem, So-

lis die uidelicet, conspiciendum se Apostolis, & discipulis præbuit, eisq; suam doctrinam impertijt.

Hic clarè cernis, pie lector, nullam tunc temporis confirmationem, aut inun-

D ctionem in usu fuisse: sed conuersos, mox à Baptismo, ad communionem corporis Domini traductos esse. Manifestè quoq; uides, nullam tunc Missam aut sacrificium Domini pro peccatis ab Ecclesia celebratum fuisse: nullumq; alium Sacramenti corporis Domini præter communionem, usum fuisse. Denique uides illam antiquissimam Ecclesiæ formam, prorsus cum nostra instauratarum Ecclesiarum conuenire. Quod profectò est eximium testimonium synceritatis nostræ religionis.

Clemens Alexandrinus.

CLemens Alexandrinus, scriptor in primitiua olim Ecclesia admodum celebris, tum pietatis, tum eruditionis nomine, floruit circiter 200. Domini annum. Is de sacrificijs quidem multa scribit, sed nusquam uel minimam Missæ mentionem facit: semper ille uerum Ecclesiæ Christi sacrificium dicit preces esse: altare dicit esse piam animam, item totum cœtum Deum inuocantium. Sic enim habet Stromatum VII.

Sín autẽ gaudet Deus honorari, cum natura nullius indigeat, non abs re nos A
Deum precibus honoramus, & hoc sacrificium optimum & sanctíssimum cum iu-
sticia emíttimus, iustíssimi uerbo eum honorantes, per quem accípimus cognitio-
nem, ea quæ dídicimus per eum glorificantes. Est ergo quod hic apud nos est alta-
re, terrestris congregatio eorum qui incumbunt orationibus, qui uelut i unam uo-
cem habent communem, & unam mentem. Et paulo pòst: Consprratio autem,
seu unanimia uota propriè dicuntur in Ecclesía. Est enim Ecclesiæ sacrificium, uer-
bum quod à sanctis exhalatur animis, cum sacrificium simul aperiatur, & tota mens
Deo. Et paulo pòst: Aram autem uerè sanctam, iustam animam, & qui ab ea emit-
titur, suffitum, nobis sanctam dicentibus orationem, non credent, &c.

Quin etiam eodẽ líbro diserte negat, Christianos Deo sacrificare, inquit enim.
Propter quam causam meritò Deo non sacrificamus, qui nullius indiget, & omnia
præbuit hominibus: sed eum glorificamus, qui est pro nobis sacrificatus, nos ipsos B
sacrificantes, ad id quod est nullius indiget, ex eo quòd nullius indiget, & ab impa-
tibili, ad id quod est patibile: Deus enim sola nostra salute delectatur. Meritò ergo
ei non offerimus sacrificium, qui non uincitur à uoluptatibus, cum inferius, & nec
usque ad crassísimas nubes, & longè etiam ab ijs perueniat, quæ fit per fumum ex-
halatio, si modo perueniat. Nullius ergo indiget Deus, nec capitur uoluptate, nec
est aut lucri, aut pecuniæ cupidus, cum sit plenus, & cuílibet quod ortum est & indi-
get, omnia præbeat. Neq; sacrificijs, sed neq; donarijs.

Coniugium quoq; non tantũ laicorum, sed & presbyterorum defendit, contra
eorũ peruersitatem, qui coniugium tanquam rem ímmundam contemnebant, dice
bantq; se Christũ in uírginitate seruanda imitari uelle: sicut & Papa Syricius (de quo
postea) horribiliter deformat coniugium. Sed adscribemus ipsíus Clementis uerba.

Dicunt autem glorioſi isti iactatores, se imitari Dominum, qui neque uxorem
duxit, neque in mundo aliquid possedit, se magis quàm alij Euangelium intellexísse C
gloriantes. Eis autem dicit Scriptura: Deus superbis resístit, humilibus autem dat gra-
tiam. Deinde nesciunt causam, cur Dominus uxorem non duxerit. Primùm quidem
propriam sponsam habuit, Ecclesíam. Deinde uerò nec homo erat communis, ut
opus haberet etiam adiutore aliquo secundum carnem. Neque erat ei necesse pro-
creare filios, qui manet in æternum, & natus est solius Dei filius. Hic ípse autem Do-
mínus dicit: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et paulo pòst.

Iam de ijs qui matrimonium abhorrent, dicit beatus Paulus: In nouíssimis die-
bus deficient quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrínis dæmoniorũ,
prohibentium nubere, abstinere à cíbis. Et rursus dicit: Nemo uos seducat uolens in
humilitate, & religione, & parsimonia corporis. Idem autem illa quoque scríbit: Al-
ligatus es uxori, ne quæras solutionem: solutus es ab uxore, ne quæras uxorem. Et
rursus: Vnusquisque autem suam uxorem habeat, ne tentet uos satanas. Quid uerò?
non etiam iusti ueteres creaturam cum gratiarum actione participabant? Aliqui au- D
tem etiam liberos susceperunt, cum continenter uersati essent in matrimonio. Ite-
rum aliquanto pòst, quem locum etiam Eusebius recenset.

An etiam reprobant Apostolos? Petrus enim & Philippus filios procrearunt.
Philippus autem filias quoque suas uiris tradidit. Et Paulus quidem certè non ue-
retur in quadam epístola suam appellare coniugẽ, quam non circumferebat, quòd
non magno ei esset opus ministerio. Dicit itaq; in quadam epístola: Non habe-
mus potestatem, sororem mulierem circumducendi, sicut & reliqui Apostoli? Sed
hi quidem, ut erat consentaneum, ministerio quod diuelli non poterat, prædicatio-
ni scilicet attendentes, non ut uxores, sed ut sorores circumducebant mulieres, quæ
unà ministraturæ essent apud mulieres quæ domos custodiebant, per quas etiam in
gynæceum absq; ulla reprehensione, mala ue suspícione, ingredi posset doctrina Do
mini. Atqui hic ipse reclamauit, Non est regnum Dei esca & potus: neque uerò ab-
stinentia à uino & carnibus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto.

Ex líbro

Ex libro VII. Stromat.

A VXorem autem ducere dico, si uerbum dixerit, & ut conuenit. Qui enim fuerit perfectus, exempla habet Apostolos, & re uera uir ostenditur, non in eo quòd uitam elegerit monasticam, sed ille uiros uincit, qui in matrimonio & liberorum procreatione, & domus cura, ac prouidentia, citra uoluptatem & dolorem se exercet: & cum domus curatione, & indiuulsus à Dei charitate, & insurgit aduersus omnem tentationem, quæ affertur per filios, uxorem, & famulos, & possessiones. Ei autem, qui domum non habet, magna ex parte euenit, ut non tentetur. Qui ergo sui solummodo curam gerit, uincitur ab eo, qui cum sit inferior quidem in ijs, quæ pertinent ad suam salutem: superior autem in ijs, quæ ad uitæ spectant dispensationem, exiguam reuera conseruat imaginem, ueritatis prouidentia.

B Vnde & ex Gangrensi concilio, de quo pòst, clarè apparet, aliquandiu post Apostolorum tempora pios doctores, isti Antichristianæ hypocrisi monachorum & aliorum spiritualium, iam tum orienti, seriò repugnare conatos esse.

Eusebius initio secundi, citat ex sexto Hypotyposeon Clemenentis, hoc dictum: Petrus enim, inquit, & Iacobus & Iohannes, post assumptionem Saluatoris, quamuis ab ipso fuerint omnibus penè prælati, tamen non sibi uendicarunt primatus gloriam, sed Iacobum, qui dicebatur Iustus, Apostolorum Episcopum statuunt. Vnde non incommodè diuinare possis, quid Clemens de Petri dignitate senserit: nempe exæquat eum Iacobo & Iohanni, eosq; dicit uideri penè omnibus alijs prælatos: sed tamen nullam sibi superioritatis, aut ut ita dicam, prioratis gloriam usurpasse. Quòd si Petro diuino mandato ea functio mandata fuisset, ut cæteris omnibus præesset, eaq; res tantopere Ecclesiæ Dei necessaria esset, sicut nobis Papistæ persuadere conantur: an non scelestissimè Petrus fecisset, qui neglecto
C Christi præceptoris mandato, neglectoq; publico Ecclesiæ Dei cõmodo, ea functione ac officio defungi neglexisset, alijsq; eam contra Dei ordinationem demandasset.

Methodius Græcus.

METhodius Græcus (nam plures fuerunt) Tyri Episcopus, floruit circa 255 Domini annum. Scripsit præter multa alia, etiam prophetias quasdam de nouissimis temporibus, quas Sebastianus Brandt, Basileæ anno Domini 1498 excudi curauit. In ijs non uno loco prædicit ille sanctus pater, futurum, ut in nouissimis temporibus sacerdotes non tantum turpiter ac scelerate uiuant, sed etiam religionem ipsam ac doctrinam suamet sponte, non coacti, penitus corrumpant & contaminent, ac ob id diuinitus puniantur. Prædicit inter alia fore monachos & clericos res sacras exurentes, ac porcis obijcientes, id est impiè prophetantes. Pingit & Episcopos colantes culicem, & deuorantes camelum. Quo uoluit ille
D sanctus uir indicare peruersum studium in obseruandis ritibus, & suis traditiunculis: & interea negligere doctrinam ipsam, & animarum salutem. Prædicit quoq; simul Deum ueram religionem instauraturum, repurgaturumq; esse. Vnde animaduertimus, diuinitus præsentem Christianæ pietatis instaurationem fieri, & ante tot secula diuino spiritu per sanctos uiros prædictam esse.

Aelius Lampridius.

HIc Ethnicus historicus, ideo tantum inter hosce ueritatis testes recensetur, quòd narrat prima Christianorum templa omnibus simulachris caruisse: sicut Lactantius, ac multi alij testantur. In quibus postea Papæ maximam diuini cultus partem constituerunt. Verba eius sunt hæc in uita Imperatoris Alexandri Seueri. Capitolium (inquit) septimo die cùm in urbe esset, ascendit, templa frequentauit, Christo templum facere uoluit, eumq; inter Deos recipere: quòd & Adrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus sine simulachris iusserat fieri:

quæ hodie idcirco, quia non habet numina, dicuntur Adriani, quæ ille ad hoc pa- A
rasse dicebatur, sed prohibitus est ab his, qui consuleretis sacra repererant, omnes
Christianos futuros, si id optato euenisset, & omnia templa deserenda. Hactenus
ille. Veteris ergo Ecclesiæ mos, abundè nouos Antichristi, eiusq; impietatis abusus
redarguit. Acciderunt autem hæc circa 200 Domini annum.

Ecclesia Rauennas, Aquilegiensis, & Mediolanensis.

ECclesia Rauennas, Aquilegiensis & Mediolanensis, earumq; doctores, circiter
per annos 200. restituerunt primatui, seu tyrannidi potius, Papæ postquam eas
oppugnare cœpit. Verùm tandem sub annum 700 (quia teste Daniele, Anti-
christo eius nefarij conatus aliquandiu succedere debebant) eas Papa nonnihil op-
pressit, nam antea nunq; sub eius iugo fuerant. Restiterunt tamen etiã postea usq; ad B
annum 900. ut deinceps historijs ostendetur. Vnde facile apparet, eum non diuino
iure primatum habere, sed sua id fraude, ambitione, uiolentiaq; sibi rapuisse, ne quic-
quam multis Ecclesijs contrà clamantibus, & gementibus.

Historici quidam, ut Platina & similes adulatores Paparum, dicunt istas Eccle
sias fuisse quidem etiam antea subiectas Romanæ: sed postea se ab eius obedientia
subtrahere uoluisse. Verùm contrarium licet intelligere tum aliunde, tum etiam ex
epistola quam Papa ad Vrsum ducem Venetum scripsit, quæ apud Sabellicum &
Bonintendium extat. In ea enim clarè Papa confitetur, Rauennatem Ecclesiam esse
multarum Ecclesiarum caput.

Ecclesiæ Illyricæ.

AD hæc publica Ecclesiarum testimonia addatur & illud, quòd Illyricæ Eccle-
siæ adhuc hodierna die in publicis sacris uulgari utuntur lingua. Vnde colligi C
tur, non rectè Antichristum, eiusq; mancipia facere, qui omnes ad Latinum
sermonem cogere uolunt. Colligitur etiam inde, lectiones & cantiones in Ecclesia
non ideo habitas, quia putarent esse cultus ex opere operato, sed ut noto sermone
Ecclesia ædificaretur. Refert Aeneas Syluius, multum Romę disputatum esse sub an-
num 900. an id in Slauis ferendum sit, tandem cœlitus auditam esse hanc uocẽ: Om-
nis spiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei. Ideoq; dubitari desi-
tum esse. Si suo Papæ Aeneæ Syluio, qui postea pius secundus dictus est, credunt Pa-
pistæ, quòd talis uox emissa sit cœlitus: cur iam tam furenter pro hæretico & nefa-
rio scelere damnant, uulgaris linguę usum in rebus diuinis, in Germanicis & alijs Ec-
clesijs? Sed de hac re etiam postea in Methodio Illirico dicetur.

Anglica Ecclesia.

BAlæus in suo Catalogo, affirmat, ex uetustis quibusdam scriptorib. in Anglia, an- D
te illum Augustinum, quem eò Gregorius primus Papa misit, fuisse longè purio
rem Christianismum: sed illum omnia in deterius, inuehendo Papisticas cære-
monias, commutasse. De quo quidem dubitari non potest. Nam Gregorius in tota
occidentali Ecclesia Christianam pietatem suis nouis ordinationibus & deformatio
nibus longè fecit deteriorem. Verùm illud quoq; simul memorabile est, quod ait,
multos ei pios in Britannia, præsertim doctores, restitisse. Ac propterea Augustinum,
Romanistarum more uolentem cædibus suam religionẽ promouere, incitatis qui-
busdam tyrannis effecisse, ut mille ac ducenti ex illis suæ impietati resistentib. docto-
ribus, semel trucidarentur. Quin & post eam tam atrocẽ tot sanctorum martyrũ truci
dationẽ, nihilominus longo tempore fuisse, qui Romanis illis Augustini ritibus &
superstitionib. reclamarent, prædictus author affirmat. Cõiugium sacerdotũ nihil-
ominus usq; ad annum Do. 1100. teste Balæo & Polydoro, alijsq; Anglicarum rerum
scriptorib. retinuerunt. Circa quod tempus & Germanicis Ecclesijs est ademptum.

Apollonius.

Apollonius.

A Pollonius quidam Ecclesiasticus scriptor, à D. Hieronymo admodum laudatus, uixit anno 119. Scripsit is, ut testatur Eusebius Ecclesiasticæ historiæ libro 5. capite 16. contra Montanum, eumq; etiam eo nomine peruersi spiritus esse arguit, quia leges ieiunio circumscripsit. Vnde apparet, in primitiua Ecclesia ieiunia, & alia eiusmodi exercitia libera fuisse, nullis certis circumstantijs alligata: ac pios tunc sensisse, nõ esse boni spiritus ponere leges ieiuniorũ, ut postea Papæ fecerũt: sicq; in Montano etiam ipsum Antichristũ damnauerunt. Quanq; in Montano rectè dici potest, etiã spiritualiũ cœlibatus sanctitatẽ à primatiua Ecclesia damnatã esse.

Nicephorus lib 4. cap. 36. ex doctrina Iudæ ait: Antichristi aduentus tunc expectabatur. Quæ opinio, si quis Montani hæresin & Victoris Romani conatus consideret, non prorsus uana fuit. Quid enim aliud Montanus nouis suis Paracleti confictis traditionibus, & legibus ieiuniorum, & nuptiarum dissolutionibus egit, quàm ut fundamenta prima totius Antichristianismi iaceret?

Attalus.

A Ttalus nobilis martyr Christi, passus est circa annum Do. 180. De eo talis historia lib. 5 Ecclesiasticæ historię ad uerbum legitur. Refertur adhuc in eadem scriptura (scilicet in Gallicarum Ecclesiarum epistola ad Asiaticas) & alia narratio, quam cognitionis causa his inserere dignum putaui.

Alcibiades quidam erat in numero eorum, qui pro Christo uincti tenebantur. Hic uitam satis arduam & austeram gerebat, nihil cibi uolens accipere, sed tantum sale & pane cum aqua utebatur. Cumq; hunc uitæ rigorem uellet etiam in carcere positus obtinere, Attalo post primam confessionẽ suam, quam in amphitheatro confessus est, reuelatur: quia non rectè faceret Alcibiades, creaturis Dei & ipsum nõ uti, & alijs formam scandali derelinquere. Quibus cognitis, Alcibiades cæpit omnia cum gratiarum actione percipere. Quia quæ illi reuelabat spiritus, ut doceret: & huic, ut requireretur, idem spiritus persuadebat.

Hinc clarè apparet, initio pios homines, imò ipsum spiritum sanctum, superstitiosorum hominum, religionem ac pietatem in ciborum usu, uel abstinentia ieiuniisq; collocantem, conatib. sedulò reclamasse. Verùm tandem humana cæcitas, Antichristiq; superstitiosa hypocrisis, doctrinas dæmoniorũ de abstinẽtia ciborũ, Ecclesię Dei uolẽti nolentiq; obtrusit. Memorabilis uerò hæc narratio est, tum propter rei magnitudinẽ, tum etiam, quod tunc Gallica Ecclesia dignã iudicauit, quam publicę epistolæ ad tot Ecclesias scriptæ insereret. Apparet enim tum id fuisse cõmune dogma.

Tertullianus.

T Ertullianus circa 200 Do. annum floruit. Magna omnino est eius scriptorum authoritas, magna etiam eruditio, & alia dona: uitæ quoq; fuit ualde laudatæ.

Hunc tamen tantum uirum scribit Hieronymus, à Romano clero, Roma, inuidia, ac maleuolentia pulsum esse. Etsi autem occasio non exponatur perspicua, satis tamen est, quod ipsemet Hieronymus testatur, inuidia & contumelijs pulsum fuisse. Clarè enim ostendit, eos nullam iustam, piam, ac grauem causam, contra tantum uirum habuisse. Beatus quidem Cyprianus tanti eum fecit, ut singulis diebus solitus sit, eum lectitare, & præceptorem suum uocare: ut quoties Amanuensem iuberet sibi eius opus porrigere, diceret: Da huc præceptorem. Hinc igitur cognoscatur, qualis pietas, ac humanitas, iam olim Curtisanorum Romanorum fuerit.

Cyprianus.

C Yprianus uixit anno 240. Contendit omnibus sanguinem Domini dandum. Asserit quoq; uocationem sacerdotum & Episcoporum esse in Ecclesię seu ple-

bis Christianæ potestate. Sic enim inquit in epistola ad Felicem presbyterum. A

Plebs obsequens præceptis Dominicis, & Deum metuens, à peccatore præposito separari debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere: cum ipsa maximè habeat in potestate, uel dignos eligendi sacerdotes, uel indignos recusandi. Quod & ipsum uidemus de diuina authoritate descendere, ut sacerdos plebe præsente sub omnium oculis eligatur, & dignus atq; idoneus publico iudicio & testimonio comprobetur. Sicut in Numeris Mosi præcipit Dominus, dicens: Præhẽ de Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium eius, & impones eos in montes coram omni synagoga, & exue Aaron stolam eius, & indue Eleazarum filium eius, & Aaron appositus moriatur illic. Coram omni synagoga iubet Deus constitui sacerdotem: id est, instruit & ostendit, non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsente uel detegantur malorum crimina, uel bonorum merita prædicentur, & sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium suffragio, & iudicio fuerit examinata. Quod postea secundum diuina magisteria obseruatur in actis Apostolorum, quando ordinato in B locum Iudæ Episcopo, Petrus ad plebem loquitur. Nec hoc in Episcoporum tantum & sacerdotum, sed & in diaconorum ordinationibus obseruasse Apostolos animaduertimus: de quo in actis Apostolorum scriptum est. Hæc ille.

In tractatu de simplicitate clericorum disputat, idem fuisse alios Apostolos quod Petrum & honore & potestate. Quare & Episcopos & successores pares & dignitate & potestate esse. Papas Romanos sæpe in suis Epistolis nocat suos fratres, consacerdotes & collegas, & omnino per omnia ita cum eis agit, ac cum suis dignitate ac autoritate æqualibus. Abeat iam aliquis Episcopus, & sic Papæ scribat: uidebit, quomodo excipietur. Cum de Cornelij Papæ electione tanquam minus rectè facta rumor in Aphricam esset allatus, ita ad eum & sacerdotes Romanos scripsit, petens ut probaret electionem rectè factam esse, ac si sibi aliquid iuris in eum uindicaret. Fuit Metropolitanus Carthaginensis. Aequat autem etiam Nicænum concilium C inter se Metropolitanos iure seu potestate.

Verùm quòd Cyprianus nullum primatum, aut superioritatem Pontificis Romani super agnouerit, ex epistola eius ad Cornelium Papam liquidò apparet. Nam cùm in persecutionib. multi sæpe metu sacrificarent, multiq; item alijs sese criminib. cõtaminarent, nec ea facilè sine publica pœnitentia, & grauiori etiam quadam castigatione, satisfactione, aut etiã exploratione, Ecclesia recipere soleret, alibiq; pro Episcoporum zelo seuerius, quàm alibi eiusmodi Apostatę redeuntes tractarẽtur: accidit tempore Cypriani, ut quidam eiusmodi perditi homines non seriò, aut ex animo de tantis facinorib. pœnitentiam agentes, eoq; à Cypriano in Ecclesiam nõ recepti, proprium sibi Episcopum Fortunatum nomine, Carthagine crearẽt. Et quò istud suum tam audax facinus, tantò firmius cõfirmarent, corroborarentq;, miserunt amplam legationẽ ad Cornelium Papam, Romam, quę ei totum negocium exponeret, ab eoq; & minis & precib. aliquem cõsensum in id factum extorqueret. Ea illuc profecta rem sedulò et strenuè apud Pontificem egit: nec multũ abfuit, quin eum terrore ad assen- D tiendum permoueret. Et erat alioqui Cornelius in recipiendis, seu absoluẽdis talib. lenis nimis ac facilis: adeò, ut tanta facilitate etiã Nouato sacerdoti suo, homini diuersissimi ingenij ac sententię, schismatis occasionẽ præberet: qui contendebat abnegatores Christi in Ecclesiam denuò recipiendos planè nõ esse, sed tamen ad pœnitentiam uehementer hortandos. Quod seueritatis cuiusdam disciplinęq;, seu cohibendæ licentię causa magis faciebat, quã quòd coram Deo eis nullã uenię spem esse sentiret: ut posteri, sectatoresq; eius, postea errorẽ præceptoris augẽtes, senserunt. Verùm cum Cyprianus, & suorũ Apostatarum audaciam, conatumq; legationis, & Cornelij lenitatem, aut etiam timiditatem, in audienda illa legatione, cognouisset: scripsit admodum prolixè, ei totiq; Romanę Ecclesię. Ac primùm eum satis asperè obiurgauit, quòd se passus sit à tam perditis hominib. perterrefieri: Docuitq; Christianũ sacerdotem, debere quiduis potius perpeti, quàm pati se permoueri, ut aliquid cõtra uolun-

tatem,

A tatem, ac mandatum Christi agat. Deinde expoſuit totam cauſam, & oſtẽdit, quàm perditi homines ſint illi ſui Apoſtatę: quamq; nullam habeant cauſam, cur ſe ab ipſo reliquoq; cœtu ſegregent, aut de eo uſq; querantur: oſtendit etiam illos, nõ à ſe ſolo, ſed & à multis alijs Epiſcopis damnatos eſſe. Tertiò oſtendit etiam Apoſtatas illos, ſi quid iuris habent, non Romam debere curſitare: ſed in Africam redire, ibiq; uel coram ſe, qui ſit eorum Metropolitanus Epiſcopus: uel coram Epiſcoporum ſynodo cauſam dicere: quandoquidem conſtitutũ ſit: ut cauſæ ibi cognoſcantur, ubi accidẽrunt, diſtributos item eſſe Epiſcopatus, ac ſingulos Epiſcopos ſuo grege contentos, non ἀλλοτριεπισκοπεῖν debere, ſed ſuis tantum ouibus præeſſe, deq; eis rationem Domino reddere. Verùm adſcribã, ipſa uerba Cypriani, tum teſtimonij certioris cauſa, tum quòd admodum ſignificantia, & grauitatis zeliq; plena ſunt. Nam cùm STATVTVM ſit ab omnib. nobis, & æquum ſit pariter ac iuſtum, ut uniuſcuiusq; cauſa illic audiatur, ubi eſt crimẽ admiſſum, & ſingulis paſtorib. PORTIO gregis ſit adſcripta,
B quam regat unuſquiſq; ac gubernet, rationem ſui actus Domino redditurus, oportet utiq; eos, quib. præſumus, non circumcurſare, nec Epiſcoporũ concordiam cohærentem, ſua ſubdola & fallaci temeritate collidere, ſed agere illic cauſam ſuã, ubi & accuſatores habere, & teſtes ſui criminis poſſint, niſi paucis deſperatis & perditis, minor uidetur eſſe authoritas Epiſcoporum in Africa conſtitutorum, qui iam de illis iudicauerunt, et eorum cõſcientiam multis delictorũ laqueis uinctam, iudicij ſui nuper gra
C uitate damnarunt. Iam cauſa eorum cognita eſt, iam de eis dicta ſentẽtia eſt. Nec cenſuræ congruit ſacerdotum, mobilis atq; inconſtantis animi leuitate repræhendendi, cùm Dominus dicat. Sit ſermo ueſter, eſt, eſt, non nõ, &c. Sic & in epiſtola de clericorum ſimplicitate dicit, unumquemq; inſolidum ſuum Epiſcopatũ poſſidere, id eſt, non eſſe, quaſi (ut ita dicam) feudatarium alterius: ſicut nunc ſunt omnes Epiſcopi feudatarij, aut beneficiarij, ſeu clientes Romani Pontificis. Quis uerò nunc Epiſcoporum, Archiepiſcorum, Metropolitanorum, & denicq; Patriarcharum, auderet ad
C Romanum Pontificẽ ita ſcribere: quòd ille ſuos, apoſtatas iudicare non debeat: ſed ad ſe eos reuerti oporteat, quia ſtatutum ſit ibi cauſas cognoſci oportere, ubi accidẽrunt. Item quòd unicuiq; Epiſcopo, ſua ſit portio gregis adſcripta, quam regere, & de cuius gubernatione, nõ Romano Epiſcopo, ſed Domino Ieſu rationem reddere debeat: Reſponderet enim ei profectò Papa, ſe eſſe uniuerſæ Eccleſiæ Epiſcopum, ſuum eſſe de tota Eccleſia iudicare, eumq; ſibi cùm ſuo Epiſcopatu adſcriptũ, attributumq; eſſe. Quare ſe mods iomnibus de illis iudicare uelle, qui ab ipſo ad ſe appellarint, aut confugerint. Obſeruandum uerò eſt quòd dicit, id STATVTVM eſſe. Iudicat enim
C procul dubio, id quadam ueteri ordinatione aut ſynodo decretum, ſicut & in Miletana ſynodo, ut poſtea audiemus, Patres idem decretũ de cognoſcẽdis ſiniendisq; controuerſijs, in ſuis locis ubi ortæ ſunt, repetentes ſimul affirmant, eum Canonem iam olim ſancitũ eſſe. Apparet uerò etiam Romanos Pontifices in id decretum olim conſenſiſſe. Nam dicit Cyprianus, ſtatutum id à nobis omnib. eſſe, loquens de Epi-
D ſcopis & ſe ipſo ac Papa Cornelio, ad quem ſcribebat. Summa, hæc controuerſia Cypriani tempore fuit ſimilima ei, quæ poſt 200 annos in ſexta ſynodo Carthaginenſi, de qua infra, quam etiam alibi ſeparatim expoſui, agitata eſt. Niſi quòd hoc tempore longè adhuc imbecillior, uel etiã modeſtior fuit Romanus Epiſcopus, eoq; etiam lenius eſt hæc cauſa inter Cyprianum & Cornelium acta, faciliusq; peracta, quam illa inter tres Papas, & ſextam Carthaginenſem ſynodum: quæ eſt ſumma acerbitate & uehementia, integro quinquennio depugnata.

Gregorius.

GRegorius, per excellẽtiã Theologus appellatus, uir inſigniter pius et eruditus, floruit circiter ante annos 1200. id eſt, trecentos poſt Chriſtũ. Scribit in quadam epiſtola, nullam ſe adhuc ſynodum uidiſſe, in qua non potius mali aliquid effectum ſit quàm boni: ita contentio & ambitio Epiſcoporum excreuerit. eoq; dicit

sibi in animo esse, omnes synodos uitare. Id cum illis iam temporibus acciderit: quid A
mirum, si postea, crescente hominum, præsertim spiritualium ac Romanistarum, in regenda Ecclesia, non tam negligentia & inscitia, quàm & scelerata malicia, infinita falsa ac impia in Concilijs decreta sint? In quadam oratione negat opera pro mortuis facta eis esse profutura, & omnino ita loquitur de altera uita, tanquam qui purgatorium penitus ignoret. Taxat etiam istam cæremoniariam pietatem, quæ externo uestitu eiusq; colore simulatur. Sic enim inquit in uersibus suis:

Flagitium est fidem habere in coloribus, & non in corde. Ea enim quæ in coloribus existit, faciliter eluitur: Quæ uerò in profundo mentis, illa mihi amica.

Lactantius.

LActantius anno 300. floruit. uehementer autem inuehitur in imagines, & can- B
delas de die in templis accensas, aliaq; similia, quæ postea ab Ethnicis ad Christianos translata sunt. Dicit imagines esse superfluas & noxias, & ipsorum cacodæmonum inuentum. De cultu ac sacrificijs disputat pulchrè: differit, Deum non corporeis rebus, sed pia mente, ac iustitia esse colendum: non delectari eum structura templorum, non precioſis donarijs, &c. Sicut nunc Papistæ sentiunt, & Daniel prædixit, Antichristum auro gemmisq; suum Deum culturum esse. Apparet sanè hinc, & ex eo quod de Christi æterno sacerdotio eruditè disputat, eumq; solum perpetuum sacerdotem facit, illum, quid sit Papistica missa, planè ignorasse. Sed adscribam unum & alterum ipsius dictum.

Ex lib. II. Lactantij.

QVæ igitur amentia est, aut ea fingere, quæ ipsi postmodum timeant, aut time- C
re quæ finxerint? Non ipsa, inquiunt, timemus: sed eos ad quorum imaginem facta, & quorum nominibus consecrata sunt. Nempe ideo timetis, quòd eos esse in cœlis arbitramini: neq; enim si Dij sunt aliter fieri potest. Cur igitur oculos in cœlum non tollitis? & aduocatis Deorum nominibus, in aperto sacrificia celebratis? cur ad parietes, & ligna, & lapides potissimum, quàm illò spectatis, ubi illos esse creditis? Quid sibi templa? quid aræ uolunt, quid denique ipsa simulachra, quæ aut mortuorum, aut absentium monimenta sunt? Nam omnium fingendarum similitudinum ratio, idcirco ab hominibus inuenta est, ut posset eorum memoria retineri, qui uel morte subtracti, uel absentia fuerunt separati. Deos igitur in quorum numero reponemus? si in mortuorum: quis tam stultus, ut colat? Si in absentium, colendi ergo non sunt: si nec uident quæ facimus, nec audiunt quæ precamur.

Item lib. II. cap. XIX.

NIhil potest homine maius esse, nisi quod fuerit supra hominem. Deus au- D
tem maior est homine, supra ergo, non infra est, nec in ima positus, sed in summa regione quærendus est. Quare non est dubium, quin religio nulla sit, ubicunq; simulachrum est. Nam si religio ex diuinis rebus est: diuini autem nihil est, nisi in cœlestibus rebus. Carent ergo religione simulachra: quia nihil potest esse cœleste in ea re, quæ sit ex terra.

Item lib. VI. cap. II.

VEl si cœleste lumen, quod dicimus solem, contemplati uelint, iam sentiant, quòd non indigeat lucernis eorum Deus: qui ipse in usum hominis, tam claram, tam candidam lucem dedit: & tamen eum in tam paruo circulo, qui propter longinquitatem, non amplius, quàm humani capitis uidetur habere mensuram, tantum sit fulgoris, ut eum mortalium luminum acies, non queat contueri: & si paulisper intenderis, hebetatos oculos, caligo & tenebræ consequantur: quid tandem lu-

a tandem luminis, quid claritatis apud Deum, penes quem nulla est nox, esse arbitremur? qui hanc ipsam lucem sic moderatus est: ut neq; nimio fulgore, neq; calore uehementi noceret animantibus: tantumq; istarum rerum dedit ei: quantum, aut mortalia corpora pati possunt, aut frugum maturitas postularet. Num igitur mentis suæ compos putandus est, qui Authori, & Datori hominis, candelarum ac cerarum lumen offert, pro munere? Aliud uerò ille à nobis exigit lumen, & quidem non fumidum, sed (ut ait Poëta) liquidum atque clarum, mentis scilicet, propter quod à Poëtis φῶς nuncupatur, quod exhibere non poterit, nisi qui Deum cognouerit.

Epiphanius.

b EPiphanius, qui uixit anno 370. in capite contra Collyridianos, qui Mariam inuocabant, uehementer reprehendit adorationem Mariæ, aliorumq; sanctorum: ac non uult omnino quenquam adorari, præter Deum. damnatq; hunc errorem prolixè, tanquam pessimam hæresin. Iam autem, inuocatio sanctorum habetur pro catholico orthodoxoq; dogmate: contraria uerò sententia, quam nostrę Ecclesię iam piam esse contendunt, pro pestilentissima hæresi damnatur. Adeò, ex quo Antichristus regnare cœpit, tota rerum natura commutata est. Sed adscribam aliquot eius dicta aliquanto prolixius.

Ex lib. I. Tomo III. Epiphanij Episcopi Constantinopolitani.

c NVm edero carnes taurorum, aut bibero sanguinem hircorum? Et num quadraginta annis sacrificium obtulistis mihi in deserto domus Israël, & quidem multis sacrificijs tunc oblatis? quòd ostendat, quòd non ipsi obtulerunt, quam quam ipse susciperet, & in nomen ipsius illi offerent. Sed propter ipsorum in talibus progressam consuetudinem, donec immutaret abstractos à tali consuetudine, ad unum: & ab uno deinceps discerent, quòd neq; indigebat, neq; indiget. Et de cætero per aduentum Christi sui, omnem sacrificiorũ usum tolleret, uno sacrificio, omnia quæ antea fuerunt complente ac perficiente, quod est sacrificium & uictima Christi. Nam Pascha nostrum immolatus est Christus, uelut scriptum est. Cuius sacrificij, ac Paschatis & doctrinæ pædagogus fuit lex deducens per figuram, & restituens in aliorum dominium.

Item lib. III. contra Hæreses.

d VNde non est simulachrificũ hoc studium & diabolicus conatus. Prętextu enim iustitiæ semper subiens hominũ mentem diabolus, mortalem naturam in hominũ oculis deificans, statuas humanas, imagines præ se ferentes, per artium uarietatem expresit. Et mortui quidem sunt, qui adorantur. Ipsorũ uerò imagines, qui nunquã uixerunt, neq; enim mortuæ esse possunt, quæ nunquam uixerunt, adorandas introducunt, adulterante mente, ab uno & solo Deo: uelut cõmune scortum, ad multam multiplicis coitus absurditatem, irritatum: & quòd temperantiam legitimi coniugij unius uiri detriuit. Reuera sanctũ erat corpus Mariæ, non tamen DEVS: Reuera uirgo erat ipsa uirgo, & honorata: sed non ad adorationẽ nobis data, sed ipsa adorans eum, qui ex ipsa carne genitus est, de cœlis uerò ex sinibus paternis accesit. Et propterea Euangelium munit nos, dicens quòd ipse Dominus dixerit: Quid mihi & tibi curæ est mulier? nondum uenit hora mea: quòd non putarent aliqui magis eximiam esse sanctam uirginem, mulierem eam appellauit: uelut Prophetans quæ futura essent in terra, sectarũ ac hæreseon gratia: ut ne aliqui nimium admirati sanctam, in hanc hæresin, eiusq; deliramenta dilabantur. Est enim ludibrium tota res & anicularum fabula, ut ita dicam toto hæresis tractatio. Quæ uerò scriptura de hoc narrauit?

Quis Pro-

Quis Prophetarum præcepit hominem adorari, nedum mulierem? Eximium quidem est uas, sed mulier, & nihil à natura immutata: uerum & intellectu & sensu in honore honorata, uelut corpora sanctorum, & si quid amplius ad glorificationem dixerim, sicut Helias ex matre uirgo, & sic manens in perpetuum, & translatus, & mortem non conspicatus. Sicut Ioannes qui super pectus Domini recubuit, quem diligebat IESVS, sicut Thecla sancta. Et Maria adhuc honoratior hac est, propter dispensationem mysterij, qua digna facta est. Sed neq; Helias adorandus est, etiamsi in uiuis sit: neque Ioannes adorandus, quanquam per preces suas proprias, dormitionem suam admirandam effecerit: imò potius ex Deo gratiam acceperit. Sed neq; Thecla, neq; quisquam sanctus adoratur. Non enim dominabitur nobis antiquus error, ut relinquamus uiuentem, & adoremus ea quæ ab ipso facta sunt. A

Testatur idem Epiphanius in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum Patriarcham, se laceraſſe ipso præsente uelum in quodam Christiano templo: quia in uelo fuerit picta imago Christi, aut cuiuspiam sancti. oblitum enim se iam ait. Ac uehementer improbat imagines, quas tunc parum in usu fuisse, ex eadem epistola clarissimè apparet. Verba eius epistolæ hæc sunt. B

Præterea quod audiui quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui uocatur Bethel, ut ibi collectum tecum ex more Ecclesiastico facerem, & ueniſſem ad uillam, quæ dicitur Anablatha, uidiſſemq; ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogaſſem quis locus esset, didiciſſemq; esse Ecclesiam, & intraſſem ut oratem, inueni ibi uelum pendens in foribus eiusdem Ecclesiæ tinctum atq; depictum, & habens imaginem quasi Christi, uel sancti cuiusdam: Non enim satis memini, cuius imago fuerit. Cùm ergo hoc uidiſſem in Ecclesia Christi contra authoritatem Scripturarum, hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, ut pauperē mortuum eo obuoluerent: & efferrent illiq; contrà murmurantes dixerunt: Si scindere uoluerat, iustum erat, ut aliud daret uelum atq; mutaret. Quod cùm audiſſem, me daturum esse pollicitus sum, & illicò me miſſurum. Paululum autem moratum fuit in medio, dum quæro optimum uelum pro eo mittere. Arbitrabar enim de Cypro mihi mittendum esse. Nunc autem mihi quod reperire potui, & precor ut iubeas presbyteros eiusdem loci suscipere uelum à latore, quod à nobis miſſum est: & deinceps præcipere in Ecclesia Christi istiusmodi uela, quæ contra religionem nostram ueniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam, hanc magis habere solicitudinē, ut scrupulositatem tollat, quæ indigna est Ecclesia Christi, & populis qui tibi crediti sunt. C

Eam porrò epistolam è Græco conuertit Hieronymus, qui & laudat uehementer Epiphanium. Vnde apparet, ipsum quoque in eadem sententia fuisse: alioqui certè non uertiſſet, si impiam epistolam iudicaſſet. Eandem materiam tractat Epiphanius & in libro Ancorato. Huc etiam referri possunt, quæ Epiphanius contra Encratitas scripsit. Fuerunt enim illi nostris monachis similimi. Sed adscribamus sanè pauca eius uerba. D

Attendite uobis (inquit) ut seruetis traditiones, quas accepiſtis, ne declinetis neq; ad dexteram neq; ad siniſtram. Quibus infert hæc: Estote memores dilecti filij, ne in Ecclesiam imagines inferatis, neq; in sanctorum cœmeterijs eas statuatis, sed perpetuò circumferte Deum in cordibus uestris. Quinetiam neq; in domo communi tolerentur. Non enim fas est, Christianum per oculos suspensum teneri, sed per occupationem mentis. Idem in alijs quoq; sermonibus suis, de imaginum subuersione multa dixit: quæ studioſi quærentes facilè inueniunt.

Eusebius Emyssenus.

EVsebius Emyssenus, qui circa eadem tempora uixit, quantum, ex Homilijs eius quæ extant, iudicare licet, affirmari potest, omnino alienus fuit à Pōtificijs erroribus.

A tibus. Nihil enim uſpiam, quod commentitio Romane Eccleſiæ primatui adſtipulari poſsit, in ijs legas. Quid? quod in Homilia quam habuit in feſto Petri & Pauli, cum exponit illud Matth. 16. Tu es Petrus, &c. non ſuper Petrum, nec ſuper Eccleſiam Romananam, ſed ſuper Chriſtum & fidem in Chriſtum, quem Petrus confitebatur eſſe filium Dei uiui, Eccleſiam ædificatam: & poteſtatem ligandi & ſoluendi non ſoli Petro, ſed etiam cæteris Apoſtolis, & non tantum Apoſtolis, ſed etiam Epiſcopis & ſacerdotibus conceſſam eſſe docet.

Agapiti.

AGapitos quidam ueteres quoque inter hæreticos connumerant. Fuerunt autem Agapiti, ut illi tradunt, utriuſque ſexus homines, qui uirginitatem ſimulantes, à ſuis parentibus cognatisq; ſeſe iungebant, & inter ſe ueluti ſanctius
B ſeorſim extra mundum uicturi cohabitabant, & plerunq; ſe clericis adiungebant. Sed ut multi ſcriptores affirmant, magis cautè, quàm caſtè uiuebant. Res tota fuit noſtris monachis monachabusq; conſimilima. Scripſit contra eos Hieronymus. Sed clericis id ſcriptum adeò uehementer iam tunc temporis diſplicuit, ut Romæ, teſte ipſomet authore, ab eis lapidatum ſit. Depingitur enim ibi haud obſcuris coloribus ſpiritualium clericorum & manachorum & iſtarum pſeudouirginum immuniſſimarum caſtitas. Vnde non eſt mirum Chriſtiane lector, ſi noſtrorum quoq; conſimilis argumenti ſcripta hoc tempore à Romaniſtis lapidentur.

Vigilantius.

VIgilantius, qui floruit anno 360. oppugnauit inuocationes & cultum ſanctorum, orationes pro mortuis, adorationem reliquiarum & imaginum, candelarum interdiu accenſionē, & alias eiuſmodi nugas. item cœlibatum ſpiritu a-
C lium: dicituq; habuiſſe multos Epiſcopos conſentientes. Recitemus ſanè & uerba eius aliquot à Hieronymo citata.

Quid neceſſe eſt te tanto honore, non tantum honorare, ſed etiam adorare illud neſcio quid, quod in modico uaſculo transferēdo colis? Quid puluerem lintea mine circundatum adorando oſcularis? Propè ritum gentilium uidemus, ſub prætexu religionis introductum: in Eccleſia ſole adhuc fulgente, moles errorum accendi, & ubicunq; puluiſculū, neſcio quod in modico uaſculo precioſo, linteamine circunda tum oſculantes adorant. Itē, Quòd dum uiuimus mutuò pro nobis orare poſſumus, poſtquam autē mortui fuerimus, nullius ſit pro alio exaudienda oratio. Itē, Tu prohibeas Hieroſolymam in uſus ſanctorū aliqua ſumptuum ſolatia dirigi? & aſſeris eos melius facere, qui utuntur rebus ſuis, & paulatim fructus poſſeſsionum ſuarum pauperibus diuidunt, quàm illos qui poſſeſsionibus uenundatis, ſemel omnia largiun-
D tur. Et: A ſuo ſtudio monachos deterres lingua uiperea, de quibus argumentaris & dicis: Si omnes ſe clauſerint, & fuerint in ſolitudine, quis celebrabit Eccleſias? quis ſeculares homines lucrifaciet? quis peccantes ad uirtutes poterit cohortari?

Quem etſi Hieronymus tanquam hæreticum immodeſtè (teſte etiam ipſo Eraſmo) proſcribit, ac eius errores exaggerat: tamen probabiliter, fortaſsis etiam uerè à Bullingero in libro de Origine erroris, circa inuocationem ſanctorum capite 16. & 17. excuſatur. Et ſanè ſi quis ſcriptum illud Hieronymi legerit, facilè animaduerteret, tantum mera maledicta & conuicia in hominem congeri, nihil uerò quod ſit momum ſit ad confutationem afferri. Vtinam ad hæc uſque tempora tam uehementer in ſacerdotibus ordinandis requiſitum fuiſſet coniugium (ut Hieronymus de Vigilantio, eiq; conſentientibus Epiſcopis ſcribit) quàm eſt requiſitus impurus iſte cœlibatus. Saniores profectò paſtores, & non parum minus libidinum & prodigioſarum turpitudinum, & aliorum ſcelerum in Eccleſia Dei habuiſſemus, quàm hactenus habuimus: ut taceam de religionis puritate, quæ per iſtos ſpurciſsimos Heliogabalos contaminata, corrupta q; eſt.

Antonius

Antonius heremita.

A

ANtonius heremita admodum celebris, itidem circa 350 Christi annum floruit. In superstitionem circa conseruandas sanctorum, ut uocant, reliquias duriter inuectus est. Quod ut clarius animaduertatur, locum ex eius uita adscribam.

Mos etenim Aegyptijs est, nobilium, & præcipuè beatorum martyrum corpora lineamine quidem obuoluere, & studium funeri solitum non negare: terra uerò non abscondere, sed superlectulos domi posita reseruare. Hunc honorem quiescentibus reddi, inueteratæ consuetudinis uanitas tradidit. De hoc Antonius sæpe & Episcopos deprecatus est, ut populos Ecclesiastica contestatione corrigerent. ac laicos uiros & mulieres rigidius ipse conuenit dicens: Nec Legitimum hoc esse, nec Deo placitum: quippe cum Patriarcharum & Prophetarum sepulchra, quæ ad nos usq; perdurant, hæc facta conuincerent. Dominici quoq; corporis exemplum intueri B iubebat, quod in sepulchro positum, lapide usq; ad resurrectionis diem tertium clausum fuerit. Atq; his etiam modis uicium circa defunctos Aegypti, etiamsi sancta essent corpora, coarguebat dicens: Quid maius aut sanctius esse potest corpore Dominico? Quod iuxta consuetudinem gentium cæterarum, humo conditum esse scimus? Hæc iusta persuasio multorum insitum euulsit errorem, & repositis in terra cadaueribus, Domino gratias pro bono magisterio retulerunt. Hæc inde.

At postea Antichristus docuit summam pietatem esse cadauera piorum (uel alia pro eis supposititia) iam putrida, ex terra effodere, in ornatissimis & pretiosissimis lectulis ponere, eaq; pro Deo colere & inuocare.

Improbauit & peregrinationes, docens in omnibus terris esse regnum cœlorum. Multa de eius luctis cum satana lego: sed nusquam de aqua benedicta, cruce, cera & herbis sacratis, aliijsq; eiusmodi præclaris Antichristi contra satanam armis. cæterùm fide, uerbo, ac oratione eum pugnasse inuenio. Fidem sanè in Christum inter C docendum in primis diligenter inculcauit, & in iustitiæ operum confidentiam grauiter inuectus est.

Memorabile sanè & illud in hoc patre est, quòd cum aliquando solicitè cogitaret, à Deoq; sibi reuelari peteret, quantæ iam sanctitatis, quantiq; apud Deum meriti esset, cum tam sanctè ac seueriter uixerit: responsum ei esse, ipsum cum tota sua castitate, afflictionibus & solitaria uita, cuidam patrifamilias Alexandrino sutori æqualem pietate meritisq; esse. Sic Deus illos patres reuocare non tantum à suæ monasticæ uitæ admiratione uoluit, ad communem uitam rectè colendam: sed etiam in uniuersum ab operum meritorumq; suorum admiratione ad Christianismum: uoluitq; eos statuere, ipsum Christum nostram esse perfectionem, eoq; & alios quosuis ueros Christianos sanctis. monachis perfectione & apud Deum gratia pares esse. Quid de humanis traditionibus, monasticisq; regulis senserit, inde apparet, quòd Petrus Parisiensis Cantor testatur, eum quibusdam monachis petentibus regulam seu normam piæ uitæ, Euangeliorum codicem obtulisse. D quo ille nimirum indicare uoluit, omnia ad pietatem necessaria abundè in sacris literis comprehensa esse, nec esse ullis nouis regulis, canonibus aut normis opus. At Deus bone, quot millia traditionum, canonum & regularum ab eo tempore sunt à Papa, Episcopis & Monachis coaceruata? Quo diabolico furore eò res perducta est, ut nunc sit horribilis hæresis, dicere aut sentire, totam doctrinam ad salutem necessariam in sacris literis comprehensam esse.

Spiridon.

SPiridon uxoratus Cypri Episcopus, sanctitate, miraculis & prophetico spiritu præfulgens, circa annum 350 floruit. Is teste Solomene tempore quadragesimæ hospiti carnes porcinas apposuit, ut Ecclesiastica historia testatur. Quo recusante, quòd Christianus esset, respondit: Ob hoc ipsum, quòd Christianus es, debes iam carnes

A iam carnes comedere. omnia enim esse munda mundis, sermo diuinus testatur. Ac ipse quoque cum eo comedit. Vnde apparet, paulatim incrementa accepisse diabolicam istam doctrinam de ciborum prohibitione, longè aliter interea pijs doctisq; uiris sentientibus: sed nequicquam, illis alijsq; superstitionibus repugnantibus. Semper enim homines superstitiosi Christianismum in externis rebus, & humanis traditiunculis collocarunt. At contra uerè intelligentes & pij senserunt & docuerunt Christianismum nos liberare à talibus traditiunculis.

Concilium Anciranum.

HOc concilium circa 300. Domini annum celebratum, statuit, ut si diaconi in ordinatione sua protestantur, se uxores ducturos: illis liceat facere, & simul in ministerio permanere. Idem statuit & Arelatensis aliqua synodus, ut testatur Decretum dist. 28. Statuit quoque secunda Arelatensis synodus, ut Metropolitani arbi-
B trio synodus conuocetur & celebretur. Mentiuntur igitur Papæ, qui dicunt, tantum sui iuris esse concilia conuocare ac congregare. Idem & Mileuitana synodus constituit, ut alibi dicetur. Tametsi sæpè etiam Imperatores ac Reges cõuocauerunt, ut alibi annotauimus: sed de hac re aliquid etiam in Iulio Papa diximus. Hæc eadem synodus pronunciat uisiones animarum non à Deo, sed à maligno uenire ac esse impostu ras Satanæ. Quod est planè memorabile.

Hilarius Pictauiensis.

HIlarius Episcopus Pictauiensis, floruit circa annum Domini 360. Scripsit multa, in quibus non pauca præsentium Papatus errorum semina taxat. In libro con tra Auxentium, queritur rationem formamq; ueræ Ecclesiæ adeò mutatam, uel potius deperditam esse, ut sicut olim fuerit pauper, humilis, afflicta, & ab omnibus persecutionem patiens: ita nunc contrà sit superba, diues, persecutrix aliorum, &c.
C Multas huiusmodi antitheses recenset proprietatum primitiuæ Ecclesiæ, pugnantium cum eius quæ est secuta, quas maioris certitudinis gratia ad uerbum ex ipso autore adscribam.

Antichristos plures esse, etiã Apostolo Ioanne prædicante cognouimus. Quisquis enim Christum, qualis ab Apostolis est prædicatus, negauit, Antichristus est. Nominis Antichristi proprietas est, Christo esse contrarium. Hoc nunc sub opinioné falsæ pietatis efficitur, hoc sub specie prædicationis Euangelicæ laboratur: ut Dominus IESVS CHRISTVS, dum prædicari creditur, denegetur. Ac primùm miserari licet nostræ ætatis laborem, & præsentium temporum stultas opiniones congere miscere: quibus patrocinari Deo humana creduntur, & ad tuendam Christi Ecclesiam ambitione seculari laboratur. Oro uos Episcopi, qui hoc uos esse creditis, quibus nam suffragijs ad prædicandum Euangelium Apostoli usi sunt? Quibus adiuti potestatibus Christũ prædicauerunt: gentesq; ferè omnes ex idolis ad DEVM trans-
D tulerunt? An ne aliquam sibi assumebant à Palatio dignitatem? hymnum DEO in carcere, inter cathenas, & post flagella cantantes? edictisq; Regis Paulus cum in theatro spectaculum ipse esset, Christo Ecclesiam congregabat? Nerone se, credo, aut Vespasiano, aut Decio patrocinantibus tuebatur, quorum in nos odijs confessio diuinæ prædicationis effloruit. Illi manu atq; opere se alentes intra cænacula secretaq; coëuntes, uicos & castella, gentesq; ferè omnes terra ac mari, contra Senatusconsulta & Regum edicta peragrantes claues, credo, regni cœlorum non habebant? Aut non manifesta se tum Dei uirtus contra odia humana porrexit: cum tantò magis Christus prædicaretur, quantò magis prædicari inhiberetur? At nunc, prohdolor, diuinam fidem suffragia. terrena commendant: inopsq; uirtutis suæ Christus, dum ambitio nomini suo conciliatur, arguitur. Terret exilijs & carceribus Ecclesia, crediq; sibi cogit, quæ exilijs & carceribus est credita: pendet à dignatione communicantium, quæ persequentium est consecrata terrore: fugat sacerdotes, quæ fugatis est sacer-

dotibus propagata: diligi se gloriatur à mundo, quæ Christi esse non potuit, nisi A
eam mundus odisset. Hęc de comparatione tradita nobis olim Ecclesiæ, nunc quàm
deperdita, res ipsa quæ in oculis omnium est atq; oro, clamauit.

Hactenus Hilarius. Porrò de humanis traditionib. super Matth. inquit, eas eru
endas esse, propterea quòd sint hominũ, non Dei plantario: quodq; propter eas, ho-
mines Dei traditiones transgrediantur. Super psalmum 123. acerrimè in humani libe
ri arbitrij ac coram Deo meriti arrogantiam inuehitur, citans illud Pauli: Quid autẽ
habes, quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris tanquam nõ accepers?

Hæc de multis, quibus Antichristi tum pullulantes errores damnauit, citasse
sufficiat. In legenda beati Hilarij legitur, cum Leo Papa factus esset Arrianus, concili-
umq; celebraret, uenisse Hilarium in concilium, durissimeq; concertare cœpisse cum
Leone, cum hic gloriaretur, se esse Episcopum sedis Apostolicæ: ille uerò diceret, se
quoque esse Episcopum, & nulla in re Papæ cedere uellet. tandem miraculo subitæ B
mortis Leonis, certamen esse finitum.

Testatur & epistola Oxoniensis Pragensisq; ad Parisiensem, hunc beatum Hi-
larium etiam cõtra ipsum Papam certare solitum esse. Vtinam ea acta integrè ex-
tarent. Verùm historia certaminis cum Leone Papa de Arianismo, meo iudicio re-
ctius Hilario Viennensi, qui tempore primi Leonis uixit, & multa cum eo certamina
habuit, quàm huic tribuetur. Nam hic longè ante primum Leonem uixit.

Hic sese speculentur in tam præclaro exemplo, nostri temporis adulatores Pa-
parum, qui mentiuntur Papam minimè errare posse: neminemq; eum reprehende-
re, aut iudicare, sed omnes ipsi subesse debere.

Baptista Mantuanus testatur in Fastis, hunc Hilarium etiam in Episcopatu con-
iugatum fuisse. Vnde apparet, quid ille & multi alij pij ac docti, de sacerdotũ coniu-
gio tunc senserint. Sed Mantuani de hac re carmina, postea sub eius titulo adscribam. C

Eusebius.

EVsebius Cæsariensis floruit paulò post 300. Domini annum. Is in sua Eccleśia-
stica historia, præter multa alia, quæ subinde hactenus citauimus scribit etiam,
quòd tristissima illa persecutio sub Diocletiano, potissimum orta sit à petulan
tia, superbia & rixis sacerdotum & Episcoporum, qui & Dei iram contra sese irritauc
rint, & Ethnico tyranno occasionẽ cogitandi dederint, totam Christianam religio-
nem esse merum prauorum hominum commentum. Quòd si iam tum, cùm alij sa-
cerdotes, tum in primis Romani (quorum uita Romano Imperatori notior fuit, ac
spectatior) tales fuerunt, quid non est ueri simile, ab eo tempore impietatis & impro-
bitatis illis accessisse?

Similiter & Eusebius Pamphyli ad Constantiam Augustam, petentem Christi
imaginem ad se ab illo mitti, talia dixit. Quoniam autem de Christi imagine ad me
scripsisti, ut tibi mitterem, uelim mihi significes, quam nam Christi putes imaginem: D
utrum illam ueram, & incommutabilem naturæ illius characteres ferentem? aut
hanc, quam propter nos assumpsit, seruilem formam pro nobis induens. Sed sanè
de diuina forma, non arbitror etiam ipse ego te esse solicitam, cum fueris ab illo edo-
cta, neminem patrem cognouisse præter filium, neq; ipsum filium condignè quem-
piam cognouisse, nisi qui illum genuit, Pater. Et post alia: Sed omnino serui re-
quiris imaginem formæ, & carnem, quam propter nos induit. Sed & hanc gloria
dignitatis suæ commixtam esse didicimus, & passam, mortuamq;. Et post pau
ca: Quis igitur gloriæ eiuscemodi, & dignitatis splendores lucentes & fulgurantes,
effigiare mortuis & inanimatis coloribus, & umbratili pictura posset? Cum neq; di-
uini illius discipuli in monte illum contemplari quiuerunt, qui cadentes in faciem
suam, non posse se eiuscemodi spectaculum inspicere confessi sunt. Igitur si carnis il-
lius figura tantam ab inhabitante in ea diuinitate accepit potentiam, quid oportet
dicere tunc cum mortalitatem exuit, & corruptionem abluens formam serui in Do-

mini

A mini & Dei gloriam transtulit, post mortis scilicet uictoriam, post ascensum in cœlos, post cum patre regio in throno à dextris consessum, post requiem in ineffabilib. & innominandis sinibus patris, in quam ascendentem & desidentem, cœlestes potestates illi benedictis uocibus acclamabant dicentes: Principes, tollite portas uestras: aperiamini portæ celestes, introibit Rex gloriæ.

Basilius.

BAsilius magnus claruit circa 370 annum. Instituit initia aliqua monachatus, & cantionum, quæ paulatim postea creuerunt, ac in battologias planè ethnicas & opus operatum degenerarunt. ob eamq; causam, quòd ita nouos cultus institueret, & communi hominum uitæ quasi derogaret, reprehendit eum Ecclesia Neocæsariensis, ut apparet ex eius epistola 63. Item eius proprius Episcopus Eusebius, ut
B ex uita Basilij à Gregorio Nanzianzeno recitata animaduerti potest. Vnde apparet, multos tunc adhuc monasticen nouaq; ista pietatis genera damnasse: quanquam impossibile dictu sit, quantum ea monastica nostra fuerit puriot, syncerior, & ab omnibus superstitionibus mundior.

Deplorat is in epistola quadam dissidia Episcoporum hisce uerbis. Cùm in uirum (inquit) euasissem: & peregrinationibus sæpenumero usus, in molestias ut paulò erat incidissem, in alijs quidem artibus & scientijs multum concordiæ inter eos deprehendi, qui singulas artes exactè exercent. In sola uerò Ecclesia Dei, pro qua Christus est mortuus, & in quam spiritum Sanctum abundè & opulenter effudit maximum dissidium, & uehementem multorum, tum inter ipsos, tum contra diuinam Scripturam dissensionè obseruaui. Et, quod horrendissimum est, ipsos Ecclesiæ præsides, in tanto & animi & opinionum inter se dissidio constitutos, tantaq; cõtrarietate mandatis Domini nostri Iesu Christi repugnantes, Ecclesiam Dei crudeliter dissi-
C pare, & gregem ipsius absq; ulla cõmiseratione perturbare, ut & in ipsis nunc, si unq; prodeuntibus & florentibus iniquis, impleatur illud Apostoli. Ex uobis ipsis exurgent uiri peruersa loquentes, ut abstrahant post se discipulos.

Queritur porrò admodum lugubriter Basilius de sui temporis Episcopis, ad occidentales Episcopos scribens. Dicit enim, ueram ac piam doctrinam ex Ecclesia tolli, ac præfici Ecclesijs sceleratos & falsos doctores. In libro de spiritu S. dicit, Episcopos falsa dogmata seditionibus & cædibus defendere. Quę pestis, Deus bone, quàm in immensam ab eo tempore hactenus creuit? Et isti pigriuentres adhuc clamitant, nihil uicij esse in Ecclesia, nec eam reformatione indigere.

Gregorius Nyssenus.

GRegorius Nyssenus Basilij Magni frater, eruditione ac pietate celebris, & teste Nicephoro, uxoratus, floruit circa idem tempus. Is in quadam epistola, græcè & latinè Parisijs anno 1551 apud Morelium impressa, damnat peregrinationes
D uersus Hierosolymam, ac multa piè rectèq; dicit. Primùm uult DEI VERBVM esse unicam uitæ nostræ normam, quod est uerum ac solidum fundamentum, ueræ ac solidæ pietatis. DEINDE ostendit, nusquàm in sacris literis peregrinationes præceptas esse. Tertiò affirmat multa scelera peregrinationum occasione fieri: & in primis multas mulieres contaminari. Quartò asserit, nihil penitus ad pietatem peregrinationes facere. Quintò dicit, Deum non magis Hierosolymis, quàm in alijs regionib. esse: sed ibi eum maximè habitare, ubi maximè eius religio uiget ac colitur. Quinpotius dicit, magis uideri cacodæmones circa Hierosolymam habitare: quia nulli usquàm sceleratiores homines uiuant. Sicut uulgò idem, iam longo tempore de Roma est dictatum. Sextò monstrat, ueram pietatem in syncera ac seria Christi cognitione sitam esse. Septimò dicit, DEVM ubiq;, ex æquo propè esse omnibus syncerè inuocantib. & seriò quærentibus eum. Demum concludit, gratiam & dona Dei ad locum alligata non esse. Recitabo ipsius authoris, unam & alteram sententiam.

Cùm itaq; sint, qui solitariã & priuatam uitam sibi delegerint, quibus uice pietatis habeatur Hierosolymitana loca uidisse, in quib. iudicia Domini aduersus peccatores conspiciuntur: præclarè se res habet, si ad regulam ipsam respiciamus: idq; si uelit præceptorum ductus, ut opus faciamus quasi mandatum Domini: Sin præter Domini præcepta id appareat introductum, haud scio quid sit, quod præcipiat, uelle quid aliquem facere, qui se sibi legem bonifecerit ipsum, ubi ad regnum cœlorum hæreditatem consequendam appellat Dominus benedictos? profectionẽ in Hierosolyma, inter rectè facta, quæ eò dirigant, non enumerauit: ubi beatitudinem enunciat, tale studium, talemq; operam non est complexus. Quod autem neq; beatum efficit, neq; ad regnum cõducibile est, quod in eo studium & opera ponatur? Qui mentem habet, consideret. Item. Vnde uos qui timetis Dominum, in quibus locis estis, eum laudate. Localis enim mutatio, ut Deus propior sit, non efficit, sed ubi ubi fueris, ad te Deus ueniet: siquidem animæ tuæ diuersorium tale inueniatur, ut in te Dominus inhabitet, inambuletq;. Sin hominem interiorem peruersis cogitationibus plenum habeas, etiamsi in Golgatha fueris, etiamsi in monte oliuarũ, etiamsi sub monumento resurrectionis: tantundem abest, ut Christum in teipso suscipias, quantum qui ne initio quidem religionem professi sunt. Consule ergo dilecte fratribus, ut à corpore peregrinentur ad Dominum, non è Cappadocia in Palæstinam, Item.

Hæc ille sanctissimus & doctissimus uir de peregrinationibus, ad loca quæ sancta esse putantur: imò etiam de peregrinatione uersus Hierosolymam, quæ omniũ summa & sanctissima esse à Papistis censetur, sensit & docuit. At postea, & præsertim Papis Romanis omnia tenentibus, summus sanctissimusq; cultus Dei peregrinationes ad sanctos, præsertim Romam ad S. Petrum, sunt iudicatæ. Nec id sine causa Papa, eiusq; mancipia docuerunt, & bullis confirmarunt, & ipse satan falsis miraculis constabiliuit. Lucrosum enim eis omnibus multipliciter fuit. Obseruari etiam hic debet, quomodo nunc grassantes errores iam indè ab initio paulatim à Sathana sparsi sunt, frustra doctis pijsq; uiris reclamantibus. Non tamen tam multæ falsæ opiniones indulgentiarum, & similium errorum fuerunt initio peregrinationibus adiunctæ, ut postea circa millesimum Domini annum.

Concilium Gangrense.

COncilium Gangrense, quod celebratum est ante Nicænum, nempe circiter 300. Christi annum, seuerè damnauit superstitiosos homines, qui de coniugio, esu carnium, communi uestitu, & tota uita communi, tanquam prophana, leuiter sentiebant. De coniugio sacerdotũ clarè sic scribit: Quòd si quis non putet sacerdotali functione fungi, aut ab eo abhorreat propter coniugium, ille sit anathema. Anathematizat quoq; & eos, qui aliam uestem alia sanctiorem, aut plus facere ad pietatem iudicant, ut iam monachi & monachæ. Anathematizat & eos, qui ob cultum Dei à parentibus discedunt, ut inidem monachi. Ita apparet, illam sanctam synodum monasticas superstitiones iam tum pullulantes damnare uoluisse, & sacerdotum coniugium in primis sedulò tueri conatam. Adeò porrò magni ab antiquis hoc concilium factum est, ut totum penè in decreto sit recitatum. At iam omnia ista decreta non catholica, sed Lutherana & hæretica pseudocatholicis nostris sunt.

Verùm adscribamus prolixum locum Socratis ex lib. 2. cap 43. quò synodus hæc, & tota historia melius intelligi queat. Eustathius uerò Sebastiæ Armeniæ Episcopus, ne ad satisfactionem quidem admissus est: propterea quòd iam antè à patre suo Episcopo Cæsareæ Cappadociæ ob eam causam depositus fuerat, quòd stolam indecentẽ gestasset. Sciendum autem, quòd in locum Eustathij Meletius constitutus est Episcopus, de quo paulo pòst dicemus: Eustathius postea in synodo Gangrensi Paphlagonię cõdemnatus est, propterea, quòd posteaq; in synodo Cæsariẽsi depositus esset, multa præter Ecclesiasticã formulam gesserat: Nubere siquidẽ prohibuerat:

A buerat & à dogmatibus abstinendum decreuerat: atq; ita multos, qui nupserant, à cõnubio separauerat: & illis, qui Ecclesias auersabantur, domi communicare persuaserat: ac seruos sub prętextu pietatis heris suis abstulerat: & cum ipse habitũ Philosophi gestaret, etiam sectatores peregrina stola utifecerat: mulieresq; tondi curauerat, & determinata ieiunia auersari: dominicis uerò diebus ieiunare docuerat. Denicq; & preces in domibus coniugatorum fieri prohibuerat, & presbyteri uxorem, quam adhuc legitimè duxisset, habentis benedictionem & communionem, tanquam abominationem declinare iusserat: & alia plurima istis similia fecerat & docuerat. Quorum gratia synodus Gangrensis, sicut dixi, & ipsum deposuit: & ipsius dogmata anathemate damnauit. Hæc ille. Videtur tunc satis latè ista monastica pestis serpsisse, aut etiam grassata esse.

Paphnutius.

B Circa 350. annum Christi floruit Paphnutius, uir constantia, miraculis & pietate insignis. Is in Nicæna synodo contradixit ijs, qui uolebant Episcopos & sacerdotes usu coniugum priuare: id est, toti fermè concilio. obtinuitq;, habendum pro castitate cum propria uxore concubitum. Protulit enim magno totius concilij assensu illud Pauli: Honorabiles esse nuptias ante omnia, & lectum incontaminatum. Dixit etiam, tali decreto prohibente usum coniugum, maximam causam ac occasionem sacerdotibus turpiter libidinandi præberi posse.

Mirari autem profectò quis meritò uehementer possit, adeò pleroscq; omnes illos sanctos patres, ut Nicephorus testatur, in tam pernicioſum decretum tam pronos ac inclinatos fuisse, unicumq; Paphnutium iam prolapsum ueritatem sustinuisse & restituisse. Illud uerò etiam magis mirandum, quòd cùm hic error sanctissimæ huius synodi sententia reiectus esset, cumq; ab omnibus in summa ueneratione ea synoC dus præ cunctis alijs haberetur, non multo pòst pleriq; præsertim occidentales Episcopi, ante omnes uerò Sodomitæ Romanenses, denuò in pristinum errorem, quòd sacerdotes usu coniugum priuari debeant, relapsi sint.

Hinc animaduerte Christiane lector, primùm, plerunq; maiorem partem etiam summorum uirorum in magni momenti dogmatibus turpiter errasse, ac sæpe inter 300. Episcopos uix unum aut alterum paulò rectius sensisse. Deinde obserua, satanam semper istam Sodomiticam sacerdotum castitatem in Ecclesiam inuehere conatum: sed aliquandiu pios doctores ei restitisse, donec tandem ita merentibus hominum peccatis, qui dilectionem ueritatis non habuerunt, error prævaluit.

Idem sanctus uir Paphnutius, cum esset uirgo, & etiam solitariam uitam ageret, putans se iam multũ profeciſſe, tandem ter in oratione à Deo quæsiuit, cui nam sanctorum similis merito esset? Responsum sibi primùm est, similem se musico cuidam, qui non procul inde in quodam uico cantando uictum quæreret. Secundò reD sponsum ei est, similem eum iudici eiusdem uici. Tertiò responsum est ei, similem eum diuiti cuidam mercatori.

Vnde ille didicit, & sic etiam presbyteros ad se uenientes docuit, omnia honesta uitæ genera Deo probari, & in omnibus uitæ generibus esse pios homines, Deoq; placentes: nec placere monasticen Deo plus alia communi laicorum uita: nec professionem seu uotum homines Deo commendare, acceptioresq; efficere: sicut impius Thomas scripsit, cucullum perinde mundare hominem, ac ipsum baptismum. Sic & Antonius aliquando responsum accepit, eum Alexandrino cuidã sutori æqualem esse pietate. Atq; hoc responsum illi sancti patres acceperunt tunc, cùm & longè maius studium bonorum operum in monachis fuit, & monastica regula adhuc purior ac syncerior, magisq; Christiana extitit. Quid putas nunc eos in ista Sodoma & abominatione responsi accepturos.

Nicænum concilium.

A

NIcæna ſynodus ex 318. Epiſcopis congregata, ſtatuit, ut liceat Epiſcopis & ſacerdotibus habere coniuges, ac liberos procreare: obtinente id contra omnium fermè patrum ſententiam, ſolo Dei uiro Paphnutio cœlibe & martyre. Nam cum pleriq; omnes patres eò inclinarent, quòd ſacerdotibus eſſet ſuarum coniugum uſu interdicendum: ſolus ille rem rectius perpendens, ſeſe eis oppoſuit, commemorans ſacras literas teſtari, honorabile eſſe matrimonium, & cubile immaculatum: indicans etiam, tali cœlibatu dari maximam occaſionem poſſe turpiſsimarum libidinum. Quibus rationibus (Deo ita proculdubio animos eorum inclinante) moti patres, laudauerunt Paphnutij ſententiam. Teſtantur id Nicephorus & Solomenus.

Mirum autem profectò ſupra modum eſt, cum ultra 300. ſanctiſsimi & doctiſsimi uiri ei ſynodo interfuerint, tam temerè pleroſq; in eum errorem inclinaſſe. Sed B Deus nimirum eligens unicum homuncionem ad tantam rem, indicat, ſe ſolum eſſe ſuæ ueritatis ac Eccleſiæ conſeruatorem, non homines: quantumuis docti, boni ac ſapientes ſint. Hinc ergo apparet, quàm tutum ſit, multos etiam doctos, bonos, ac pios homines in rebus diuinis, ſinè certo ſcripturæ teſtimonio ſequi.

Mirum & illud ſupra modum eſt, quòd cum hanc ſynodum omnes Eccleſiæ, etiam Latinæ, atq; adeò & ipſa Romana, in maxima ſemper ueneratione habuerint: tamen tam citò poſtea, nempe in annis 30, cœperint multi occidentales Epiſcopi coniugium ſacerdotum perſequi, & præſertim Romanenſes Sodomitæ. Sed oportuit ſcilicet ibi eſſe Babylonicam meretricem, omnium non tantum ſpiritualium, ſed & carnalium libidinum matrem, ut eam Apocalypſis nominat. Conſtituit quoq; hæc S. ſynodus, ut ſingularum prouinciarum Metropolitani poteſtatem habeant in ſuos Epiſcopos, ſacerdotes & Eccleſias: Alexandrinus in Aegypto, Antiochenus in Syria, & Romanus in uicinos Italiæ Epiſcopos, & item alij alibi: & ut ſinguli ſacerdotes & C Epiſcopi ſuis Metropolitanis ita ſubiecti ſint, ut ad alios Metropolitanos appellare non poſsint, ſed tantum ad ſynodos prouinciales & uniuerſales. Nullum ſanè priuilegium apparet tunc Romanum Metropolitanũ præ Alexandrino, aut Antiochæno, aut alijs habuiſſe. Nulla eum ne ſyllaba quidem hæc ſynodus præ Alexandrino, Antiochæno, aut alijs Metropolitanis honorat.

Etſi enim tres Romani Papæ, nempe Zozimus, Bonifacius, & Celeſtinus, decreta Nicænæ ſynodi nefariè falſauerant, eaq; ita falſata ad ſextam Carthaginenſem ſynodum miſerant, petentes ſibi imperium in Africanas & aliarum exterarum prouinciarum Eccleſias: tamen illa ſacroſancta ſynodus, ut alibi prolixius dicam, illud crimen falſi animaduertit, & clarè eius ſceleris Papam tum coram ipſius legatis, tum per literas redarguit: ac euidenter oſtendit, Nicænam ſynodum ſtatuiſſe, ut ſingularum prouinciarum ſacerdotes ſuis Epiſcopis ſubiecti ſint, nec ad ullum in peregrinam prouinciam appellare poſsint, niſi ad ſynodos: ſed ut cauſæ in ſua prouincia, D ubi ortæ ſunt, finiantur. hunc inquam eſſe uerum ac genuinum ſenſum Nicænæ ſynodi, ita clarè Carthaginenſis ſynodus oſtendit, ut Papa, quòd contrà garriret, non haberet. Quin & edita hoc tempore exemplaria conſentiunt.

Statuit etiam hæc ſynodus, ut Epiſcopus à uicinis Epiſcopis ordinaretur: ſicut & Apoſtolorum canones præcipiunt, de quibus ſuperius dixi. Hinc ſumpſit Papatum tyrannis qualecunq; initiolum. Licet enim & ante Papæ ſedulò affectauerint regnum, tamen nihil eximium efficere poterant, nullaq; eorum eximia authoritas ante Nicænam ſynodum fuit, ut etiam eorum Syluius, uel Impius ſecundus, epiſtola 301. teſtatur, inquiens: Ante Nicænam ſynodum unuſquiſq; ſibi (id eſt, ſuo arbitrio) uixit, & paruus reſpectus ad Romanam Eccleſiam habebatur. Hæc ſunt eius uerba.

Hinc diſce pie lector, quid hæc ſacroſancta Synodus de cœlibatu aut coniugio ſacerdotum ſenſerit, aut quis fuerit ſtatus Eccleſiæ ante Nicænam Synodum, & unde initium ſuæ tyrannidis Romanus Epiſcopus ſumpſerit. Sed Deus bone, quàm

proſperè

A prosperè Papa Romanus hac qualicunque sui regni confirmatiuncula usus est? Statim cœpit crescere & intumescere, seq; uelle Deo æquare: donec tandem nostris temporibus, ueluti illa Aesopica rana, aut potius ipse Iudas Christi proditor, medius crepuit, omnemq; dignitatem, gloriam, opes ac potentiam, quæ turpiter in suum uentrem congesserat, magno cum fœtore ac decore suo suspensus effudit.

Constantinopolitana synodus.

CONstantinopolitana synodus contra Macedonium, negantem spiritus sancti diuinitatem, ex 150 Episcopis, circa 380 annum Christi congregata, statuit, ut Cõstantinopolitanus Archiepiscopus haberet primatum super orientales Ecclesias. Quod non eò recito, quòd id ualde probem: sed ut ostendam, Ecclesiam Christi tunc nondum sciuisse, esse Christi mandatum, ut solus Romanus Papa omnibus Ecclesijs per orbem terrarum imperet: nec fuisse tunc Papæ tyrannidem ita
B firmatam, ut non putarent sancti patres fas esse, alicui alteri primatum ac supremum regimen in alijs prouincijs dari. Ad cuius sententiæ confirmationem & illud facit, quòd tunc quidem huic decreto Papæ non ausi sunt contradicere. Sed postea cum circiter post 80 annos in Calcedonensi synodo 630 Episcoporum repeteretur, seu reuocaretur hic idem canon, Deus bone, quas turbas, quos tumultus, propterea conciuit in Ecclesia Leo, eiusq; successores, de quo postea dicam. Vnde idem apparet, Romanos pontifices subinde sibi maiores spiritus sumpsisse.

Concilium Mileuitanum.

CONcilium Mileuitanum, cui præter multos alios doctissimos & plentissimos Episcopos, etiam diuus Augustinus interfuit, decreuit, ne quisquam sacerdos aut Episcopus ultra mare, id est, ad Papam Romanum appellet. qui id feciſſet, eum pro excommunicato habendum. Additq; ei decreto sacrosancta synodus, hoc
C sæpè etiam antea à synodis constitutum esse. Quod sanè ualde notatum est. Manifestè enim tollit istam tyrannidem. Papæ, quam nunc crudeliter exercet.

Decernit item eadem synodus, ut Metropolitani synodos conuocent, nulla planè Papæ mentione facta. At nunc, & iam multis seculis. Papæ impudentissimè blaterarunt, ius conuocandi Concilia tantum ad se pertinere.

Præcipit item hæc Synodus, ne temerè precationes nouæ recipiantur, nisi à toto concilio probatæ fuerint. At postea cuilibet monacho licuit impientissimas preces Christianis hominibus præscribere, & unumquemq; sibi nouum cultum excogitare: quòd Deo omnia grata essent, quæ modò bono studio fierent.

Anathematizat quoq; eos, qui negant sanctos ac iustos uiros peccata habere, propter quæ quotidie remissionem peccatorum petere à Deo suppliciter debeant. In quo articulo planè nostros sophistas damnasse uidetur.

Statuit etiam, quòd & prius sæpissimè à multis synodis decretũ fuit, ne uel ma-
D sculus uel fœmina ante 25 ætatis annum consecretur. Tametsi illę cõsecrationes non adeò impossibiles ac impias obligationes adiunctas habuerunt, ut præsens. Quod utinam nostro quoq; tempore seruatum fuisset. Nõ tam multi homines temerè impossibilẽ castitatem professi fuissent, ac in istos monasteriorũ carceres perpetuos sese præcipitassent. Omnino apparet, tunc adhuc synceriores doctores in Ecclesia fuisse.

Chalcedonensis synodus.

CHalcedonensis synodus 630 Episcoporum, sub annum Chtisti 474. contra Eutychen congregata, repetijt decretum synodi Constantinopolitanæ, & statuit ut Archiepiscopus Constantinopolitanus primatum seu supremum regimen post synodos haberet super omnes Ecclesias Orientales: id est, Græcas, Asiaticas, Aegyptias, &c. ut ex decimasexta actione eius synodi apparet, ubi admodum prolixè de hac re agitur.

Huic decreto synodi primùm legati Papæ in consilio existentes, sese opposuerunt clamitantes, synodum inuitam in id decretum consensisse. Sed Episcopi nominatim ac ordine à præsidentibus iudicibus rogati, respondérunt, se uolentes, sponte, ac libere consensisse. Ibi quoq; Papæ legati planè curtisanensi stratagemate usi sunt. Nam cùm contra Constantinopolitani Episcopi primatum, citarent Nicænum decretum de Metropolitanorum iure, addiderunt ei summulâ hisce uerbis: Quòd Romanus Episcopus semper habuit primatum. uolentes id in genere intelligi de omnibus prouinciis, cum textus manifestè contra illam summam pugnaret. Sed tamen illa fraus eis etiam nonnihil profuit. Opposuit se postea et Leo Papa acerrimè ei Chalcedonensis synodi decreto, magnasq; turbas, sicut & successores eius, propterea excitauit. Clamitat enim in suis epistolis Leo, Nicænam synodum singularum prouinciarũ clericos suis Metropolitanis subiecisse: nec ullatenus ferendum, ut Constantinopolitanus eos sibi subijciens, libertate sua priuet. Imitari potius Cõstantinopolitanum Episcopũ debere ipsum Christũ, qui uenerit ut ministret alijs, non ut sibi ministretur: quiq; dixerit, ut qui uult esse omniũ maximus, sit omnium infimus. Modestia esse crescendũ Episcopis, & non ambitione. At iste idem Leo, interea dum alijs modestiam prædicabat, nihilominus ampliandæ tyrannidis suæ summam curam habebat, ut itidem ex eius epistolis apparet. Cur autem non considerabat iste Leo rugiens, eadem omnia cõtra suam ambitionẽ dici posse, quæ ipse contra Anatolium Constantinopolitanum patriarcham declamitabat? Cur etiam ille tantopere pugnat contra idipsum decretum Nicænæ synodi, de libertate seu priuilegijs Metropolitanorum non opprimendis: cum sciret antecessores suos Zozimum, Bonifacium, & Celestinum, id idem decretum antea falsasse, & missa ad sextam Carthaginensem synodum legatione integro quinquennio contendisse, Nicænam synodum Papæ Romano omnes Ecclesias & Metropolitanos subiecisse? Sic & Gelasius, Leonis successor, disputat, non omnes Canones Chalcedonensis synodi pios esse. nam id certè non recipiendum, quod Constantinopolitano Archiepiscopo primatum dedit.

Hinc discepriimùm, Romanorum Pontificum perpetuam fidem seu regulam, omnia scilicet iura, Sacras literas, Canones, Cõcilia & Patres, tantùm tunc & eatenus ualere debere, cùm & quatenus pro ipsis, non contra ipsos, aut eorum tyrannidem uel opes, loquuntur & pronunciant.

Obserua etiam ex hoc Chalcedonensis tam frequentis synodi decreto, nõdum tunc illos sanctissimos patres aut Ecclesiam Dei sciuisse, Christum soli Papæ Romano omnes suas Ecclesias, tanquã unico capiti Ecclesiæ & uicario suo subiecisse. Alioqui quomodo ausi fuissent aliud aliquod caput instituere? Atq; hanc synodum Papę in suis Decretis dicunt, se tanquam unum ex quatuor Euangelijs uenerari. Sed intelligé, quatenus ipsorum ambitioni non aduersatur. Nam omnia tunc esse bona desinunt, cùm Papis obsunt, aut displicent.

Deniq; obserua & hanc fraudem, quod in subscriptionibus huius synodi aliquoties additur, quod Paschasinus legatus præsederit synodo, nomine Papę, Quod ab aliquo scelerato falsatore additum esse, inde apparet, quòd cùm legis actiones seu disputationes, semper regunt eas, & interloquuntur nescio qui, quos textus semper uocat gloriosissimos iudices. Credo fuisse aliquos consiliarios Cæsaris, uiros uirtute, sapientia & authoritate præstantes. Sic uides, Papistas nobis synodorum & sanctorum patrum scripta subinde falsasse, quo suam impiam tyrannidem super piorum ceruices exædificarent & constabilirent.

Sexta Carthaginensis synodus.

SExta Carthaginensis synodus, cui 217. Episcopi, inter quos & diuus Augustinus, interfuerunt, est celebrata circa annũ Do. 430. Vtilissima planè materia in ea continetur. Nam certatum ibi est acerrimè inter Papam, et sanctę illius synodi patres, de primatu seu potestate Episcopi Romani, totis quinq; annis. Papæ enim tres ordine, Zozi-

A dine, Zozimus, Bonifacius & Celestinus, missis legatis ac literis petierunt, sibi super Africanas aliasq; exterarum prouinciarum Ecclesias iurisdictionem ac imperium concedi. Id ut facilius obtinerent, falsarunt Nicænæ synodi decreta, eaq; ita corrupta ei Synodo proponi iusserunt. Patres uerò primùm respondérunt Zozimo (nam is primus cœpit tyrannidem petere) se quidem nunquam tale quid in Nicænis decretis legisse, uideriq; id sibi nouum. Sed tamen pacis ac concordiæ causa, eius petitioni assensuros, quoad rem ex authenticis decretis certius cognoscant.

Deinde sequenti papæ Bonifacio, urgenti eandē tyrannicam flagitationem, respondent, se inspexisse cōmunia exemplaria Nicænæ synodi, quæ quidē habere potuerint, nihil tamen tale reperire potuisse: sed tamē missuros se primo quoq; tempore legatos Alexandriam & Constantinopolim, qui authentica eius Synodi exemplaria inde afferant. Idq; fecerunt. Cum legati Marcellus & Innocentius reuersi sunt,
B cum authenticis decretis longè aliter se habentibus, quàm duo Papæ eorumq; legati afferuerant, uel potius mentiti fuerant, miserunt eosdē illos legatos cum eisdem exemplaribus, etiam ad eundē Bonifacium adhuc uiuentē. paulo post & ille moritur.

Quare Celestinus eius successor, tertiò mittit ad Africanam synodum, literas ac legatos, eandem tyrannicam petitionem eodem modo urgens. Grauiter ibi integrum triduum inter patres & legatum certatū est: tandem tamen Dei beneficio constanter à tota Synodo conclusum, nullam planè iurisdictionem Papæ super Africanas, aut alias exteras Ecclesias concedendam esse. Et simul prolatis authenticis exemplaribus, crimen falsi tum corā legatis, tum per literas ad Papam, euidenter ostensum ac refutatum est. Hac huius sanctæ Synodi constantia repulsa Paparum nefaria ambitio, centum integris annis Africanas Ecclesias missas facere coacta est. Licet enim eas sæpe tentarit, tamen interid tempus illas opprimere non potuit.

Post 100. demū annos, Bonifacius secundus & excōmunicationibus & minis, & blanditijs eò perpulit Eulalium Carthaginensem Metropolitanum, & quosdam
C Africanos Episcopos, ut non solum sese subijcerent Papæ Romano: sed etiam anathematizarent omnes maiores suos, qui contrarium statuerant: id est, totam illam sacrosanctam Synodum sextam Carthagine celebratam.

Hinc clarè animaduertere potes, Christiane frater, Papas amplius sexcentos annos post natiuitatem Christi, nullam talem tyrannidem super Ecclesiam Dei habuisse, qualem iam habent. Quòd si tam multis seculis Ecclesia Dei sine Papæ imperio non tantum stare, sed & florere potuit: credibile est, & iam Christianos sine Papa saluari posse. Potes quoque hinc cognoscere, quibus ac quàm præclaris artibus Papæ suam istam tyrannidem super Ecclesias Dei, quin & super Reges ac Cæsares nacti sint, nempe scelerate falsando sanctas Synodos, & anathematizando eas, confingendo adulterina scripta: ut donationem Constantini, Epistolas Clementis, ibiq; propria iura ac priuilegia scribendo, & totum orbem Christianum tum excommu-
D nicationibus ac interdictis, tum & crudelissimis bellis (ut postea cum Cæsaribus Germanicis certarunt) conturbando, perdendo, & euertendo.

Abeant igitur iam Papæ cum suis mancipijs, & nobis Patres patres, Concilia concilia obganniant: cum illi & patres & concilia planè horribiliter contempserint, conculcarint, & concacauerint. Hanc totam historiam separatim paulo prolixius recitaui, ac edidi, eoq; eam iam breuiter tantam in summam redigere uolui. Dignissima autem profectò esset, quæ ab homine docto luculenter describeretur. Et ab omnibus pijs ad unguem edisceretur. Prorsus uerò similis huic historia etiam tempore Cypriani, (ut supra ostendimus) accidit, nisi quòd tunc adhuc erant & imbecilliores, & modestiores Romani Episcopi quàm tempore huius synodi.

Turonicum concilium.

TVronica Synodus circa 460. Domini annū celebrata, leniuit pœnā sacerdotib. ex legitimo cōiugio liberos procreantib. prius à Papis & alijs perinde castis hominibus constitutā. Nam cū illi mandassent, talē sacerdotē simpliciter excommunic ari-

municari: illa mandauit tantum, ne eis ad altiores ascendere gradus, aut in officio A
permanere concedatur.

Vnde apparet, eos nec Papæ fulmina esse nimium ueritos: nec sensisse id tale esse crimen, propter quod quis ex Christianorum cœtu sit eijciendus. At nunc legitimum coniugium in sacerdotibus, non tantum excommunicatione, sed & ferro ac igni, omnibusq; atrocissimis supplicijs, tanquam extrema hæresis punitur. Cum nullæ unquam fuerint iam barbaræ gentes, quæ coniugium pro crimine habuerint. Vide quantum castitatis Sodomitico amore profecimus.

Iulius Papa.

IVlius primus Papa sedit circa annum Domini 350. Quem non eò adscribo, quòd in aliquo erroribus Antichristi contra dixerit: sed quòd impudentissimè Nicænæ synodi decreta & hic seductor falsauerit. Scribit enim in quadam epistola, Nicænam synodum constituisse, ne ullæ planè synodi nisi de uoluntate Papæ celebrarentur. At contrarium, & communia conciliorum exemplaria ab ipsimet Papistis edita & comprobata, testantur. Nam non tantum nihil ibi tale inuenitur, sed etiam manifestè Papa cum alijs Metropolitanis exæquatur. Testatur item contrarium synodus Mileuitana, & Arelatensis secunda, quæ Metropolitanis ius conuocandi concilia tribuunt. Idem denicq; & experientia testatur multorum Cõciliorum, quæ Cæsares conuocarunt, ac in quibus nulla planè ratio aut mentio Papæ habetur. B

Item hic idem Papa affirmat non tantum Nicænam synodum, sed & omnes alias statuisse, ut liceat Episcopis ad Romanum Papam appellare, atq; omnia maiora negocia ad ipsum referri debeant. At contrarium ista Papistarum exemplaria Nicænæ Synodi affirmant. Contrarium & Mileuitana synodus testatur, quæ prohibet, ne cuiquam ultra mare appellare liceat: quæq; affirmat, idem etiam olim à pluribus synodis esse constitutum. Contrarium quoq; sexta Carthaginensis synodus C
asserit, quæ dicit, nullam synodum unquam Africanis Ecclesijs ademisse ius finiendi, seu finaliter de suis causis pronunciandi quæq; dicit, Nicænam synodum omnes sacerdotes & Episcopos simpliciter suis Metropolitanis subiecisse, ita ut ab illis nusquam nisi ad synodos eius appellare liceat.

Hinc cernis Christianæ frater, qua modestia olim Papæ tyrannidem in Ecclesia Dei affectauerint, & quàm sanctè concilia coluerint ac defenderint.

Citatur tamen & huius Papæ perutilis defensio communionis sub utraq; specie: De consecrat. dist. 2. Vbi ille acriter pugnat, Christum seorsim panis, & seorsim calicis communionem instituisse, eoq; sic modis omnibus constanter seruandum retinendumq; esse. Nam iam tunc quidam tantum intinctam Eucharistiam sub sola panis specie communicantibus porrigebant.

Ammianus Marcellinus. D

AMmianus Marcellinus lib. 27. suæ historiæ præclarè describit, tum tristem illam seditionem, quàm Damasus & Vrsacius excitarunt, dum de Pontificatu certant: tum corruptissimos Cleri Romani mores, licet breuiter, utpote qui id in transitu, & obiter tantum fecerit. Sed adscribam eius uerba. Aduenit successor eius ex quæstore Palatij Viuentius integer & prudens. Pannonius, cuius administratio quieta fuit & placida, copia rerum omnium fluens. Et hunc quoque discordantis populi seditiones terruere cruentæ, quæ tale negotium excitauere. Damasus & Vrsacius supra humanum modum ad rapiendum Episcopalem sedem ardentes, scissis studijs asperrimè conflictabantur, aduscq mortis uulnerumq; discrimina adiutoribus utriusque progressis: quæ nec corrigere sufficiens Viuentius, nec mollire, ui magna coactus recessit in suburbanum: & in concertatione superauerat Damasus, parte quæ ei fauebat instante. Constatq; in Basilica Sicinini, ubi ritus Christiani est conuenticulum uno die centum triginta septem reperta ca-

A reperta cadauera peremptorum: efferatam q; diu plebem postea delinitam. Neque ego ab uno ostentationem rerum considerans urbanarum, huius rei cupidos ob impetrandum, quod appetunt omni contentione laterum iurgari debere: cùm id adepti, futuri sint ita securi, ut ditentur oblationibus matronarum, procedantq; ue-hiculis insidentes circumspectè uestiti, epulas curantes profusas, adeò ut earum conuiuia, regales superent mensas: qui esse poterant reuera beati, si magnitudine urbis despecta, quam uitijs opponunt, ad imitationem Antistitum quorundam prouincialium uiuerent: quos tenuitas edendi potandiq; parcissimè, uilitas etiam indumentorum, & supercilia humum spectantia, perpetuo numini ueriscq; eius cultoribus ut puros commendant, & uerecundos. Hinc apparet, & quàm pij illi sanctissimi Episcopi fuerint, & quàm ordinariè Ecclesiæ Dei pastoratum soliti sint nancisci & gubernare.

B

Damasus Papa.

MEmorabilis epistola huius Damasi ad Hieronymum primo uoluminì conciliorum insertа est, cuius hæc sunt uerba. Peto etiam tuam charitatem, ut sicut à rectore tuo Alexandro Episcopo nostro didicisti, Græcorum Psalterium ad nos dirigere tua fraternitas delectetur. Quia tantæ apud nos simplicitatis imago est, ut tantum in die Dominica Apostoli epistola recitetur una, & Euangelij capitulum unum dicatur: & nec psallentium mos tenetur, nec hymni decus in ore nostro cognoscitur. Peto ergo per fratrem & compresbyterum nostrum Bonifacium, ut iubeat fraternitati tuæ rei huius nobis aperire uestigia. Missa 5. calend. Nouembris per Bonifacium presbyterum Hierosolymam. Vide quàm malè fuerit deformata, Romana Ecclesia defectu psalmodiæ: & quàm contrà tota in cantum, aut
C potius boatum ac ululatum sit postea commutata: Et tamen se profitetur magistram omnium Ecclesiarum. Testatur Sigebertus hunc Damasum fuisse grauissimè de adulterio accusatum, ut appareat eum non tantum seditione ac sanguine ciuium se polluisse, sed etiam fœdis libidinibus.

Hispani sacerdotes.

SAcerdotes Hispani tempore Syricij Papæ, nempe circiter annum Domini 400. non tantum habuerunt uxores, ex ijsq; liberos procrearunt: sed etiam tale coniugium sacris literis defenderunt, quod & in ueteri & in nouo Testamento à Deo esset permissum. Contra eos, Deus bone, quàm furenter tumultuatur Syricius. Vociferatur non minus impudenter, quàm indoctè, inquiens: Dicat nunc mihi, quisquis est ille sectator libidinum, præceptorq; uitiorum. Item, hoc dicit esse, quod Paulus dixit in carne uiuere, cum Rom. 8. inquit: Qui in carne sunt, Deo placere non
D possunt. Item dicit, eos obscœnis cupiditatibus inhiare, &c. Vide impudentiam huius Antichristi. Igitur Christiani coniuges Deo placere non possunt, quandoquidem in coniugio, id est in carne, ut hic asinus rudit, uiuunt.

Nimirum ille sanctissimus pater non solum sacrarum literarum ignarus fuit, quæ affirmant honorabile esse coniugium, & thorum immaculatum: sed etiam Nicænæ synodi, quæ paulo antè statuerat, sacerdotibus usum suarum coniugum minimè interdicendum esse, utpote rem piam, Deoq; gratam.

Vt autem huius Antichristi miram & planè stolidam peruersitatem eo melius agnoscas, & detesteris, audi & hoc. Statim post superiora incipit disputare, non licere eum ordinare, qui duas aut plures uxores duxerit, &, ut hoc probet, citat Mosen hæc dicentem: Sacerdotes mei semel nubant (quod unde sumpserit, nescio & Sacerdos uxorem uirginem accipiat, non uiduam, nõ repudiatam, nõ meretricem.

Hæc dicta ille eò torquet, ut ostendat, non licere bigamum esse sacerdotem: & interea non perpendit stultissimus homo, hæc dicta multo magis contra

se, qui

se, qui penitus damnabat sacerdotum coniugium: quàm contra Hispanos sacerdo- A
tes, qui id tuebantur, pugnare. Sic temerè, petulanter, impudèter, impiè, ac inerudite
Romani Pontifices sacris literis abusi sunt, ad stabilienda sui capitis uanissima som-
nia. Cæterùm quòd dixi Hispanos sacerdotes coniugium suum defendisse: omnino
uidentur in ea sententia diutissimè perseueraſſe. Nam & Isidorus iunior, qui post
600 Domini annum floruit, in libro de Clericorum uita, inter alia de eorum uitæ ra-
tionibus scribit, eos aut omnino castos esse debere, aut ut certè unius matrimonij
uinculo fœderentur. Hæc enim eius uerba sunt: citatur autem hic locus Dist. 23.

Innocentius.

INnocentius primus Papa sedit circa 413 Domini annum. Is in epistola ad Mace-
doniæ Episcopos, hæc uerba scribit, quæ & dist. 26. recitantur: Dicite mihi (cum
pace uestra loquor) crimina tantum dimittuntur in baptismo, an & illa quæ se- B
cundum Domini præcepta ac Dei instituta complentur? Vxorem ducere crimen est,
an non est crimen? Si crimen est, ergo (præfata uenia dixerim) erit author in culpa,
qui ut crimina committerentur in paradiso, cum ipse eos iungeret, benedixit. Si uerò
non est crimen, Quia quod Deus iunxit, nefas sit crimen appellari: & Salomon ad-
didit, Etenim à Deo præparatur uiro uxor: quomodo creditur inter crimina esse di-
missum, quod authore Deo legitur consummatum, &c.

Hæc si uel ille Nocentius, uel alij Papæ statuerunt uera esse, sicq; de coniugio
senserunt, cur igitur id sacerdotibus prohibuerunt, aut adhuc prohibent? cur ille im-
pudentissimus & indoctissimus Syricius declamitauit, esse in carne uiuere? Deo pla-
cere non posse, esse immundiciem, esse obscœnas uoluptates & libidines sectari
& tueri?

Sed sic mendacibus, & mendacia errores q; docentibus accidit, ut subinde sibi-
ipsis imprudentes contradicant. Mirum profectò est, cœcos Papistas ne hodierna C
quidem die adhuc uel argumentum hoc, uel textum perpendere: cum quidem in
medio ipsorum Bibliæ, id est, Decreti, & in libro Conciliorum situs sit.

Hinc igitur cognoscant Romani Antichristi, se, dum ea quæ Deus ordinauit,
peccata hæresinq; esse dicunt, Deum ipsum authorem damnare ac blasphemare.

Multis post hunc seculis uixit Innocentius III. qui in quodam generali conci-
lio statuit, ut sacra in templis, uulgaribus linguis peragantur. Hic quoq; idem Inno-
centius in libro de Vita & honestate cleri, testatur, in quibusdam regionibus tunc
non fuisse moris, ut sacerdotes uxores suas dimittant. Quos propterea non dam-
nat. sed maiorem dicit eis pœnam indicendam esse, si labantur, cum proprijs uxori-
bus uti possint. Sed de hoc suo loco plura.

Bonifacius I.

NOn hunc Pontificem, qui anno 420 electus est, adscribo meo Cathalogo, quòd D
quicquam admodum piè aut præclarè fecerit: contraria uerò aliqua indicare
possim, quæ in historia Carthaginensis synodi indicaui. Sed ideo adscripsi
eius nomen, ut ex electione & confirmatione ad hæc literis tum ipsius, tum etiam Im-
peratorum appareat, quanto pere tunc Pontifices Cęsaribus subiecti fuerint. Sic enim
de eo scribit Luitbrandus in uitis Pontificum. Bonifacius natione Romanus
ex patre Iocundo presbytero, sedit annos tres, menses octo, dies septem. Hic in con
tentione una die cum Eulaio ordinatus, & fuit ista dissensio in clero menses 7. &
dies 15. Eulaius uerò ordinatus in Ecclesia Constantiniana: Bonifacius in Basilica Iu-
lij. Placida autem Augusta Rauennæ residens, cum filio suo Augusta Valentiano,
audiens hoc quod Romæ factum fuerat, Honorio Augusto Mediolani sedenti noti-
ficauit. Vnde utiq; missa Imperiali auctoritate, ambos de urbe expelli iusserunt. Sed
postea Eulaius omnino expulsus est, & in Campaniam missus, ideo quòd Sabatho
Paschæ contra edictum Imperatorum officium Pontificis præsumpsit, eò quòd or-
dinatus

A dinatus fuerat in Basilica Constantiana. Bonifacius uerò consensu & præcepto Imperatorum in urbem reuocatus, & in sede stabilitus constitutus. Hic ordinauit Episcopos 36. presbyt. 13. Diaconos 3. Defunctus est autem 8 Calendas Nouembris. Hic uides quàm nullius potentiæ aut authoritatis politicæ tunc fuerint Pontifices Romani: sed omne ius fuerit penes Imperatores, adeò ut uel unica epistola eos Roma expellere potuerint. Nota etiam eò tantum uicisse Bonifacium, quòd Eulaius Imperatori non obedierit. Verùm addamus & eius literas ad Imperatorẽ, ac contrà.

Ecclesiæ meæ, cui DEVS noster meum sacerdotium, uobis res humanas regentibus, deputauit, nos cura constrinxit, ne causis eius (quamuis adhuc corporis incommoditate detinear) propter conuentus, qui à sacerdotibus uniuersis & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi Principis existimemur deesse. Si enim secus quàm oporteat eueniat, non uos id facere, qui cuncta æqua moderatione componitis: sed nos per nostram tacentem desidiam uide-
B bimur, quod ciuibus quietem, & Ecclesiæ pacem peruertere ualeat, admisisse. Cùm enim humanis rebus diuinæ cultor religionis Domino fauente prouideas: nostra culpa erit, si non id sub uestra gloria (quam certum est diuinis rebus semper animo promptiore fuisse) firmo & stabili iure custodiatis. Quod per tot annorum seriem sub illis etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit: id est ut licita seruentur, & sub uestræ imperio clementiæ minimè quæ sunt illicita formidentur. Ipsa enim Ecclesia deuotionem tuam Christianissime Imperator, non meo quidem sermone, sed sui uenerabili affectu appellat, quam Christus DEVS noster, ueræ fidei rector, & uestri gubernator imperij, sibi uni desponsatam, & intactam uirginem seruat: ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempestatis insolito tumore turbari, glorioßissime &
C tranquillissime Imperator Auguste. Ipsa uerò quæ uni desponsata est, nostra mater est, pietatem uestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit appellat, præterita præsentiaq; auxilia repetit. Vobis, inquit, religiosissimè imperantibus modò tutus est populus, & infidelis Deo, quàm tibi Principi Christiano. Ecce autem inter mysteria, inter preces suas, quas Ecclesia pro fœlicitate uestri dependet imperij, teste, apud quem & de cuius sede agitur, sancto Petro, solicitis pro religionis obseruantia uocibus clamat ad uos, cum solicita petitione miscetur oratio, ne humana res solito tentatore occultè solicitante, semel euulsa discordia distrahat. Angeretur pluribus Princeps Christianissime mater Ecclesia, nisi apud te suarum esset cura causarum, & nisi in oppressionibus Idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua diuino cultu pariter, cum imperio nostro semper florente uicisset. Habet refugium pium tuæ mansuetudinis, animum cum suæ religionis ueneratione coniunctum, cùm quicquid huic proficiat Ecclesiæ, uos agatis, & conferatis fratribus, & cõsacerdotibus
D meis probatissimis uitis, à me ab hominibus qui Ecclesiam faciunt, legatis, quibus prosequentibus precamur, sacræ causa religionis, ut in urbe uestræ mansuetudinis hoc animo, quo postulatis & annuitis, in perpetuum statui uniuersalis Ecclesiæ consulatis.

Rescriptum Honorij ad Bonifacium Papam.

VIctor Honorius inclytus triumphator semper Augustus, sancto & uenerabili Bonifacio Papæ urbis Romę. Scripta beatitudinis tuæ, debita reuerentiæ congratulatione suscepimus, quibus recensitis, egimus omnipotenti DEO maximas gratias, quòd sanctimoniam tuam, post longum incommodum optatæ reddi-
tam didicimus sanitati. Et ideo reuertentibus uenerabilibus uiris gaudium nostrum sanctorum apicum attestatione signamus, ac petimus, ut quotidianis orationibus, Apostolatus tuus studium ac uotum suum, circa salutem atq; imperium nostrum im-

E pendere

pendere dignetur. Illud autem pietati nostræ satis placuisse cognosce, quòd sanctimo A
nia tua de Ecclesiarum ac populi perturbatione solicita est: quæ ut aliqua ratione nō
possit euenire satis clementia nostra credidit esse prouisum. Deniq; prædicante bea-
titudine tua, id ad cunctorum cleticorum notitiam uolumus peruenire: ut si quid
fortè religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab
ambitionibus esse cessandum, ac si duo contra fas, &c. Verùm id seruandum est, ut
omnes tranquillam mentem & pacificos animos, ex serenitatis nostræ admonitio-
ne custodiant, necaliquid seditionis conspirationibus tentare conentur, cùm certum
sit, nulli partium sua studia profutura.

Agatho Papa II.

SEedit hic Papa circa annum 676. De hoc plures historici scribunt, quòd impe- B
trauerit remitti de summa solita dari Cæsari pro Pontificis confirmatione. Vnde
animaduertis, quantopere olim Pontifices Cæsaribus subiecti fuerint, & quàm
dominio caruerint, ut qui etiam ipsam dignitatem redimere sint coacti. AGATHO
natione Siculus sedit annos 2. menses 5. dies 4. Hic ordinauit Episcopos 18. presby-
teros 10. Diacones 4. Legati Constantinopolim directi à latere huius Papæ, Macha-
rium Antiochenum patriarcham in synodo deposuerunt, quòd duas naturas, &
uoluntates in Christo esse negauit. Prædictus Papa obtinuit apud Imperatores,
Constantinum uidelicet & Heraclium & Tiberium, ut iuxta postulationem suam
remitteretur quantitas illa, quæ solita erat dari pro ordinatione Romani Pontificis
facienda: sic tamen, ut si contigerit post eius transitum & electionem, ordinationem
fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decretum generale deferatur
in Regiam urbem, secundum antiquam consuetudinem, & cum eorum id est im-
peratorum scientia & iussione ordinario debeat prouenire. Hic defunctus est 4. C
Idus Ianuarij. Atq; hoc dominium superioritatem ue super Pontifices habuit impe-
rium, cùm illi summi ac sanctissimi Cæsares imperarunt, ut Constantinus, Theodo-
sius & alij, ut nulla impietas, sed potius summa pietas in tali dominio aut statu fue-
rit: contrà quàm posteri aut stulta superstitione sibi persuaderi, aut tyrannide Papa-
rum sibi extorqueri passi sunt.

Polychronius Hierosolymæ Archi-episcopus.

POlychronius Episcopus Hierosolymitanus, uixit circa 440 Domini annum. Is
asseruit, Hierosolymam esse supremam seu primam sedem. quia illa esset ciuitas
sancta, quam Deus olim elegisset: & quòd ibi Christus docuisset, ibi passus esset,
ibi resurrexisset, ibi spiritum sanctum dedisset, ibi Ecclesia Christi primùm orta esset:
ibi Iacobus, Petrus & Ioannes, qui fuerunt columnæ Ecclesiæ, docuissent. Ad hæc D
quoque iam olim prædictum per Prophetas esse, quòd de Sion ac Ierusalem Dei
mandatum ac doctrina proficisci in uniuersum orbem deberet. Quare contendebat,
se supremum Episcopum in Ecclesia Dei esse, sibiq; alios subiectos & dicto audientes
esse oportere.

Ea re commotus Sixtus tertius Papa, cogitans id sibi non expedire (namque
Papæ iam tum affectabant tyrannidem in omnes Ecclesias, ut suprà auditum est
in sexta Carthaginensi synodo) congregat synodum Romæ, & Polychronium non
de affectata tyrannide super Ecclesias, sed de uiolatis per Simoniam canonibus
reum agit: subordinato etiam quodam nebulone Euphemio Hierosolymitano sa-
cerdote, qui Polychronium de tali scelere accusaret.

Efficit ergo Papa, ut tota synodus ex suo numero mittat tres Episcopos, tres sa-
cerdotes, & duos diaconos Hierosolymam, cum literis Cæsaris Valentiniani, qui ibi
authoritate Cæsaris, congregata aliqua prouinciali synodo, eum accusarent. Factum
est, depo-

A est, depositus est Polychronius. Verùm aliquanto pòst cognita boni illius senis mirifica innocentia, & in pauperes beneficentia, animaduersoq; quòd mores eius longissimè ab omni specie auariciæ ac symoniæ abessent, denuò in suum locum à Cæsare Valentiniano restituitur, & Euphemius accusator in perpetuum damnatur. Hæc historiola paulo aliter à quodam Papæ adulatore, in libro Conciliorum recitatur: sed si diligenter circumstantias inspicias, & ueritatem inuestiges, facilè animaduertas, meam narrationem longè ueriorem esse.

Hæc non eò recito, ut Polychronij aut ambitionẽ aut errorem laudem: sed ut ostendam, Ecclesiam Dei tunc nondum sciuisse, Christum solum Papam uniuersæ suæ Ecclesiæ, tanquam unicum suum uicarium, & populi Dei caput præfecisse: sicut & prius in Constantinopolitana synodo dixi, & postea in Chalcedonensi dicam.

B

Hilarius, & Gallicæ Ecclesiæ.

HIlarius Viennensis Episcopus, sedit circa annum Domini 450. Is solitus est disputare, nec Petrum fuisse principem Apostolorum, aut ullum in eos ius habuisse: nec Papam ullam potestatem aut ius super Gallicas Ecclesias, aut alias exterarum prouinciarum habere debere: eiq; nequaquam permittendum, ut sic omnium Episcoporum ordinationes ad se trahe et, & omnia iura Ecclesiarum sibi raperet. Leo Epistola 77. contra eum ad Episcopos Galliæ scribens, insimulat affectati dominij, seu regni super Gallicas Ecclesias: an uerè aut falsò, nescio. Certè ipse Leo sibi superioritatẽ in eas Ecclesias asserturus, ita agit ac loquitur ut appareat tunc adhuc regnum Papæ super illas non admodum solidè firmatum fuisse. Dicit non meminisse eos haud dubiè, quòd Gallicæ Ecclesiæ consuluerint aliquando Romanam sedem, nimium leuem coniecturã sui in eas iuris proferens. consuluntur enim
C præsertim in Ecclesia non tantum superiores, sed & alij quibus aliquid sapientiæ aut spiritualis iudicij aut eruditionis, ineſſe putamus. At nunc nostri Papæ clamarent: Quæ ista noua intemperies uos agitat, quòd uos uultis seiungere ab Ecclesia Dei, ab unico uicario Christi, à uestro quoq; capite diuinitùs uobis ordinato, cui iam etiam uos iuramento tam sancto obstrinxistis? Vociferarentur etiam esse schisma, esse hæresim planè horribilem. Nihil uerò ibi pro imperio ac sua authoritate Gallis Leo mandat: sed dicit tantum, se de eorum consilio ac authoritate hoc aut illud statuere uelle, &c. Nunc uerò Papæ simpliciter dicunt, se hoc aut illud Apostolica authoritate mandare, &c. Cui mandato si quis temerario ausu contra ire præsumpserit, &c. Quippe qui adeò insolentes facti sint, ut etiam supra Concilia regnare uelint. Huic Hilario ego etiam illam historiam attribuerim, quæ, ut suprà dixi, Pictauiensi Hilario attribuitur: Quod uidelicet cum in magno concilio grauis esset orta contentio inter eos, propterea quòd Leo erat Arrianus, subitò Leonẽ esse diuinitùs extinctum. nam ille
D Hilarius longè ante Leonem primum uixit, nisi fortè quispiam alius hic qui non reputatur fuerit. At nunc (ut insulsi canonistæ aiunt) si quis aliquid contra Papam loquitur, ille in cœlum os ponit. O degeneres Christianorum animos.

Symmachus.

SYmmachus sedit circa 500. Domini annum. Creatus unà fuit, teste Sizeberto, & alius Papa nomine Laurentius nec tam iure ac rationibus quàm gladijs inter eos disceptatum, diuq; multæ cædes passim Romæ propterea factæ sunt. Nec potuerunt illi pacem inter se facere. Sed Rex Theodericus causam diremit in eos compescens, cum quidem ipse esset Arrianus. Quin & uisitatorem eis imposuerat quendam Episcopum nomine Petrum. Vide ea quæ dixi in Simplicio Papa. Fuit etiam de grauissimis quibusdam sceleribus accusatus à, nescio quibus, coram Theoderico Longobardorum rege, & coram synodo Romana, quam ille Rex congregari eius rei causa ex Italicis pseudoepiscopis curauit. Accusatores & crimina non nominantur, Apparet tamen ex responsorio libello, fuisse magni nominis uiros. Ob eam

cauſam Rex ipſi primùm & reditibus pontificalibus & officij adminiſtratione interdixit: ſed quàm primùm res ad illam uerè Romanenſem (id eſt, ex adulatoribus Romanis conſtantem) ſynodum deducta eſt, ſtatim effecit Papa, ut accuſatores eius ne ſemel quidem rectè audirentur, ſed ipſe ſimpliciter indicta cauſa abſolueretur. Teſtantur id tum ipſius ſynodi acta, tum & Nicolaus primus in ſua epiſtola ad Michaelem Imperatorem. Vnde apparet, quàm ſibi benè conſcius ille nequam fuerit, cùm nec ad cognitionem quidem ſynodi cauſam peruenire paſſus ſit: cùm quidem ſynodus eius ipſius rei cauſa congregata eſſet, idq; de conſenſu Papæ. Sed ego conijcio, ideo Papam egiſſe, ut aliquot Epiſcoporum ſynodum conuocaret, quòd ſciuit ſe facilius ex eorum iudicio, utpote iam ſibi obſtrictorum (quia ipſe iuxta Nicænæ ſynodi decreta eorum Metropolitanus erat) quàm ex Regis, elabi poſſe. A

Queſti ſunt eius accuſatores proprio ſcripto de ea ſynodo, quòd incognita cauſa Papam tot grauiſsimorum facinorum reum abſoluiſſent. in quo ſcripto & illud fuit, Papam adeò iactare ſuam poteſtatem, ut cum paſcendi oues poteſtate, etiam peccandi licentiam accepiſſe uideatur. Item dixerunt, eum ſaltem proprias leges ac canones ſeruare debere. Dixerunt quoq;, nec Moſen, nec Samuelem, nec Petrum, nec Paulum, ac ne ipſum quidem Deum abhorruiſſe à publico iudicio: ſed petijſſe, ut iudicetur inter ſe ac ſuos aduerſarios. Quid ergo cauſæ eſt, quòd Papa omne iudicium, etiam ſynodi, refugiat ac recuſet? Ei ſcripto reſpondit quidam impudentiſsimus tabula, aut curtiſanus, Papæ nomine, Ennodius: ac inter alia dicit: Arguitur ſtylo ſplendidiſsimo Papa Symmachus, quare conuentionē præueniens cum populorum cœtibus examen intrauit, & poſtea iudicia cùm euocatus quater fuiſſet, ſpreuerit? Sed ille contrà clamitat, de Papa neminem planè niſi ſolum Deum iudicare debere, aut poſſe. Papam, etiam ſi malus ſit, tamen ſuorum maiorum, ac illius ſacroſanctæ ſedis meritis ac dignitate ſubleuari: eam ſedem uel accipere ſanctos, uel efficere, &c. Atq; hic libellus, ut magis mirere, actis Conciliorum inſertus eſt. B

Hinc potes animaduertere, Chriſtiane lector, quàm nulla iura, nullam q; ſuorum flagitiorum dijudicationem, iam olim Papæ pati ac ferre potuerint: ſed uoluerint ſemper ſummam licentiam peccandi, & in pios tyrannizandi, habere. Vnde dignum interea & in hoc Papa illud obſeruatu eſt, quòd teſtatus hic in concilio Romæ eſt, ſuo tempore dominationis amorem inuaſiſſe clericos, & feciſſe reſpuere iugum Eccleſiaſticæ diſciplinæ: eorum q; exceſſus narrare difficile eſſe. Dicitur tamen ſcripſiſſe librum hoc titulo nempe de exceſsibus Clericorum. Vnde apparet iam tunc ſolitos fuiſſe Clericos normam iuſtitiæ & pietatis egregiè excedere. At cogitet Chriſtianus frater, quantum ab eo tempore ambitionis tyrannidis q; furor in clero creuerit. C

Epiſcopi Germaniæ & Galliæ.

INnter collectanea Auentini, inueni epiſtolam hoc titulo, Epiſtola Epiſcoporum Germaniæ & Galliæ ad Papam Anaſtaſium: cuius ea eſt ſumma, quòd monent Papam & Italicos Epiſcopos, ut ſeſe miſſos faciant, nec deinceps ſuper eos tyrannidem exercere pergant. Apparet autem, Papam tunc aliquid grauius contra eos ſtatuiſſe, idq; temerè ac præcipitanter. Iubent eos, ut ſemet prius curent. Eorum enim ſcilicet prauam famam per orbem terrarum ſpargi. Se, ſi quid in ſuis regionibus peccatum fuerit, pro ſemet ipſis facilè curaturos, & correcturos. Omnino uidentur Papæ imperium aut regnum ſupra ſeſe concedere noluiſſe: & alioqui multos eius tetros lapſus & uidiſſe, & non diſsimulaſſe. Sed ſubijciam ipſam totam epiſtolam, unde rectius lector ſententiam eius cognoſcere poſſit. Dubito autem, ad quem Anaſtaſium ſit ſcripta: num ad ſecundum, qui ſedit circa 500. Domini annum: aut potius ad primum, qui ſedit circa annum Domini 400. cuius q; etiam epiſtola ad Epiſcopos Germaniæ miſſa, cum Concilijs impreſſa extat. D

Sequitur epiſtola ipſa.

Contra

Contra Anastasium Papam, & alios eius complices, Galliæ Germaniæq; Episcopi, sub Litauico Magno Rege, quem Galli Clodoueum uocant.

LOngè aliud sunt pontificales sedes, & aliud præsidentes: proinde honor & dignitas cuiusq; sedis uenerabiliter obseruandę sunt: præsidentes autem, si deuiauerint, per deuia sequendi non sunt. Hinc est quòd botros carpere, & spinas cauere oportet. Non putatiuè, sed ueraciter adfirmant Episcopi, ex multis authoritatibus dicentes: maiorem esse authoritatem conciliorum, quàm unius Papæ Anastasij. Paulus Apostolus, qui clamat, Imitatores estote mei: in faciem restitit Apostolorum principi Petro, quia reprehensibilis erat, eo quòd gentiles in quibusdam iudaizare cogeret. Scandali enim seminarium est, dum Episcopi super Episcopos procellas excitant in sancta Ecclesia, ubi summa pax esse debet: surda aure cordis audientes Scripturam dicentem, Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris. Nec imitantur humilitatem boni pastoris, qui animam suam posuit pro ouibus: qui non secundum aurium auditum, nec secundum uisum oculorũ iudicat, sed secundum id, quod est scrutator cordium. Audiat igitur uel Apostolum ad se clamantem: Attendite uobis & cuncto gregi, in quo uos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo. Igitur non subitò cum temeritate proferendæ sunt sententiæ Episcoporum contra Episcopos, uolentium irritas facere potestates aliorum Episcoporum.

Anacletus Papa dicit: Accusatores autem & testes esse non poterunt, qui ante hesternum & nudius tertium diem inimici fuerunt: ne irati nocere cupiant, & ne læsi iudicium conuertant in suam ultionem.

Hinc Xistus Papa dicit: Accusatoribus suspectis, uel de domo inimicorum proceuntibus, non est credendum.

Papa Telesphorus dicit: Iustitiæ palmam non obtinebimus apud eos, qui testes idem sunt qui & iudices, & insuper accusatores. Nullius sententia opponatur, ut Scripturarum ueritas annulletur.

Præterea iuxta literam intellectus noster refugit nouitatem compassionis, qua utuntur erga infirmitatem Franciæ medici Italiæ. Continuis febribus agitantur, qui curare nostros Episcopos uolunt. Cæci sunt, qui lumen eis promittunt. Gibberosos & obtortos nostros esse putant, qui habentes strumam auaricię, angustam portam non intrant. Oues suas errare permittunt, & pastores nostros ad uiam ueritatis reuocant: cum spiritualium morborum medicinam, hoc est, absolutionem animarum Romæ esse adserunt: sed ire ad ipsam coràm inter arma, quæ sunt intra fines per uiam, nostros compellunt. An in tota Italia nullus est qui ægrotet? Si in nostris solis exercere uires sui iudicij uolunt, audiant Paulum sapienter dicentem: Nolite iudicare ante tempus, quoadusque ueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordis, & tunc erit laus unicuique à Deo.

Ac sic audacter eos in auribus uulgi reprehendere cessaremus, si & post nostros, per gratiam Dei sanos, cauterium non inferrent. Quod si cauterium suum adhuc aduersus nostros mouere disponunt, Gallicam in sese ueritatem sentient, quam sine causa in se prouocant. Non enim putandus est ille medicus sani capitis esse, qui antea uult ægrotos inflammare, & ferro secare, quàm qualitates ægritudinis cognoscere.

Si autem amplius affirmauerint, Episcopos Galliæ spiritualiter ægrotare: sciant igitur Dominicum præceptum, iuxta illud, Infirmum uisitate. Non enim currere debet ægrotus ad medicum, sed medicus ad ægrotum. Quod si renuunt, sciant nos habere perfectum & optimum & Euangelicum antidotum filij Dei, quo à nobis penitus repelluntur spiritales molestiæ. Monendi sunt Episcopi, ne damnent

occultas conſcientias noſtrorum Epiſcoporum: & ne prætendant illis quaſi per zelum nimiæ iuſticiæ, inſidias Regij iudicij, ne cõpellantur Euangelicè reſpõdere: Qui ſine peccato eſt de Epiſcopis Italiæ, primus lapidem mittat. Hoc ideo dicimus, ne per dutitiam ſuæ mentis, authoritatem, quam ſuam eſſe putant, in Epiſcopis noſtris feriant: quia non eſt impoſsibile, ictum præiudicij ſui in eos reſilire: maximè cum noſtri nunquam didicere plus quàm neceſſe eſt formidare. Fateamur hodie tamen ante Chriſtum, qui liberauit ſocrum Petri de febribus, quia conſulatores oneroſi ſunt Epiſcopi Italiæ. quos Ioannes à Patmo inſula reuera à numero electorum uidit, dum inter cætera dicit: Miſit draconem, & traxit tertiam partem ſtellarum. Hi dum nituntur abſtrahere à noſtris paſtoribus lumen laudis, inuoluuntur glaucomate ſui erroris. Quos ita faciemus, ut qui uiderint, non uideant. Fama enim, hoc eſt, odor malæ famæ exit in fines orbis terræ eorum. Qui habitant ultra montem Iouis, ſagittas mittunt ultra lapidem ſalutis: quòd non ſint plantati in domo Domini, ſecundum ordinem Melchiſedech. Quibus expedit, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eorum, quòd conati ſunt ſua temeritate paſtores noſtros ſcandalizare. Sed ſi ualuerunt, quantum ad illam copiam, quam habent, nihil nocere, quos patet in die & in nocte obuolutos eſſe umbra ſui ſomnij: ita ſi æſtimant in Gallia defeciſſe hæc tria, Verbum, ferrum, ingenium. Ne ergo fumum ſuæ uoluntatis in uanum ſpargant, diſcant & taceant: ut diſcendo & tacendo pulchriores fiant. Etiam ſi inclinata eſſet arca teſtamenti noſtri, calcitrantibus tauris Galliæ, noſtrorum Epiſcoporum eſſet, & non illorum, inclinatam releuare. Quod ſi in arcam Eccleſiæ noſtræ ſolicitè lingua crimen intendant, ruinam interius cum Oza leuita habere poterunt. Fatemur autem, quoniam ſi uitulos cogitationum noſtrarum agnoſcere poſſent, ſuum ſummum bonum eſſe dicerent, ſi noti non fuiſſent: & dialecticum hunc ſyllogiſmum uigilanter intelligant, Si omnibus Epiſcopis una ineſt poteſtas, eſt & uni: Eſt autem omnibus una poteſtas: Igitur & uni.

Hæc epiſtola reperta eſt inter Auentini ſchœdas, eius proprtia manu deſcripta, quod bona fide affirmo: unde, ignoro. Hinc animaduertis Chriſtiane frater, olim nequaquam ita cultum formidatumq; eſſe Romanum Antichriſtum exteris Eccleſijs, ut paucis iſtis aliquot ſeculis. Sed tyrannis Papæ unà cum cæteris calamitatibus mundi, in immenſum inualuit.

Saluianus Epiſcopus Maſſilienſis.

VIxit Saluianus Maſsilienſis Epiſcopus, uir pietatis ac eruditionis nomine cum primis commendatus, circa annum Domini 480. Is inter alia contra ſuborientes ac pullulantes errores dicta, etiam coniugium ſacerdotum defendit. Sed adſcribam eius uerba ex V. de Prouidentia Dei libro.

Cogimus ad ulciſcendas criminum noſtrorum immanitates: nolentem Deum. Propè eſt, ut eum non permittamus ut parcat. Nam cum in eum nullum unquam iniuſtitiæ ſignum cadere aut apparere poſsit, ſic agimus, ut ſi enormitates noſtrorum ſcelerum non ulciſcitur, iniuſtus eſſe uideretur. Sed uidelicet peccator fuit aliquis aliquando, fortaſſe iam non eſt, aut eſt ullus criminum modus, & non prius eſt, ut de uita homines, quàm de iniquitate diſcedunt. Quis enim non cum ſuis iniquitatibus moritur, & cum ipſis admodum atque in ipſis ſceleribus ſepelitur? ut uere Propheticum illud de his rectiſsimè dici poſsit: ſepultura eorum domus eorum in æternum, & comparati ſunt iumentis inſipientibus, & ſimiles ſunt illis, atque utinam iumentis. Melius quippe fuerat beluina imprudentia deuiaſſe. Illud peius & criminoſius, quia non ignorantia Dei, ſed deſpectione peccarunt. Atque hoc uidelicet laici

A licet laici tantummodo, non quidam etiam clericorum seculares, multi etiam religiosissimo sub specie religionis uicijs secularibus mancipati, qui scilicet post uetera flagitiorum probrosa crimina, titulo sanctitatis sibi inscripto, non conuersatione alij, sed professione nomen tantum demutauere, non uitam: & summum diuini cultus, habitum magis quàm actum existimantes, uestem tantummodo exuere, non mentem. Vnde illi se minore inuidia, criminosos putant, qui cum pœnitentiam quasi egisse, dicantur, sicut mores pristinos, ita etiam habitum non relinquunt.

Nam taliter fermè omnia agunt, ut eos non tam putes antea pœnitentiam criminum egisse, quàm postea ipsius pœnitentiæ pœnitere: nec tam prius pœnituisse, quod modo uixerint, quàm postea quod se promiserint bene uicturos. sciunt
B me uerum loqui, & testimonium mihi etiam conscientia sua dicunt, cum multi alij, tum præcipuè illi nouorum honorum religiosi ambitores, & post acceptũ pœnitentiæ nomen amplissimæ ac prius non habitæ potestatis emptores, adeo non seculares tantum, sed plus etiam quàm seculares esse uoluerunt, ut non sufficeret eis quod ante fuerant, nisi plus essent quàm fuissent.

Quomodo igitur tales istos pœnitentiam se egisse non pœnitet: Sicut etiam de conuersione à Deo aliquid cogitasse, qui à coniugibus proprijs abstinentes, à rerum alienarum persuasione se non abstinuerunt: Et cum profiteantur continentiam corporum, in incontinentiam debacchantur animorum. Nouum prorsus est conuersionis genus, licita non faciunt, ILLICITA committunt. Temperant à concubitu, & non temperant à rapina. Quid agis stulta persuasio? qui peccata interdixit DEVS? non matrimonia, Non conueniunt uestris studijs facta uestra: non debetis esse amici criminum, qui dicitis uos affectores esse uirtutum. Præposterum est quod agitis, non est conuersio, sed auersio: qui iam pridem, ut fama est,
C opus etiam honesti matrimonij reliquistis, tandem à scelere cessate. Et quidem iustum est, ut ab omni scelere: sed tamen si non ab omni (quia hoc fortasse durum & impossibile esse creditis) certe uel maximo & prodigioso. Atque hæc Saluianus potissimum de Romanis sacerdotibus scribit. Horrendum uerò est, quòd scribit paulo ante id tempus Romæ toleratos fuisse publicos synædos. En tibi matri Ecclesiarum. Episcopi Ligures, Venetiæ, Histrij circa 545 Domini annum sese opposuerunt Romanæ tyrannidi Episcopi Liguriæ, Venetiarum, & Histriæ, freti Concilij Constantinopolitani. V. authoritate. Eos Pelagius Papa primus non rationibus, uerbi Dei testimonijs, aut disputationibus, sed gladio suæ tyrannidi subijcere est conatus.

Oppugnauit igitur eos ipse, & eius successores uarijs malis artibus. Tandem autem sub Gregorio Magno, ut ex septimo eius epistolarum libro apparet, magnæ ex parte oppressi sunt. Vt uerò huius historiæ certitudo aliqua hic cernatur, adscri-
D bam aliquot fragmenta epistolæ prædicti Pelagij ex Decreti c. 23. q. 5. Sic enim ibi ad Cæsareum præfectum Narsetem scribitur.

De Liguribus atq; Veneticis & Histrijs Episcopis quid dicam? quos idonea est excellentia uestra et ratione & potestate reprimere, & dimittitis eos in contemptum Apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriari: cum si quid eos de iudicio uniuersalis synodi, quod Constantinopoli per primam nuper elapsam indictionem actum est, fortè mouebat, ad sedem Apostolicam (quomodo semper factum est) electis aliquibus de suis, qui dare & accipere rationem possent, dirigere debuerunt: & non clausis oculis corpus CHRISTI DEI nostri, hoc est, sanctam Ecclesiam lacerare. Nolite ergo dubitare, huiusmodi homines principali uel iudiciali authoritate comprimere: Quia regulæ Patrum hoc specialiter constituerunt, ut si qua Ecclesiastici officij persona, cui subiectus est restiterit, uel seorsim collegerit aut aliud altare erexerit, seu schisma fecerit, iste excommunicetur atque damnetur. Quòd si fortè & hoc contempserit, & permanserit diuisiones & schisma faciendo,

per potestates publicas opprimatur . Ecce de quo animus uester forte timidus A
est, ne persequi uidearis . De Patrum uobis authoritate hæc breuiter dirigenda
curaui ? Cum mille alia exempla & constitutiones sint, quibus euidenter ostendi-
tur & agnoscitur, ut facientes scissuras in sancta Ecclesia, non solum exilijs, sed etiam
proscriptione rerum, & dura custodia, per publicas potestates debeant coerceri.

Non uos hominum uaniloquia retardent, dicentium, quia persecutionem
Ecclesiæ faciat, dum uel ea committuntur, reprimit, uel animarum salutem requi-
rit . Errant huiusmodi rumoris fabulatores . Non persequitur, nisi qui ad ma-
lum cogit . Qui uerò malum uel factum iam punit, uel prohibet, ne fiat, non
persequitur iste, sed diligit . Nam si (ut illi putant) nemo reprehendendus est
à malo, nec retrahendus à malo, bonum est, humanas & diuinas leges necesse est
euacuari, quæ à malis pœnam, & bonis præmia, iustitia suadente, constituunt. B
Malum autem schisma esse, & per exteras etiam potestates huiusmodi opprimi de-
bere homines, & canonicæ Scripturæ authoritas, & paternarum regularum uos
ueritas docet . Quisquis ergò ab Apostolicis diuisus est sedibus, in schismate
eum esse non dubium est, & contra uniuersalem Ecclesiam altare conatur erigere.
Sed quid de talibus insertus in Chalcedonensi synodo Canon constitutus gloria
uestra consideret. Vbi post alia sic dicit.

Qui à communione seipsum suspendit, & collectam facit, & altare consti-
tuit, & noluerit uocanti Episcopo consentire, & noluerit eidem acquiescere, neque
obedire primo & secundo uocanti, hunc omninò damnari, nec unquam uel ora-
tionem mereri, nec recipere eum posse honorem . Si enim permanserit turbas
faciens & seditiones Ecclesiæ per exteram potestatem, tanquam seditiosum com-
primi . Et beatus Augustinus de talibus dicit : Multa etiam eum inuitis benigna
quadam asperitate plectendis agenda sunt, quorum potius utilitati consulendum C
est, quàm uoluntati . Nam in corripiendo filium quantumuis asperè, nunquam
paternus amor mittitur: fit tamen, quod nollet ut doleat qui etiam inuitus uidetur
dolore sanandus. Ecce uidetis, quemadmodum tanti testimonio patris non perse-
quatur coercendo talia, sed diligat emendando tales semper Ecclesia. Facite ergò
etiam uos, quod scientes intentionem Christianitatis uestræ frequenter horta-
mur, & date operam, ut talia fieri ultra non liceat, sed etiam (quod uobis facilimum
esse non dubito) hi qui talia præsumpserunt, ad pijssimum principem sub digna
custodia dirigantur . Recolere enim debet celsitudo uestra, quid per uos Deus
fecerit tempore illo, quo Histriam & Venetias tyranno Totila possidente, Francis
etiam cuncta uastantibus, non ante tamen Mediolanensem Episcopum fieri per-
misistis, nisi ad clementissimum Principem exinde retulissetis, & quid fieri debu-
isset, eius iterum scripits recognosceretis, & inter ubique feruentes hostes Rauennam
tamen & is qui ordinabatur, & is qui ordinandus erat, prouidentia culminis ue- D
stri deducti sunt . Hic clarè uidemus quàm importunè urgeat hic Episcopus,
ut Episcopi Liguriæ, Venetiæ, & Histriæ armis tyrannidi suæ subijciantur. Confite-
tur & eos sibi resistere fiducia decretorum synodi Constantinopolitanæ, quæ qua-
lia fuerint, scire operæprecium esset.

Testatur autem Sigebertus demum 684 anno Rauennatem Ecclesiam iussu
Imperatoris Romanæ subiectam esse, qui est unus ex primarijs Venetiæ Episcopati-
bus. Aquilegiæ porrò circa annum Domini 700 synodus fuit, quæ se Pontifici Roma
no Sergio opposuit. Quæ ciuitas olim patriarcham habuit, & ad Histriam pertinet.
Concertarunt Papæ & cum Polæ Episcopis, quæ ciuitas, teste Iustino, olim à Col-
chis Medæam quærentibus, longè ante Romam, extructa est, & meæ patriæ Episco-
patum tenet.

Ex hisce manifestum est, eum non tantum defendisse coniugium, sed etiam
simul haud obscurè ipsorum Papatum cœlibatum sacerdotibus præcipientium
impura

A imputa decreta oppugnasse. Omnia enim fermè uerba contra talem aliquem authorem directa sunt. & interdixerat multis annis antè Syricius clero coniugium, sequentesq; Papæ in eius prauis uestigijs permanebant.

Pelagius.

PElagius Papa sedit circa annum 550. Eius sententia 99 Dist. citatur, Ne quis quam uniuersalis Episcopus nominetur. Pelagius omnibus Episcopis: Nullus Patriarcharum uniuersalitatis uocabulo unquam utatur. Quia si unus Patriarcha uniuersalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit à fidelibus, hoc sibi uelle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacunque parte uideatur. Quapropter charitas uestra neminem unquam, etiam suis in epistolis, uniuersalem nominet: ne sibi debitum subB trahat, cùm alteri honorem offert indebitum. Dicit hic idem in eadem decretali eum fore præcursorem Antichristi, qui sibi id nomen uniuersalis Episcopi usurpauerit.

Distinctione uigesima octaua dicit hic Papa, cœlibatum sacerdotum, & Episcoporum præcipuè, esse ideo institutum, ne Ecclesiastica bona in uxores & liberos eorum dissiparentur. Id si uerum est, cur igitur nostri Papistæ sacerdotum coniugium damnant, tanquam per se impium & impurum, ferroq; ac igni puniendum censent?

Sed age describamus locum ex Decreto maioris perspicuitatis & certitudinis gratia. Inter huiusmodi ambiguitates illud consultius iudicauimus faciendum, ut congrua prouidentia CAVSAM, propter quam principalis constitutio habentem filios & uxorem, ad Episcopatus ordinem promoueri prohibet,
C salua dispositione Concilij muniremus. Qua de re summo studio ab eodem Syracusanæ urbis Episcopo, priusquam à nobis in Episcopum contingeret ordinari, huiusmodi exegimus cautionem, per quam & suam fateretur, quantula esset præsentis temporis habita rerum descriptione, substantiam, & nihil unquam per se aut per filios, & uxorem, siue quamlibet propinquam aut domesticam, uel extraneam ferre personam de rebus audeat usurpare Ecclesiæ, & uniuersa sui Episcopatus quæ sita tempore Ecclesiæ suæ Domino sociaret, nihil ultra id, quod modo descriptum est, filijs suis aut hæredibus relicturus.

Hisce Pelagij uerbis addit Gratianus sequentia. Ecce hac authoritate electus in Episcopum non prohibetur habere uxorem & filios. Eligi autem ad Episcopatum non debet nisi aut sacerdos, aut Diaconus, Subdiaconus uerò non nisi necessitate cogente. Siue ergo presbyter, siue Diaconus fuerit, apparet, quòd in præfatis ordinibus constituti, licitè matrimonio uti possunt. Hactenus Gratianus.

D Obseruetur hic diligenter causa cur coniugium sacerdotum à Romana Ecclesia prohibitum est, non quòd per se res esset illicita, sed ob periculum bonorum Ecclesiasticorum. Affirmat Sigebertus Papam hunc accusatum fuisse cædis Vigilij Papæ: Sed illum se iuramento excusasse. O præclaram dignamq; Romano Pontifice excusationem.

Ioannes Maxentius.

FLoruit hic scriptor circ 500 Domini annum, scripta eius Cochlæus in Germania edidit, Damnauit legatos Papæ Hormisda Constantinopolim ad synodum missos Dioscorum & alios plurium errorum, necipse solum, sed & Schytici monachi unà cum eo: quin & Romam missa de suo numero legatione, eos erroris redargurere uoluerunt, Sed non tantum non data est eis facultas disputandi, aut ordinariè agendi, sed etiam uiolentos, ac cum ignominia

inde de

inde de mandato Papæ improbante id populo, pulsi sunt. Reliquerunt nihilominus A freti Deo, bona causa, & fauore populi, post se affixas publicè protestationes. De qua re ita prædictus pater Maxentius scribit:

O mira furiosorum cæcitas & à ueritate alienatarum mentium crimino sa fallacia. Neque enim fas est, tam apertè posse mentiri Romanum Episcopum. Benè certum est omnibus Romæ degentibus, quod ipsi monachi, de his quæ circa se acta sunt, tam memorato Episcopo, quàm etiam Senatoribus, nec non uniuersæ Ecclesiæ scriptis contestati sunt.

Humana namque tentatione præuentus idem Romanus Episcopus, utpote mortalitatis adhuc sarcina prægrauatus, postquam comperit reuerti Dioscorum, uolens ei præstare hoc beneficium, ne in publico ab eisdem monachis argueretur hæreticus, missis defensoribus, cum ingenti uiolentia eos ab urbe Roma subito exire compulit: quanquam sæpius publicè & priuatim, tam in conuentu Ecclesiastico, quàm etiam omnium Senatorum eis ueniente Dioscoro audientiam dare B esset pollicitus. Qui cum ab ipsis defensoribus egredi urgeretur, compulsi sunt in locis publicis populum contestari, ne post suum discessum clam eos recessisse fautores Dioscori apud Ecclesiam diffamarent.

Vnde factum est, ut saltem eis parua dilatio præstaretur, quamdiu se exinde egredi præpararent, sub quo tempore scriptis omnia quæ in se gesta sunt, facultas data est contestandi. Quod tamen nunquam facere potuissent, nisi hoc eis Romanus populus præstitisset, qui licet pro eis apertè minimè proclamaret, ipsa tamen sua tacita murmuratione defensores, qui eos exinde egredi compellebant, deterrens fecit, ut eorum uiolenta expulsio uniuersæ Ecclesiæ innotesceret. Non ergo (ut iste mentitur) populus, sed defensores Ecclesiæ eos exinde egredi compulerunt. Neque enim sponte sua in publico prodierunt, ut meritò ad concussionem C quietis, siue ad dissipationem & discordiam commouendam, hoc eos fecisse quilibet rectè dijudicaret, sed uiolenter ad hoc sunt uenire compulsi. Nam ita hæc se habere etiam ex ipsius istius uerbis facilè edocemur, quibus eos circa Regum statuas asserit inclamasse, qui nullus nisi quod uiolentissimè molestatur, facilè compellitur. Quamuis non quasi regiæ potestatis auxilium flagitantes (sicut hæretici iactitant) sæpe dicti monachi circa regum statuas inclamauerint, sed postquam à loco quem ad manendum acceperant, pro mandato eiusdem Romani Episcopi fuerant expulsi, in publico consistentes, ubi casu Regum imagines fuerant, quod petitioni suæ audientia denegaretur, populo contestati sunt.

Hactenus ille.

Euulgauit postea contra eos Papa bullam quandam latè ac longè, quam Maxentius proprio & iam edito scripto refutauit titulo contra possessorem. DE LIBERO etiam arbitrio & Originali peccato rectè contra Papæ corruptores sensit, ueritatemq; hisce uerbis adseruit. Iusserat enim, ut quidam scribunt, Papa nescio quem D infaustum Gallum pro Libero arbitrio scribere, quem ita Maxentius refutauit, ut etiam ipsum Papam nonnihil tam fœdi erroris puderet, nec omnino Faustum illum suum per omnia tueri auderet. Verba autem eius, sententiam de Libero arbitrio summariè complectentia, hæc sunt.

Liberum autem naturale arbitrium ad nihil aliud ualere credimus, nisi ad discernenda tantum & desideranda carnalia siue secularia, quæ non apud DEVM, sed apud homines possunt fortassis uideri gloriosa.

Ad ea uerò, quæ ad uitam æternam pertinent, nec COGITARE, NEC VELLE, NEC DESIDERARE, NEC PERFICERE POSSE, nisi per infusionem & inoperationem intrinsecus spiritus Sancti, qui est etiam spiritus CHRISTI. Spiritum enim CHRISTI qui non habet, hic non est eius

A est eius. Quod si quis credit in CHRISTO, iam CHRISTI est, Sicut & uerum est non utique per donum naturæ, sed per spiritum Sanctum est, qui CHRISTI est. Qui iam credit in eum, qui iustificat impium, ut confitentur. Quia Dominus est IESVS quod nemo potest dicere nisi in spiritu Sancto.

Quapropter anathematizamus eos, qui naturale aut substantiam (scilicet initio creatam) aliquam dicunt esse peccatum. Abominantes etiam eos qui contra uocem Apostoli audent dicere, Nostrum enim VELLE, Dei perficere, cum idem doctor & VELLE & perficere donum testetur esse diuinum, ipso dicente. DEVS enim est, qui operatur in uobis & VELLE & perficere pro bona uoluntate. Credentes etiam omnes ab Abel usque ad CHRISTVM, Si qui saluati sunt ea gratia, qua & nos esse saluatos secundum uocem beati Apostoli Petri dicentis. Quid tentatis DEVM imponere iugum super ceruices discipulorum.

Hæc ille sanctus Petrus de libero arbitrio & errores ac tyrannica uiolentia
B Papæ eiusq; legatorum scribit. Quæ profecto memorabilia ac obseruatu digna sunt. Hinc enim licet intelligere, tum quales iam tunc illi sanctissimi patres fuerunt, tum qualibus artibus istud suum imperium super Ecclesiam Dei nacti sint, auxerint & constabiliuerint.

Serenus Massilienſis Episcopus.

HIc Episcopus uixit tempore Gregorij magni, ut ex nona epistola Gregorij libro nono registri apparet, imagines ex templis sustulit ac exusit. Sic enim scribit ad eum Gregorius. Frangi non debuit, quòd nõ ad adorandũ in Ecclesijs, sed ad docendum tantum fuit collocatum. Quin potius ita tuis dixisses: Si hanc instructionem, ad quam imagines antiquitus factæ sunt, habere multis in Ecclesia eas modis omnibus & fieri & haberi permitto. Et paulo post. Vnde si quis imagines facere uoluerit, minimè prohibe. Adorare uerò imagines, omnibus modis deuita.
C Hactenus Gregorius.

Hinc clare apparet Serenum istum & proculdubio cum eo etiam alios multos uerè pios, uoluisse pullulanti idolatriæ resistere. Sed frustra uincente errore, & parte deteriore meliorem.

Gregorius Papa I.

GRegorius Papa primus sedit anno 600. Is uehementer pugnauit contra primatum Papæ. Noluit dici uniuersalis Episcopus, nec quenquam suorum priorum dixit eam dignitatem recipere unquam uoluisse, cum quidem illis oblata esset. Multis durissimis conuicijs proscindit eum titulum, & eius cupidos, comparat eos cum Lucifero. Inter cætera pronunciat quoque, eum qui eam dignitatem accipiet, fore præcursorem Antichristi. Hortatur etiam alios Episcopos passim, ut tali tyrannidi in Ecclesia resistant. Vide eius epistolas ad imperatorem, &
D peratricem & patriarcham, præsertim Constantinopolitanum, ex quibus pauca quædam dicta interseram, si qui fortè exemplaribus destituuntur.

Ex Regesto diui Gregorij, lib. IIII. epist. XXXII. ad Mauritium Augustum de Ioanne Constantinopolitano Episcopo, qui supremus esse & uniuersalis Episcopus dici uolebat.

NVnquid ego hac in re, pijssime Domine, propriam causam defendo? numquid specialẽ iniuriam uindico? Causam omnipotentis Dei, causam uniuersalis Ecclesiæ ago. Quis est iste, qui contra statuta Euangelica, contra canonum decreta, nouum sibi nomen usurpare præsumit, &c. Et paulo pòst: Certè pro beati Petri Apostolorum principis honore, per uenerandam Chalcedonensem synodum Romano Pontifici nomen uniuersalis Episcopi oblatum est: sed nullus eorum

nullus eorum unquam hoc singularitatis nomen assumpsit, nec uti consensit: ne A
dum priuatũ aliquod daretur uni, honore debito sacerdotes priuarẽtur uniuersi, &c.

Ex epistola eiusdem libri XXXIIII.

TRiste mihi aliquid serenissimus Dominus innuit, quòd non eum corripuit, qui superbit: sed me magis ab intentione mea declinare studuit, qui in hac causa, Euangeliorum & canonum humilitatis atq; rectitudinis ueritatem defendo. Qua in re à prædicto fratre & consacerdote meo contra Euangelicam sententiam, contra beatum quoq; Petrum Apostolum, & contra omnes Ecclesias, contraq; Canonum instituta agitur, &c.

Et paulo pòst.

Sed in hac eius SVPERBIA', quid aliud, nisi propinqua iam esse Antichristi B
tempora designantur? Qui illum uidelicet imitatur, qui spretis in sociali gaudio Angelorum legionibus, ad CVLMEN conatus est singularitatis erumpere, dicens, Supra astra cœli exaltabo solium meum, &c.

Ex epistola XXXVI. eiusdem libri, ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum, Episcopos.

QVi si nequaquam à suæ elationis rigore uoluerit inclinari, tunc quid fieri debeat, cum omnipotentis Dei solatio subtilius pertractetur. Sicut enim ueneranda mihi uestra sanctitas nouit, per sanctam Chalcedonensem synodum Pontificis sedis Apostolicæ, cui Deo disponente deseruio, hoc uniuersitatis nomen oblatum est. Sed nullus unquam præcessorum meorum hoc tam prophano uoca- C
bulo uti consensit. Quia uidelicet si unus patriarcha uniuersalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. sed absit hoc, absit à Christiani mente, id sibi uelle quempiam arripere, unde fratrum suorum honorem imminuere ex quantulacunq; parte uideatur, &c.

Et aliquanto pòst: Perpendis, frater charissime, quis è uicino subsequitur, cuius & in sacerdotib. erumpunt tam peruersa primordia. Quia enim iuxtà est ille, de quo scriptum est: Ipse est rex super uniuersos filios superbiæ (quod non sine graui dolore dicere compellor) frater & coepiscopus noster Ioannes mandata Domini, Apostolica præcepta & regulas patrum despiciens, eum per elationem præcurrere conatur in nomine, &c.

Ex epistola XXXVIII. eiusdem libri ad Ioannem Constantinopolitanum Episcopum. D

ROgo, deprecor, & quanta possum dulcedine exposco, ut fraternitas uestra cunctis sibi adulantibus, atque erroris nomen deferentibus, contradicat, nec stulto ac superbo uocabulo appellari consentiat, &c.

Et paulo pòst: Quis rogo in tam peruerso uocabulo, nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis Angelorum legionibus, secum socialiter cõstitutis, ad culmen conatus est singularitatis erumpere, ut & nulli subesse, & solus omnibus præesse uideretur? Qui etiam dixit: In cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: Ascendam super altitudines nubium, similis ero altissimo, &c.

Vestra autem sanctitas agnoscat, quantum apud se tumeat, quæ illo nomine uocari appetit, quo uocari nullus præsumpsit, qui ueraciter sanctus fuit. Numquid nam non, sicut uestra sanctitas nouit, per uenerandum Chalcedonense concilium huius Apostolicę sedis antistites, cui Deo disponente deseruio, uniuersales oblato honore uo-

A nosse uocati sunt? Sed tamen nullus unquam tali uocabulo appellari uoluit. Nullus hoc sibi temerarium nomen arripuit: ne si sibi in pontificatus gradu gloriam singularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegasse uideretur.

Et aliquanto pòst: Omnia quæ prædicta sunt, fiunt. REX superbiæ propè est, & (quod dici nefas est) sacerdotum ei præparatur exercitus: qui ceruici militant ELATIONIS, qui positi fuerant ut ducatum præberent humilitatis. Sed hac in re, etiam si nostra lingua minimè contradicat, illius uirtus contra elationem in ultionem erigitur, qui superbiæ uitio per semetipsum specialiter aduersatur, &c.

Paulo pòst: Pensemus, quid nos præcepta admoneant Redemptoris nostri, dicentis: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Hinc etiam per Prophetam dicit: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? Certè cum Dominus ad humilitatis uiam adhuc infirmantia discipulorum corda reducerer, dixit: Si quis uult inter uos primus

B esse, sit omnium minimus. Qua in re apertè cognoscitur, quoniam ille ueraciter sublimis est, qui in suis cogitationibus humiliatur. Formidemus ergo in illo numero adscribi, qui primas in synagoga cathedras quærunt, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi, quos contra discipulis Dominus dicit: Vos autem nolite uocari rabbi: unus enim magister uester est, uos autem fratres estis. & patrem nolite uocare uobis super terram: unus est enim pater uester.

Quid ergo frater charissime, in illo terribili examine uenientis iudicij es dicturus? Quoniam non solum pater, sed etiam generalis pater in mundo uocari appetis? Caueatur ergo, & fugiatur, omnis instigatio diaboli, &c.

Ex epistola sequenti.

C IN quibus se penè per singulos uersus œcumenicum patriarcham nominat. Et paulo pòst: In isto enim scelesto uocabulo consentire, nihil est aliud, quàm fidem perdere, &c.

Ex epistola XXX. sexti libri ad Mauricium Imperatorem.

EVndem uerò fratrem & consacerdotem meum studiosè admonere curaui, ut si pacem habere omnium, concordiamq; desiderat, à stulti uocabuli appellatione se compescat. De qua re mihi in suis iussionibus dominorum pietas præcepit, dicens, ut pro appellatione friuoli nominis inter nos scandalum generari non debeat. Sed rogo, ut imperialis pietas pensет. Quia alia sunt friuola, ualde innoxia, atq; alia uehementer nociua. Numquid non, cum se Antichristus ueniens Deum dixerit, friuolum ualde erit, sed tamen nimis pernicioſum? Si quantitatem uocis attendimus, duæ sunt syllabæ: si uerò pondus iniquitatis, uniuersa pernicies. Ego au-

D tem fidenter dico, Quod quisquis se uniuersalem sacerdotem uocat, uel uocari desiderat, in elatione sua Antichristum præcurrit: quia superbiendo se cæteris præponit. Nec dispari superbia ad errorem ducitur. Quia sicut peruersus ille, deus uideri uult super omnes homines: ita quisquis iste est, qui solus sacerdos appellari appetit, super cæteros sacerdotes, &c.

Ex hisce diui Gregorij epistolis apparet, quanto ille zelo, quantaq; uehementia damnauerit istam ambitiosam Papæ tyrannidem, quòd is supremus seu uniuersalis Episcopus, seu Episcopus Episcoporum esse uult. Non enim de solo nomine, sed de maxima re fuit tanta contentio. Planè enim perinde Constantinopolitanus, uel uniuersalis seu œcumenicus Episcopus, uel Episcopus Episcoporum, uel Episcoporum dominus esse uoluit, sic ut se nunc Papa esse uult ac iactat. Quare qui cupit scire quid de tali imperio sentiendum sit, hinc id cognoscere potest.

Differit quoque breuiter, non esse necessariam cæremoniarum in omnibus Ecclesijs similitudinem, sed unam quamque sibi optimas eligere debere. Mirabilem de hoc pontifice refert historiam diuus Hulricus in sua epistola, quam paulo pòst com-

memorabo in Hulderico, sed summa eius est, quòd D. Gregorius primò quidē man- A
dauerit cœlibatum sacerdotibus: postea uerò comperto, quòd clàm nihilominus li-
bidines exercerentur, multíq; inde concepti fœtus trucidarentur, id mandatum ab-
rogauerit, dixeritq;: Melius est nubere, quàm cædibus causam præbere. Libro 7. Re-
gesti, cap. 63. scribit hæc uerba.

Mos Apostolorum fuit, ut ad Dominicam solummodo orationem hostiam
consecrarent. Dicit item Canonē, qui in Missa recitatur, à nescio quo scholastico com
positum esse. Hinc apparet, quàm simplex fuerit Apostolica Missa: imò uerò hinc
manifestum est, Apostolos corpore Domini tantum ad communionem usos, nul-
lamq; Missam seu sacrificium habuisse. Nusquam enim dixerunt, Offero seu sacrifico
pro toto mundo, aut pro animarum salute: utpote qui nullū canonem habuerint,
sed singuli Papæ subinde tam diu aliquid addiderunt uerbis cœnæ, donec plenè ali-
ud tandem corpus ab eo, quod Dominus instituit, efficerent, nempe Missam rem
cæremoniamq; à communione planè differentem. B

Quæritur itidem Pontifex grauiter Dist. 92. eam pranam consuetudinem in Ro-
mana Ecclesia inualuisse, ut sacerdotes, quorum erat prædicationi Euangelij incum-
bere, omisso eo officio, cantui uacent. Hæc praua consuetudo ita sanè iam inualuit,
ut uideatur Christus sacerdotibus non dixisse, Ite & prædicate: sed, Ite & missate, ac
ululate. De imaginibus scripsit ad Serenum Massilien sem Episcopum, nullo modo
ferendum esse, ut adorentur: cuius uerba lege in Sereno. Scripsit quoq;, inde omne
malum in Ecclesia oriri, quòd indigni ordinentur. Sed adscribamus quædam eius
dicta ex 17. Homelia, ubi prolixius sacerdotum crimina recenser ac taxat.

Super uerba (Messis quidem multa, operarij autem pauci: rogate ergo domi-
num messis, ut mittat operarios suos in messem suam) ita dicit lamentabiliter: Quod
sine graui mœrore loqui non possumus, Quia & si sunt qui bona audiant, desunt qui C
dicunt. Ecce mundus sacerdotibus est plenus, sed tamen in messe Dei ratus ualde in-
uenitur operarius. Quia officium quidē sacerdotale accipimus, sed opus officij non
implemus. Et postea dicit ulterius: Ad exteriora negocia dilapsi sumus, & aliud ex
honore suscipimus, atq; aliud pro officio actionis exhibemus: ministerium prædica
tionis relinquimus, & ad pœnam nostram, ut uideo, Episcopi uocamur, qui hono-
ris nomen, non uirtutem tenemus.

Et infrà: Nullum puto, fratres charissimi, ab alijs maius præiudicium, quàm à
sacerdotibus, tolerat Deus: qui eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se
exempla prauitatis cernit: quando ipsi peccauimus, qui compescere peccata debui-
mus. Plerunq;, quod est grauius, sacerdotes, qui propria dare debuerant, etiam alie-
na diripiunt: plerunq;, si quos humiliter, si quos continenter uiuere conspiciunt, irri-
dent. Considerate ergo, quid de gregibus agatur, quando lupi pastores sunt: hi cu-
stodiam gregis suscipiunt, qui insidiari gregi Dominico non metuunt, contra quos
Dei greges custodiri debuerant: nulla animarum lucra quærimus, ad nostra quotidie D
stipendia uacamus: terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente cap-
tamus. Et quia eo ipso quo cæteris prælati sumus, ad agenda quælibet, lætitiam ha-
bemus, susceptæ benedictionis ministerium uertimus ad ambitionis augmentum:
Dei causam relinquimus, ad terrena negocia festinamus: locum sanctitatis accipi-
mus, & terrenis actibus complicamur. Impletum est in nobis profectò, quod scri-
ptum est: Et erit, sicut populus, sic & sacerdos.

Et infrà dicit: Quanto mundus gladio feriatur, aspicitis: quibus quotidie per-
cussionibus intereat populus, uidetis. cuius hoc est, nisi nostro præcipuè peccato agi-
tur? Ecce depopulatæ urbes, euersa castra, Ecclesiæ ac monasteria destructa, in solitu-
dinem agri redacti sunt: sed nos pereunte populo autores mortis existimus, cuius de
buimus esse duces ad uitam. Ex nostro enim peccato populi turba prostrata est: quia
faciente nostra negligentia, ad uitam erudita non est.

Purgatorium

A Purgatorium ignem hic Papa ita asserit, ut tamen magis euertat, quàm confirmet. Inquit enim libro Dialogorũ 4. cap. 39. In Euangelio dicit Dominus, Ambulate dum lucem habetis: per Prophetam quoq; ait. Tempore accepto exaudiui te, in die salutis adiuui te. Quod Paulus Apostolus exponens: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Salomon quoq; ait: Quodcunq; potest manus operare, quod nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud inferos, quo tu properas. Dauid quoq; ait: Quoniam in seculum misericordia eius. Ex quibus nimirum sententijs constat quia, qualis hinc quisq; egreditur, talis in iudicio præsentatur. Sed tamen de quibusdam LEVIBVS culpis ante iudicium purgatorius ignis credendus est. Et paulò post. Sed tamen (ut prædixi) hoc de PARVIS, MINIMIS QVE peccatis, fieri posse credendum est, sicut est assiduè ociosus sermo, immoderatus risus, uel peccatum curæ rei familiaris, quæ uix sine culpa uel ab ipsis agitur, qui à culpa, qualiter declinare debeant, sciunt: aut non in grauibus rebus error ignorantiæ, quæ
B cuncta etiam post mortem grauant, si adhuc in hac uita positio minimè fuerint relaxata. Nam cum Paulus dicat, Christum esse fundamentum, atque subiungat: Si quis superædificauerit super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit: Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet: Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, & sic quasi per ignem. Quamuis hoc de igne tribulationis, in hac nobis uita adhibito, possit intelligi, tamen si quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, pensandum sollicite est, quia illum per ignem dixit posse saluari, non qui super hoc fundamentum, ferrum, æs, uel plumbum ædificat, id est, peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc iam insolubilia, sed lignum, fœnum, stipulam, id est, peccata minuta & tenuissima, quæ ignis facilè consumat. Similia quædam & dist. 25. habentur.

C Hic clarè audimus, purgatorium esse tantum de paruis leuiculis & minimis peccatis: Iam constat etiam ex Papistarum doctrina ista leuicula aut uenialia peccata facilè etiam in hac uita deleri: Sed si magna illa, quæ sunt contra Dei mandatum, purgatorius ignis non tollit, quid est quod tam multa de eo iactantur? Quid etiam, quod per Missas, indulgentias, & alia bona opera, idem homines liberari finguntur? Si tantum leuicula peccata purgatorio igni absumuntur, ergo alia simpliciter ad infernum pertinent. Sic igitur purgatorius ignis à suis proprijs assertoribus extinguitur.

Fuit hic Pontifex corã Mauritio Cęsare accusatus de parricidio Episcopi Malchi, ubi etiam se excusauit: quàm uerè, non ausim certò affirmare. Post eius mortem uoluit populus & clerus Romanus eius libros exurere. Credo propterea, quia uiderunt nimis multa fabulosa inserta esse, & religionem non parum per eum contaminatam esse.

Hic Papa primus usurpauit titulum, Seruus seruorum: ut scilicet testaretur, se
D suosq; successores alienissimos à cupiditate dominandi, uniuersalemq; Episcopatum ambiendi, esse oportere, ut prius dixi. Verùm titulum quidem & posteri retinuerunt, qui tamen domini omnium totius orbis terrarum dominorum esse, dicíq; uoluerunt: eoq; sæpissimè eis à plurimis obiectum est, quòd quandoquidem tam ambitiosi totiusq; orbis domini esse uelint: non serui seruorum, sed dominantium domini se meritò scribere deberent.

Theodorus.

THeodorus Ancijtæ Episcopus, uixit paulò ante 500. Domini annum, damnauit imagines & earum omnes superstitiones, quod ex hoc dicto apparet. Sanctorum formas & species ex materialibus coloribus formari, minimè decorum putamus: horum autem uirtutes, quæ per scripta traditæ sunt, ueluti uiuas

quasdam imagines reficere subinde oportet. Ex his enim ad similium imitationem A
& zelum peruenire possumus. Dicant enim nobis, qui illas erigunt statuas, quæ nam utilitas ex illis ad se redit? an quòd qualiscunque recordatio eos habet ex tali speciali contemplatione? Sed manifestum est, quòd uana sit eiuscemodi cogitatio, & DIABOLICAE deceptionis inuentum.

Dinoth Abbas.

GAlfridus Britannus & Cardinalis, teste Virunnio Pontico, scripsit circa 1150. Domini annum nouem libros Britannicæ historiæ, is in fine libri octaui planè admirabilem scituq; longè dignissimam narrationem recitat, quomodo olim tempore Gregorij magni Britannicæ optimè constitutæ Ecclesiæ sese Augustino, Gregorij Legato subijcere noluerint, eiusq;, ac eum mittentis Papæ superioritatem & doctrinam ualidis argumentis constanter refutauerint, reiecerintq;, & propterea sint à Papistis innumeri sacerdotes & alij Christiani cæsi. Sed adscribam ipsa historici uerba, ne quid ex meo cerebro fingere uidear. Ex libro octauo Galfridi Britan. historiæ capite 4. Interea missus est Augustinus à beato Gregorio Papa in Britanniam, ut Anglis uerbum Dei prædicaret, qui Pagana superstitione cæcati in illa insulæ parte quam habebant, totam deleuerant Christianitatem: in parte autem Britonum adhuc uigebat Christianitas, quia ab tempore Eleutherij Papæ habita nunquam inter eos defecerat. B

Postquam autem uenit Augustinus, inuenit in eorum prouincia septem Episcopatus, & Archiepiscopatum, religiosissimis præsulibus munitos, & Abbatias complures, in quibus grex Domini rectum ordinem tenebat. Inter cæteras ciuitates erat in ciuitate Baugor quædam nobilissima Ecclesia, in qua tantus fertur fuisse numerus monachorum, ut cum in septem portiones esset cum præpositis C
sibi prioribus monasterium diuisum, nulla harum portio minus quàm trecentos monachos haberet: qui omnes labore suarum manuum uiuebant. Abbas autem eorum Dinoth uocabatur, miro modo liberalibus artibus eruditus. Qui Augustino petenti ab Episcopis Britonibus subiectionem, & suadenti ut secum genti Anglorum communem euangelizandi laborem susciperent, diuersis monstrauit argumentationibus ipsos ei nullam subiectionem debere, nec suam prædicationem inimicis suis impendere, cum & suum Archipræsulem haberent, & gens Saxonum patriam propriam eisdē auferre instarent. Vnde eos summo habebant odio, fidemq; & religionem eorum pro nihilo habebant, nec in aliquo Anglis magis quàm canib. communicabant. Edelbertus ergo Rex Cantiorum, ut uidit Britones dedignantes subiectionem Augustino facere, & eosdem prædicationem suam spernere, hoc grauissimè ferens, Edelfridum Regem Northanhumbrorum & cæteros regulos Saxonum instimulauit, ut collecto grandi exercitu in ciuitatem Baugor, Abbatem Dinoth & cæteros clericos qui eos spernerent, perditum irent. Acquiescentes ergo consilio eius, D
collegerunt mirabilem exercitum, & prouinciam Britonum petentes uenerunt Legeceſtriam, ubi Brœmael consul urbis eorum aduentū expectabat. Venerant autem ad eandem ciuitatem ex diuersis Britonum prouincijs innumerabiles monachi & eremitæ, & maximè de ciuitate Baugor, ut pro salute pópuli sui orarent. Collectis igitur undiq; exercitibus, Edelfridus Rex Northanhumbrorum prælium iniuit cum Brœmael, qui pauciori numero militum resistens, ad ultimum relicta ciuitate, sed prius maxima strage hostib. illata, diffugit. At Edelfridus ciuitate capta, cū intellexisset causam aduētus prædictorum monachorū, iussit in eos primùm arma uerti: & sic mille ducenti eorū in ipsa die martyrio decorati, regni cœlestis adepti sunt sedē. Deinde cum prędictus Saxonum tyrannus Baugornensium urbē peteret, audita ipsius infamia, uenerunt undiq; obuiam illi duces Britonū, Bledericus uidelicet Dux Cornubię, et Margadud Rex Demetorū, Caduanus Venedotorum, et cōserto prælio ipsum

uulneratum

A uulneratum in fugam propulerunt. Sed & tantum numerum exercitus eius peremerunt: quòd decem millia circiter & sexaginta sex corruerunt. in parte etiam Britonum cecidit Bledricus dux Cornubiæ, qui ducatum in eisdem prælijs præstabat. Hactenus Galufridus.

Hinc apparet, primùm ita initio Britannicas Ecclesias in Christianismo institutas fuisse, ut ignorarent quenquam in Ecclesia regnare, aut tyrannidem potius exercere debere: eoq; Augustini pontificij legati petitionem, ut sese ei subijciant, illis rem nouam fuisse. Eodem pertinet, quòd Petrus Abbas Cluniacensis quadam prolixa epistola ad D. Bernhardum testatur, Scotos & alios uetustissimos Christianos Pascha non Romano, sed orientali more solitos celebrare. Vnde apparet, eos non Roma, sed ex oriente doctores primùm accepisse. Deinde obseruandum est, quod restatur Galfridus, Episcopos & doctores Britannicos fuisse, pios ac doctos, Ecclesiasq; eorum optimè institutas fuisse, & nihilominus tamen primatum Papæ, tum
B doctrinam eius legati repudiasse: nec id temerè, sed bonis ac firmis rationibus permotos feciſſe. Postremò obserua artem Romanistarum, qua ratione soliti sint pios ac eruditos Episcopos uincere, sibiq; subijcere: nempe non tantum falsæ doctrinæ mendacijs, sed & crudelissimis atrocissimisq; persequutionibus. Hic memorat mille & ducentos monachos & sacerdotes cæsos esse, quòd se Papæ Romano eiusq; legato subijcere noluerint. Talia uerisimile est & alibi sæpius accidisse. Illud quoque hic rectè obseruabitur, hunc ipsum Galfridum non obscurè illorum piam constantiam probare: Papisticorum uerò seductorum tyrannidem & impietatem improbare. Obserua etiam monachos tunc ex sudore proprij uultus uiuere solitos, non de alieno: sicut postea nunc ignaui isti uentres deliciantur.

C

Synodus sexta.

SExta synodus generalis Constantinopolitana, est anno circiter 680. celebrata. In ea est hoc pium & planè Christianum decretum de coniugio sacerdotum constitutum, quod ad uerbum sic in Decretis Papalibus dist. 31. continetur: Quoniam in Romani ordine Canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati sunt diaconi uel presbyteri, confiteri, quòd non suis iam copulentur uxoribus: antiquum sequentes Canonem Apostolicæ diligentiæ, & constitutiones sacrorum uirorum, legales nuptias amodò ualere uolumus, nullo modo cum uxoribus suis eorum connubia dissoluentes, aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tempore opportuno. Quicunque ergo diligens inuentus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hi nullo modo prohibentur ad talem ascendere gradum pro uxoris suæ cohabitatione: nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri castitatem
D cogantur, quod abstinere debeant à legitimæ uxoris familiaritate. Item oportet eos qui altari ministrant, in tempore oblationis sanctorum continentes esse in omnibus, ut à Deo possint consequi, quæ supplices postulant.

Si quis igitur præsumpserit contra Apostolicos canones, aliquos presbyterorum & diaconorum priuare à contractu & communione legalis uxoris suæ, deponatur. Similiter & presbyter aut diaconus, qui religionis causa uxorem suam expellit, excommunicetur. Si uerò in hoc permanserit, deponatur. Sic habet hic Canon & in manuscriptis, & impressis uetustioribus: sed in recentioribus est studio, ut apparet, mutilatus. In libro Conciliorum autem, in sexta synodo planè non legitur, Quod haud dubiè Papistarum fraude accidit. Nam decretum Dist. 16. restatur, composuisse hanc synodum Canones 202. non sunt autem in Latina Concilia relati, propterea quòd procul dubio Papis non ubiq; applauserunt, sed eorum ambitionem & impia dogmata taxauerunt. Cæterùm ut ad hunc Canonem redeamus, Nilus hunc Canon citat, sed non apponit illa uerba. Item oportet eos qui altari ministrant, &c. Fortè igitur illa quoq; sunt suppositicia.

Hic uidemus hanc ſactoſanctam ſynodum diſertè & ex profeſſo contra Roma A
nenſes Canones, ſacerdotum coniugium defendere, & affirmare, id coniugium cum
Apoſtolicis Canonibus & ſanctorum uirorum conſtitutionibus conuenire, & con-
tra Romanos Canones cum iiſdem pugnare.

Damnauit & alio Canone hæc ſynodus Romanam conſuetudinem ieiunandi
die ſabbati quadrageſimæ, adſcripto inſuper ueteri Canone ſecum ſentiente. Sic
enim ſcribit in ſuo 55. Canone: Quandoquidem comperimus, quoſdam in urbe Ro
mana tempore quadrageſimalis ieiunij in ſabbatis contra receptum Eccleſiæ mo-
rem ieiunare: Quare uiſum eſt huic ſactoſanctæ ſynodo, ut etiam Romanam Eccle-
ſiam modis omnibus obliget Canon, qui inquit: Si quis clericus fuerit deprehenſus
die Dominico aut ſabbati ieiunare, excepto unico tantum ſubbato, is deponatur: Si
uerò laicus, excommunicetur. Liquidò igitur hinc apparet, Romanum Epiſcopum
& in doctrinæ controuerſijs, & alijs rebus actionibuſq; iudicari poſſe ac debere, ſi B
quid alienum à recto æquoq; ſenſerit, aut patrauerit.

Non contendo autem iam quid rectius ſit, ieiunare, aut non ieiunare die ſabba-
ti: illud tantum uolo oſtendere, duobus ut minimum Canonibus hanc ſynodum
Romanæ Eccleſiæ (quæ ſe iam negat peccare poſſe, omnesq; iudicare uult, & à ne-
mine iudicari) leges damnaſſe. Nec tantum legem unam, aut alteram: ſed & unum
Papã, Honorium nempe, qui paulo antè fuerat, damnauit hoc Concilium, ut idem
Nilus & Leo ſecundus eius iudicium comprobantes teſtantur. Interfuerunt autem
huic ſynodo fermè trecenti Epiſcopi, nempe 290.

Atque hanc ſynodum etiam Papæ approbant, & recipiunt, ac in ſancto Spiritu
congregatam fatentur, lege Diſt. 16. Paparum adulatores mentiuntur, & in hac
ſynodo Papam cum ſuis legatis regnaſſe. Verùm ſupradictorum Canonum liber-
tas propalàm contra Romaniſtas directa, contrarium planè teſtatur, nempe eam ſy- C
nodum uerè liberam fuiſſe, & Papam ibi cum ſuis legatis non plus aliquo alio Epi-
ſcopo authoritatis habuiſſe: quin potius ueluti ſontem aut reum iudicatum, damna
tumq; eſſe. Narrant quoque Papiſtæ, ut Platina & alij quidam, in hac ſynodo
primam Latinam Miſſam à Iohanne Portuenſi Epiſcopo decantatam eſſe, & à Pa-
tribus approbatam. Si uerum id eſt: ergo fermè per 700. à Chriſto nato annos nul-
la fuit Latina Miſſa, multò minus à tota Eccleſia fuit approbata. Quòd ſi 700. fermè
annis Eccleſia ſine Latina Miſſa floruit, poſſet fortè & iam ſine extremo piaculo ea ca
rere. Magnum hoc teſtimonium contra Papiſtas eſt, quod Eccleſia Dei tot ſeculis,
& in tanta multitudine doctiſsimorum & eruditiſsimorũ uirorum, piè Latina Miſ-
ſa caruit. At ea ſola inter omnes omnium gentium Miſſas ſeſe pro propitiatorio ſa-
crificio uenditat.

Apparet quoque hic ex ipſorum Papiſtarum proprio teſtimonio, Latinam Miſ-
ſam humanum inuentum eſſe, & non iam inde à Chriſto conſtitutam receptamq; D
fuiſſe, ut Sidonius cum ſuis Papiſtis impudenter mentitur. Si enim inde ab Apoſto-
lis Latina Miſſa recepta, uſitata & approbata fuiſſet, non opus fuiſſet eam à ſexta ſy-
nodo probari.

Regula clericorum.

IN epiſtola diui Hulderici Auguſtani Epiſcopi, cuius paulo pòſt mentionem faci-
am, ſcriptum eſt, quòd ſcriptor regulæ clericorum, cum Sacris literis conſentiens
præceperit, ut clericus uel pudicus ſit, uel uni matrimonio fœderatus: quaſi utrum-
que pium, Deoq; placens ſit. Quis porrò fuerit iſte ſcriptor clericorum regulæ, aut
quæ illa regula, ignoro ſanè. Non enim eam opinor eſſe, quæ paulo antè S. Hulde-
ricũ, ex Concilij Aquisgranenſis decretis congeſta fuit, de qua infrà in Ludouico Ca-
roli filio. Teſtatur alicubi Cranzius, eum libellum regulam clericorum uocari, &

clericorum

A clericorum luxum, fastum ac libidines nonnihil coercuisse. Nam huius, de qua iam egimus, regulæ, prædictus Episcopus unum fuisse scriptorem affirmat. Illa uerò altera nihil aliud, nisi totius Concilij decreta sunt, idque ex uarijs Patribus collecta.

Canones peregrinationum.

HVnc titulum ideo hoc loco sumpsi, quòd alium certiorem non habuerim. Est uerò inter Bonifacij martyris, quem Germanorum Apostolum uocant, epistola quædam numero 38. à quadam Anglica Abbatissa nomine Eangit circa 720 Domini annum ad Bonifacium scripta: in qua eum, tum de alijs rebus, tum etiam de peregrinationum religione consulit. Dicit se aliasq; quasdam monachas, & masculos diu optasse Romam inuisere, ac ibi suorum peccatorum remissionem con-
B sequi: Verùm quosdam id ex Conciliorum Canonibus damnare: Quare se eius sententiam quærere. Sed adscribam eius uerba.

Notum tibi facere uolumus, frater Bonifaci, quia multum temporis fluxit, ex quo desiderium habuimus, sunt plurimi ex necessarijs nostris & cognatis siue alienis cum dominam quondam orbis Romam peteremus, & ibi peccatorum nostrorum ueniam impetraremus, sicut alij multi fecerunt, & adhuc faciunt, & ego maximè quę ætate proiectior, & multò plura in uita mea commisi & perpetraui: & huius meæ uoluntatis atque propositi mihi conscia fuit Muate Abbatissa quondam mea & mater spiritualis, & unica filia adhuc in annis iuuenilibus fuit: & huius rei desiderium quærere nescíuit. Sed quia scimus quòd multi sunt qui hanc uoluntatem uitupe-
rant, & hunc amorem derogant, & eorum sententiam his adstipulantibus affir-
mant: quòd canones synodales præcipiant, ut unusquisq; in eo loco, ubi constitutus
C fuerit, & ubi uotum suum uouerit, ibi maneat, & ibi DEO reddat uota sua. Sed quia uniuersi diuersa uoluntate uiuimus, & nobis incerta sunt & occulta DEI iudicia, sicut ait Propheta: IVSTITIA tua sicut montes Dei, &c.

Hinc igitur apparet, iam olim ueteres synodos quæ à Romanistis suppressæ sunt, ipsam peregrinationem noxiam corpori & animæ superstitionem, tunc primùm orientem tollere uoluisse, uerùm frustra. Nam Papæ sedulò Romam lactarunt superstitiosos istos Barbaros: quia sciebant id sibi uehementer lucrosum esse. Hanc eandem peregrinationum superstitionem, & Chalcedonense Concilium postea circa annum 800. cohibere conatum est, ut mox dicetur.

Quid porrò Bonifacius prædictæ Abbatissæ responderit, ignoro: quia nulla talis epistola extet. Sed in epistola 100. sic idem Bonifacius ad Gutbertum Archiepiscopum Anglicum de peregrinationibus scribit. Præterea non taceo charitati uestræ,
D quia omnibus seruis Dei, qui hic uel in scriptura, uel in timore Dei probatissimi sunt, uidetur, quòd bonum consilium, & honestas, & pudicitiæ uestræ Ecclesiæ, & aliquod RELEVAMEN turpitudinis esset, si prohiberet synodus & principes nostri mulieribus, & uelatis fœminis illud iter & frequentiam, quam ad Romanam ciuitatem ueniendo & redeundo faciunt: quia magna ex parte pereunt, paucis redeuntibus integris. Perpaucæ enim sunt ciuitates in Longobardia, uel in Francia, aut in Gallia, in qua non sit adultera, uel meretrix generis Anglorum: quod scandalum est, & turpitudo totius Ecclesiæ uestræ.

Hinc apparet, qui fructus etiam carnales & conspicui, præter ipsam spiritualem impietatem, sint istas peregrinationes & superstitiones consequuti. Superius alioqui in Gregorio Nyseno, de hac eadem materia quædam dicta sunt, quæ hisce recte adiungi queunt.

Toletanum concilium II.

A

TOletana synodus 7. & 11. sunt celebratæ circa 640 Domini annum: In quibus accusatur corruptus cleri ac Ecclesiæ status. Diserte etiam Episcoporum expilationes taxantur, damnantur ac prohibentur: quæ tamen tunc risus ac iocus uerunt, prout nunc sunt. Sanciunt item ut omnes Ecclesiæ sese cõforment ad Metropolitanam in cantionibus, & actionibus Ecclesiæ. Vnde liquidò cernitur tunc nondum Romanum boatum & ἀταξίαν multò minus tyrannidem in omnibus Ecclesijs & prouincijs uiguisse, uel potius grassatam esse. In tertia synodo sunt hæc uerba contra Missas pro mortuis, quę 13. q. 2. citantur. Qui diuina uocatione ab hac uita recedunt, cum Psalmis TANTVMMODO & psallentium uocibus debent ad sepulchrum deferri. Sufficiat autem quod in spe resurrectionis, Christianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Ecce hic tantum psalmi ac B cantiones de resurrectione cani iubentur, cum cadauera piorum efferuntur, non Missæ demurmurari.

Concilium Toletanum VII.

INter cætera denique quæ cum communi consensu nos conferre competenter oportuit, querimonias etiam parochianorum præsbyterorum Gallicæ prouinciæ solertissimè discernere decuit, quas contra Pontificum suorum rapacitates, necessitas (ut comperimus) tandem compulit in publicum examen deferri. Hi enim Pontifices (ut euidens inquisitio patefecit) indiscreto moderamine parochianas Ecclesias prægrauantes, dum in actionibus superflui frequenter existunt, penè usq; ad exinanitionem extremæ uirtutis, quasdam Basilicas produxisse probantur. Ne ergo fiat de cætero, quod constat hactenus inordinatè præsumptum, non amplius quàm duos solidos unusquisq; Episcoporum præfatæ prouinciæ per singulas dioceses, uel C singulas Ecclesias iuxta synodum Bracarensem, annua illatione sibi petat inferri, monasteriorum tamen Basilicis absolutionis pensione seiunctis. Cum uerò Episcopus diocesim uisitat, nulli præ multitudine onerosus existat, nec unquam quinarium numerum euectionis excedat, aut amplius quàm una die per unamquamque Basilicam remorandi licentiam habeat. Quicunq; uerò Pontificum eorundem aliter, quàm decernimus, agendum præsumpserit: correptioni proculdubio canonum subiacebit, tanquam constitutorum synodalium transgressor, & priscorum Patrum edicti corruptor.

Toletanum concilium. XI.

IN nomine sanctæ Trinitatis collectis in unum Carthaginensium prouinciæ sacerdotibus in Toletana urbe, in beatæ matris Domini Mariæ uirginis sede, anno quarto excellentissimi ac religiosi Vnambani principis, sub die septimo idus Nouembris. Res uotiua gaudij, & dies nimium optatæ gratulationis occurrit, in quo D nobis datum est conspicere pariter, & deflere, quid lachrymarum de præteritis Domino deberemus. Eramus enim hucusq; pro labentis seculi colluuione instabiles: quia annosa series temporum, subtracta luce conciliorum, non tam uitia auxerat, quàm matrem omnium errorum ignorantiam ociosis mentibus ingerebat. Hactenus enim florentẽ Domini uineam deuastarunt apri frendentes, sponsam Christi, quam sui pretiosissimi sanguinis effusione conciliauit, conspurcare & polluere conata est hæreticorum subdola machinatio, & inconsutilem Domini uestem diuidere, unitatem fidei scindere, charitatis tollere fomenta, cum, suo proprio sensui pertinaciter uolens inhærere, sacræ Scripturæ puritatem suæ prauitatis intelligentia prophanet. Præterea sacrosanctam Ecclesiam Dei uulnerant etiam custodes eius, qui cum deberent ob dignitatis excellentiam cæteros per suæ uirtutis imitationem prouocare ad charitatis & unitatis obseruantiam, tanquã sal infatuatum, potius scandali quàm ædificationis dant materiam. Hinc cernentibus quomodo Babylonicę confusionis

fusionis olla succensa nunc tempora auerteret conciliorum, nunc sacerdotes Domini de resolutis moribus irretiret. Purpuratæ enim meritricis sequebantur incitamenta, quia Ecclesiasticí conuentus non aderat disciplina, nec erat qui errantium corrigeretur partes, cum sermo diuinus haberetur exosus. Et quia non erat adiuuandorum Pontificum ulla præceptio, crescebat immanis uita deteriorum.

Item ex eodem concilio.

De ijs qui contra Apostolicam ueritatem circumferuntur omni uento doctrinę, placuit sancto concilio, ut Metropolitanæ sedis authoritate coacti uniuscuiusque prouincię ciues Rectoresq; Ecclesiarum, unum eundemq; in psallendo teneant modum, quem à Metropolitana sede cognouerint institutũ, nec aliqua diuersitate cuiusq; ordinis uel officij à Metropolitana sede patiantur se disiungi. Hoc enim iustum est, ut inde unusquisq; sumat regulas magisterij, unde honoris consecrationem accepit, ut iuxta maiorum decreta, sedes, quæ uniuscuiusq; sacerdotalis dignitatis est mater, Ecclesiasticæ dignitatis uel rationis sit magistra. Ergo tunc nondum Romana cohors erat omnium magistra, multò minus omnes Ecclesiæ eius ritus in actionibus & cantionibus Ecclesiasticis sequebantur, ut nunc. Quod est memorabile & obseruatu longè dignissimum.

Statuta ueterum.

Editæ sunt in uno uolumine plures leges ac statuta diuersorum populorum, ut Alemannorum, Saxonum, Anglorum, Thuringorum, & aliorum, quæ olim ante mille annos sunt conscriptæ. In ijs sunt multa decreta de rebus ac personis Ecclesiasticis à politicis Magistratibus constituta. Vnde apparet, tunc adhuc spirituales aut clericos sub politico Magistratu fuisse. Nulla ibi penitus iurisdictionis Romani Pontificis, eiusue iurium, aut potestatis mentio fit. Sicut nec in synodis prouincialibus Hispaniæ, Galliæ, aut Austriæ admodum eius ratio habetur, aut penè ulla omnino mentio fit. Vnde apparet, quàm angustum regnum ac potestas tunc adhuc temporis Rom. Pontificum fuerit: & quàm diuersa forma Ecclesiæ à præsenti extiterit, sicut etiam postea de speculo Saxonum dicam. Initio legum Alemannicarum, & Bauaricarum, multæ sunt eiusmodi leges, quæ iudicia de rebus ac personis ad politicos iudices reijciunt: quin & ipsos spirituales politicis iudicijs subijciunt. Verùm adscribam inde unam aut alteram sanctionem. §. Si quis Episcopum quem constituit Rex, uel populus elegit sibi Pontificem, occiderit, soluet eum Regi, uel plebi, aut parentibus, secundum hoc dictum. Fiat tunica plumbea secundum statum eius, & quod ipsa pensauerit auro, tantum donet qui eum occidit. Etsi autem non habet, donet aliam pecuniam, mancipia, terram, uillas, uel quicquid habeat, usq; dum implet debitum. Etsi non habet tantam pecuniam, seipsum & uxorem & liberos tradat ad Ecclesiam illam in seruitium, usque dum se redimere possit. Hoc per imperium Regis uel iudicis fiat, & illa pecunia in usu Ecclesiæ ipsius, ubi Pontifex fuit, ibi sit firmata usq; in perpetuum.

Item.

Et si Episcopus contra aliquem culpabilis apparet, non præsumat eum occidere, quia summus Pontifex est, sed mallet, id est indicet eum ante Regem uel Ducem, aut ante plebem suam: & si conuictus crimine, negare non possit, tunc secundum Canones ei iudicetur. Si talis culpa est ut deponatur, deponetur,

deponetur, aut exilietur de homicidio, de fornicatione, de consensu hostibus. Sinistra prouinciam inimicos inuitauerit, et eos prodere uoluerit, quos saluare debuit, pro istis culpis damnetur. Hic clarè apparet, quis olim Episcopos elegerit, eisq; Episcopatus tradiderit, nempe uel politicus magistratus, uel totus populus eius loci, non soli canonici aut Pontifex, ut nunc fit.

Vetera carmina.

VAlentinus Muntzerus in sua chronographia testatur, hosce sequentes uersus de ruina Papæ, fermè ante 1000 annos ab aliquo pio ac docto homine conscriptos, & nunc in uetusto libro inuentos:

Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Decidet, & mundi desinet esse caput.
Ecclesiæ censura, fides, dissessio Romæ,
Regnaq; de medio sunt remouenda prius.
Qui latet error, erit publicus: connubia fœda
Fiunt, tolletur hinc pudor, inde timor.
Pòst homo peccati ueniet, quem spiritus oris
Christi perdet, erit postq; suprema dies.

Primos duos uersiculos, duobus tantum uerbis uariatis, Fridericus secundus Papæ misit, ut suo loco postea dicam. Si porrò sunt diuino spiritui tribuendi prædicti uersus, erit aliqua difficultas eos ad euentum applicare: & tamen clarè testantur, Romanam Ecclesiam erroribus & fœdissimis libidinibus plenam esse, ac ruituram tandem, et quod per ea Antichristus exorietur, qui uerbo Dei ante ultimam diem patefiet & confutabitur.

S. Hulderícus Augusť. Episcopus.

SAnctus Hulderícus Augustanus Episcopus, qui uixit ante annos fermè 700. acerrimè repugnauit Papæ, qui in Germania uoluit interdicere sacerdotib. cõiugio. Extat eius epistola admodum grauis & pia, in qua non tantum impurissimum cœlibatum spiritualium Papæ tetris uerbis depingit, & durissimè insectatur, coniugiumq; sacerdotum firmiter defendit: sed etiam in tyrannidem cleri, prælatorum & Episcoporum inuehitur. Scripturæ autoritatem contra hominum scripta defendit, & alios quosdam Papisticos abusus seriò reprehendit. narrat passim exhiberi tetra exempla castitatis clericalis. Dicit bis, tum sacerdotes, tum etiã magnos prælatos, atq; adeò Episcopos, præsertim in Italia, adeò libidinosos esse, ut non tantum à uirginib. ac coniugatis sibi non abstineant: sed etiam cum consanguineis, cum masculis, atque adeò cum brutis, (proh nefas) sese fœdè commisceant. Narrat etiam planè dignam memoratu historiam, quòd diuus Gregorius Papa primùm quidem mandauerit cœlibatum sacerdotibus: postea uerò, cum fortè aliquando in piscinam quandam piscatum misisset, ibiq; ad 6000. capitum submersorum infantium inuenta fuissent, uidens id ex suo uiolento cœlibatu prodijsse, ex imoq; pectore dolens ac ingemiscens, statim suum mandatum abrogarit: recitataq; Pauli sententia, Melius est nubere quàm uri, adieciisse: Melius est nubere, quàm cædis causam præbere. Si tantæ tamq; tetræ libidines, totq; horribiles cædes ex isto præclaro Papistarum cœlibatu iam olim fermè ante 1000 annos prodierunt: quid, quæso te pie lector, ab eo tempore usque ad nos factum esse putas, crescentibus omnium hominum sceleribus, & præsertim numero, opibus, ocio & impunitate sacerdotum? Lege ipsam Epistolam: non pigebit operæ. Inuenitur uerò adhuc hæc Epistola in uetustis membranaceis libris. Testatur & Aeneas Syluius in sua peregrinatione, & Germaniæ descriptione. Sanctum Huldericum Augustanum Episcopum, Papæ cœlibatum promouenti restitisse. Apparet autem ex hac epistola, quòd tunc temporis adhuc coniugium sacerdotum in usu fuerit: quodq; Papæ primatus, uel potius impia tyrannis, nondum

nondum ita inualuerat, ut nefas putaretur, si eum etiam aliquis infimus Episcopus peccantem grauius & asperius admonuisset, & obiurgasset: ut postea iudicatum est, & in primis hoc tempore, apud istius Antichristi cultores habetur. Sed adijciamus sanè ipsam epistolam Hulderici.

Rescriptio sancti Hulderici Episcopi Augustensis, in qua Nicolao Papæ, de Continentia clericorum non iustè, sed impiè: non canonicè, sed indiscretè tractanti, ita respondit.

Nicolao Domino & patri peruigili, S. Rom. Ecclesiæ prouisori, Huldericus solo nomine Episcopus, amorem ut filius, timorem ut seruus.

CVm tua, o Pater & Domine, decreta super clericorum cõtinentiam nuper mihi transmissa, à discretione inuenirem aliena, timor quidam turbauit mecum tristitia, timor quidem propter hoc, quòd dicitur, pastoris sententiam, siue iustam, siue iniustam, timendam esse. Timebam enim infirmis scripturæ auditoribus, qui uel iustæ uix obediunt sententiæ, ut iustam conculcantes liberè onerosa, imò importabili pastoris præuaricatione præcepti se obligarẽt. Tristitia uerò uel compassio, dum dubitabam, qua ratione membra cauere possent, capite suo tam graui morbo laborante. Quid enim grauius, quid totius Ecclesiæ compassione dignius, quàm te, summæ sedis Pontificem, ad quem totius Ecclesiæ spectat examen, à sancta discretione uel minimum exorbitare? Non parum quippe ab hac deuiasti, dum clericos, quos ob continentiam coniugij monere debebas, ad hanc imperiosa quadam uiolentia cogi uolebas. Nunquid enim meritò cõmuni omnium sapientum iudicio hæc est uiolentia, cum cõtra Euangelicam institutionem, ac sancti Spiritus dictationem, ad priuata aliquis decreta cogitur exequenda? Cum ergo plurima ueteris ac noui Testamenti suppetant exempla, sanctam, ut nosti, discretionem docentia, tuæ rogo ne graue sit paternitati, uel pauca ex pluribus huic paginæ interseri. Dominus quidem in ueteri lege sacerdoti coniugium constituit, quod illi postmodum interdixisse non legitur. Sed in Euangelio loquitur: Sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnũ cœlorum, sed nõ omnes hoc uerbum capiunt: qui potest capere, capiat. Quapropter Apostolus ait: De uirginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Quòd etiam iuxta prædictum Domini non omnes hoc consilium capere posse consideras, sed multos eiusdem consilij assentatores, hominibus, nõ Deo, pro falsa specie continentiæ placere uolentes, grauiora uides committere, patrum scilicet uxores subagitare, masculorum ac pecudum amplexus non abhorrere, ne morbi huius aspersione aduscq; pestilentiam conualescente, nimirum status labefactetur Ecclesiæ totius: Propter fornicationem, dixit, unusquisq; suam uxorem habeat. Quod specialiter ad laicos pertinere, ijdem mentiuntur hypocritæ: qui licet in quouis sanctissimo ordine constituti, alienis reuera uxoribus non dubitant abuti. Et quod flendo cernimus, omnes in supradictis sæuiunt sceleribus. Hi nimirum nõ Scripturam rectè intellexerunt, cuius mamillam quia durius pressere, sanguinem pro lacte biberunt. Nam illud Apostolicum, Vnusquisq; suam habeat uxorem, nullum excipit uerè, nisi professorẽ continentiæ, uel eum qui de cõtinuanda in Domino uirginitate præfixit. Quod nihilominus tuam, Pater uenerende, condecet strenuitatem, ut omnem qui tibi manu uel ore uotum faciens continentię, postea uoluerit apostatare, aut ad uotũ exequendum ex debito cõstringas, aut ab omni ordine canonica autoritate deponas: & hoc ut uiriliter implere sufficias, me omnesq; mei ordinis uiros adiutores habebis nõ pigros. Verùm ut huius uoti nescios omnino scias nõ esse cogendos, audi Apostolum dicentem ad Timoth. Oportet, inquam, Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum,

ris uirum. quam ne quis ſententiam ad ſolam Eccleſiam uerteret, ſubiunxit: Qui au- A
tem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Simi-
liter, inquit, diaconi ſint unius uxoris uiri, qui filijs ſuis bene præſint, & ſuis domi-
bus. Hanc autem uxorem à ſacerdote benedicendam eſſe, ſancti Syluestri Papæ de-
cretis ſcio te ſufficienter docuiſſe. His & huiuſmodi ſanctis Scripturæ ſententijs, Re-
gulæ clericorum ſcriptor non immeritò concordans, ait: Clericus ſit pudicus, aut cer-
tè unius matrimonij uinculo fœderatus. Ex quibus omnibus ueraciter colligit, quòd
Epiſcopus & Diaconus reprehenſibiles notantur, ſi in mulieribus multis diuiduntur:
ſi uerò unam ſub obtentu religionis abijciunt, utrunq; ſcilicet Epiſcopum & Diaco- B
num, ſine graduum differentia, hic Canonica damnat ſententia: Epiſcopus aut pres-
byter uxorem propriam nequaquam ſub obtentu religionis abijciat. ſi uerò reiece-
rit, excommunicetur: & ſi perſeuerauerit, deijciatur. Sanctus quoq; Auguſtinus, ſan-
ctæ diſcretionis non inſcius: Nullum, inquit, tam graue facinus eſt, quin admitten-
dum ſit, ut deuitetur peius. Legimus præterea in ſecundo Tripartitæ Eccleſiaſticæ
libro hiſtoriæ, quòd cum ſynodus Nicæna hæc eadem ueller ſancire decreta, ut ui-
delicet Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, poſt conſecrationem à proprijs uxoribus uel
omnino abſtinerent, uel gradum deponerent: ſurgens in medio Paphnutius, ex
illis Martyribus quos Maximus Imperator, oculis eorum dextris euulſis, & ſiniſtris
ſuris inciſis, damnauit, contradixit, honorabiles confeſſus nuptias, ac caſtitatem eſſe
dicens connubium cum propria uxore: perſuaſitq; concilio, ne talem ponerent le-
gem; grauem afferens eſſe cauſam, quæ aut ipſis, aut eorum coniugibus occaſio for-
nicationis exiſteret. Et hæc quidem Paphnutius, licet nuptiarum expers, expoſuit:
ſynodusq; eius ſententiam laudauit, & nihil ex hac parte ſanciuit, ſed hoc in uniuſ-
cuiuſq; uoluntate, non in neceſsitate dimiſit. Sunt uerò aliqui, qui ſanctum Grego-
rium ſuæ ſectæ ſumunt adiutorium: quorum quidem temeritatem rideo, ignoran-
tiam doleo. ignorant enim, quòd periculoſum huius hæreſis decretum à S. Grego- C
rio factum, condigno pœnitentiæ fructu poſtmodum ab eodem ſit purgatum. Quip
pè cùm die quadam in uiuarium ſuum propter piſces miſiſſet, & allata inde plus
quàm ſex milia infantum capita uideret, intima mox ductus pœntientia ingemuit,
& factum à ſe de abſtinentia decretum, tantæ cædis cauſam cõfeſſus, condigno illud,
ut dixi, pœnitentiæ fructu purgauit: ſuoq; decreto prorſus damnato, Apoſtolicum
illud laudauit conſilium, Melius eſt nubere quàm uri. addens ex ſua parte, Melius eſt
nubere, quàm mortis occaſionem præbere. Hunc forſitan rei euentum ſi illi mecum
legiſſent, non tam temerè, credo, iudicarent, Dominicum ſaltem timentes præce-
ptum: Nolite iudicare, ut non iudicemini. Inde Paulus dicit: Tu quis es, qui iudicas
alienum ſeruum? ſuo Domino ſtat, aut cadit. ſtabit autem, potens eſt enim Domi- D
nus ſtatuere illum. Ceſſet ergo ſanctitas tua cogere, quos tantùm deberet admone-
re: ne priuato, quod abſit, præcepto, tam ueteri quàm nouo contrarius inueniatis
teſtamento. Nam, ut ait ſanctus Auguſtinus ad Donatum, ſolum eſt quòd in tua iu-
ſticia pertimeſcimus, ne non pro lenitatis Chriſtianę conſideratione, ſed pro imma-
nitate facinorum cenſeas coercendum: quod te per ipſum Chriſtum ne facias ob-
ſecramus. ſic enim peccata compeſcenda ſunt, ut ſuperſint quos peccaſſe pœniteat.
Illud & Auguſtini uolumus te recordari, quod ait: Nihil nocendi fiat cupiditate, om
nia conſulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Item de eodem:
In timore Chriſti, in nomine Chriſti exhortor, quicunq; non habetis temporalia,
habere non cupiatis: quicunque habetis, in eis non præſumatis. Dico autem, non ſi
iſta habetis, damnamini: ſed ſi in iſtis præſumatis, damnamini, ſi propter talia magni
uobis uideamini, ſi generis humani conditionem communem propter excellentem
unitatem obliuiſcamini. Quod nimirum poculum diſcretionis ex illo fonte Apoſto-
licæ hauſeritis prædicationis: Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem: alligatus
es uxori, noli quærere ſolutionem. ubi & ſubditur: Qui habent uxores, tanquam
non habentes: & qui utuntur mundo, tanquam non utantur. Item dicit de uidua:

Cui quit

A Cui uult nubat, tantum in Domino. Nubere autem in Domino est, nihil in contrahendo connubio, quod Dominus prohibeat, attentare. Hieremias quoq; ait: Nolite confidere in uerbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Quod Hieronymus exponens: Potest, inquit, & hoc illis uirginibus conuenire, quæ iactant pudicitiam suam impudenti uultu: præferunt castitatem, cum aliud habeat conscientia: & nesciunt illam Apostoli definitionẽ de uirgine, ut sit sancta corpore & spiritu. Quid prodest corporis pudicitia, animo constuprato: si cęteras uirtutes, quas Propheticus sermo describit, non habuerit? Quas quidem, quia te aliquatenus habere uidemus, & quia discretionem, licet in hac re neglectam, in alijs tamen uitæ tuæ constitutionibus eam honestè conseruatam non ignoramus: huius intentionis prauitatem citò correcturum non desperamus. Et ideo non quanta possumus grauitate, istam licet grauissimam negligentiam corripimus, & iudicamus. Quanquam enim secundum uocabula, quæ usus obtinuit, sit Episco-
B patus presbyterio maior: tamẽ Augustinus Hieronymo minor est, & à minori quolibet non est refugienda uel dedignanda correptio: præsertim cum is qui corripitur, & contra ueritatem, & pro hominibus, niti inuenitur. Neque enim, ut ait sanctus Augustinus ad Bonifacium, quorumlibet disputationes, quamuis catholicorum & laudatorum uirorum, uelut scripturas Canonicas habere debemus: ut non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si fortè inuenerimus, quòd aliter senserit, quàm ueritas habeat, diuino adiutorio uel ab alijs intellecta, uel à nobis. Quid autem ueritati magis contrarium potest inueniri, quàm hoc, cum ipsa ueritas de continentia loquens, non unius hominis, sed omnium planè, excepto numero, professorum continentiæ dicat: Qui potest capere, capiat. quòd isti unde nescitur instigati dicant: Qui non potest capere, feriatur anathemate? Quid uerò per homines fieri potest stolidius? quid diuinæ male-
C dictioni obligatius, quàm cum aliqui, uel Episcopi uidelicet, uel Archidiaconi, ita præcipites sint in libidinem, ut neque adulteria, neque incestus, neque masculorum (proh pudor) turpissimos amplexus sciant abhorrere, quòd casta clericorum coniugia sibi dicant fœtere, & ab eis non ueræ iusticiæ compassione clericos ut conseruos cogant uel moneant continere, sed ut seruos iubeant ac cogant abstinere? Ad cuius imperij, ne dicam consilij, tam fatuam, tamq; turpem adduxit suggestionem, ut dicant: Honestius est pluribus occultè implicari, quàm apertè in hominum uultu & conscientia cum una ligari. Quod profectò non dicerent, si ex illo & in illo essent, qui dicit: Væ uobis pharisæis, qui omnia facitis propter homines. Et per Psalmi-
D stam: Quia hominibus placent, confusi sunt, quoniam Dominus spreuit eos. Hi sunt homines, qui prius deberent nobis persuadere, ut in conspectu eius, cui omnia nuda & aperta sunt, erubescamus peccatores esse, quàm in conspectu hominũ mundi esse. Licet ergo meritò suæ prauitatis nullius consilium mereantur pietatis, nos tamen memores humanitatis diuinæ, eis consilium authoritatis nunquam à pietate uacantis, per uiscera ministramus charitatis. Dicimus nempe: Eijce primùm hypocrita trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut eijcias festucam de oculo fratris tui. Illud quoque rogamus eos attendere, quod Dominus dicit de meretrice: Qui sine peccato est uestrum, primus in eam lapidem mittat, quasi diceret: Si lex iubet, si Moses iubet, iubeo & ego, sed competentes legis ministros exigo. Attenditis, quid additis: attendite quæso & quid estis: quia, si te ipsum, ut ait Scriptura, perspexeris, nulli unquam detraxeris. Significatum est nobis etiam de quibusdam eorum, qui tanta apud se intumescant elatione, ut gregem Domini, pro quo boni pastores animas non dubitant ministrare, isti uerberibus absq; ratione præsumant laniare, quorum sententiam S. Gregorius deplorans ait: Quid fiet de ouibus, quando pastores lupi fiunt? Sed quis uincitur, nisi qui sæuit? quis uerò persecutorem iudicabit, nisi qui dorsum suum ad flagella patienter ministrauit? Operæprecium est autem, ut audiatur, quo fructu tantum Ecclesia Dei scandalum, tantum clerus despectum, & ab ipsis

Episcopis, & ab eorum infidelibus patiatur. Nec enim eos infideles dicere dubitauerim, de quibus Paulus Apostolus dicit ad Timotheum. Quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere. Hic est autem, si diligenter inspiciatur, totius eorum manipulus zizaniæ, totius conuentus insaniæ, ut dum clerici licita unius mulieris consortia pharisaico deuicti, quod absit, furore, relinquere coguntur, fornicatores & adulteri & aliarum prauitatum turpissimi ministri cum ipsis efficiantur. Qui hanc in Ecclesia Dei hæresim, sicut cæci duces cæcorum machinantur, ut uidelicet illud impleatur quod, Psal. eis, utpote eorum præscius erroris, taliter imprecatur: Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. Quia ergo nemo, quite, o Apostolice, nouit ignorat, quòd si tu per tui decreti sententiam, tantam futuram esse pestilentiam solidæ discretionis claritate perspexisses, nunquam quorumlibet tam prauis suggestionibus consensisses. Debitæ tibi subiectionis fidelitate consulimus, ut uel nunc ad tanti scandali ab Ecclesia Dei propulsionem euigiles: & qua nosti discretionis disciplina, pharisaicam ab ouili Dei extirpes doctrinam, ne scilicet unica Domini Sunamitis, adulterinis diutius usa maritis, gentem sanctam, regale sacerdotium, per irrecuperabile à suo sponso Christo uidelicet auellat diuortium: dum nemo sine castimonia non tantum in uirginali flore, sed etiam in coniugali habita coniunctione, uisurus sit Dominum nostrum: qui cum Deo patre & Spiritu sancto uiuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Historici, de coniugio sacerdotum.

NArrant historici, Nauclerus, Cranz, & Hirsfeldensis, anno 1074 grauia certamina fuisse in Germania, de sacerdotum coniugio, cum Hiltebrandus Papa urgeret Episcopos & sacerdotes Germanos uehementer, ut abstinerent coniugio & uxoribus, nec illi id facere ullo modo uellent. Ac narrant quidam, inter cæteros etiam Otthonem Constantiensem, de quo postea, & Ratholdum Argentinensem Episcopum, ei conatui Papæ repugnasse. Nec potuit tunc Papa statim, quod uoluit efficere: ita acriter sacerdotes restiterunt isti iniusto mandato. Ortum est etiam inde schisma. nam & Ecclesiæ aliquandiu sibi elegerunt pastores sine Episcoporum ordinatione. Nolebant enim Episcopi quenquam ordinare, nisi qui secundum decretum Papæ cœlibatum uoueret. Verùm Papa eadem tyrannide, qua & ipsos Cæsares oppressit, tandem Germanis sacerdotibus coniugium eripuit: suntq; uix anni 400. ex quo demum in Germania coniugati sacerdotes desiuerunt. Extat epistola quædam synodi Brixiensis ad Hiltebrandum, qua nouendecim Episcopi eum officio deponunt: eiq; inter alia impia facta obijciunt, quòd coniugia sacerdotum distraheret. Celebrata est ea synodus circa annum 1070. Sed de hac re postea in Henrico 4. & Hildebrando seu Gregorio 7. aliquid leges non contemnendum.

Polydorus lib. 6 Anglicæ historiæ narrat, coniugia sacerdotibus in Anglia abrogari cœpta circa annum 970. Libro porrò 5. de Inuentoribus rerum testatur, demum circa annum Do. 1100. occidentalib. sacerdotibus coniugium penitus ademptũ esse.

Fuerunt et Syricio Papæ certamina cũ Taraconensi Episcopo, alijsq; Hispanis sacerdotib. de coniugio, cum & illi ius coniugij sacerdotum tuerentur. Sed illa longè antea acciderunt. Verùm de multiplici sanctorum Patrum ac synodorum defensione coniugij sacerdotum supra dictum est.

Quin & Lotharium Imperatorem, qui circa annum Domini 855 regnauit, testatur Sigebertus, coniugio sacerdotum repugnare uoluisse. Gebuilerus huius temporis Papisticus scriptor, testatur fuisse tempore Henrici IIII, 24 Episcopos, unà cum suo clero in Germania & Gallia, coniugatos.

Contradicunt huic Epistolæ Papistæ, quasi parum cõueniant tempora D. Hulderici, Nicolai primi aut secundi: cõtrà tamen omnibus ueritatis ac pietatis cupidis, satis illud

A satis illud esse potest. Primùm quod hæc epistola in hodiernum usq; diem inuenitur in peruetustis codicibus: ego ipse duos uidi meis oculis. Deinde quod Aeneas Syluius aut Pius II. in sua Germaniæ descriptione disertè affirmat, D. Huldericum Papæ matrimonia sacerdotum abolenti constanter restitisse. Denique quia Nicolaus primus uixit usque ad 870. Domini annum, quo tempore etiam uixit. Nam Syluius uidetur indicare, quod 900. Domini anno sit mortuus. Inquit enim de D. Hulderico: qui uixit anno nongentesimo, ætatis suæ octuagesimo tertio. Ipsa sanè epistola planè Apostolicum spiritum præ se fert, ac testatur, ut sit prorsus dignissima, quæ diligentissimè legatur. Quare pij nihil moueantur cauillationibus & calumnijs Papistarum. Non negligendum illud quoque est, quòd hic sanctissimus Episcopus non à Papa, sed à Rege Episcopatum accepit. Hæc enim in eius uita leguntur. Post quindecim uerò annos defuncto Hiltine Episcopo & machinatione nepotis sui Burcardi ducis, & aliorum propinquorum suorum Henrico Regi præ-
B sentatus est, eiusq; sublimitati nota facta est discessio Episcopi, supplicatum est, ut præfato Domino Hulderico Episcopalis potestas cõcederetur. Rex uerò intuens hetilitatem staturæ illius, & cõperiens doctrinæ suæ scientiam, petitioni eorum assensum præbens, regio more, in manus eum accepit, munereq; Pontificatus honorauit. His uerò ita peractis, hilari animo à Rege reuertentes, & ad Augustum peruenientes secundum Regis dictum, potestatiua manu inuestituram Episcopatus sibi perfecerũt.

Hinc cernimus tunc Reges ac Cæsares, non Papas, distribuisse Episcopatus, eoq; non ita magnam Romanorum Pontificum authoritatem in Germania fuisse, quæ tandem eorum ambitione in immensum creuit.

Beseritæ.

C Beseritæ inter hæreticos numerantur, quos aiunt originem suam à Beser quodam, qui ante 800. annos uixit, accepisse. His uicio datur, quòd damnauerint imagines, & earum cultum. O graue scelus. Credo fuisse pios homines, qui crescenti superstitioni circa idola resistere sunt conati, si non maiores aliquos errores habuerunt. Nam nulli eis alioqui obijciuntur, quòd ego sciam.

Archiepiscopi Constantinopolitani.

Archiepiscopi Constantinopolitani, ut testantur historici, aliquandiu usurparunt sibi primatum, comprobante tertia & quarta uniuersali synodo, uniuersalesq; Episcopi nominati sunt: nihilminus quam Romanis Pontificibus solis id tituli ac dignitatis concedere uolentes. Quanquam nec usurparant quidem plane propalam unquam ante Gregorium (quod annis fermè sexcentis post Christum accidit) sibi Episcopi Romani eam dignitatem, nisi quòd sextæ Africanæ synodi tempore accidit, ut alibi diximus. Vide epistolas Gregorij, unde clarè apparet, planè
D ignotum fuisse primitiuæ Ecclesiæ, quòd Romanus Episcopus habeat primatum super omnes Ecclesias, quodq; habeat ius utriusq; gladij super totum terrarum orbem. Si enim notum receptumq; fuisset istud Papæ ius ac potestas, quomodo ausus fuisset Constantinopolitanus Patriarcha id sibi usurpare? Sed rapuerunt tandem sibi Romani Pontifices eam dignitatem, adiuuante eos parricida seditioso q; tyranno Phoca, licet summa ui Græci contrà repugnarent. Verùm de primatu Constantinopolitani Patriarchæ supra in Concilio Calcedonense plura dixi.

Audio quoq; hodierna die extare uersus in æde Laterana alicubi in pariete scriptos, qui non diuinum, sed humanum ius pro Papæ primatu iactent. Stultissimi autem fuissent Romanistæ, si humanum ius ibi citarent, ubi diuinum se habere non dubitarent.

Claudius Altisidiorensis, seu Clemens Scotus.

CLaudius Altisidiorensis, seu Claudius Clemens Scotus, floruit circa 800. annũ, uir eruditus, pius ac prudens, eoq; Carolo magno pergratus. fuit unus ex præcipuis Parisiensis scholæ instauratoribus, diuq; in ea docuit. Is acriter una cum Adalberto Gallo, teste Balæo, restitit Bonifacio (qui alioqui Germanorum Apostolus uocatur) scripto etiam libro contra eum: Antichristianismum enim potius quàm Christianismum in Germania erigebat.

Ac uicissim cum suo socio à Bonifacio plurima est passus, & tanquam hæreticus uterq; etiam à Papa excommunicatus. Oppugnauit autem potissimùm cœlibatum Papisticum, primatum Papæ, reliquiarum & imaginum cultum, aliasq; Papæ impostu ras: inter alia quoq;, quòd Papa sibi ius deponendi Reges, soluendiq; iuramento fidelitatis subditos, usurpabat. Nam eo tempore transtulerat Papa regnum ab antiqua Merouæorum familia, ad Carolum. Factus tamen est in extremo senio Episcopus Altisidiorensis. Adalbertus autem in Fuldensis monasterij carcere computruit. Facit & Nauclerus prædictorum duorum mentionem. Opinor eundem esse cum Claudio Taurinense, qui quòd crucem adorandam esse non putauit, hæreseos à Papistis damnatur: faciam eius infrà mentionem.

Alachis Regulus Longobardorum.

MVlti tum boni, tum magni uiri, spurcissimam longo iam tempore spiritualium uitam magnopere detestati sunt. Lepida tamen in primis historia de Alachi Longobardorum Regulo narratur, ad quem cum prope Ticinum ab Episcopo Diaconus esset Missus, cupereteq; is se ad Regem intromitti, respondit Alachis, Patere ei accessum, si modò femoralia haberet munda. affirmantiq; Diacono, se munda habere, quippe qui nuper lota induerit: declarauit, se non de sublígarí loqui, sed de eo quod intus esset, & contineretur. Idem, cum contra eum spirituales bellum excitassent, ac insuper sacrificulus quidam armis Ducis suæ patris ab Alachi pronocati, indutus ab eo, occisus, agnitusq; esset, uehementius indignatus uouit, si uicerit, se integrum puteum clericorum testiculis impleturum. Ita longissimo tempore iam nulli sano non summè exosus fuit impurissimus iste spiritualium cœlibatus. Quippe cum illi, præsertim in Italia, teste diuo Hulderico, iam olim se non tantum non à masculorum & cognatarum, sed etiam nec à pecorum quidem commixtione abstinuerint. Vixit autem Alachis fermè ante 1000. annos. Recitatur alioqui historia Longobardorũ, quod quidam sacrificus Reginam contaminauerit, cui Rex omnia pudenda præcidí imperauerit.

Prophetia, Gallorum leuitas, &c.

VVlgò habetur & celebratur Prophetia quædam, cuius initium est, Gallorũ leuitas, &c. Ea prædicit, Cæsarẽ quendam latè ac longè regnaturũ, eiusq; tempore cessaturam gloriam uani cleri. Sic enim inquit: —— *Cæsar regnabit ubique*
Sub quo tunc uani cessabit gloria cleri.

Intelligit de Papistico clero, seu de spiritualibus Papisticis, quod experientia testatur. Nam ipsi nunc regnante latissimè Carolo V. nonnihil in ordinem rediguntur. Vocat autem Papisticum clerum, uanum clerum, haud dubiè non tantum propter uitæ turpitudinem, sed & in primis propter uanitatem religionis, cuius ministri fuerunt. Quare hic non hominis qualiscunq; testimonium habemus, de Papisticæ religionis uanitate: sed eiusmodi hominis, qui etiam longius prospicere cæteris mortalibus, atq; adeò futura Dei spiritu præuidere potuit. Aliqui tribuunt hanc Prophetiam D. Brigittæ. Multicertè testantur inueniri eam in ualde uetustis exemplaribus. Credo ante multa secula conscriptam esse.

Sydonius

Sydonius Apollinaris.

SYdonius Apollinaris Episcopus Gallicus, queritur in quodam scripto, ambitione & auaricia Episcoporum Christianitatem in ingentes calamitates adduci.

Bonifacius Germanorum Apostolus.

HVnc Bonifacium à multis Germanorũ Apostolũ dictum, non eò meo catalogo insero, quòd ipse in ulla re Papisticis erroribus restiterit, nisi quòd in quadam epistola indicat Papæ, quosdã abusus Romanistarũ, quib. Germani, qui Romæ fuerant, scandalizarentur, & temerarias quasdam eius dispensationes: sed ut habeã occasionẽ dicendi de statu religionis, qui tunc in Ecclesijs Germanicis fuerit.

B Fuerat sanè iam olim circa Apostolorum tempora religio Christiana in Germania sparsa, creueratq; etiam postea magis. nam & Patres quidam Germanicarum Ecclesiarum meminerunt, presertim Irenæus & Auentinus testatur, discipulos Apostolorum in Germania docuisse. Sed Papis nihil satis Christianum erat, quod non simul etiam Romanum esset. Quare misit hunc suum pseudoapostolum Gregorius secundus, qui circa annum Domini 715. sedit in Germania, cum plenissimis seu turgidissimis bullis, ut Germanos magis ad Papam quàm Christum conuerteret.

Balæus scribit in suo Catalogo, huic Bonifacio omnia in Romanæ Ecclesiæ formam cõmutanti, sese opposuisse doctos quosdam uiros, scilicet Clementẽ, Scotum, & Adalbertũ Gallum, qui librum contra eum edidit. Sed Bonifacium illos sua & Papæ quoq; excõmunicatione damnasse, & in carcerem Adalbertum in Fuldensi monasterio coniecisse, ubi & computruit ille bonus ac pius uir. Epistola quædam Zachariæ Papæ nominat illos Episcopos, nec obijcit eis hæresim, sed tantũ schisma, haud C dubiè propterea quòd in nullis fidei articulis errarent, sed tamen interea non omnia approbarent, quæ Papista Bonifacius agebat. Vtinam ille liber Adalberti extaret.

Sanè apparet ex epistolis huius Bonifacij ad Papas, & illorum responsionibus, eum non minus de Papæ, quàm de Christi regno promouendo solicitum fuisse. Nam in suo iuramento, quo se Romanistis obligat, clarè hoc inter alia ponit: Sed fidem ac puritatem meam, ut dixi, atque concursum tibi & utilitatibus tuæ Ecclesiæ exhibebo. Sic ergo Malefacius docuit, ut præcipuè utilitatem Papæ & Romanæ Ecclesiæ quæreret. Extat inter alias etiam una epistola Gregorij secundi ad istum Bonifacium, in qua hæc uerba leguntur, & citantur etiam 13. q. 2. Pro obeuntibus quippe consuluisse dignoscere, si liceat oblationes offerre. Sancta sic tenet Ecclesia, ut quisq; pro suis mortuis uerè Christianis offerat oblationes, atq; presbyter eorum memoriam faciat. Vnde profectò multa obseruatu dignissima intelligi possunt. Primùm, D oblationes pro mortuis non perinde fuisse in usu olim, ac iam sunt. Ignorat enim oblationes pro mortuis tantus Papæ Apostolus, quas iam ne rustici quidem ignorant, utpote quorum facultates non parum per Missas pro mortuis exhauriantur. Deinde clarè etiam hinc animaduerti potest, cuiusmodi tunc fuerit ratio offerendi pro mortuis: nempe talis, ut quisq; offerret in templo quamcunq; rem utilem ad uictum & amictum uellet, aut haberet, idq; se offerre pro suis mortuis diceret: Sacerdos autem in publica precatione eorum mentionem faceret, non uti ipsum sacramentum longè in alium usum institutum pro eis offerretur, quod etiam ex aliorum antiquorum scriptis animaduerti potest.

Quæsiuit quoq; hic idem doctissimus Apostolus à Papa, quando sit latidũ commendendũ? Papa respondit, tunc comedendum, cum uel fumo siccatũ, uel alioqui coctum fuerit. Ridiculũ hoc ualde est: sed tamẽ apparet hinc, & ex alijs quæstiunculis Papæ ab eo propositis, quàm præclaris pascuis oues Christi hic lupus in Germania pauerit: nempe inanissimis cærimonijs, & uanissimis traditiunculis, & in primis

ſtudio obediendi Rom. Pontificib. ſicut ipſemet Maleſacius de ſeſe ſcribit ad Zacha- A
riam Papam inquiens: Quantoſcunq; audientes uel diſcipulos in iſta legatione mihi
Deus donauerit, ad obedientiam Apoſtolicæ ſedis IRRITARE & inclinare nõ ceſſo.

Hic igitur Chriſtiane lector perſpicis, quali Chriſtianiſmo Bonifacius iſte Ger-
manos imbuerit, nempe quòd eos ex Chriſti cultoribus Papæ cultores effecit. Aiunt
tamen, eum aliquos ex Ethniciſmo conuertiſſe. Fieri ſanè poteſt. Subinde enim ali-
qui conuertebantur tum ante eius natiuitatem, tum etiam poſt eius mortem.

Auentinus libro Bauaricorum annalium quarto ſcribit, ualde multos ſacerdo-
tes ſeſe huic Bonifacio, ritus Romanos Germanicis Eccleſijs obtrudenti, oppoſuiſſe,
eumq; etiam in publicis concionibus accuſaſſe, quòd ſit mendaciorum author, Chri- B
ſtianæq; religionis ac pacis perturbator & corruptor: ſed partim carceribus, partim
Pontificis ac Regis authoritate repreſſos & oppreſſos eſſe. Omnino uerisimile eſt,
eos non ſine cauſa ei repugnaſſe. Conſtat enim, Clementem, Albertum, Samſo-
nem, Sidonium Archiepiſcopum, D. Virgilium, & alios quoſdam, Bonifacij aduer-
ſarios fuiſſe, uiros eruditione ac pietate cum primis celebres ac præſtantes.

Scripſit Zacharias Papa ad hunc Bonifacium: & poſtea Bonifacius in quadam
ſua Synodo confirmari decreto curauit, ne ullo modo ſacerdotibus arma geſtare, aut
pugnandi cauſa ad bellum proficiſci liceat. Sed adſcribam ipſum decretum.

Seruis Dei per omnia omnibus armaturam portare, uel pugnare, aut in exerci-
tum & in hoſtem pergere, omnino prohibemus. Niſi illis tantummodo, quia pro-
pter diuinũ miniſterium, Miſſarum ſcilicet ſolennia adimplenda, & ſanctorum pa-
trocinia portanda, ad hoc electi ſunt: id eſt, ut unum uel duos Epiſcopos cum Capel
lanis presbyteris, princeps ſecum habeat. Et unuſquiſque præfectus unum presbyte-
rum, qui hominibus peccata confitentibus iudicare, & indicare pœnitentiam poſsit.
Nec non & illas uenationes, & ſyluaticas uagationes cum canibus, omnibus ſeruis
Dei interdiximus: ſimiliter accipitres & falcones non habeant.

Vtinam hoc idem etiam noſtris temporibus ſeruaretur. Pleraque enim bella C
iam 500. annis, à ſacrificulis & excitata & geſta ſunt. Quietiores profectò res non pa-
rum in Chriſtianitate haberemus, firmioriq; pace Deo iuuante perfrueremur.

Sunt tamen in huius Epiſtolis nondum editis quædam memorabilia contra
Papam. Nam quomodo peregrinationes, improbauerit ac diſſuaſerit, in titulo Ca-
nonum de peregrinationibus oſtenſum eſt. Quod etiam ad primatum attinet, licet
ipſe eum ſedulò promouerit, tamen oſtendit ualde ea de re ab Epiſcopis & Regibus
Francorũ diſputatum fuiſſe. Hæc enim eius ſunt uerba in epiſtola ad Zachariam Pa-
pam: De eo autem, quòd tam præterito tempore de Archiepiſcopis, & de pallijs à
Romana Eccleſia petendis, iuxta promiſſa Francorũ, ſanctitati ueſtræ notum feci, In-
dulgentiã Apoſtolicę ſedis flagito, Quia quod promiſerunt, tardantes non impleue-
runt, & adhuc differtur, & uentitatur, & quid inde perficere uoluerint, ignoratur.
Sed mea uoluntate impleta eſſet promiſſio. Item in epiſtola ad Gudebertum D
dubitanter quaſi primatũ Papæ ponit. Inquit enim, Sic enim, NI FALLOR, omnes
Epiſcopi debent Metropolitano, & ipſe porrò Metropolitanus Romano Pontifici,
ſi quid de corrigendis populis apud eos impoſsibile eſt, notum facere &c. Adijcit,
niſi fallor, tanquã qui adhuc de hoc ipſo dogmate aut lege dubitet. Monuit item
Papas de ipſorum auaritia & ſimonia, & Canonum labefactatione, ut ex hac Zacha
riæ Papæ ad ipſum epiſtola cerni poteſt.

Suſcipientes ſanctiſsimæ fraternitatis tuæ literas per præſentem gerulũ, & rele-
gentes, quę in eis cõtinebantur, in extaſin quandã incidimus, et admirationẽ magnã,
eò quòd nimis repertæ ſint diſſonare, ab eis ſyllabis, quæ à tua directæ ſunt fraternita
te, per elapſum Auguſtũ menſẽ, ubi nobis indicaſti, quod & cõcilium adiuuante Deo
& Carolo Magno præbente conſenſum & conteſtante factũ eſt. Et qualiter falſos ſa-
cerdotes, qui diuinũ non erant digni attrectare miniſterium à ſacro munere ſuſpen-
diſti, & quia tres Archiepiſcopos per ſingulas Metropoles ordinaſſes, ideſt, Grimo-
nem in

A nem in ciuitate quę dicitur Rodanca: secundum uerò Abel in ciuitate, quæ dicitur Remi: Tertium deniq; Hartbertum in ciuitate, quæ dicitur Semis, qui & apud nos fuit, & tua nobis pariter & Caroli magni atq; Pippini detulit scripta, per quæ suggessistis, ut circa pallia ijsdem tribus prænominatis Metropolitanis dirigere deberemus, quòd & largiti sumus pro adiuuatione & reformatione Ecclesiarum CHRISTI. Nunc autem denuò tuas suscipientes syllabas, ualde sumus, ut diximus, mirati, nõ quòd antea nobis unà cum memoratis Principibus Galliarum, pro tribus pallijs suggessistis, & postea pro solo Grimone. Sed uolumus, ut nobis tua indicet fraternitas, cur nobis ita direxisti antea pro tribus, & postmodum pro uno, ut & nos certi reddiți ex hoc, nulla sit nobis ambiguitas. Reperimus etiam in memoratis tuis literis, quod nimis nostros animos conturbauit, quòd talia à te nobis referantur, quasi NOS CORRVPTORES simus Canonũ, & Patrũ rescindere traditiones, quę-
B ramus: Ac pro hoc quod absit à cunctis clericis, in simoniacam hæresin incidamus, accipientes & compellantes, quibus pallia tribuimus, ut nobis præmia largiantur, expetẽtes ab illis pecunias. Sed charissime frater, hortamur sanctitatẽ tuam, ut nobis deinceps tale aliquid minimè tua fraternitas scribat. Quia fastidiosum à nobis & iniurioſum suscipitur, dum illud nobis ingeritur, q̃d nos omni modo detestamur. Absit enim à nobis & à nostris clericis ut donũ, quod spiritus S. gratia suscepimus, uenundemus, dum & illa tria pallia, quę te suggerẽte, ut prędiximus, sumus largiti. Nullum ab eis quispiam commodum expetijt. Insuper & chartas, quæ secundum morem à nostro scrinio, pro sua cõfirmatione atq; dominio tribuuntur, de nostro concessimus, nihil ab eis auferentes: si quidem, quod à tua fraternitate criminis nobis symoniaci obijcitur, nomen anathematizantes, pariterq; omnes, quicunq; ausi fuerint donum S. spiritus precio uenundare. Ipsius Bonifacij epistola, qua ei Papę indicauit,
C duobus pallijs, ita perturbatum, quasi in extasin quandã incideri: Agebatur enim de augendo tunc illius regno, & peruicerat id Bonifacius in quadam synodo, sicut ipse met in epistola ad Gutbertum affirmat, uti decerneretur, quòd uelint Romano Pontifici subiecti esse, & ab eo pallia petere, id decretũ synodi maximo cũ gaudio Papa Zacharias, ut idẽ Bonifacius ibidẽ testatur, susceperat. Quare malè habebat eũ nunc denuò in discrimen suum, iam partum supra Gallos ac Germanos regnum uocari.

Improbauit Bonifacius tyrannicam, aut etiam superstitiosam Papatum legem, quod coniugia inter compatres (ut uocantur) prohibet. Sic enim quendam Anglicum Episcopum, nomine Nothelimum consuluit: Homo enim quidam (inquit) sicut multi solent, alterius filium de sacro baptismatis fonte eleuans, adoptauit sibi in filium, cuius matrem postea uiduatam marito duxit uxorem. Quòd
D Romani peccatum esse asserunt, & capitale peccatum: ita, ut in talibus diuortia facere præcipiant: & affirment, regnantibus Christianis Imperatoribus, illius matrimonij scelus capitali sententia mulctandum, uel peregrinatione perpetua delendum: Vt si hoc in Catholicorum Patrum decretis uel Canonibus, uel etiam in sacro eloquio, pro tam magno peccato computatum esse inueneritis indicare mihi curetis, ut & ego intelligendo cognoscam, cuius authoritas sit in illo, iudicio: quia nullatenus intelligere possumus, quare in uno spiritualis propinquitas in coniunctione carnalis copulæ, tam grande peccatum sit, quando omnes in sacro baptismate CHRISTI Ecclesiæq; filij & filiæ, fratres & sorores esse cõprobemur. Similiter, &c.

Eodem hoc argumento & Lutherus hoc tempore hanc superstitionem euertit. Est autem & hoc memorabile, quòd non uoluit esse contentus Papæ decreto, sed & alios Episcopos, Sacras literas, ueteremq; Ecclesiæ morem sibi consulendum putauit. Reprehendit quoq; in alia epistola ad Papam uarios abusus ethnicos quos tunc Romæ habebant, Item dispensationes prauas pecuniæ gratia factas.

Leo Rauennas.

IN epistola Hadriani 54. ad Carolum Magnum, & aliquot sequentibus, legitur, A quod Leo Archiepiscopus Rauennas noluerit obedire Papæ Romano, sed sibi insuper principatum super multas Ecclesias uendicauerit. Item, quod idem Sergius eius antecessor fecerit. Sedit porrò Leo Rauennæ circa 780. annum Domini. Litigarunt diu de ea re coram Magno Carolo. Quid tandem sit conclusum nō habeo pro certò dicere: Verisimile tamen est, Carolum pronunciasse secundum Papam, cui ualde erat addictus ob fœlicem confœderationem contra Longobardos. Consimiliter etiam postea Ioannes Rauennas Archiepiscopus circa 860. Domini annum est Papæ reluctatus: sed tamen tandem est oppressus. Ita clarè apparet, Rauennatem Ecclesiam non tantum usq; ad 780. Do. annum reluctatam esse Papæ (quo est ui Gallicorum Regum & tyrannide eius oppressa, ut supra diximus) sed etiam postea subin de fermè usq; ad 900. Do. annum. Quin & alias multas consuetudines non paulò Romanis meliores & puriores habuit, ut postea in epistola cleri Rauennatis aliquatenus dicetur. B

Hadrianus, qui circa 780. Do. annum sedit, scripsit multas epistolas ad Carolum Magnum, inter alias uerò in una, quæ est numero 85 uehementer urget, nullos esse in Episcopos consecrandos, nisi qui sit Canonicæ à plebe & clero electi, idq; probat Canonibus Olitanis (Repetitur hæc uox aliquoties in eius diplomatibus, ut non putem eam pro Toletana poni) At hodie aut soli sacrifici eligunt, aut Papæ Episcopatus donant, aut uendunt, cui eis liber, contra omne ius ac priuilegium Ecclesiarum.

Carolus Magnus.

CArolus Magnus, Rex Galliæ & Germaniæ, primusq; Germanus Imperator, regnauit circa 800. Domini annum, curauit quinq; synodos celebrari, in quibus multa sunt decreta contra errores & abusus nunc quidem grassantes & regnantes, tunc uerò sensim glíscentes & suborientes. Decreuit & ipse per sese tanquam Rex C & Imperator, multa in eandem sententiam suo arbitrio. Ex ijs omnibus decretis Caroli, & postea filij Ludouici, cōgessit Ansegisus Abbas, qui ijsdem temporibus uixit, quatuor libellos suo quodā ordine, qui anno 1550 Parisijs impressi sunt, & anno Do. 1557 Basileæ recusi. In eo ergo opere sunt præter multa alia præclara, & hæc decreta.

Quòd in templis tantum Canonici libri, id est, Sacræ literæ legi debeant: lib. 1. capite 19.

Quòd Episcopi & parochi debeant docere populū sanam doctrinam ex Sacris literis, & nō pati ut quisq; quicquam noui ex suo sensu, quod ex Sacris literis nō sit desumptum, cōfingat aut doceat. Et ibidem hanc sanctissimam exhortationem subiungit: Ideo dilectissimi (inquit) toto corde præparemus nos in scientia ueritatis, ut possimus contradicentib. ueritati resistere, & diuina donante gratia uerbum Dei currat, & crescat: & multiplicetur in profectum Ecclesiæ Dei sanctæ, & salutem animarum nostrarum, & laudem & gloriā nominis Domini nostri Iesu Christi, Pax prædicantibus, gratia obedientibus, gloria Domino nostro Iesu Christo, Amen. lib. 1. cap. 76. D

Quòd redditus Ecclesiastici inter pauperes & sacerdotes diuidi debent. lib. 1. cap. 80.

Ne clerici præsumant à quoquam accipere eiusmodi donationem, quę in magnum damnum liberorum, aut aliorum hæredum cadere possit. lib. 1. cap. 83. Videlicet nimirum ille sapientissimus Rex sacrificos solere moribundis cerebrum excantare, et persuadere, ut neglectis liberis sibi magnam sortis partem, aut etiam totam legent. Eodem primo libro, cap. 103. sub titulo, De pabulo uerbi diuini nunciando, est sanctissima lex his uerbis exposita: Episcopi uerò, ut siue per se, siue per uicarios, pabulum uerbi diuini sedulò populo annuncient. Quia, ut ait Gregprius, iram cōtra se occulti iudicis excitat sacerdos, si sine prædicationis sonitu incedit. Et ut ipsi clerum sibi commissum in sobrietate & castitate nutriant: superstitiones, quas quibusdam in locis in exequijs mortuorum nonnulli faciunt, eradicent.

Ex hoc

A Ex hoc Decreto apparet, Carolo, eiusq; concilio nonnesse probatum, quòd sacerdotes neglecta prædicatione uerbi Dei, cœperint exequijs & Missis pro mortuis canendis occupari.

Libro secundo cap. 38. tit. De corporis & sanguinis Domini laicorum communione, est decretum, ut laici ut minimum ter in anno communicent. Vadianus in Aeoli & Troade, multarum Germanicarum synodorum, quæ post Carolum fuerunt, testimonia citat, ex quibus patet, communionem sub utraq; specie fuisse in usu. Sunt & hæc decreta in prædicto Ansegisi, seu Caroli magni opusculo.

Quòd sacerdotes nõ debeant ordinari, nisi prius rectè examinati fuerint. Quòd excommunicatio temerè & sine graui causa fieri non debeat, citaturq; 24. q. 3. 10.

Quòd omnis symoniacus ingressus sit cauendus: quodq; Episcopi secundum Canones à POPVLO & clero suo, sine ullo respectu personarum, habita tantum
B meriti, uitæ & doni sapientiæ ratione, eligi debeant, ut exemplo & doctrina populum instruere possint. Hoc decretum & Gratianus dist. 63. recitat.

Verba eius sunt hæc: Sacrorum Canonum non ignari, ut Dei nomine sancta Ecclesia suo liberius potiatur honore, ascensum ordini Ecclesiastico præbemus: ut scilicet Episcopi per electionem cleri & populi secundum statuta Canonum de propria dioceſi (remota personarum ac munerum acceptione) ob uitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur, ut exemplo & uerbo sibi subiectis usquequaque prodesse ualeant.

Quòd nemo debeat profiteri monachatum, nisi petita à Rege uenia, propter multas fraudes, &c.

Quòd pueri ac puellæ non debeant ante maturam ætatem intrudi in monasteria. Maturam autem ætatem facit annorum 25.

C Quòd sacerdotes paterno affectu plebem & auditores regere debeant. Ad cantum & psalmodiam ac liturgiam Romanam solum monachos obligauit, alios sacerdotes minimè. Quod est memorabile.

Valde item pauca festa Carolus celebrari uoluit, nempe diem Dominicum, Paſcha, cum præcedente hebdomada, Pentecosten, Petri & Pauli, natiuitatem Baptistæ, Assumptionem Mariæ, Remigij, Martini, Andreæ, Natale Domini, & sequentes dies quatuor, Epiphaniam, Purificationem: & eorum martyrum festa, in suis tantum locis celebrari uoluit, ubi corpora eorum iacerent.

Luxum sacrificorum & omnem planè eorum licentiam, ut Ansegisus refert, uehementer coercuit.

Statuit item de uoluntate ac consensu totius sui regni, ne sacerdotibus in bellum pugnandi causa ire liceat, sed tantum docendi & procurandæ religionis gratia: tunc ægerrimè sacrifici tulerunt, queſtiq; sunt, sic suas libertates aciura imminui: ut ex
D ipso Decreto, cuius uerba adscribam, apparet. Quòd deniq; instigante antiquo hoste, audiuimus quosdam nos suspectos habere, propterea quòd concesimus Episcopis & sacerdotibus ac reliquis Dei seruis, ut sicut in prioribus nostris continetur capitularibus, ne ad pugnam properarent, nec arma ferrent, nec homines tam Christianos quàm paganos necarent, nec agitores sanguinum fierent, uel quicquam contra Canones facerent: Quòd honores sacerdotum & res Ecclesiarum auferre, uel minorare eis uoluiſſemus, quòd nullatenus facere uelle, uel facere uolentibus consentire, omnes scire cupimus: sed quantò quis eorum amplius suam normam seruauerit, & Deo seruierit, tantò eum plus honorare, & chariorem habere uolumus.

Statuerat idem annis compluribus antè & Carolomannus, patruus Caroli, in quadam synodo, præsente & approbante Bonifacio Germanorum Apostolo, sicut in Bonifacio id commemoraui, ac decretum recitaui.

De Episcopis Italiæ tanquã, quicæteris meliores erant, propriam legem tulit, cuius hæc sunt uerba.

De Episcopis

De Episcopis uerò in Longobardía constitutis, qui ab his quos ordinabant sa- A
cramenta, & munera contra diuinam, & canonicam autoritaté accipere uel exige-
re soliti erant, modis omnibus inhibitum est, ne ulterius fiat, quía iuxta sacros Cano-
nes uterq; gradu propria talia facientium deíci debent. Sed adscribam quædam de
eo, quomodo sese erga sacerdotes gesserit, ex Auentíno: Præcepit etiam, ut monachi,
sacerdotes literis operam sedulò darent, emendatè & rectè scriberent, in omnibus
contubernijs monachorum & Episcoporum ædibus pueros docerent. Mendícis pa
lantibus uetuit quicquam tribui, suos quamq; regionem ínopes alere: sanos & uali-
dos labore uictum quæritare, ac desiderio sufficere manus iussit. Idcírco opes Eccle-
siasticas in locupletioribus templis in tres diuísit partes, duas egenis, tertiam sacerdo-
tibus attribuit. In ædibus augustioribus donaría æqua lance inter egenos & sacerdo-
tes bipartítus est.

Author & aliarum legum fuit, in quibus cauit, Ne temerè & passim sacrificijs B
interdiceretur: néue cadauera in fanis humarentur: neu sacerdotes auaritiæ, Vene-
ríq; dediti essent: ut Pontifices officio publicè in templo docendi plebem fungeren-
tur: ut sacerdotes auaritiam, gulam, cauponas, negocía prophana, familiaritatem
mulierum euitarent, aut sacerdotio cederent, aut tribu mouerentur: ut fures, homi-
cidæ & huiusmodi crimina committentes, si ad asylum, templumue fuga elapsi fo-
rent, repeterentur, atque ui eriperentur. Quòd si quis Monachorum, Pontifexue, præ
fectusue, illos reddere recusaret, satisdaret damni infecti, compensandíq; præstare
promitteret: si illorum quispiam aufugisset, id non sua opera esse factum, iuraret.
Ius assiduè summa díligentia dixit, nonnunquam manè dum indueretur: tanti tem
poris iactura apud eum erat. Nulli plures Ducatus, præfecturasq;, aut sacerdotia con
cessit: dictitans, sibi & alios demerendos, beneficijsq; oppignerandos esse. In Epi-
scoporum senatum haud temerè quempiam adlegit: eruditionem atq; bonitatem C
in cooptandís illís potissimum spectauit. Neminem, nisi antea sibi probatum &
cognitum, creauit. nam eum ordínem ad pristinum modum, & splendorem à D.
Paulo præscriptum, reduxit. Curiosè cauit, ne quis auarus, aut ambitiosus, luxuue
perditus, unquam Pontificalem apicem adipisceretur. Hyldegardæ Reginæ petenti
pro sacrificulo suo, acidem proceribus aulæ rogantibus, respondit: Idoneo, & si pau
peri, iam destinaui: Imperatorem mentiri aut falli non decet, ut obtrudat superis, cu-
ius uitam, mores, ingenium ignoret: &, tantone oneri par sit, compertum non habe-
at. Episcopum Moguntínum, quod lituum aureum, destinctum gemmis, instar Cæ-
sarei sceptri usurpasset, seueríssima coercuit oratione: eidem auaritiam & superbiam
pro concione propalàm exprobrauit indígnabundus & clamitans: En, ait, pastores
nostros, crucem Christi professos, qui spreta cura, & pascendarum ouium sollicitu-
dine, ostentatione, opibus, luxu, Imperatorem quemuis opulentíssimum lacessant.
Quendam pridie feriarum D. Martini designatum Episcopum, quòd is auctus tanta D
dignitate, amicis cœnam exhibens, & (uti fit) mero sese nimium onerans, somno de-
inde oppressus, noctu diuinis rebus non interfuisset, rursus sacerdotio mouit: into-
lerabilem negligentíssimumq; fore ratus, qui primo die sibi non temperaret, ut sui
compos Deum ad iracundiam non prouocaret. Item alium lætiorem ob Pontifi-
catum donatum, atque gestientem, & ab humo in equum absque scamno, siue supe-
pedaneo, uno impetu subsilientem, reuocauit: Vales, inquit, ut uideo uiribus, &
eques haud malus es: tua opera in bellis, ubi tua uirtus enitescat, indigeo: proinde
ignobili & imbecillo oues & gregem pecudum relinque. Hactenus Auentinus.

Alicubi in Decreto citatur Caroli Magni statutum, in quo ille queritur, impo-
suo Regno à Papa uix ferendum iugum. Sed credo alicuius recentioris Caroli esse.

Ex hisce apparet primùm, Papam tunc non habuisse ullum regimen in exteras
Ecclesías: quippe cum Reges, Synodos conuocarint, & decreta clericis proposuerint.
Deinde apparet, tunc omnem animam, id est, non minus clericos quàm laícos, po-
liticis magi-

A liticis magistratibus subiectam fuisse. Postremò cernitur quòd ex animo quidem erroribus, & abusibus, qui nunc sanè regnant, tunc uerò oriebantur, pientissimi illi Cæsares & patres resistere uoluerunt, sed frustra: uincente tandem impietate Antichristi, sicut Daniel prædixit.

Editus est libellus in decimosexto (ita enim uocant) folio, Parisijs (ut opinor) nomine Caroli magni, contra synodum quandam Græcam, quam Græci paulo ante Niceæ pro statuarum adoratione celebrauerant, & septimam uocauerant. Refutat ergo prædictus libellus illam synodum, & præsertim statuarum adorationem, prolixè & accuratè reijciendo uestitum, suffitum, lumina, & alia ornamenta statuarum, item & geniculationem ante eas. Facit horum quatuor librorum & Eccius mentionem in suo Enchiridio. Is uerò qui edi eum libellum curauit, multis firmisq; B argumentis euidenter probat, non esse supposititicium aut adulterinum. Dicit inter alia, etiam Romæ in Lateranensi bibliotheca idem exemplar uetustis Longobardicis literis descriptum extare: id quod Augustinus Steuchus, eius bibliothecæ præfectus, publico etiam scripto testatur. Scriptus porrò ille libellus ea ratione & occasione est, quòd, sicut Constantinopolitanus Imperator Concilium pro statuarum adoratione celebrari curauerat, suaq; etiam authoritate eam idololatriam defendere ac propagare conatus erat: sic contra Carolus tum synodo Francofordiæ congregata, tum suo proprio scripto ab ea comprobato eandem reiecit ac damnauit. Quod uerò in Francofordiana synodo, præsente & præsidente Carolo Magno, non tantum Felicis error de filio Dei, sed & illa septima Græca synodus propter errorem adorationis statuarum damnata sit, postea dicetur.

Apparet porrò ex eodem scripto, Carolum Magnum, & alios pios, tunc longè leuius de adoratione sanctorum sensisse, quàm nunc Papistæ. Quippe qui sæpius repetit, solum Deum adorandum esse: sed tamen sanctis uiris suum quendam honorem ac uenerationem rectè exhiberi posse. Cæterùm statuas adorandas penitus non C esse, mirum non est Carolum sensisse. Nam & Gregorius Magnus non ita multo antè idem senserat, ac docuerat, ut apparet ex epistola ad Syrenum Massiliæ Episcopum. Citat porrò & Carolus in prædicto libello Gregorium, ac probat de eius sententia, statuas adorandas non esse.

Audio & Ludouici Caroli Magni filij librum in Gallijs extare, contra eandem Græcam synodum, in quo longè acrius, quàm in priore patris, imaginum adoratio damnetur.

Edictum Caroli Magni.

ADijciamus sanè hic initium & finem edicti Caroli Magni: ut inde appareat, quòd tunc temporis etiam Ecclesiasticarum rerum curam Cæsares ac Reges habuerint, nec eam partem totam sibi soli Romanum Pontificem uindicare D sint passi.

Regnante Domino nostro IESV CHRISTO in perpetuum, Ego Carolus gratia Dei, eiusq; misericordia donante, Rex & Rector regni Francorum, & deuotus Ecclesiæ defensor, humilisq; adiutor, omnibus Ecclesiasticæ pietatis ordinibus, seu secularis potentiæ dignitatibus, in Christo Domino Deo æterno perpetuæ pacis & beatitudinis salutem.

Considerans pacifico mentis intuitu, unà cum sacerdotibus & consiliarijs nostris, abundantem in nos nostrumq; populum Christi regis clementiam, et quàm necessarium est non solum toto corde & ore eius pietati agere gratias incessanter, sed etiam continua bonorum operum exercitatione eius insistere laudibus: quatenus qui regno tantos contulit honores, sua protectione nos nostrumq; regnum in æternum conseruare dignetur. Quapropter placuit nobis uestram rogare solertiã, o pastores Ecclesiatũ Christi, & ductores gregis eius, & clarissima mundi luminaria, ut uigili cura et sedula admonitione populum Dei per pascua uitæ æternæ ducere studeatis, et

errantes

errantes oues bonorum exemplorum seu adhortationum humeris intra Ecclesiasticæ firmitatis muros reportare satagamini, ne lupus insidians aliquem canonicas sanctiones transgredientem, uel paternas traditiones uniuersalium conciliorum excedentem, quod absit, inueniens deuoret. Ideo magno deuotionis studio admonendi & adhortandi sunt, imò compellendi, ut firma fide & rationabili perseuerantia intra paternas sanctiones se contineant. In quo opere & studio sciat certissimè sanctitas uestra, nostram uobis cooperari diligentiam. Quapropter & nostros ad uos direximus missos, qui ex nostri nominis authoritate unà nobiscum corrigerent, quæ corrigenda essent. sed & aliqua capitula ex canonicis institutionibus, quia magis nobis necessaria uidebantur, subiunximus: ne aliquis quæso huius pietatis admonitionem esse præsumptionem iudicet, qua nos errata corrigere, superflua abscindere, secta coartare studeamus, sed magis beneuolo charitatis animo suscipiat. Nam legimus in Regum libris, quomodo sanctus Iosias regnum sibi à Deo datum circumeundo, corrigendo, admonendo, ad cultum uerum Dei studuit reuocare: non ut me eius sanctitati æquiperabilem faciam, sed quòd nobis sunt quęq; sanctorum semper exempla sequenda & quousq; poterimus, ad studium bonæ uitæ in laudẽ & in gloriam Domini nostri Iesu Christi congregare necesse est. Quapropter, ut prædiximus, aliqua capitula notare iussimus, ut simul hæc eadem uos admonere studeatis, et quæcunq; uobis alia necessaria esse sciatis: nec aliquid quod uestræ sanctitati & populo Dei utile uideatur omittite, ut pio studio admoneatis, quatenus & uestra solertia & subiectorum obedientia æterna fœlicitate ab omnipotente Deo remuneretur, &c. Et paulo pòst inter regulas, & hæc recensetur.

Primò omnium, ut fides catholica ab omnibus Episcopis & presbyteris legatur diligenter, & omni populo prædicetur. Quia hoc primum præceptum est Domini Dei omnipotentis in lege: Audi Israel, Quia Dominus Deus tuus est: & ut ille diligatur ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & ex tota uirtute nostra. Et aliquanto pòst sic tandem illud edictum Caroli concludit.

Sed & uestrum uidere est, dilectissimi & uenerabiles Pastores, & Rectores Ecclesiarum Dei, ut presbyteros mittatis per parrochias uestras, ad regendum, & ad prædicandum per Ecclesias uestras, populum Deo seruientem, ut rectè & honestè prædicent: & non sinatis noua, uel non canonica aliquos ex suo sensu, & non secundum Scripturas sacras, fingere & prædicare populo: sed & uosmetipsi utilia, honesta & recta, & quæ ad uitam ducunt æternam, prædicate, aliosq; instruite ut hæc eadem prædicent. Primò omnium prædicandum est omnibus generaliter, ut credant patrem & filium & spiritum sanctum unum esse Deum omnipotentem, æternum, inuisibilem, qui creauit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Et unam esse Deitatem, substantiam & maiestatẽ in tribus personis, Patris & Filij & Spiritus sancti. Item prædicandum est, quomodo Dei filius incarnatus sit de spiritu S. & ex Maria semper uirgine, pro salute & reparatione humani generis passus, sepultus, & tertia die resurrexit, & ascendit in cœlo: & quomodo iterum uenturus sit in maiestate diuina, iudicare omnes homines secundum merita propria: & quomodo impij propter scelera sua cum diabolo in ignem æternum mittentur, & iusti cum Christo & sanctis Angelis suis in uitam æternam.

Item diligenter prædicandum est, resurrectionem mortuorum esse: ut sciant & credant, in ijsdem corporibus præmia meritorum accepturos.

Item cum omni diligentia cunctis prædicandum est, pro quibus criminib. deputentur cum diabolo in æternum suppliciũ. Legimus enim, Apostolo dicente: Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immundicia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitię, contentiones, æmulationes, animositates, irę, rixæ, dissensiones, hæreses, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quę prædico uobis, sicut prædixi, quòd qui talia agunt, regnum Dei nõ possidebunt. Ideo hæc eadem, quę magnus Prædicator Ecclesiæ Dei singillatim nominauit, cum omni stu-

A omni ſtudio prohibete: intelligentes, quàm ſit terribile illud quod dixit. Qui talia agunt, regnum Dei nõ cõſequentur. Sed omni inſtantia admonete eos de dilectione Dei & proximi, fide et ſpe in Deo, de humilitate & patientia, de charitate & continentia, de benignitate & miſericordia, de eleemoſynis, & confeſsione peccatorum ſuorum: & ut debitoribus ſuis ſecundum Dominicam orationem ſua debita dimittant, ſcientes certiſsimè, quòd qui talia agunt, regnũ Dei poſsidebunt. Et hocideo diligentius iniungimus charitati ueſtræ, qui ſcimus temporibus nouiſsimis pſeudodoctores eſſe uenturos, ſicut ipſe Dominus in Euangelio prædixit, & apoſtolus Paulus ad Timoth. teſtatur. Ideo dilectiſsimi, toto corde præparemus nos in ſcientia ueritatis, ut poſsimus contradicentib. ueritati reſiſtere, & diuina donante gratia uerbũ Dei creſcat, currat et multiplicetur in profectũ ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſalutem animarum noſtrarum, & laudem & gloriam nominis Dei noſtri IESV CHRISTI. Pax prædi-
B cantibus, gratia obedientibus, gloria Domino Deo noſtro Ieſu Chriſto, Amen.

Anno Dominicæ incarnationis DCC. LXXXVIX. indictione XII. anno XXI regni noſtri, actum eſt huius legationis edictum in Aquis palatio publico. Data eſt hæc charta die decima Kalend. Apriles.

Leo III.

CAroli Magni tempore ſedit Romæ Papa Leo III, homo ſanè indoctus, & Latini ſermonis admodum ignarus. Habeo aliquot eius epiſtolas ad Carolum, prorſus rudes ac barbaras. Ex quibus apparet, tum temporis Cæſareos miniſtros, nõ Pontificios, Romæ ius dixiſſe. In quadam epiſtola exponit ſummam Cæſareæ epiſtolæ, cui reſpondet: ex qua ſummaria ſententia, facilè & Paparum impudentia, perfricta frons aciniuſticia, & Cæſaris grauitas & ſeueritas, qui eum de ta-
C libus redarguit, perſpici poteſt. Sed adijciam ipſa Papæ uerba, quantumuis barbara, inepta & obſcura. Cumq; per ordinem ad ſextum coniungeremus capitulum, quantum gaudium & lætitiam prædictæ epiſtolę, atq; cætera capitula nobis ingeſſerunt, tantum mœrore & triſtitia poſtmodum ſumus repleti. Continebat enim in ipſo præfato ſexto capitulo, quod miſſos iam inuenire non ualetis qui nobis placeant, de qua re ualde triſtatur ueſtra Serenitas, & nullus de ipſis qui iam ad nos fuit directus, per ſuam uoluntatem amplius miſſus erit, excepto quòd obediẽtiam ueſtram uoluntariè unuſquiſq; adimplere cupit: & non ſolum miſsi ueſtri timent ueſtram portare legationem ad noſtram puſillanimitatem, uerum etiam alij iam non ſunt auſi quærere à
D uobis auxilium: quia nullus eſt qui ueſtram quæſiuit clementiam, ut dicunt, qui poſtmodum ad plenum potuiſſent peruenire in gratiam noſtram. & quia plures directos habuiſtis miſſos fideles, ex quibus iam alij mortui ſunt, & ipſi blaſphemati fuerant: & de ipſis qui uiuunt, nullus iam ſine blaſphemio eſſe uidetur. Vnde nobis fili dulciſsime, quid aliud agendum eſt? Memorabile uerò eſt, quòd hic ipſe indoctiſsimus Papa ſanxit, ut Pontificia decreta omnium ſcriptorum authoritati ac teſtimonijs præferantur. O intollerandam audaciam & inſcitiam.

Synodus VII.

COngregata eſt ſynodus quædam (quam Græci ſeptimam uocauerunt) Cõſtantinopoli, circa annum Do. 700. In qua non tantum cultus imaginum, ſed & ipſæ imagines penitus damnatæ ſunt, & ex templis eiectæ. Scripſit in ea ſynodo librum Gregorius Neocæſarienſis Epiſcopus, non ille uetus, ſed alius, illo multò recentior. In eo libro refutat ſatis diligenter imagines, tum ex ſacris literis, tum ex Patrum teſtimonijs. Is liber tum coram tota ſynodo eſt lectus ac cõprobatus, reliquisq; ſynodi actionibus tanquam commune quoddam decretum inſertus. Verùm poſtea eſt contrario libello ab altera ſeptima Græca ſynodo Nicæna, ſecunda uocata, rejectus: quæ demum à Francofordenſi concilio & Carolo Magno, ut príus audiui-

mus, est damnata. Vterq; prædictus libellus est actis posteris huius septimæ synodi insertus. A

Recitabo aliquot Canones huius synodi, ut clarius eius sententia cernatur.

Octauus Canon.

Si quis diuinam Dei Verbi secundum incarnationem figuram, materialibus coloribus studuerit effigiare, & non ex toto corde oculis intellectualibus ipsum sedentem à dextris Patris, super solis splendorem lucentem, in throno gloriæ adorare, anathema.

IX.

Si quis incircumscriptibilé Verbi Dei essentiam & hypostasin, propterea quòd incarnatus est, naturalibus coloribus imaginibus ad formam hominis depinxerit, & B qui non theologicè sentit eam post carnem, non minus incircumscriptibilem remansisse, anathema.

X.

Si quis indiuisam Dei Verbi naturæ & carnis secundũ hypostasin, unitionem, uidelicet ex utrisq; unam inconfusam, & impartibilem perfectionem factam, in imagine depingere conatur, uocatq; eam Christum (Christus enim nomine uno & Deum & hominem significat) & ex ea re confusionem duarum naturarum monstrose asserit, anathema.

XI.

Si quis carnem hypostasi Verbi Dei unicam diuiserit, & in nuda cogitatione mentis eam habens, ex eo conatus fuerit illam in imagine depingere, anathema. C

XII.

Si quis unicum Christum in duas hypostases diuiserit, ab una parte Dei filium, ab altera parte Mariæ filium collocans, neq; continuam unitionem factam cõfitens, & ob id in imagine tanquam per se subsistentẽ Mariæ filium depinxerit, anathema.

XIII.

Si quis ex unitione ad diuinum Verbum, Deificatam carnem in imagine pinxerit, ueluti diuidens eam ex assumpta & deificata Deitate, & indeificatam ex hoc eam conficiens, anathema.

XIIII.

Si quis in forma Dei existentem Deum Verbum, serui formam in propria hypostasi assumentem, & per omnia nobis similem factum, sine peccato, conatus fuerit materialibus coloribus figurare, ueluti si nudus homo fuisset, & hoc modo ab inseparabili & incommutabili Deitate seiungere, ueluti quaternitatem inducturus in sanD ctam & uiuificam Trinitatem, anathema.

Lege Christiane frater & ipsum libellum, prædictæ synodi, reperies ibi certa testimonia Scripturæ ac Patrum contra idolatriam statuarum. Ne prolixitatem fuissemus ueriti, interseruissemus eum nostro huic operi.

Synodus Francofordiensis.

SYnodus Francofordiensis, circa 700. Do. annũ sub Carolo Magno congregata, qui et præsedit ei, inter alia damnauit Græcam synodũ paulò antè in Nicæa, ab Irene matre, muliere superstitiosissima, & Cõstantino filio celebratam. Causam porrò cur eam damnauerit, Vrspergensis & alij Papis fauentes historici, cum damnatione narrent, studio subticuerunt: cum id indicare, uel maximè ad historici officium pertinuisset. Non enim tam refert scire, quis doctor, aut quæ synodus sit probata, damnata, aut reiecta, quàm, propter quæ dogmata.

Verùm

A Verùm quoquo modo ueritatem occultarint, ac præsertim Papistæ, & adhuc occultent: tamen tandem, Dei beneficio, ea emersit, & indies magis ac magis emerget. Nam editum est antè paucos annos alicubi in Gallijs, & nunc in Germania recusum prolixum scriptum Caroli Magni, contra prædictam Græcam synodum, statuarum adorationem asserentem & defendentem. Is qui id scriptum edi curauit, multis firmisq; testimonijs, ut superius indicatum est, probauit, esse genuinum Caroli, & non suppositicium. Adscripsit etiam duos articulos Francofordianæ synodi ex uetustissimo codice, in quorum secundo disertè indicatur, Græcam synodum propter statuarum adorationem damnatam esse.

Liquet sanè ueritas, rectè rem perpendenti, etiam sine hoc testimonio. Nam certum est, tum Irenem ac filium eo tempore imaginibus addictissimos fuisse, tum synodum illam adorationem imaginum contra suos maiores approbasse ac defendisse imò id solum egisse. Quare cum ea synodus à Francofordensi damnata sit, ni-
B mirum ob eam ipsam erroneam sententiam de imaginibus damnatam esse necesse est. Aut si id Papistæ negant, proferant quæso causam, cur Græcam synodum damnarint. Quid uerò, quòd Auentinus authenticus historicus testatur, in synodo Francofordensi sub Carolo Magno celebrata, acta Græcorum (uerba eius recito) de adorandis imaginibus rescissa esse? Sed adscribam locum integrum. Carolus Decembri Reginoburgio exit Sualouoltas, & ad fossam superiorem nauibus per terram tractis progreditur: inde nauibus in Rhœdoneſſo delatus in Mænum, Vitzeburgum (caput est antiquę Franciæ, insigne sepulchro diui Chiliani) ultimo Decembri peruenit: unde Francophoron migrauit, ibiq; reliquum hyemis exegit. Huc frequentes coire Pontifices Galliarum, Italiæ, Germaniæ imperat. Adfuere Romani Pontificis
C legati, Theophylactus & Stephanus Episcopi: tertiò ibidem condemnata est hæresis Fœliciana, Eliphandanaq;, de adoptione filij Dei. Omnes subscripsere sacerdotes: ipse quoq; Fœlix & Elíphandus, agnoscentes errorem: uenia data, dignitasq; seruata. Item acta Græcorũ de imaginibus adorandis rescissa sunt. Fastocrata Regina quarto idus Augusti tunc fato concesit. Habeo etiam peruetustos Francorum annales, in quibus ita legitur de actis Francofordiensis synodi: Pseudosynodus Græcorum pro adorandis imaginibus habita, & falsò septima uocata, ab Episcopis damnatur, &c.

Vt autem ueritas historiæ paulò clarius innotescat, sciendum est, Græcos multis annis ante & post prædictam Irenem, eiusq; synodum, adeò acriter imagines insectatos, ut ne ornatus quidem causa eas usquam, præsertim in templis, ferre uoluerint: prorsus ut hoc tempore à quibusdam fit. At hæc Irenes synodus contrà, non tantum haberi, sed & adorari imagines uoluit, ac seueriter mandauit. damnauitq; anathemate omnes contraria sentientes. Verùm Carolus Magnus, cum sua Francofordiana synodo, medium sequuti, & ferri uoluerunt imagines, uel ornatus uel historiæ
D gratia: & tamen nullatenus adorari, seu quoquo modo honorari, non uestiri eas, non lumina accendi, seu suffitũ eis fieri, non procumbere aut genua flectere, aut curuari homines ante eas. Quare, ut dictum est, hac de causa Græcam synodum tunc temporis pro adoratione statuarum celebratam damnarunt.

Sed age conclusionis loco, ut indubitata sit omnino huius prioris q; narrationis ueritas, adijciamus testimonium Hincmari Remorum Archiepiscopi, ex 20. capite eius libri contra eiusdem nominis Iandunensem Episcopum.

Septima autem apud Græcos uocata uniuersalis pseudosynodus, de imaginibus, quas quidam confringendas, quidam autem adorandas dicebant, neutra uerò pars intellectu sano diffiniens sine autoritate Apostolicę sedis, non longè ante nostra tempora Nicææ est à quamplurimis Episcopis habita, & Romam missa, quam etiam Papa Romanus in Franciam direxit. Vnde tempore Caroli Magni Imperatoris, iussione Apostolicæ sedis, generalis synodus in Francia, conuocante præfato Imperatore, celebrata, & secundum Scripturarum tramitem, traditionem q; maiorum, ipsa Græcorum pseudosynodus destructa & penitus abdicata. De cuius destructione non

modicum uolumen, quod in palatio adolescentulus legi, ab eodem Imperatore Ro A
mam est per quosdam Episcopos missum. In cuius uoluminis quarto libro, hæc de
Vniuersali nomine scripta sunt: VNIVERSITAS ab uno cognominatur, quòd uno
multotiens uerso propagatur. Nam multitudo unitatum uertendo in unum collec-
ta, uniuersitas efficitur. Sicut enim Ecclesia uniuersalis est, quæ Græco eloquio Ca-
tholica dicitur: ita nimirum omne quicquid ab eius unitate non discessit, Catholi-
cum nuncupari potest. Omnis enim doctrina Christiana, uel quælibet constitutio
siue traditio talis esse debet, ut uniuersali conueniat Ecclesiæ, quod nequaquam hæ-
retici obseruauere, qui per diuersas mundi partes aliquibus regionum partibus coar-
tati, conuenticula quædam statuere, quibus & se & quamplurimos ab Ecclesiasticæ
unitatis consortio segregauerunt. Cùm ergo duarum & trium prouinciarum Præsu-
les in unum conueniunt, si antiquorum Canonum institutione muniti, aliquid præ-
dicationis aut dogmatis instituunt, quod tamen ab antiquorum Patrum dogmati-
bus non discrepat, Catholicum est quod faciunt, & fortasse dici potest uniuersale: B
quoniam quamuis non sit ab uniuersi orbis Præsulibus actum, tamen ab uniuerso-
tum fide & traditione non discrepat: quod crebrò factum in plerisq; mundi parti-
bus, quibusdam necessitatibus incumbentibus, scimus. Multa enim Concilia gesta
sunt, quorum institionibus sancta munitur & roboratur Ecclesia. Si uerò duarum
aut trium prouinciarum Præsules in unum conuenientes, noua quædam statuere cu-
pientes, conuenticula quædam faciunt, quæ non cum uniuersi orbis Ecclesia senti-
unt, sed ab ea quadam ex parte dissentiunt, non est Catholicũ quod faciunt, & ideo
uniuersale nuncupari non potest. Omne quod Ecclesiasticum est, Catholicum est:
& omne quod Catholicum est, uniuersale est. Omne autem quod uniuersale est, pro
fanis uocum nouitatibus caret. Omne igitur quod Ecclesiasticum est, profanis uo-
cum nouitatibus caret. Et si hæc synodus uocum nouitatibus careret, ac antiquorum
Patrum dogmatibus contenta esset, uniuersalis dici poterat. Non autem antiquo-
tum Patrum dogmatibus contenta est: non igitur uniuersalis dici potest. Vniuersa- C
lem planè eandem synodum non cunctaremur profiteri, nisi eam uniuersalis Eccle-
siæ dogmatibus sentiremus refragari. Hæc Hincmarus.

Græca illa synodus septima ab ipsis uocata, quam à Francofordensi & Carolo
damnatam esse diximus, est anno 1551. Coloniæ in secundo Conciliorũ tomo, sub titu
lo secundæ Nicenæ synodi edita: congruunt etiam ipsa capita cum Caroli refutatio-
ne. Omnia enim quæ ex ea Carolus in suo libello citat ac refutat, ibi clarè ponuntur.

Est uerò illud uel in primis dignissimum obseruatu, quòd ipse Papa Adrianus
hanc synodum descriptis literis ad Imperatorem & ad Tarasium Constantinopoli-
tanum Patriarcham probauit: quin & legatos ibi unà habuit, qui omnia decernere
& comprobare adiuuerunt. Legati fuerunt, Petrus Protopresbyter S. Petri, & Petrus
Monachus S. Sabæ: sic contra etiam Francofordensem synodũ Papæ legati compro
barunt. Quare Francofordiensis synodus, & Carolus in hac re non tantum hanc Græ D
cam synodum, sed & ipsum Papam errantem in idololatria statuarum damnarunt,
tametsi publicæ tranquillitatis causa eum diserte nominatimq; petere & damnare
noluerunt. Sed ne dubites, eos etiam ipsum Papam Adrianum, sed sine nomine, pe-
tijsse ac oppugnasse. Confer quæso duas eius epistolas ad Imperatorem Constant.
& Tarasium, cum cap. 17. 18. 19. primi libri, & cum 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 23. 24. 25. 26. secun-
di, & 15. 16. tertij libri. Caroli Magni: inuenies profectò manifestissimè, nihil aliud Im
peratorem ac synodum in illis capitibus egisse, quàm ut illas Papæ epistolas diligen-
ter & accuratè refutaret: tametsi tacito Papæ nomine, quietis publicæ, ut dixi, studio.

Exagitat etiam Carolus satis acerbè Iohannem Antiochenum, quòd adulato-
riè prædicasset, concordiam Tarasij & Adriani de imaginum adoratione: eoq; im-
pudenter dictum illud Psalmi, Pax & ueritas sibi mutuò obuiatæ sunt. Vnde itidem
cernis, Carolum, etiam ipsum Adrianum suo scripto petijsse & pupugisse. Fuit pro-
fectò tum temporis non leue certamen inter Carolum, eiusq; Episcopos, ac Papam:
licet dissi-

A licet dissimulanter & tectè, ut ex collatione prædictarum Papæ epistolarum, & Caroli libro, animaduerti potest: item ex eo, quòd Papa cum suis Papistis nihilominus paulo pòst Caroli mortem, Claudium Taurinensem Episcopum, qui Carolo intimus fuerat, ob id ipsum damnauit, quòd cruces & statuas adorari non sit passus. Videtur Papa cessisse quidem Carolo Magno, eiusq; synodo, tanto impetu tum adorationem statuarum damnantibus. Verùm paulo pòst mortuo Carolo, suas puppas denuò ornare & colere cœpit.

Præclaram profectò, & Ecclesiæ Dei apprimè utilem operam nauaret, si quis semel tum Græcam septimam illam, seu secundam Nicænam synodum ederet, tum Francofordiensem, & Caroli Magni librum, tum capita synodi Græcę cum Caroli refutatione diligenter conferret: & demum hæc ipsa testimonia Auentini, Hincmari,
B Eccij, & alia, de refutatione Caroli Magni, quòd non sit supposititicius, adiungeret: quo tandem omnes pij cernerēt, quòd initio multi erroribus Antichristi restiterunt: sed ipse subinde plures, & quidem ante damnatos, sepultosq;, ex barathro infernali resuscitarit, & in Ecclesiam induxerit. Prodesset ea opera & ad id, ut Papistis clamantibus suam religionem inde ab Apostolis durasse, os obstrueretur. Non enim profectò minima, si non maxima, pars religionis Antichristianæ seu Papisticæ est hoc tempore, cultus idolorum: de quo præclarè Ludouicus Viues suprà Aug. de Ciuitate Dei scribit, se non uidere, quid sit discriminis inter pleroscq; Christianos statuas colentes, & Ethnicos sua idola adorantes.

Cabilonense Concilium.

C Abilonense Concilium circa annum Do. 800. sub Carolo Magno celebratum, multa utiliter statuit, in quibusdam etiam crescenti superstitioni & abusibus re-
C stitit. Præcepit enim, ut sacerdotes & Episcopi diligenter studeant in sacris literis, ac doceant suam plebem. Item, ut sedulò ubiq; scholas iuuentutis instaurent & erigant. Seuerissimè quoq; coercuit sacerdotum & monachorum impuram rapacitatem, quos queruntur illi patres, persuadere simplicibus hominibus, ut sua bona templis aut monasterijs stultè largiantur, ipsiq; se se in monachatum præcipitent. Quinetiam iussit id Cōcilium, omnino omnia illa bona suis hæredibus, parentum stultitia, & sacerdotum auaritia spoliatis, reddere. Vetuit præterea, ne Episcopi aut sacerdotes alant canes, aut accipitres: neue se se inebriēt, ac ita minus liberè suum uulgus arguere ausint: ne se implicent negocijs ciuilibus, ne quicquā à suis inferioribus sacerdotibus exigant: ne item quicquam pro chrismate, aut Ecclesiarum dedicatione, aut sacerdotū ordinatione accipiant. Iussit, ut publicè peccātes, publicè pœnitentiā agant.

Verùm peregrinationes religionis causa, in primis seueriter coercuerunt. Sic enim 45. Canone de eis sentiunt ac sanciunt.

Nam & à quibusdam qui Romam, Turonum ue, & alia quædam loca sub
D prætextu orationis inconsultè peragrant, plurimùm erratur. Sunt presbyteri & Diaconi, & cæteri in cleto constituti, qui negligenter uiuentes, in eo purgari se à peccatis putant, & ministerio suo fungi non debere, si præfata loca attingant. Sunt nihilominus laici, qui putant se impunè aut peccare, aut peccasse, quia hæc loca oraturi frequentant. Sunt quidam Potentum, qui acquirendi census gratia, sub prætextu Romani siue Turonici itineris, multa acquirunt, multos pauperum opprimunt: et quod sola cupiditate faciunt, orationum siue sanctorum locorum uisitationis causa se facere uideri affectant. Sunt pauperes, qui uel ideo id faciunt, ut maiorem habeant materiam mendicandi. De quorum numero sunt illi, qui circumquaq; uagantes, illò se pergere mentiuntur: uel quia tantum sunt uecordes, ut putent, se sanctorum locorum sola uisione à peccatis purgari, non attendentes quod ait beatus Hieronymus: Non Hierosolymam uidisse, sed Hierosolymis benè uixisse, laudandum est. De quibus omnibus Domini Imperatoris, qualiter sint emendanda, sententia expectetur. Qui uerò peccata sua sacerdotibus, in quorum sunt parochijs, confessi sunt, & ab his

agendæ pœnitentiæ consilium acceperunt, si orationibus insistendo, eleemosynas A
largiendo, uitam emendando, mores componendo, Apostolorum limina uel quo
rumlibet sanctorum inuisere desiderant, horum est deuotio omnibus collaudanda.

Talis planè opinio, quòd illa ipsa tantum aliquorum locorum uisitatio peccata
purget, ac Deum placet, postea in Papatu inualuit: utpote cum etiam alios pro se mit
tere ad tales peregrinationes, religiosum putauerunt esse. Imò etiam mortuos tali-
bus aliorum peregrinationibus iuuari somniant. Quod uerò prædictæ synodi Pa-
tres uidentur probare peregrinationes, id faciunt partim temporum illorum regnan
tisq; superstitionis consensu uicti, sed tamen ita probant, ut accidentia quæ adiun-
gunt, magis quàm ipsam peregrinationem probare uideantur. Nempe si pius ac do
ctus sacerdos id ad pœnitentiam seu castigationem eius prodesse putauerit, sicq; illi
perrexerint orationibus insistendo, eleemosynas largiendo, uitam emendando, mo
res componendo, &c. Vt non tam ipsam peregrinationem, quàm hæc optima ac-
cidentia respexerint, ac laudarint. B

Methodius Illyricus.

QVidam Methodius Illyricus, uir doctus, floruit circa 860. Domini annum.
Scribit de eo Auentinus Bauaricorum annalium quarto, quòd Slauis litera-
rum characteres inuenerit, Sacrasq; literas in uulgarem sermonem uerterit.
Ait quoque eum impulisse Dalmatas, aliosq; Illyricos, ut abolita lingua Latina, uul-
gari in sacris mysterijs peragendis uterentur. Quin etiam affirmat, eum ritus Roma
nos penitus ex illis Ecclesijs explosisse. Eo opere perfecto, dicit illum etiam in Baua-
riam peruenisse, idem & ibi tentaturum: sed sacerdotes ac Episcopos concitasse in
eum Principes ac populos, ita ut in Morauiam bonus ille homo aufugerit, ubi mor-
tuus, ac Olmutiæ sepultus sit. Vtinam aliqua eius scripta extarent, historiamq; certa-
minum ipsius notiorem haberemus. Nam non parua, nec uulgaria fuisse oportet. C

Acciderat uerò non ita multò antè, nempe sub Carolo Magno, ut plerisque Ec-
clesijs exterarum regionum, Romani seu Papistici ritus obtruderentur. Quare uerisi-
mile est, istum bonum uirum, tum illa recenti mutatione rituum Ecclesiasticorum,
tum etiam ipsa necessitate intelligibilis sermonis in religione, ad id conandum inci-
tatum esse. Apparet sanè ex istis eius factis, eum non parum melius intellexisse,
quàm reliquum sacerdotum uulgus, quid ad Ecclesiæ Dei ædificationem prosit, aut
obsit. Est uerò adhuc in Ecclesiasticis actionibus, seu sacris usitata uulgaris lingua in
Illyria, siue ea res ab hoc Methodio initium instaurationemq; sumpserit, siue sic sem-
per inde ab initio in usu fuerit.

Syluius, ut superius indicaui, dicit diu multumq; in Romana quadam synodo
deliberatũ esse, an sit Slauis seu Vandalis permittendum, ut uulgari lingua in Sacris
peragendis utantur: sed tandem cœlitus auditam uocem: Omnis lingua laudet Do
minum: sicq; eis concessum esse. Cæterùm ritus planè Romani sunt, exceptis pau- D
cis remotioribusq; locis, ubi Græca religionis forma est. Scribit Auentinus, in maxi-
ma ueneratione esse, ac ueluti pro sancto coli in quibusdam locis in Illyria, istum Me-
thodium. Dubitat etiam, an idem hic fuerit cum alio quodam Methodio Morauo-
ensi Episcopo, ad quem olim Eugenius secundus scripserat.

Michael Palæologus Imperator.

MIchael Palæologus Imperator Constantinopolitanus, imperauit circa annũ
Domini 860. Is scripsit quandam epistolam ad Papam Nicolaum primum,
quæ quidem non extat impressa, quod sciam: sed quantum ex responsione
Papæ conijcere licet, fuit satis libera: ac potissimum primatum Papę commentitium
tum ex uerbo Dei, tum ex Patribus & Concilijs, denique etiam historijs refutauit. Hor-
tatus est etiam eadem epistola Papam ad studium concordiæ, deponendamq; illam
immensam

A immensam ambitionem, & tyrannidis affectationem. Papa contra prolixè & superbè declamitat, nullo tamen firmo argumento uel sua communit, uel aduersarium refutat. Vtinam illa Imperatoris epistola extaret: sed non sine causa eam Papistæ suppresserunt. Audio hunc Imperatorem etiam contra idololatriam imaginum scripsisse.

Successores Paparum.

MVlti planè inter Papas (ut etiam Platina sæpius testatur) successores, suorum præcessorum gesta seu acta irrita fecerunt, abrogaruntque. Quin & tota noua quæstio 35. causæ, id disputat, errata priorum Paparum à successoribus corrigi mutarique posse ac debere. Ergo ipsius Antichristi proprio testimonio probatur, eum non esse ἀναμάρτητον, impeccabilem, ut ita loquar: sicut eius adulatores
B & cultores impudenter mentiuntur, eum errare non posse.

Episcopi Belgici.

HAbuerunt & aliquot Episcopi Belgici, circa annum Domini 860. contentionem quandam, eamq; satis uehementem, cum Nicolao primo Papa, de quodam matrimonio. Nolo iam disputare, utra pars iustiorem causam habuerit: illud tantum ostendisse satis sit, illos Episcopos & modestius suas partes egisse quàm Papam. Quid autem dico modestius, cum Papa nihil nisi prorsus tyrannicè furenterq; egerit? & tamen illos Papam non habuisse pro quodam semideo, cui contradicere non liceret, sicut postea factum est. Sed adscribam unam illorum Episcoporum epistolam, quæ in quarto annalium Bauaricorum Auentini inuenitur, ex ipsius autographo descriptam.

C NIcolao Pontifici Guntherus & Theodogutho, Patres, Episcopi, & fratres coepiscopi nostri nos ad te misere, ipsi quoq; sponte Romam uenimus, acta tibi obtulimus, ut si quid in his peccatum erratum ue uideretur, tanquam parens pientissimus benignè & modestè, ut præceptorem decet, commonefaceres. Tu uerò accepto libello nostro, uiginti amplius diebus nullum omnino uel per internuncios responsum reddidisti: tantum abfuit, ut in cõspectum tuum admitteres. Nos ociosi sedimus Romæ. Post demùm mensem ferè nos accersitos, ubi absq; cunctatione aduolauimus, & nihil mali suspicantes, quasi more latronum oppressisti. Nam statim ubi in ædes recepti sumus, pessulo foribus obdito, circundatos turba paganorum, expoliatos itaq; omni ope humana, & comites nostros sacratis profanisq; exclusisti: ibi contra fas, contra decreta, moremq; maiorum, sine cœtu Ecclesiastico, cum circumstetisset nemo Archiepiscopus, nemo Pontificum & symmystarum accessit, neque tu aut de errore nostro quicquam disseruisti, aut ratione aliqua, testimonio, scripto, aut argumentis erroré per te arguisti, nec quicq; penitus tu deseruisti: sed subitò & de improuiso, cũ lateri tuo hæreret Anastasius monachus ambitus con-
D demnatus, sententiam contra nos iniustam, temerariam, & nefariam, & Christianæ religioni repugnantem, de chartula effudisti, & satis proteruè tuis fratribus atq; conseruis uerbis illusisti. Immortalis Imperator Augustam & sponsam suam clara æternaq; suppellectile instruxit, dote non fragili ac caduca condecorauit, sed perpetuò diademate ac sceptro prouexit. Fecit eidem potestatem atq; copiam, ut diuos conseraret, cœlo adsereret, ægros curaret, mortuos immortalitate donaret. Quę beneficia tu ueluti latro intercipis, templo Dei præripis, in teq; transfers, atque lupus factus es ouibus, uiuos occidis, fortes superis detrahis, uulnerib. ad inferos extrudis, gladium melle litum condis, mortuos, quibus per te reuiuiscere non licet. Tu Pontificis quidẽ personam præ te fers, at tyrannũ agitas: sub cultu & habitu pastoris lupum sentimus. Titulus parentẽ mentitur, tute factis Iouem ostentas, cum sis seruus seruorum, dominus dominantium esse contendis. Atqui iuxta disciplinam Christi Seruatoris nostri, infimus es omnium ministrorum templi Dei. Tu uerò libidine dominandi in præceps abis quicquid tibi libet licet, fucusq; factus es Christianis.

Hisce de causis nos, cum fratribus nostris & collegis, neq; edictis tuis stamus, neque uocem tuam agnoscimus, neq; tuas bullas tonitruaq; tua timemus. Tu eos qui Senatusconsultis non parent, impietatis condemnas, iisdem sacrificijs interdicis. Nos tuo te ense iugulamus, qui edictum Domini Deiq; nostri conspuis, concordiam Collegij discindis, pacem, immortalem cœlestis Principis tesseram uiolas. Spiritus sanctus autor est omnium Ecclesiarum, quà longissimè & latissimè terrarum orbis porrigitur. Ciuitas Dei nostri, cuius municipes sumus, ad uniuersos cœli cardines pertinet, maioriq; est urbe, quæ Babylonia à sacris uatibus appellatur: ut quæ diuinitatem usurpet, cœlo se æquet, se æternam fore iactitat, perinde ac si esset Deus, immortalisq; sapiam, neq; unquam se errasse, aut errare posse mendaciter gloriatur.

Addenda ad epist. Teutgaudi & Gunthary.

VTuerò aliquantò clarius appareat quid ij Episcopi, alijq; eis adiuncti egerint, adiungam quædam ex gestis Pontificum Damaso coniunctis: quæ licet nusquam non turpissimè Papis adulentur, eiusq; aduersarios odiosissimè exagitent, tamen à candido prudentiq; lectore facilè ueritas diuinari poterit. His ita peractis unà cum iam dicto Haganone Episcopo, qui sicut quidam Episcoporum eidem coangelico Præsuli scribebant, ob sermones imperitos, qui in prænominatis profanis gestis à Theutgaudo & Gunthario oblatis sonabant, Heliu nominatus est, eò quòd ipse Hagano auctor illorum præfuerit, & talia cum eisdem Archiepiscopis inconuenientibus mendacibusq; loquelis composuerit: Ioanne, de cuius superius memoria textus eloquitur, accito Archiepiscopo cum Gregorio germano fratris illius, qui multarum præuaricationum iuramenti, quod præstauerant, obliti, obnoxij habebantur. Iidem depositi pœnitentiæ lamenta non requirentes, & tantum facinus, quod in uxorem Lotharij Regis gesserant, adhuc non cõdolentes, cum eisdem Haganone scilicet, & Ioanne Rauennate Episcopo, atq; Gregorio fratre eius, contra sedem Romanã, imò specialiter contra summum Pontificem, & populum illi subditum, & à Domino Iesu Christo per beatum Petrum apostolum regni cœlorum clauigerum commendatum, multa nefanda, multa contraria, multaq; sacrilegia, & Christianitatis modum excedentia, palàm & clam, fraudulenter atq; procaciter operari cœperunt ita ut eorum nequitia montes tranaret, & maria, & in cœlum os suum ponentes populum Domini crudeliter discerperent, & innocentes animas uiperea factione deciperent: & quibus non sufficiebant mala præterita, noua & inaudita alia deteriora prioribus, diabolo suadente, facere non recusabant, quia & quod singillatim utriq; prohibitum, & synodicè secundum qualitatem sceleris interdictum fuerat, audacter contingere præsumpserunt: & quæ nunc intentando nemini Domino contempto peregerunt, heu proh dolor.

Cernis lector, ut importunè inuehatur scriptor in illos Episcopos, magis inuectiuam quàm historiam scribens: sed tamen animaduertere potes, illos Episcopos & constanter Papæ tyrannidi restitisse, & contra eius iniustas actiones ualida scripta opposuisse, nec paucos celebres Episcopos illorum sententiæ assensos esse, quod factum non fuisset, si omnino omni iure iustitiaq; caruissent.

Speculum Saxonicum.

IVs Saxonicum, quod illi uulgò Speculum uocant, dicit Papam nihil mandare aut statuere contra iura Saxonum posse. Nondum nimirum tunc erant omnes homines ab Antichristo ita penitus (ut postea accidit) dementati & fascinati, ut omnia quæ ille impudenti ore tyrannicè præcipit, illi protinus pro oraculis Dei amplexarentur, & exoscularentur. Statuit item illud idem ius, ne clerici hæreditatis adeundæ potestatem haberent. Viderunt nimirum prudentes homines, & nimis magnas opes ad clericos peruenire: & non putabant æquum esse, ut qui homines à ciuilibus oneribus immunes esse uellent, ij magnas opes ac hæreditates possiderent. Conditum est autem ius Saxonicum ante mille annos, tametsi qui-

A tametsi quidam scribant, id & à Constantino Magno confirmatum esse.

Luitpertus.

LVitpertus Moguntinus Archiepiscopus, scripsit quandam epistolam ad Ludouicum, qua & grauiter peccare, aut etiã errare Papam indicat: et ipsum Imperatorem, ut eum castiget, hortatur. Vnde licet cognoscere, hunc Episcopũ non ita Papæ mancipium fuisse, sicut præsentes, qui ipsum omnes iudicare, & à nemine contrà iudicare debere, turpiter mentiuntur. Sed adscribamus sanè ipsam epistolam.

DOmino pijssimo & amantissimo, atq; in fide Catholica florẽtissimo Regi Ludouico, Luitbertus Archiepiscopus sanctę Dei Ecclesię uernaculus, præsentem & perpetuam in Domino salutẽ. Tacendi uel deliberandi inducias nõ habeo, neq; enim silere me causa permittit: quam si relinquo apud Dominum nostrum Iesum Christum, cuius interest: inexcusabilis ero, et uobis promissam humanitus fidem
B temeraſſe conuincor, qui in ſpecula, qua conſtitutus ſum, uidens periculum uobis imminens, deſidioſa uel infideli taciturnitate diſſimulem: & Eccleſię Dei, cuius indignus curam paſtoralem ac ſolicitudinem ſuſcepi, negligens effectus, mercenarius potius eſſe uidear, quàm paſtor. Quatitur namq; grauiter, & dehonestatur, primatus et dignitas eius in ſede ſancti Petri, eò quòd inaudita quadam & occulta perſecutione non ab infidelib. & Dominum neſcientibus, ſed ab eis (quod dolendum et plangendum eſt) qui Duces & Rectores populi Dei eſſe debuerũt, iniurijs appetitur, humana diuinis præferre conantib. & neceſſe eſt, dolorem, qui conſtat in capite, niſi ſalubris et uelox medicina ſuccurrat, paulatim per membra diffundi. Igitur quamuis nouerim prudentiam ueſtram humanis admonitionib. non egere, quæ ſynceriſsimam de gratia Spiritus ſancti hauſit doctrinam: mei tamẽ officij eſt, & acta patefacere, & agenda
C demõſtrare. Scitis periculum populi Dei, quod terribiliter imminet: neq; latere uos poteſt, quod ubiq; auditum, ipſa quoq; (ut dicam) elementa tremiſcunt, ut RECTORES, qui ſaluti infirmorũ ſtudere debuerant, relicto ſalutis tramite, eunt in præceps, & ſequentib. ſe foueam perditionis aperiunt. Vnde prudentiam ueſtram ueritatis & iuſtitiæ amatricem exhortor, ut ſecundum datam uobis diuinitus ſapientiam, cum ſcientib. legem Dei, & iuſticiam eius diligentib. tractare ſtudeatis, quomodo remotis diſſenſionum ſcandalis, quę zizaniorũ ſator ſubdola machinatione ſpargere nititur, pax Eccleſijs & unitas optata reddatur, & celeriter uigilantiæ profectus adhibeatur, ne uulnerib. locum præbeat incauta ſecuritas. Neq; enim totum adhuc corpus Eccleſiæ læſum eſt: quanq; capite iniurijs pulſato, membra quædam debilitata eſſe uidentur. & ideo, cum illis quæ ſana eſſe conſtiterit, infirmantibus, ſi fortè medicinam ſuſcipere patiuntur, ſuccurrendum erit: alioquin amputanda erunt, ſecundũ ueri medici
D noſtri præceptum, ne totum corpus eat in perditionem. Quapropter neceſſarium mihi uidetur, & utilè, ut religioſus Princeps Carolus frater ueſter, legatis atq; literis ã uobis deſtinatis, ſuper hoc negocio maturè conueniatur: ut tam ipſe quàm ſacerdotes regni eius, qui hactenus ab huiuſmodi ſordib. mundi ſunt, uobis & ueſtris Epiſcopis adiungantur, eandemq; curam & ſolicitudinem uobiſcum participẽt: quatenus poſteaquam cum auxilio Dei proſperè & pacificè de itinere, quò ire diſponitis, reuerſi fueritis, pari conſenſu & communi ſtudio pacem & concordiam ſanctæ Catholicę & Apoſtolicæ Eccleſiæ orthodoxis dogmatibus, adiuuante Domino, reformetis.

Imperatores & ſynodus Conſtantinopolitana.

INdicaui ſuperius obiter, Imperatores Conſtantinopolitanos cultui imaginũ repugnaſſe: ſed uiſum hoc eſt hic ſuo loco denuò repetere. Teſtatur Richardus de S. Victore Zonaras, & alij, Leonem Imperatorem III. qui imperare cœpit anno Domini 727. acerrimè repugnaſſe cultui imaginum, & reliquiarum Sanctorum. Cuauit quoq; imagines planè tolli.

Idem de-

Idem decreuit & quædam ſynodus Conſtantinopolitana circiter 740. an- A
num celebrata, cui interfuerunt CCC. partim Epiſcopi, partim alioqui docti uiri: cu-
ius ſynodi canones ſupra ſub titulo 7. ſynodi recitaui. Idem ſenſerunt & aliquot ſe-
quentes Imperatores, nempe plures quàm duodecim numero: & cum eis haud
dubiè infiniti alij, totæq; Eccleſiæ ſub eorum imperio exiſtentes: tametſi non defue-
rint etiam, qui contrarium ſenſerint: qualis fuit inprimis illa ſuperſtitioſa ac patrici-
da Hirene, Conſtantini pueri mater, de qua ſuperius.

Leo IIII. Papa.

HIc Pontifex eruditionis ac ſanctitatis nomine eſt apud aduerſarios celebris. Sanè non pauca ſunt in eo contra aliorum Paparum tyrannidem, impieta-
tem & impuritatem laudabilia. Imperatori ut Magiſtratui ſuo ſe obedienter
ſubiecit, quia ab eo ſe iudicari paſſus eſt, ut eius uerba teſtantur 2. q. 7. can. Nos ſi quid
Quę mox in Ludouico recitabimus: Leges Cæſareas coluit, agnouitq; omnem ani- B
mam tam clericorum, quàm aliorum ſuperiori Magiſtratui debere eſſe ſubiectam.
Et teſtatur eos eſſe mendaces qui contrarium ſentiant. Inquit enim diſt. 10. De ca-
pitulis uel præceptis Imperialibus ueſtris, ueſtrorumq; etiam Pontificum præde-
ceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis & conſeruandis, quantò ualuimus & ua-
mus CHRISTO propitio, & nunc, & in æuum nos conſeruaturos modis omnibus
profitemur, & ſi fortaſſe quilibet aliter uobis dixerit, uel dicturus fuerit, ſciatis eum
pro certò mendacem. Idem etiam iuſſu Imperatorum ſynodum Romæ celebrauit, C
in qua de eorum concilio ac ſententia multa utiliter ſtatuit. Eam totam adſcribam
ex eius uita à Luitbrando deſcripta, quandoquidem nondum edita eſt.

Hic concilio & auxilio Lotharij Imperatoris urbem, quam circa Eccleſiam
beati Petri inceperat, pleniter conſummauit, & cum Letania eam circundans, &
aqua exorcizata aſpergens ſanctificauit, & ſuo poſtmodum nomine Leonianam
eam uocauit. His uidens multa ſuo in tempore contra DEVM, & ſalutem anima-
rum Chriſtianorum impudenter fieri, concilio Imperatorum Lotharij & Ludoui-
ci Romæ ſynodum habuit, cum LXVII Epiſcopis, cum quibus XLII capitula
Chriſtianorum ſaluti neceſſaria edidit & firmiter ſeruanda eſſe præcepit.

IN PRIMO enim capitulo inſtituit, ut Epiſcopus iuxta Pauli deſcriptionem &
admonitionem irreprehenſibilis, & boni operis deſiderabilis conſecretur.

SECVNDO, Quiſquis ſacerdos caueat ne pecunijs conſecrationem adipiſcatur,
ne exemplo Simonis in laqueum incidat Diaboli.

TERTIO, Vt bono opere Epiſcopus exiſtat & benè ſpeculetur, qualiter po-
pulum uerbo prædicationis inſtruere debeat.

QVARTO, Vt ſi Epiſcopus inueniatur indoctus, à Metropolitano proprio
admoneatur, & presbyteri, & Diaconi, & Subdiaconi à ſuo Epiſcopo ut docere poſ-
ſint, admonetur, & interim tales presbyteri ac clerici celebrare diuina myſteria &
officia ſuſpendantur, ut docti ualeant ad debitum miniſterium peruenire.

QVINTO, cõfirmauit, quod Cæleſtinus, & Magnus LEO de Epiſcopis inſtitu
erant, uidelicet q̃d non conueniat in Epiſcopũ conſecrari, niſi à clericis et populo fue-
rit poſtulatus. Quia nulla ratio ſinit, ut aliter conſecrati inter Epiſcopos habeantur.
Et cum in eadem Eccleſia dignus nõ inuenitur, tunc primũ aliquis de altera Eccleſia
eligatur, & quantumuis neceſsitas eueniat, tamen inuidioſè nullo modò cõſecretur.

SEXTO, præcepit, ne iuxta Sardicenſem ſynodum, ultra trium hebdomada-
rum ſpacium Epiſcopi à proprijs Eccleſijs morentur, niſi fortè per iuſsionem Metro
politani uel Principis ex neceſsitate contingat, quia abſentia Epiſcopi plerumq; fit
calamitas plebis.

SEPTIMO, neceſſariò ſeruari præcepit, ut iuxta Eccleſiam clauſtra conſti-
tuantur, in quibus clerici diſciplinis Eccleſiaſticis imbuantur, & omnib. unum ſit re-
fectorium ac dormitorium, ſiue cæteræ officinæ ad uſus clericorum neceſſariæ.

Miniſtri

A Ministri uerò præter Episcopum tales eligantur, quorum uita ac doctrina illos potius exornent, quàm dehonestent.

OCTAVO Vt Episcopi diligenter curam habeant in baptisandis plebibus, & cùm necessitas in eos presbyteros ordinandi occurrerit, ut reuerentius obseruentur. Non enim sine consensu ibidem habitantium fieri conuenit.

NONO Vt in congregandis clericis non plures admittantur, quàm facultas rerum eis canonicè attributa sufficere possit.

DECIMO Vt sacerdotes constitui non oporteat, nisi Ecclesijs aut speciali monasterio deputentur, ne necessitas in secularibus domibus illis habitandi occurrat, alioquin à proprijs Episcopis, Aut in Episcopio, aut in monasterijs causa habitandi & conuersandi pro exercendo officio constituantur, ubi mulieres nullam habeant
B copiam conuersandi.

VNDECIMO Vt sacerdotes diuina eloquia sedulò perscrutentur, & populum admoneant, & ludos aliquos ante se fieri non delectentur. Transgressores quippè admonitione Episcopi ulterius agere desinant. Sin autem Canonici iudicentur.

DVODECIMO Vt sacerdotes, qui ad debita & opportuna officia in Ecclesijs indifferenter adesse debent, fœnore aliquo, aut uenatione, uel aliqua aucupatione, rusticorum ministerio omnino non occupentur, nec sine ornatu sacerdotali extra domos suas ad pareant, & ea solummodo quæ Patrum constituta uidentur, obseruent. Contrarij denique inuenti aut deinceps desinant, aut canonicæ disciplinæ subiaceant.

TERTIODECIMO Vt sacerdotes in secularibus negotijs pro testimonio aut conficiendis instrumentis non rogentur, quia eos in talibus rebus esse non conuenit.
C Si enim euentu causæ aliquid uiderint aut audiuerint, ubi nullæ secularium idoneæ personæ inueniantur, en ueritas occultetur, & malus ut bonus existimetur in prouidentia sit Episcopi, ut coram se & competentibus iudicibus aut aliter ueritatem honorificè attollant.

QVARTODECIMO Vt sacerdos, aut quis alius in Ecclesiastico ordine prouectus, si in eo scelere inueniatur, quo abijciendus sit, depositus prouidentia Episcopi benè prouiso loco constituatur, ubi peccata lugeat & ulterius non committat.

QVINTODECIMO Vt si Episcopus, præsbyter, Diaconus, uel etiam Subdiaconus de quacunq; fœmina crimine fornicationis suspectus fuerit, post primam & secundam & tertiam admonitionem Metropolitani, uel alterius Episcopi aut eius cui subiacere uidetur, inueniatur fabulari cum ea, aliquoue modo conuersari, canonicè iudicetur, quia cui proprijam uxorem habere non permittitur, ab omni fœmina se debet abstinere.

SEXTODECIMO Vt nulli Episcoporum liceat res immobiles, de subiectis
D plebibus alijsq; pijs tollere locis, ne in tali facto pauperes inueniantur, contrà agens canonica authoritate coarctandus existat.

SEPTIMODECIMO Vt presbyteri, omnium ad se currentium in quibuscunq; sactis locis, oblationes ad Missarum solennia recipiant, quia cum DEI & hominum mediatores existant, exercendis uotis & relaxandis peccatis largissimam debent orationem peragere.

OCTAVODECIMO Vt Episcopus sibi subiecto sacerdoti, uel alij clerico, nisi ab alio postulatus, dimissoriam non faciat, & ne falsæ aut ueræ credantur, & ueræ ut falsæ suspicentur, uniuersalis Pontificis, uel Imperiali uel Metropolitani bulla eas roborari oportet.

NONODECIMO Vt Episcopi, uniuersique sacerdotes, quia ad solam DEI laudem, bonorumque operum actionem constituuntur, debeant tam pro Ecclesiasticis quàm pro proprijs suis actionibus, excepto publico crimine habere

re habere aduocatum, non malæ famæ suspectum, sed bonæ opinionis, laudabi- A
lis artis inuentum, ac dum humana lucra intendunt, æterna præmia perdant.

VIGESIMO, ut si quispiam sacerdotum iuuentus fuerit, qui aduocatum in iu-
dicio proferre non ualeat. Coram plebe propria suus Episcopus ipsum discutiat. Si
bonæ an malæ conuersationis existat, aut cuius rei causa debitæ aduocatum habere
non possit, malæ uerò inuentus pro qualitate culpę secundum Canonum normam
emendari curetur.

VIGESIMOPRIMO. Vt monasterium uel oratorium canonicè constructum,
à domino constructoris, eo inuito non auferatur, liceatq; illi idem presbytero, cui
noluerit pro sacro officio illius diœceseos, & bonæ authoritatis dimissoriæ cum con
sensu Episcopi ne malus existat, commendare, ita ut ad placitam & iustam reueren-
tiam illius Episcopi obedienter sacerdos recurrat, alioquin canonicis ultionibus B
subiaceat.

VIGESIMOSECVNDO sanciuit ut si quispiam comprobatus inuasor dicat,
pro parte Ecclesiæ se egisse de priuata sibi re pertinente, ab ipso suoq; hærede perfol-
uatur inuasio. Sacerdos deniq; in tali culpa prævaricari inuentus, à proprio canonicè
iudicetur Episcopo. Episcopus à Metropolitano, ut non Ecclesia sibi commissa dam-
num sustineat de inuasione.

VIGESIMOTERTIO De monasterijs monachorum siue sanctimonialium,
& de omnibus alijs pro diuersis necessitatibus ad eleemosynam constitutis, præce-
pit, ut per Episcoporum sollicitudinem, in quorum diœcesi hæc existunt, ordinentur
ad easdem utilitates, quibus constituta sunt.

VIGESIMOQVARTO Dispositi de Ecclesijs quæ in diuersis regionibus sa-
cerdotibus, & solitudine destituta nullo debito officio resonant. Et Episcopus si pro-
prio iuri Ecclesiæ sunt subiectæ, ibidem sine intermissione presbyterum constituat, ut C
si in secularium hominum sunt iure constitutæ ab Episcopo admoneantur. Et si ad-
moniti presbyteros infra trium mensium spacium ibidem neglexerint constituere,
absq; neglectu principis urgeat Episcopus, ut eius sententia emendetur.

VIGESIMOQVINTO Vt Ecclesiæ quælibet destructæ proprio stipendio re-
staurentur, non sufficiente autem necessario à populo plebis auxilientur.

FIGESIMOSEXTO Vt nulli Episcoporum liceat à subiecto sacerdote, uel
alio quolibet clerico ex pijs locis donationem ultra statuta Patrum exigere, aut su-
pra, imposita in angarijs inferre.

VIGESIMOSEPTIMO Vt Abbates tales constituantur, qui sui uocabuli mini-
sterium DEO possint indubitanter supplere, ita docti, ut quencunq; fratrum negli-
gentem uiderint omnino cognoscere possint, & emendare.

VIGESIMOOCTAVO Vt Episcopus in sua diœcesi diligenter perscrutetur il-
los, qui solo habitu monachi existunt, & ad proprium monasterium redire eos co- D
gat, aut prospectu congruo in aliud mittat, ut regularem uitam seruent.

VIGESIMONONO Vt fœminæ quæ habitum religiosum, aut uelamen ob-
tentu religionis susceperunt, deinceps uiro sociari non permittantur, prævaricatæ
autem ad pœnitentiam coerceantur.

TRIGESIMO Vt die dominico nullus audeat mercationes, nisi in cibarijs re-
bus aut quælibet rustica opera facere, alioquin ut transgressor ad pœnitentiam
redigatur.

TRIGESIMOPRIMO Vt dominico die personam suspectam & reatu infa-
mem, aut optima satisfactione soluant, aut in custodijs constituant, ut licitis diebus
iudicetur. Nam legibus infirmatur iudicium dominico die depromptum.

TRIGESIMOSECVNDO Vt nulli laicorum liceat in eo loco ubi presbyteri
& reliqui clerici existunt, quod presbyterium nuncupatur quando Missa celebratur,
consistere. Quia sicuti in Ecclesia singula loca uidentur exposita, ita uirorum pars, &
mulierum partibus suis debet esse contenta.

Trigesimo

A TRIGESIMOTERTIO ſtatuit, ut ſicuti, qui monaſteria elegerunt, à monaſteriſs egredi nõ permittantur, ita hi, qui inuiti ſine iuſtę oſtenſionis crimine monaſteriis ſunt intromiſſi, niſi uolentes non teneantur, quia quod non petunt, non obſeruant.

TRIGESIMO QVARTO, Vt magiſtri & doctores in ſingulis locis, in quibus neceſsitas occurrit, conſtituantur, qui liberales artes aſsiduè doceant, & ſi tales non inueniuntur, tamen diuinæ Scripturæ magiſtri & inſtitutores Eccleſiaſtici officij nullatenus deſint.

TRIGESIMO QVINTO, Vt ſacerdotes admoneant uiros & mulieres, qui feſtis diebus ad Eccleſiam concurrunt, ne ſaltando & turpia uerba decantando choros teneant ac ducant, ſimilitudinem Paganorũ peragendo, quia tales ſi cum minoribus peccatis ad Eccleſiam ueniunt cum maioribus reuertuntur. Si uerò non ceſſant admoniti à communione modis omnibus, ſuſpendantur.

TRIGESIMOSEXTO, Vt nulli liceat excepta cauſa fornicationis uxorem relin-
B quere, & aliam ſibi copulare, alioquin transgreſſorem conuenit ſociari priori coniugio. Si autem uir & uxor ſolummodo pro religioſa uita diuortium inter ſe conſenſerint, nullatenus ſine conſcientia Epiſcopi fiat, ut ab eo ſingulariter prouiſo conſtituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum tum & pro tali re matrimonium non ſoluatur.

TRIGESIMOSEPTIMO, Vt nulli liceat uno tempore habere uxorem & concubinam, quia cum domi non ſit lucrum, animæ fit detrimentum, alioqui Eccleſiaſtica communione uideatur indignus, & ſi perſeuerauerit ab Eccleſia penitus amputetur.

TRIGESIMOOCTAVO, Vt de propria cognatione, uel quam cognatus habuit, nullus audeat in coniugium copulare, ſi quis non fecerit & perſeuerauerit, ſciat ſe uinculis Anathematis innodatum.

TRIGESIMONONO, Vt nullus abſolutè presbyter ordinetur, & ut iuxta facul-
C tatem rerum Eccleſiæ, & oblationes uel reditum clerici ordinentur.

QVADRAGESIMO, Vt presbyteri urbani & ſuburbani, & rurales omnes indifferenter ad concilium Epiſcopi ueniant, aut Canonũ correptionibus ſubiaceant.

QVADRAGESIMOPRIMO, Vt laicus qui presbyterum ſine conſenſu Epiſcopi propriį ſua poteſtate Eccleſiæ cuicunq; inſtituitur à fidelium communione ſeparetur. Presbyteri ſi tertiò ab Epiſcopo uel legato eius de alterius Eccleſia recedere admoniti obedire noluerint, propriį officij gradum amittant.

VLTIMO uerò capitulo immutabiliter præcepit, ne ullus Abbas, aut quilibet alius preſumat presbyteros in Eccleſia ſtatuere, niſi qui & ſacerdotis gradus licitè dare poſsit, quibus ſingulariter & dioceſes pertinent, & qui Canonice debent ipſis Eccleſijs prouidere & præuiſas ordinare.

Prædictus Pontifex in prædicta ſynodo Anaſtaſium presbyterum in aliena Dioceſi morantem & ſæpe numero uocatũ demumq; excõmunicatum, & tamen ad pro-
D priam parochiam redire nolentem depoſuit, & penitus ſacerdotali honore priuauit.

Item in eadem ſynodo monuit, & Apoſtolica autoritate præcepit, ut unusquiſq; Epiſcopus per diœceſes & parochias ſuas per ſe, & ſacerdotes ſuos ſubiectum ſibi populum moneat, ut primitias & decimas incunctanter perſoluant. Has autem dare nolentes, quouſq; ſuppleant à cibo & potu ſuſpendant.

Quod ſi nec pro hac ſuſpenſione ſupplere curauerint, ſancta communione priuentur.

Item, in eadem irrefragabiliter affirmando inſtituit, ut nullus Epiſcoporum uel ſacerdotum, rem ſui tituli uſurpare aut alienare præſumat. Qui autem hoc fecerit Canonicam ſine dubio ſubeat ultionem. Hic ordinauit Epiſcopos XLIII. presbyteros uero XIX. Diaconos VII. Obdormiuit autem in Domino XVI. Kalendas Auguſti.

Hic primùm obſerua lector, quòd tunc tanta fuerit autoritas, & pietas Cæſarum, ut illi negligentem Pontificem excitauerint, eiq; quid ſtatuere debeat quaſi præformauerint. Erant uerò Imperatores in talibus exercitati. Multa enim talia in ſuis

regionibus cum suis Episcopis constituerant. Deinde obserua quòd nõ numerosita A
tem Missarum, aut templorum struendorum, aut sacrificorum instituendorum urse
rit: Sed tantum sanam doctrinam, eruditionem, & cõtinuam populi institutionem.
Tertiò obserua quòd confirmet electionem plebis, inuestituram politicorum domi=
norum, & omnes sacerdotes ac Episcopos suis tantũ Metropolitanis nõ sibi subijcit.

Ludouicus Imperator.

LVdouicus Imperator, Caroli Magni filius, uidens clericos & propriæ uitæ dis=
ciplinam corrumpere, & Ecclesiæ regimen negligere ac deformare, statuit ei
malo ire obuiam. Quare circa annum 800. aut paulò pòst, conuocauit Aquis=
grani frequentissimum Concilium, tum ex Spiritualibus, tum ex politicis proceribus
totius Germaniæ & Galliæ. In eo curauit edi multos canones & regulas, secundum
quos & uitam spiritualium (ut uocantur) & regimen Ecclesiæ reformare, ac in melius
reducere est conatus. Credo esse eam, quæ iam sub hoc titulo est in secundo Conci= B
liorum tomo edita. Faciunt eius reformationis multi mentionem, aiuntq; uocatam
Regulam clericorum. Platina deplorans sui temporis perditissimam Pontificum &
sacerdotum uitam, exclamat: O Ludouice, utinam nunc uiueres. indicans nimirum,
iam uerè indigere reformatione, & acri reformatore, spirituales. Nam quanquã iam
longo tempore sacerdotum status fuerit corruptissimus, nihil tamen fuit malicia Ec=
clesiastici ordinis, temporis Ludouici, ad eam quæ postea secuta est, nostroq; tem=
pore grassatur.

Obseruandum quoque est, Ludouicum indixisse & conuocasse illam syno= C
dum, reformationemq; Ecclesiarum & sacerdotum sui regni instituisse, non Papam.
Habeo epistolam Ludouici ad Archiepiscopum Salzburgensem, qui Concilio non
interfuerat, cui simpliciter sua authoritate, missa illa reformatione, mandat (dicit
enim, Volumus, & decernimus, nullam penitus Papæ mentionem faciens) ut eius
Cõcilij decreta suis clericis proponat, omniaq; diligenter obseruet, & ipse, & alios co=
gat: minaturq; & pœnas ei, qui seruare noluerit. Vnde apparet, Papam tunc ne spi=
ritualem quidem gladium, nedum etiam temporalem, supra omnes Christianos
habuisse: omnemq; animam non tantum laicorum, sed & clericorum, superioribus
potestatibus, ideſt, Politicis magistratibus, secundum Petri præceptum, subiectum
fuisse. Quanquam id quidem nulla coniectura indiget, cum historiæ clarissimè te=
stentur, in potestate Cæsaris fuisse tunc, creare non tantum alios Episcopos & Præ=
latos, sed & Romanum, seu Papam ipsum. Verùm postea demùm meretrix illa ca= D
put contra Deum extulit, Regibusq; ac Cæsaribus (proh nefas) pedes suos fœtidos
osculandos obtrusit. Sed adscribam ipsam Ludouici epistolam, præsertim cum non=
dum editam existimem: ut inde luce clarius appareat, quam nihil iuris tunc habuerit
Papa, supra Ecclesias, præsertim Gallicas & Germanicas. Quin potius contrà Mo=
linæus in sua eruditissima oratione Tubingæ recitata ostendit, tunc & Papas ipsos,
& alios clericos Imperatoribus obediuisse. Dixi superius, de libro Caroli Magni
contra idololatriam statuarum. Sed constat adhuc alicubi inueniri huius Ludouici
longè acrius scriptum de eadem re ac controuersia, contra Græcos, qui tunc statuas
colendas esse, in sua Nicæna synodo secunda decreuerant.

In nomine Domini Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, Lu= douicus diuina ordinante prouidentia Imperator Augustus, uenerabili Arnoni Salzburgensi Ar= chiepiscopo, in Domino salutem.

SAcrum & memorabile conciliũ diuino nutu, nostroq; studio in Aquisgrani pa=
latio nuper aggregatũ, in quo multa ob propagandã Ecclesiasticã dignitatem
& subse=

A & subsequente gratia Christi diligenter tractata atq; instituta sunt, tuam nullatenus credimus latere sanctitatem. Sed quia contigit, eidem sancto & uenerabili Concilio tuam non interfuisse paternitatem, ad tuam destinare decreuimus beatitudinem per præsentem missum nostrum, nomine Nothonem, formulas Canonicæ institutionis ab eodem sacro conuentu ex sanctorum Patrum sparsim digestis sententijs collectas, atque in unum congestas. Quam etiam idcirco penes palatium nostrum diligenter scribi fecimus, ut nihil in se scriptorum uicio, deprauationis aut detruncationis habens, ad te usq; incolumis perferretur. Quapropter uolumus atque decernimus, ut iuxta Metropolitanæ sedis tibi Canonicè collatam dignitatem, nostræq; auctoritatis sanctionem, diœceseos tuæ Episcopos & cæteros Ecclesiæ Prælatos, tempore & loco congruenti ad te arcessere facias, & his coràm capitulatim memoratas institutionis formulas perlegi iubeas: & quid ob exaltandum Ecclesiastici culminis fastigium, & animarum salutem idem sacer conuentus crediderit, liquidò demonstres.

B Sed & his qui in uno collegio Canonicè degunt, tenendam obseruandamq; coram memorato missо nostro percenseas. At si alicuius cordis obtusio eam intelligere nequiuerit, huic siue abs te, siue ab alijs Episcopis, comprouincialibus scilicet, eius doctrinæ fulgore nitentibus, sobriè tradatur. Sed & in hoc nihilominus circumspectâ monemus esse tuam prudentiam, ut ab his qui eas transcripturi sunt, ita transcribantur, ut nec deprauata uicio scriptoris, nec detruncata ab aliquo fiat: sed sicut prædicto missо nostro eis demonstratum fuerit, absque aliqua deprauatione uel detruncatione transcribatur. Noueris etiam, quia ideò illius exemplar apud armarium palatij nostri detentum est, ut eo probari patenter possit, quis eas incuriosè transcripserit, uel quis aliquam eius partem detruncauerit. Omnes ergo tuæ diœceseos Episcopi, & cæteri, eas uigilanti cura transcribere, solerti studio intelligere, instantissimæ assiduitatis exercitio diuinitùs adiutí operibus complere decertent: ut cùm

C nos huius rei gratia inquirendæ ueritatis Kalendis Septembribus, sicut eidem sacro & memorabili Concilio meminimus nos dixisse facturos, missos nostros per imperium à Deo nobis collatum destinauerimus, remota cuiuslibet difficultatis oppositione, eiusdem salutiferæ institutionis, prout Dominus eis posse dederit, strenuí inueniantur operatores: quoniam diligenti indagine, uita comite, perquirere iubebimus, quis iniunctum sibi officium strenuè peregerit, uel quis in claustris Canonicorum & cæteris habitationibus construendis, & in necessarijs stipendijs eis tribuendis, & in domibus ad receptacula pauperum reparandis sanctioni nostræ paruerit, quis ue clerum suum eadem institutione & cæteris spiritalibus documentis instruere curauerit: uel quis causa auaritiæ, eos quos in Christi militia rationabiliter alere poterat, propulerit. Quia unus anni spacium dedimus, ut ea quæ promissa sunt, absque ullius difficultatis excusatione perfici, ubi nec dum facta erant, facilimè possent.

D Nos quoque præfatum missum nostrum ad tuam sanctitatem ideo direximus, ut tuum cæterorumque Ecclesiasticorum in tua diœcesi consistentium, diligenter atque subtiliter in hoc negocio intueretur studium, & ut opem in cæteris commonendis ferret: qui etiam nobis referret, qualiter prælati & prælatæ eam libenter susceperint, diligenter transcribere studuerint, & deuotè adimplere iuxta uires curauerint: quoniam tam diu illum in tua uel comprouincialium tuorum diœcesi morari & discurrere unà cum missо tuo iussimus, donec ab omnibus memoratæ formulæ transcriberentur: ut uidelicet cuncta procurans, diligenterq; perficiens, cum ad nos illum redire opere expleto tempus permiserit, cuncta quæ acta sunt, uestro utrorumque scripto notentur, atque per ipsum tuumq; missum nostræ dinoscentiæ intimentur, ut sciamus quibus gratiarum actiones referre, quosq; etiam dignis correptionibus corrigere debeamus.

Si uerò aliquis tuæ diœceseos eidem institutioni, uestræque admonitioni procaciter reniti uoluerit, & eam quæ ab eodem sacro & uenerabili Concilio constituta atque decreta est, quantum Dominus ei posse dederit, obseruare contempserit: præ-

cipimus, ut si antea huiuscemodi non se correxerit, quicunq; ille est, ante præsentiam nostram tua uel missi nostri admonitione uenire festinaret, quatenus à nobis iuxta quantitatem culpæ dignè corrigatur. Direximus præterea tibi pondus & mensuram, secundum quæ clericis & sanctis monialibus panis & potus æqualiter tribuenda sunt. Quæ ut ab omnibus firmissimè atq; inuiolabiliter teneantur, decernimus: & ne quid incrementi, aut detrimenti à quoquam patiantur, modis omnibus inhibemus. Tuam igitur in calce huius epistolæ admonemus sanctitatem, ut secundum ministerium tibi diuino munere collatum, nostræ in hoc negocio saluberrimæ admonitioni obedienter atq; inexcusabiliter pareas, & cæteris in parendo exemplum bonum tribuas. Dignum quippe iustumq; est, ut quantò sublimius sacerdotij dignitate alijs superemines, & à nobis uenerabiliter diligeris, tantò magis ad Dei nostramq; uoluntatem exequendam, deuotiorem te atq; promptiorem exhibeas. Vale in Domino, & ora pro nobis.

Cum hac epistola pulchrè consonat, quod Amalarius quidam, de quo paulò post, ad hunc ipsum Ludouicum de officijs Ecclesiasticis scribens inquit, interalia: Præsertim cum sciamus uos Rectorem esse totius Christianæ religionis, quantum ad homines pertinet. Vbi hic sedes Apostolica, & primatus Papæ remanet? Simpliciter ac sine omni exceptione ipse Cæsar conuocat synodum ipse decreta synodi, urget, & legatos à latere ad omnes Spirituales mittit, omnibusq; magnum malum, ni pareant, minatur, iubens eos coram se suóue tribunali comparere.

Hic idem Ludouicus Pius paulò post mortem Caroli, cum ad eum allatum esset (ut Henricus de Etfordia testatur) Leonem Papam multos primarios uiros ob nouum quendam eorum contra se motum interfeciisse, grauissimè id tulit: misitq; Bernardum Regem Italiæ, suumq; nepotem, Romam, qui rem totam cognoscerent. Misit & Papa legatos ad eum uicissim, seq; de eo facto, nescio sanè qua demum ratione, purgauit. Mortuo Leone, suffectus est Stephanus, qui confirmationis causa adijt Ludouicum: ab eoq; impetrauit, ut quos olim Carolus in exilium Roma pepulerat, redire possent. Vnde facilè diuines, quis tum Romæ imperitauerit, Pontifex ne an Cæsar. Post breuissimum Pontificatum Stephani, electus ac ordinatus est Paschalis, sine Imperatoris authoritate: sed timens tamen Imperatorem, confestim legationem deprecandi causa ad eum misit. Ludouicus condonauit quidem ei id crimen, sed clerum ac populum Romanũ grauiter increpitum monuit, ne posthac consimiliter pergant Imperatoriam maiestatem uiolare, sed uetera instituta ac pacta seruent: quod Platina testatur. Ex qua comminatione facilè apparet, quàm uerum sit, quod Bibliothecarius & Gratianus fingunt, Ludouicum hunc suis iuribus in creando Papa, renunciasse, de qua re alibi prolixius dicetur.

Verùm ut rectius intellígi possit, quod suprà de Leone dixi, adscribam locum ex Decretis II. quæstione VII. ubi sese prædictus Leo admodum humiliter iudicio Ludouici submittit.

Nos si incompetenter aliquid egimus, & in subditis iustæ legis trãmitem non conseruauimus, uestro admissorum nostrorum cuncta uolumus emendare iudicio, quoniam si nos, qui aliena debemus corrigere peccata, peiora committimus: certè non ueritatis discipuli, sed (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris erroris magistri. Inde magnitudinis uestræ magnopere clementiam imploramus, ut tales ad hæc quæ diximus perquirenda, missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta quemadmodum si uestra præsens fuisset Imperialis gloria, diligenter exquirant, & non tamen hæc sola quæ superius diximus, quærimus, ut examussim exagitent: sed minora siue maiora etiam illis sint de nobis indicata negocia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenus in posterum nihil sit, quod ex eis indiscussum uel indefinitum remaneat.

Quidam historici scribunt, & alios Pontifices sub hoc Ludouico esse eo inconsulto ordina-

A consultò ordinatos, contra ueterem consuetudinem, & id quod Leo cum tota Romana Ecclesia sacrosancto iuramento, literis ac sigillo, Carolo promiserant. Quare hic quidem Ludouicus eos acriter admonuit, ut memores essent ueterum consuetudinum ac pactorum. Verùm cum postea Os porci, seu Sergius secundus, sub Lotharío itidem inconsulto Imperatore ordinatus esset, misit ille filium Ludouicum unà cum Drogone Archiepiscopo Colonienſi, ac ualido exercitu: qui postquam multis cladibus Romanos affecissent, coegerunt eos ad deditionem ac iurandam obedientiam & obseruationem ueterum consuetudinum in constituendo Papa de Imperatoris arbitrio. confirmauit tamen nihilominus post grauem mulctam Ludouicus hic secundus Sergium, ab eoq; uicissim in Regem Italiæ est unctus. Hinc igitur est, quod hic Ludouicus tam potens in Italia fuerit, Romamq; pro arbitrio rexerit, ut sequens historiola testatur.

B

Eutropij appendix.

HAbeo exemplar manuscriptum satis uetustum Eutropij & adiunctorum scriptorum, in 26 libros distributum. In eius fine est quædam uetusta historiola, à quodam (ut uerum fatear) non admodum literato descripta. In qua ostenditur non incommodè, qua ratione, quibus ue fraudibus quidam Pontifices Cæsarum potentiam labefactarint, suamq; oppresso Imperio auxerint. Quæ tametsi, ut dixi, uideatur esse rudior, & in recitatione eorum quæ initio in Romana ciuitate ac Ecclesia acta sunt, etiam ineptior: tamen quia saltem in recentioribus rem uerè, ut acta est, recensere uidetur, eam adscribam.

Priscis temporibus Imperiale decus efflоruit Romę, sub cuius dominatione diuersa consistebant regna, & cui cunctæ gentes propria submittebant colla. Constituit ergo Consules, qui cotidiano usu regni gubernacula consilio disponebant. Erant C namq; distributa officia per Senatores & Magistratus, prout unicuiq; ministerium opere competebat. Imperiale uerò decus laudibus honoribusq; ab omnibus tantum modo extollebatur. Post aduentum unigeniti Filij Dei, & post ascensionis eius gloriam, Romanum imperium Byzantium se contulit, quæ à Constantino Magno Cæsare Constantinopolis uocata est. Quæ quia Romano gloriabatur imperio, dicta est Noua Roma: sic tamen, ut antiqua Roma gloriosa præponeretur cæteris. Euntibus autem Apostolis, uel successorib. eorum, prædicare Euangelium secundum diuinum præceptum, in mundũ uniuersum, Romam Cæsares reuertebantur, diuersa tormenta sanctis inferentes, ut dijs suis placerent. Vnde accidit, ut B. Petrus, qui prælatus fuerat cæteris à Iesu Christo Domino nostro, Romam prædicationis causa ueniret, quę omnium gentium clamabatur domina: quæ eatenus, sicut multis idolorum simulachris erat seducta, ita plurimis prædicationibus Apostolorum, aliorumq; martyrum exhortationibus cum cæteris conuersa. Vbi etiam beatus Petrus, & Paulus doD ctor gentium, martyrio coronati sunt: ut sicut Roma per antiqua mœnia caput erat multarum gentium in diuisione simulachrorum, ita caput & domina uocaretur omnium Christianorum in unitate ueræ fidei & inconfusæ Deitatis, habens principatum totius Christianitatis in accepto priuilegio Iesu, ubi ait, Tu uocaberis Cephas. Et alibi: Ego rogabo pro te, ne deficiat fides tua.

Diuiso autem Romano imperio, eò quòd imperialis sedes, quæ antiquæ Romæ solita erat, Constantinopolim esset deducta: multarum gentium populi contra urbẽ fuerant rebelles. Vnde magna & non pauca cõtra eã surrexerunt bella teste Orosio. Tunc enim Roma per Patricios principabatur. Erat tamen tantum subiecta suo Imperatori ita, ut si aliquando Imperator paganorum titu inueniretur crudelis, per suos legatos, sanctissimos Romæ Præsules, aliosq; Christianos, per diuersa supplicia martyrio coronaret. Crescente autem Christiana religione talis æstus fidei à Patricijs exarsit, usq; dum Longobardi sunt Italiam ingressi. Cumq; ad propinquarẽt Pado, nunciatũ est Romæ (præsidebat uerò Syluerius Papa tunc Rom. Ecclesiæ) Narso

patricio, cuius uxor uocabatur Polyxiana. Nunciatum est autem illis, quòd præfatus Pontifex misisset ad Longobardos, inuitans eos Romam, quatenus potestas Grecorum aboleretur, & Ecclesiæ iura eleuaret sub potestate Pontificis: cui tanta inerat necessitas, ut nihil aliud præter Ecclesiarum & clericorum haberet curam. Quotidianus ergo uictus dabatur de palatio, consuetus, & annualia dona pro restauratione Ecclesiarum, & Cæsaris eleemosyna honoris causa: & solummodo erat ob reuerentiam Apostolorum Petri & Pauli. Si quando Imperialis legatus mitteretur à Principe, ut Romanus Pontifex proficisceretur Constantinopolim ad Imperatorem, omni neglecta occasione ibat, etiam si pro certo sciret ut in exilium mitteretur. Mittebatur aliquando quidam nuncius à Natso patricio ad Siluerium Papam, cunq; proficisceretur ad domum illius, ubi iacebat ægrotus: dixit illi uxor sua: Domine Papa, quid tibi peccauimus, quia uoluisti inducere Longobardos super nos? His dictis, fecit eum comprehendi, & tonsorari, uestemq; monachicam induere, nec non sedentem asino ad monasterium sanctæ Sabæ perducere. Cumq; egressus esset foràs, sedens super asinum, dixit quidam de astantibus: Heu Dominus Papa mortuus est.

Præterea inuadentibus Longobardis Italiam, & conuersis ad Christi fidem, fugati sunt Græci, & cessauit imperium ab urbe Roma usque ad Francos. Per Reges enim principabantur Longobardi. Diuisis quippe Italiæ finibus, Spoletanorum dux Romę constitutus est uice Regis, tali pacto, ut quando Apostolicus obiret, interesset dux præfatus electioni futuri Pontificis, accipiens plurima dona in partem regiam. Si autem lites inter Romanos surgebant, ex primatibus Regis adueniebat missus cum eodem duce, ad deliberandas causas, & legaliorum iudicia. Et qui in culpam criminis incurrebant, regali puniebantur potestate, aut in exilium mittebantur, etiam inconsulto Apostolico: usq; ad Zachariam Præsulem, qui subdolè quasi pro familiaritate quadam profectus est ad Carolum Regem Francorum, eò quòd idem Carolus habebat filiã Desiderij Regis Italici uxorem: inuitauitq; eundè Carolum in Italiam, seminans inter Reges discordias, laudans & proferès illi imperialia sceptra, acceptiq; ab eo securitatem, quo tempore ingredi deberet Italiam: iurantesq; mutuò, reuersus est. Transeunte autem eo per fines regni Desiderij, separauit ab eo quosdam de suis, dans quibusdam plurima dona, quibusdam iurat dari similia. Accipiente autem Carolo hoc regnum, profectus est Romam, deditq; ibi donaria multa, quæ usque hodie Romanum tenet dominium, de regni huius confinibus. Fecitq; pactum cum Romanis, eorumq; Pontifice, & de ordinatione Pontificis, ut interesset quis legatus, & ut contentiosas lites ipse deliberaret. Constituebant autem annualia dona in Papæ palatium perducenda, auri libras decem, argenti centum, pallia optima decem, exceptis priuatis donis. Et quando Imperator adueniebat Romã, uel suus legatus, mittebantur iudices à palatio singulis annis, qui per cuncta Romanorũ confinia legalia uendicabant placita, compellentes habitatores locorum illorum uenire ad placitum, iudicantibus eorum iudicib. rectam legem in præsentia Imperialiũ iudicum. Etsi alterius gentis inuenirentur habitatores, regali iudicio iudicabantur. Erant deniq; monasteria in Sabinis, Domini Saluatoris, & sanctæ Dei genitricis Mariæ, nec non & monasterium beati Andreę Apostoli iuxta montem Soractis, seu cætera fiscalia patrimonia intra Romanos fines ad usum imperialem. Non solum autem in Italico regno, uerùm etiã in Francia proficiscebantur monachi, ferentes uectigalia, uina, & alia donaria, iuxta uiriũ posse. Igitur Romanis in sua securitate gloriantibus, leuatũ est cor illorum, iuxta illorum consuetudinem: uoluerunt; Imperialem potestatem uendicare sibi. Resistente autẽ Leone Papa, cõprehenderunt eum, uoluerunt; eius eruere oculos. Eruerunt aũt unum, & alterũ non potuerunt: quia liberauit eum diuina miseratio, & eiectus est ab illis extra urbẽ, quasi perditis ambobus luminibus. Qui fugiens in Franciã peruenit, ad Carolũ. Vnde accidit, eundẽ Carolũ uenire pro uindicta Apostolici: comprehendens; Romanos, de maioribus eorum uno die in campo Lateranensi fecit trecentos decollari.

Propterea

Propterea inuentum est, ut omnes maiores Romæ essent imperiales homines tam Episcopi quàm laici: & omne uulgus pariter cum his faceret fidelitatem Imperatori, & ut suus missus omni tempore moraretur Romæ, ad deliberandas litigiosas contentiones. Morabatur quippe in palatio sancti Petri: & erat cõstitutum, quanta & qualia stipendia de palatio ei darentur quotidie. Quòd autem reliquum erat de suptradictis monasteriis, uel patrimoniis, deferebatur affluenter. Tanta nempe imperialis uirtus ibi uigebat, ut si in legali iudicio minoris uel inscij causa postponeretur, & ille alicuius consilio pedes teneret legati Imperatoris, petens ab eo iustam legem, & missus adiuraret Principes Romanorum dicens, Per eam fidem quam Domino Imperatori debetis, facite huic homini iustam legẽ: nemo erat ausus declinare neq; ad dexteram neq; ad sinistram, etiam si à propinquis Pontificis illata esset iniuria. Multoties uerò non ante Apostolicum, sed in iudiciali loco ad lateratus, ubi quidam locus dicitur, Ad lupam, quę mater uocabatur Romanorũ, ibi iudiciariam legẽ finiebant. Cõpositiones id est mulctę quoq;, quæ soluebantur à malefactorib. æqualiter diuidebantur misso Imperatoris & Apostolici. Si autẽ talis culpa erat ut res ilecelata fisco publico subderetur, nõ ad Ecclesiasticam transibat subiectionẽ, nisi per donatiuum Imperiale præceptũ. Si enim aliquis irã incurrebat Imperatoris, Episcopus aut Iudex Romanus, et licitũ esset Cęsarí uenire Romã, ueniebat. Sin autẽ mittebatur Dux Spoletinus, cõprehendebatur offensor, & ducebatur in exilium. Domus uerò illius signabatur annulo Regis, usq; ad eius cõsultum: ut si quando reuerteretur ad gratiam, haberet propria salua. Sin aliàs, per Imperalia præcepta distribuebatur militib. Quòd si ad iudicis potestatem reijciebatur quisquã, & Cæsaris adhæreret clementię, mittebatur pro tali negocio legatus ab Imperatore, qui diligenter examinaret rei ueritatem. Etsi eiectus propriam haberet culpam, sustineret iniuriam.

Hac consuetudine usi sunt Romani usq; ad Ludouicum Magnum, (qui alias II uocatur) Imperatorem, Lotharij filium. Hic quia magis Italiam habitare elegit, nicianior factus est Romæ: ubi & ampliori quadam usus est potestate, habens strenuos uiros eius urbis, scientes antiquam Imperatorũ consuetudinem, & intimantes Cæsari, qui suggerebant illi, repetere antiquam Imperatorum dominationem, Et nisi ob reuerentiam beatorum Apostolorum dimitteret pro certò faceret. Hic etiam Princeps Beneuenti fines ingressus est, & totius Calabriæ, duob. modis. Vno, quod prouincia esset Italiæ, uolens totius regni fines suæ uendicare ditioni. Altero, eòquòd immanissima gens Aggarenorum, illa iam tangebat confinia, capientes quandam urbem quæ uocatur Bari. quam munientes, & multis uictualibus implentes, pro refugio habebant. Et ideo à comprouincialibus terræ illius benignè susceptus est. De hoc Cæsare uide postea in Drogone.

Præfatus itaq; Cæsar cum multitudine populi proficiscebatur, ad accipiendas easdem gentes. Et ne grauaret eos qui deprædati ab Aggarenis erant, quæsiuit solatium Rauennæ: sed quæsiuit etiam solatium, quæ uicina erat Venetiæ, quatenus naualí adiutorio fultus, posset abundanter ferre Apuliam. Præsidebat namq; tunc Rauennati Ecclesiæ Ioannes Archiepiscopus, qui seruiens Imperatori familiarior erat. Vnde inuidia ductus Romanus Pontifex, nomine Nicolaus, exarsit in iram cõtra illum, uocans eum subdolè Romam, ut quasi Ecclesiastico iudicio posset hunc cõdemnare: & alterum subrogare. His quippe auditis, Archiepiscopus confugit ad Reginam Engelbergam: quæ suos legatos direxit Apostolico, rogans ut redderet gratiam Archiepiscopo. Quod cũ impetrare nequiret, suo domino humiliter intimauit, ut gratiam interferret suæ tuitionis Archiepiscopo, uetans Apostolicum ei nullã inquietudinem facere. Et quia inaudito Principe Apostolicus excõmunicationes in eũ protulit, gratuis inimicitia inter eos facta est Erectus est deniq; Regius honor cõtra Apostolicã dignitatẽ, obijciẽs ei antiqua Patrũ statuta, nõ licere Prælato excõmunicare Episcopũ, incõsulto synodali cõcilio. Et quia synodus nõ à Papa, sed ab Imperatore uocari debet. Plurimę deniq; irrogationes p tali occasione illatę sunt Ro. Põtifici. Nã Pentapoli

beneficiales ordines ſuis diſtribuit, præcipiens nullam adminiſtrationem impen- A
dere Romæ, exceptis ſuffragijs nauali deportatione. Multa enim iuuamina imperia-
les habuerunt fideles. Fecit etiam occupare nonnulla patrimonia in Campanię par-
tibus regio uſui, ſuorumq; fidelium. De prædictis quoq; monaſterijs cotidiana exige
bantur ſeruitia in diſco Regis, per diuerſos apparatus. Conſtituit deniq; conſultu Ro
manorum Principum in urbe Roma Arſenium quendum Epiſcopum, ſanctitate &
ſcientia adornatum, & apocriſarium ſedis Romanæ, deditq; illi adiutorem Ioan-
nem Diaconum & Archicancellarium, ſuumq; Secretarium, qui poſtea Reatinus
Epiſcopus effectus eſt, unde iam electus erat.

Tempore igitur cõgruo Imperator ueniebat Romam, & ſuſcipiebatur ab om- B
nibus tam maioribus quàm minoribus honorificè: ueniebatq; cum eo iam dictus Ar-
chiepiſcopus Rauennæ, nil metuens minas Pontificis. Vnde euenit maior diſcordia
inter Papam & Imperatorem. Erat quippe Imperator in palatio ſancti Petri Apoſto-
li, & Papa ad ſanctos Apoſtolos. Cumq; omnes illius inſidiæ contra Regiam dignita
tem pro nihilo ducerentur, conſtituit monachos ſeu Chriſto dicatas uirgines ex mo-
naſterijs Romæ, ut quaſi ſub obtentu religionis cotidianas celebrarent lætanias, per
circuitum murorum, & Miſſas canerent, contra Principes malè agentes. His auditis,
primarij Regis humiliter accedentes ad Papam, rogauerunt eum familiariter, ut talia
prohiberet. Et, cum nihil ab eo impetrare poſſent, reuerſi ſunt mœrentes. Quadam
uerò die, cum quidam milites præfati Principis irent ad ſanctum Paulum, & reuerte-
rentur, accidit eos occurrere talibus lætanijs. Qui inſtin ctu antiqui hoſtis in iram uer
ſi ſunt, & pro fidelitate ſui ſenioris uindictam exercuerunt contra illos, percutientes,
& cædentes grauiter cum fuſtib. quos manibus deferebant. Qui fugientes, proiece-
runt cruces & iconas, quos portabant, ſicut mos eſt Græcorum: è quib. nonnullę con
culcatæ, nonnullę diruptæ ſunt. Vnde & Imperator grauiter eſt permotus in iram, et
pro qua cauſa Apoſtolicus mitior effectus eſt, Profectus eſt deniq; idem Pontifex ad
ſanctum Petrum, rogans Imperatorẽ pro ſuis talia patrantib. & uix obtinere ualuit. C
Iam itaq; inter ſe familiares effecti ſunt, tamen Regia dignitas ſemper fuit Romę, ſuc-
ísq; confinijs, uſq; ad finem dierum Imperatoris, ſicut ſuprà prælibatum eſt. Eo uerò
infirmante, & ad extremum propinquante, quia non habebat filium, uoluit ſibi ſuc
cedere Carolum Magnum (fortè Groſſum) ad ſuſcipienda imperialia ſceptra. Cùm
hæc ita geruntur, Romani Pontifices ſemper per oratores literas mittebant inuitato-
rias, ad Carolum Caluum Regẽ Francorum, inuitantes eum clàm. Et quia erat in lite
ris quaſi Philoſophus, rogabant illum ſuperuenire B. Petro, & de ſeruitutis iugo ad
propriã libertatẽ reducere ſuam Eccleſiam, ut quaſi per uim ab aliquo eſſet oppreſſa.

Talibus euolutis machinationib. moritur Ludouicus. Mittitur ſtatim citatus à
Ioanne, qui tunc præerat, à Papa legatus ad eundẽ Carolum: qui nullas ueniendo fa-
ciens moras, ingreſſus Italiam, petijt Romã. Mittitur deniq; alius miſſus ab uxore Im
peratoris Engelberga, uel à ſuis primatib. ad Carolũ Magnum (ſiue Groſſum) oſten-
dens ei uota defuncti. Et quia lõgius erat, noluit tam citò uenire, ut impedire poſſet D
iter Caroli Calui. Qui ueniens Romã, renouauit pactũ cũ Romanis: perdonans illis
iura regni, & cõſuetudines illius, tribuẽs illis ſumptus de trib. ſupradictis monaſteri-
is, id eſt, Domini Saluatoris, et beatæ Marię ſemper uirginis in Sabinis, atq; ſancti An-
dreę iuxta montẽ Soractis, et de cęteris quã plurimis monaſterijs fiſcalia patrimonia.
Patrias autẽ Sannię & Calabrię, ſimul cũ omnib. ciuitatibus Beneuẽti, eis cõtulit: inſu
per ad decorem Regni totum Ducatum Spoletinũ, cũ duabus ciuitatibus Thuſciæ,
quod ſolitus erat habere ipſe Dux: id eſt, Aricium & Cluſium: quatenus ut is qui præ-
rat Regia uice antè Romanis, uideretur pòſt eſſe ſubiectus. Remouit etiã ab eis Regi-
as legationes, aſsiduitatẽ uel præſentiam Apoſtolicæ electionis. Quid plura? cuncta
illis contulit quæ uoluerunt: quemadmodum dantur illa quæ nec rectè acquiruntur,
nec poſſeſſura ſperantur. Fugato itaq; iſto Carolo præ meru alterius Caroli, qui ue-
niebat, infirmatur, antequam de Regno egrederetur Italico. Egreſſus namq; uix, de-
functus eſt.

functus est. Ab illo autem die honorificas consuetudines Regiæ dignitatis nemo Imperatorum, nemo Regum acquisiuit: Quia aut uirtus defuit, aut scientia, pro multis regni contentionibus, & assiduis diuisionibus. Vnde multa prælia, delationes & rapinæ fuerunt in regno. Hactenus appendix.

Hic cùm multa alia discere, pie lector, potes, tum etiam illud paulò rectius intelligere, quòd quidam historici scribunt, Ioannem Rauennatem patriarcham multa contra canones egisse, eoq; à Papa Nicolao excommunicatum fuisse. nempe crimen Ioannis non aliud quàm inuidia Nicolai fuit, quòd Ioannes in bona gratia apud Ludouicum erat, quodq; Papæ mancipium per omnia esse forte noluit. Quod & ex multa, quam ei Nicolaus Papa postea iniunxit, facilè apparet. Cum hac historia coniunge, & eam quæ mox sequetur in Drogone Metense. Sic tem totam plenius cognosces.

Præfatio in librum Antiquum lingua Saxonica conscriptum.

CVm plurimas Reipublicæ utilitates Ludouicus pijssimus Augustus summo atque præclaro ingenio prudenter statuere atque ordinare contendat: maximè tamē quod ad sacrosanctam religionem æternamq; animarū salubritatem attinet, studiosus ac deuotus esse comprobatur. Hoc quotidie solicitè tractans, ut populum sibi à Deo subiectum sapienter instruendo ad potiora atque excellentiora semper accendat, & nociua quæq; atque superstitiosa comprimendo compescat. In talibus ergo studijs suus iugiter beneuolus uersatur animus, talibus delectamentis pascitur, ut meliora semper augendo multiplicet, & deteriora uetando extinguat. Verùm sicut in alijs innumerabilib. infirmioribusq; rebus, eius cōprobari potest affectus: ita quoq; in hoc magno opusculo sua non mediocriter cōmendatur beneuolentia. Nam cum diuinorum librorum solummodo literati atq; eruditi prius notitiam haberent, eius studio atque imperij tempore: sed Dei omnipotentia atq; inchoantia mirabiliter auctum est, nuper ut cunctus populus suæ ditioni subditus, Theudisca loquens lingua, eiusdem diuinæ lectionis nihilominus notionem acceperit. Præcepit namq; cuidam uiro de gente Saxonum, qui apud suos non ignobilis Vates habebatur, ut uetus ac nouum Testamentum in Germanicam linguam poeticè transferre studeret, quatenus non solum literatis, uerum etiam illiteratis sacra diuinorum præceptorum lectio panderetur. Qui iussis Imperialibus libenter obtemperans, nimirum eò facilius, quò desuper admonitus est prius, ad tam difficile tanq; arduum se statim contulit opus: potius tamen confidens de adiutorio obtemperantiæ, quàm de suæ ingenio paruitatis. Igitur à mundi creatione initium capiens, iuxta historiæ ueritatem quęq; excellentiora summatim decerpens, & interdum quædam ubi commodum duxit, mystico sensu depingens, ad finem totius ueteris ac noui Testamenti interpretando more poëtico satis facета eloquentia perduxit. Quod opus tam lucidè tamq; eleganter iuxta idioma illius linguæ composuit, ut audientibus ac intelligentibus non minimam sui decoris dulcedinem præstet. Iuxta morem uerò illius poëmatis omne opus per uitteas distinxit, quas nos lectiones uel sententias possumus appellare.

Ferunt eundem Vatem dum adhuc artis huius penitus esset ignarus, in somnis esse admonitum, ut Sacræ legis præcepta ad cantilenam proprię linguæ congrua modulatione coaptaret. Quam admonitionem nemo uetam esse ambigit, qui huius carminis notitiam, studiumq; eius compositoris atq; desiderij anhelationē habuerit. Tanta namq; copia uerborum, tanta q; excellentia sensuum resplender, ut cuncta Theudisca poëmata suo uincat decore. Clarè quidem pronunciatione, sed clarius intellectu lucet. Sic nimirum omnis diuina agit scriptura. VT QVANTO quis eam ardentius appetat, tantò magis cor inquirentis quadam dulcedinis suauitate demulceat. Vt uerò studiosi lectoris intentio facilius quæq; ut gesta sunt, possit inuenire, singulis sententijs, iuxta quòd ratio huius operis postularat, capitula annotata sunt.

Versus de

Versus de Poeta & interprete huius codicis.

FOrtunam ſtudiumq; uiri lætosq; labores,
Carmine priuatam delectat promere uitam,
Qui dudum impreſſo terram uertebat aratro,
Intentus modico, & uictum quærebat in agro,
Contentus caſula fuerat, cui culmea teſta,
Poſtesq; accliues ſonipes ſua lumina nunquam
Obtriuit, tantum armentis ſua cura ſtudebat.
O fœlix nimium proprio qui uiuere cenſu
Prævaluit, fomitemq; ardentem extinguere diræ
Inuidiæ, pacemq; animi geſtare quietam.
Gloria non illum, non alta palatia regum,
Diuitiæ mundi, non dira cupido mouebat.
Inuidioſus erat nulli, nec inuidus illi.
Securus latam ſcindebat uomere terram.
Spemq; ſuam in modico totam ſtatuebat agello:
Cum ſol per quadrum cœpiſſet ſpargere mundum
Lucæ ſua radios, atris cedentibus umbris,
Egerat exiguo paucos * menando iuuencos
Depellens tecto uaſti per paſcua ſaltus.
Lætus & attonitus larga paſcebat in herba,
Cumq; fatigatus patulo ſub tegmine, feſſa
Conuictus ſomno tradidiſſet membra quieto:
Mox diuina polo reſonans uox labitur alto,
O quid agis Vates, cur cantus tempora perdis?
Incipe diuinas recitare ex ordine leges,
Transferre in propriam clariſſima dogmata linguam.
Nec mora poſt tanti fuerat miracula dicti.
Qui prius agricola, mox & fuit ille poeta:
Tunc cantus nimio Vates perfuſus amore,
Metrica pòſt docta dictauit carmina lingua.
Cœperat à prima naſcentis origine mundi,
Quinq; relabentis percurrens tempora ſecli,
Venit ad aduentum Chriſti, qui ſanguine mundum
Faucibus eripuit tetri miſeratus Auerni.

* Menare, pro ducere, uox Italica eſt.

Claudius Taurinenſis Epiſcopus.

CLaudius Taurinenſis Epiſcopus floruit Caroli & Ludouici temporib. quibus D quoq; intimus diu admodum ante Epiſcopatum fuit. Pugnauit acriter uoce & ſcriptis contra adorationem imaginum, crucis, reliquiarum, contra inuocationem Sanctorum, contra peregrinationes, contra primatum Papę, & multa ſimilia: quę mala tunc grauiter, præſertim in Italia, ubi ille fuit Epiſcopus, graſſabantur. Quin & ipſum Pontificem non uſquequaque molliter contrectat. Nam is iraſci Claudio cœperat, quòd ille lucroſas ſibi ſuperſtitioſorum hominum peregrinationes Romam uerſus taxabat. Contra hunc Claudium, poſt mortem eius, ſcripſit ſatis ineruditè & contumelioſè Ionas Aurelianenſis Epiſcopus, tempore Caroli ſecundi, qui primi nepos fuit. inſeruit uerò ille ſuo ſcripto, etiam excerpta quædam ex libro prædicti Claudij, quæ etſi proculdubiò nec optima fide excerpta ſint, nec præcipua ſeu neruoſiſsima eius dicta: tamen operæprecium me facturum putaui, ſi ea ipſa diſcerpta in unum colligerem, lectoriq; cognoſcenda proponerem. Prudens uerò ac pius lector facilè inde ratiocinari poterit, quàm præclarum ac utile totum eius opus eſſet, ſi integrè haberi poſſet.

Apologeticum

Apologeticum seu rescriptum Claudij Episcopi, aduersus Theodemirum Abbatem.

EPistolam tuam cum adiunctis super capitulis plenam garrulitate atque stolliditate, per quendam accepi portitorem, in quibus capitulis denuncias te turbatum, ita inquiens: eò quòd rumor abierit ex Italia de me per omnes Gallias, usque ad finem Hispaniæ, quasi ego sectam quandam nouam prædicauerim contra regulam fidei catholicæ: quòd omnino falsissimum est.

Nec mirum est, si de me ista dixere diaboli membra, qui ipsum caput nostrum & seductorem & dæmonia cum proclamauerunt.

B Ego enim non sectam doceo, qui ueritatem teneo, & ueritatem proclamo, sed sectas, & schismata, & superstitiones, atq; hæreses (in quantum ualui) compressi, contriui, expugnaui, & expugnare in quantum ualeo prorsus Deo auxiliante, non cesso. Et quia, quod homines colebát, ego destruere solus cœpi. Cum enim distincte dicatur, non faciendam similitudinem omnium quæ in cœlo sunt, aut quæ in terra, non de solis similitudinibus alienorum deorum intellígitur dictum, sed et de cœlestibus creaturis. Dicunt isti, contra quos Ecclesiam defendendam suscepimus: Si scribas in pariete, uel pingas imagines Petri & Pauli, Iouis & Saturni siue Mercurij, nec isti sunt dij, nec illi Apostoli, nec isti nec illi homines, ac per hoc nomen mutatur, error tamen & tunc, & nunc idem ipse permanet semper. Certè si adorandi fuissent, uiui potius, quàm ut tu posuisti, adorandi esse debuerant: non ubi pecorum uel (quod uerius est) lapidum, siue lignorum, uita, sensu & ratione carentem.

Ex qua re summopere pensandum est: Quia si opera manuum Dei non sunt
C adoranda & colenda, quanto magis opera manuum hominum adoranda & colenda non sunt prorsus, nec in honore eorum, quorum similitudines esse dicuntur.

Quia si imago, quam adoras, Deus non est (Quia non solum qui uisibilia figmenta atq; imagines colit, sed etiam quamlibet, siue cœlestem, siue terrenam, siue spiritalem, siue corpoream creaturam, uice nominis Dei colit, & salutem animæ suæ, quæ à Deo sola est, ab illis sperat, de illis est, de quibus dicit Apostolus: Et coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori) quid te ad falsas imagines humilias & inclinas? Quid ad inepta simulacra, et figmenta terrena captiua corpus incuruas? Rectum te Deus fecit, & cum cætera animalia prona, et ad terram situ uergente depressa sint, tibi sublimis status, & ad cœlum atq; ad Dominum uultus erectus est. Illuc intuere, illuc oculos tuos erige, in supernis Deum quære, ut carere inferis possis, ad alta & cœlestia suspensum pectus attolle. Quid te in lapsum mortis cum insensata imagine, quam colis, sternis? Quid ruinam diaboli per ipsam & cum ipsa cadis? Sublimitatem serua, qua natus es: perseuera talis, qualis à Deo factus es.

D Sed dicunt isti falsæ religionis atq; superstitionis cultores: Nos ob recordationem Saluatoris nostri, crucẽ pictam, atq; in eius honorem imaginatam, colimus, ueneramur, atq; adoramus. Quibus nihil aliud placet in Saluatore nostro, nisi quòd et impijs placuit, opprobriũ passionis, & irrisio mortis. Hoc de illo credunt, q̃d & impij homines, siue Iudæi, siue pagani, qui eum resurrexisse diffidunt, & non nouerunt de illo aliud cogitare, nisi eum totum & mortuum, et semper in passione positum, in corde suo credunt et retinent. & nõ attendunt, neq; intelligunt quod ait Apostolus: Et si nouerámus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Contra quos respondendũ est: Quia si omne lignum schemate crucis factum uolunt adorare, pro eo quòd Christus in cruce pependit, & alia multa illis conueniunt, quæ Christus egit per carnem. Vix enim sex horis in cruce pependit, & tamen nouem mensibus lunaribus, & super undecim diebus in utero uirginis fuit, qui simul sunt dies lunares ducenti septuaginta sex, id est, nouem menses, et suprà dies sex. Adorentur ergo puellæ uirgines, quia uirgo peperit Christum. Adorentur & præsepia, quia mox natus in præ-

tus in præsepio est reclinatus. Adorentur & ueteres panni: quia continuò cum natus A
esset, pannis ueteribus est inuolutus: Adorentur & naues, quia frequenter in naui-
bus nauigauit, & de nauicula turbas docuit, & in naui dormiuit, & in dextra nauigij
rete mittere iussit, quando præditis illa magna captura facta est piscium. Adoren-
tur asini, quia asellum insidendo ad Hierusalem usq; peruenit. Adorentur agni, quia
de illo scriptum est. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Sed isti peruersorum
dogmatum cultores, agnos uiuos uolunt uorare, & in pariete pictos adorare. Ado-
rentur & leones, quia de illo scriptum est: Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. Ado-
rentur & petræ, quia quando de cruce est depositus, in saxeo sepulchro est positus:
& de illo dicit Apostolus: Petra autem erat Christus. Sed Christus, petra, agnus, leo,
tropicè, non propriè est dictus: per significantiam, non per substantiam. Adorentur
& spinæ ruborum, quia exinde spinea corona tempore passionis capiti eius impositi-
ta est. Adorentur & arundines, quia ab eis, colaphis à militibus caput eius cæsum est.
Postremò adorentur & lanceæ, quia unus militum lancea latus eius aperuit, unde B
fluxit sanguis & aqua, sacramenta, unde formatur Ecclesia.

Ridiculosa ista omnia sunt, & lugenda potius quàm scribenda, cogimurq;
contra stultos proponere & contra lapidea corda non uerbi sagittas, uel sententias,
sed lapideos proijcere ictus. Redite præuaricatores ad cor, qui recessistis à ueritate, &
diligitis uanitatem, & estis uani facti. Qui rursum crucifigitis filium Dei, & ostentui
habetis. Et per hoc cateruatim animas miserorum, socias factas dæmonum habetis:
alienando eas per nefanda sacrilegia simulachrorum à creatore suo, habetis eas de-
iectas & proiectas in damnationem perpetuam.

Quòd uerò ais, quòd ego prohibeam homines pœnitentiæ causa pergere Ro-
mam: falsum tu loqueris. Ego enim iter illud non approbo. Et ueluti exponens, qua-
re dixeris, infers: Quia scio quòd nec omnibus obest, nec omnibus prodest: nec om-
nibus proficit, nec omnibus officit. Te ipsum primùm interrogare uolo. Si pœniten-
tiam agere, esse Romam pergere nosti, cur tu tanto tempore tantas animas perdidi- C
sti, quas in monasterio retinuisti, & pœnitentiæ causa in monasterio recepisti, & non
eas Romam misisti, sed potius tibi seruire fecisti?

Si hæc ita se habent, ut tu dicis, pœnitentiam agere Romam pergere est: quid
facturus es de sententia illa, qua Dominus dicit, Qui scandalizauerit unum de pusillis
istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & de-
mergatur in profundum maris, quàm ut scandalizet unum de pusillis istis, qui in me
credunt. Scimus enim, quòd non intellecta Euangelica uerba Domini Saluatoris,
ubi ait B. Petro apostolo: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam
meam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Propter ista iam dicta Domini uerba im-
peritum hominum genus pro adquirenda uita æterna, post posita omni spirituali in-
telligentia, uolunt pergere Romam. Quia si proprietatem uerborum Domini subti-
liter consideremus, non est Dei dictum: Et quodcunq; ligaueris in cœlo, erit ligatum
super terram: & quodcunq; solueris in cœlo, erit solutum & in terra. Ac per hoc scien D
dum est, quòd tam diu antistibus Ecclesiæ istud ministerium concessum est, usque
dum ipsi peregrinantur in hoc mortali corpore. Cum uerò debitum mortis exolue-
rint, alij succedunt loco ipsorum, qui eandem obtinent iudiciariam potestatem.

Redite cæci ad lumen uestrum, quod illuminat omnem hominem uenien-
tem in hunc mundum: quod lumen in tenebris lucet, & tenebræ illud non compre-
henderunt. Qui istud lumen non aspiciendo, in tenebris estis, & in tenebris ambu-
latis, & nescitis quo eatis: quia tenebræ obcæcauerunt oculos uestros. Post hæc uerò
promittenti Deo debet fidelis quisq; credere, quantò magis iuranti.

Quid est dicere, Si fuerint in medio eius Noe, & Daniel, & Iacob: id est, si tantæ
sanctitatis, tantæ iustitiæ, tantiq; meriti sint, quanti illi fuerunt, non liberabunt filium
neque, &c. Hæc idcirco, ut nemo de merito uel intercessione sanctorum confidat.
Quia nisi

A Quia nisi eandem fidem, iusticiam, ueritatem teneat, quam illi tenuerunt, per quam placuerunt Deo, saluus esse non poterit.

Audite hoc insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, qui intercessionem Apostoli Romam pergendo quæritis, quid contra uos dicat sæpe dictus beatus Augustinus.

Quinta tua in me obiectio est, & displiceret tibi dicis, eò quòd Dominus Apostolicus indignatus sit mihi. Hoc dixisti de Paschali Ecclesiæ Romanæ Episcopo, qui præsente iam corruit uita. Apostolicus autem dicitur, quasi Apostoli custos. Certè non ille dicendus est Apostolicus, qui in cathedra sedet Apostoli, sed qui apostolicum implet officium. De illis enim qui eum locũ tenent, & non implent officium, Dominus dicit: Super cathedrã Moisi sederunt scribæ & pharisæi: omnia ergo quæcunq; dixerint uobis, seruate & facite: secundum opera uerò eorum nolite facere.

B Vtinam & hoc scriptũ integrè haberetur, & alia eius: proculdubiò plura sui temporis Papatum errata damnauit & confutauit.

Drogo Archiepiscopus Metensis.

HIc Archiepiscopus tempore Lotharij Imperatoris filij Ludouici Pij floruit circa annũ Domini 840. fuitq; Caroli Magni filius, Ludouici Pij frater, & uir uerè pius ac doctus, teste Trithemio: ac est una cum multis alijs Episcopis, quorum nomina postea recensebo, ab Imperatore cum filio Ludouico & ualido exercitu Romã missus, ut Papã Sergium secundum, prius Os porci, fortè ob ingluuiem, uocitatum, retraherent ad obedientiam Imperij, & de alijs quoq; sceleribus redarguerent. Nam is Papa & alioqui pessimè suum papatũ administrabat, ut alibi hoc libro descripta eius ex ueteri codice uita ostendi: & inconsulto Cæsare electus consecratusq;

C fuerat, quòd tunc temporis minimè licebat, & omnino ad defectionẽ ac rebellionẽ quandã spectare uidebatur. Quare cum illi in Italiam peruenissent, non tantũ Cæsaris filius uim, ubi opus fuit, adhibuit, sed et missi Episcopi acriter Papã coràm reprehenderunt. Nõ autẽ possum indicare omnia quę Papę obiecerint: sed tamẽ præcipuè de obedientia & superioritate disputasse uidentur, quòd scilicet Papa sit modis omnibus Cæsari subiectus, nec sine eius nutu consecrari, multò minus regnare debeat. Nam & causa mittendi præcipua ea fuerat, & eò tandẽ Papam uolentem nolentem, pertraxerunt. Verùm adscribam locum ex Vitis Pontificijs, quæ Damasi uitis adiunctæ sunt. Etsi enim ille scriptor, utpote Romanus sacerdos, summis laudibus in cœlum usq; omnes Papas sine discrimine uehat, tamen à prudente lectore facilè etiam ex hac qualicunque descriptione ueritas deprehendi poterit. Sic uerò ille in prædicti Sergij uita scribit: Huius sacratissimæ consecrationis cùm ad aures inuictissimi Augusti Lotharij rumor peruenisset Imperatoris, Drogonem uidelicet Metensis Ecclesiæ

D Archiepiscopum, cum excellentissimo Ludouico filio suo, magnoq; cum Francorum exercitu, Romã direxit. Cum quibus etiam Archiepiscopos, pluresq; Episcopos, Abbates, & Comites proficisci præcepit. Ipsi uerò, à quo in oras Boloniæ ciuitatis cum teligeris suis exercitibus sunt ingressi, tantas cædes, etc. Describit quomodo ui & armis omnia occupauerint, Papaq; & Romani perterriti, eos Romã intromiserint. Sequitur in textu, quomodo cum Papa disputauerint Episcopi: Deinceps uerò per dies singulos conflictum summi certaminis cum sanctissimo Præsule, omnibusq; Episcopis & optimatibus nostris atque proceribus, ipse Drogo Archiepiscopus Metensis Ecclesiæ, de quo superius memoriam fecimus, commouebat, tam ipse quàm omnes Archiepiscopi & Episcopi, qui cùm eo contra hunc uniuersalem, et caput cunctarum Ecclesiarũ, Domini siue Metropolitani concessione atque uocatione, conuenerant, id est, Gregorius Archiepiscopus Ecclesiæ Rauennensis, & Angelbertus Archiepiscopus Ecclesiæ Mediolanensis.

Ioseph, Aginus, Amalricus, Northehaudus, Sigifridus, Toringatius, Odelberius, Ambrosius, Ioannes, Petrus — Episcopus Ecclesiæ.

Eporediensis, vergonensis, Cumensis, Vercellensis, Regensis, Concordiensis, Aquensis, Lucensis, Pisensis, Volaterrensis — Gausbrandus, Cantio, Lupus, Sisimundus, Piceo, Fratellus, Bisus, Racipertus, Amadeus, Donatus — Episcopus Ecclesiæ.

Pistoriensis, Senensis, Textini, Aprunensis, Scholanensis, Camerinensis, Firmanæ, Nucerinensis, Pinnensis, Fesulanæ.

Et cæteri, cum quibus etiam Boso comes, Adalgisus comes, Ioannes comes, Vuldo comes, Bernhardus comes, Vincfridus comes, atq; Maurinus comes, & cæteri pariter contendebant. Sed diuina gratia inspirante, nec sermones ipsius almi Pontificis, neq; prudentiam superare ualuerunt. Tantaq; ei superna aderat uirtus, ut nulli sermone eum concludere uel constringere potuissent. Et ab eo superati pudore, & operti confusione descesserunt. Quod uidentes omnem iram atq; ferocitatem, quam mentibus obseruabant, omni modo deposuerunt. Illis igitur peractis, à prædicto postulauerunt Pontifice, ut omnes primates Romani fidelitatem ipsi Ludouico regi per sacramentum promitterent. Quod prudentissimus Præsul fieri nequaquam concessit. Sed sic orsus est illis: Quia si uultis Domino Lothario magno Imperatori hoc sacramentum ut faciant, solummodo consentio atque permitto. Nam Ludouico eius filio ut hoc peragatur, nec ego, nec omnis nobilitas Romanorum consentit. Tunc demum in eadem Ecclesia sedentes pariter tam beatissimus Pontifex, quàm magnanimus Rex, & omnes Archiepiscopi atq; Episcopi, stantibus reliquis sacerdotibus, & Romanorum ac Francorum optimatibus, fidelitatem Lothario magno Imperatori semper Augusto promiserunt.

Falsò tantas laudes huic Porcino ori tribui, abunde postea ex autenticis Historicis uitam eius longè aliter recitantibus, apparebit.

Rex Carolus Magni nepos, & synodus apud Dunsiacum.

CArolus rex Galliæ Magni ex Ludouico filio nepos aciter restitit tyrannidi Hadriani Pontificis Romani, qui tunc conabatur supremam iurisdictionem supra omnes Episcopatus usurpare: cuius rei euidens argumentum ex epistola sequenti apparebit. Nec uerò ille tantũ solus id sensit ac egit, sed & totum eius regnum ac omnes Episcopi, ut clarè sequens Synodus, & narratio, ac epistola Hincmari Remorum Episcopi testatur. Reprehendit uerò prædictus Rex & multa alia in Papis, ut quòd sententias ferant nõ ex æquitate Petri, nõ eoq; eius priuilegium meritò amittant. Item, quod maiorum suorum decreta & Canones non seruent, nec pristinis suis iuribus sint contenti. Respondet quoq; satis animosè & austerè, minaturq; se in posterum etiam acerbius responsurum: nisi Pontifex ab instituto, maloq; tyrannidis suæ proposito recesserit. Sed age, amissa prolixiore præfatione, ipsius Regis epistola audiatur. Sanctissimo ac reuerendissimo patri Hadriano summo Pontifici & Papæ Carolus Dei gratia Rex & spiritualis filius uester. Legimus in libro Paralipomenõ filios Israel mente pacifica iuisse ad prælium: quia non liuoris uindicta, sed obtinendæ pacis gratia dimicarunt. Quòd rursum dicimus, quia cogitis nos indecentibus protestati regiæ literis uestris inhonoratum, incõuenientibus Episcopali modestiæ uestrę mandatis grauatum, contumelijs & opprobrijs dehonestatum, aliter quàm uellemus mente pacifica uobis rescribere, ut tandem animaduertatis, quanquam perturbationibus humanis obnoxium, in imagine tamen Dei ambulantem esse nos hominem, habere sensum paterna & auita successione, Dei gratia, regio nomine ac culmine sublimatum: & quod his maius est Christianum, catholicum, fidei orthodoxæ

doxæ cultorem, factis literis ac legibus, tam Eccleſiaſticis quàm ſeculatibus, ab infantia eruditum, nullo crimine publico in audientia epiſcopoli legaliter ac regulariter accuſatum, minimè autem conuictum. Et, ut quæ ſuperaddere poteramus, alia tacea mus, ne nos potius iactare, quàm uera dicere uideamur, licet legamus Apoſtolũ plura de ſe dixiſſe ob aliorum ſalutem neceſſitate compulſum. Quoniam ſæpe humiliter uobis locuti, benigna & pacifica atq; honoribilia nobis ſcripta impetrare nequiui mus, ut quietem pacis & ueneratione, quam apud anteceſſores ueſtros noſtri deceſſores & nos habuimus, quoquomodo obtinere poſſemus. Scripſimus uobis per Actardum Epiſcopum, & manſuetudinis noſtræ legatum, ſingillatim ac uiritim, quâ inconuenientia pro Hincmaro quondam Lugdunenſi Epiſcopo ex nomine ueſtro nobis ſcripta fuerunt: quæ nos à uobis proceſſiſſe non credebamus, putantes nos ratione comperta ab incompetentibus, quæ aliorum inſtinctu nobis eatenus ſcripta fuerunt, calamum reuocare. Sed ſpe uana fruſtratis aliter nobis, quàm ſperabamus, euenit. In capite quippè literarum, quos per præfatum Actardum Epiſcopum nobis ueſtra direxit paternitas, auditam laudabilem charitatis & ſapientiæ noſtræ magnitudinem, uos prætuliſſe inuenimus, & mox de comperto murmure & tumultuoſo clamore indebitæ reprehenſionis aduerſus paternitatem ueſtram nos denotatos reperimus: ſicq; auditam noſtram ſapientiam collaudaſtis, ut quaſi honeſtius & reuera onuſtius nos ſolitis contumelijs afficere uolueritis, quem non per inſipientiam, ſed per induſtriam in murmuratione & clamore contra debitam charitatem delinquere demonſtrabatis, & quaſi ad ora uaſculi melle illiti, & de eodem fonte, quo & ante miſſæ literæ iſtæ poſteriores, nobis pernicioſum poculum propinauerunt, fatentes illa, quæ aliorum inſtinctu, & nõ à nobis proceſſiſſe credebamus, ueſtra fuiſſe.

Nam in præcedentibus literis nos periuriũ, tyrannum ac perfidum, & diſtractorem rerum Eccleſiaſticarum, non confeſſum nec ordine iudiciario legaliter ac regulariter conuictum, uocaſtis: in iſtis autem murmurationis crimem nobis impegiſtis & tumultuoſi clamoris nguum impoſuiſtis, arguente Domino carnalem Iſraël per Propheram, unde nos coarguitis, Quia non fecerit iudicium, ſed clamorem. Et Apoſtolus, Omnis, inquit, clamor & indignatio tollatur à uobis. Et non leuius malum eſt murmuratio his, quibus nos antea denotaſtis, dicente Apoſtolo, Neq; murmuraueritis, ſicut quidam illorum murmurauerunt, & à ſerpentibus perierunt. Et, ut beatus dicit Gregorius, Nullus murmurans regnum Dei intrare permittitur. Hinc colligendum eſt, quantum peccatum ſit murmuratio, quæ regnum Dei intercludit, Sicut & illa peccata grauia, poſt quorũ enumerationem dicit Apoſtolus, qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt: Et non, ut ſcripſiſtis, tumultuoſo clamore paternitatem ueſtram indebitè reprehendimus, ſed quæ nobis ex ueſtro nomine ſcripta fuerunt, non multorum uocibus, quibus tumultus fieri ſolet, ſed noſtra tantum uoce reſcripſimus. Et quoniam talia uos miſiſſe, & à ſancta Romana Eccleſia, in omnibus ſemper diſcretiſſima atq; cautiſſima, dictata fuiſſe nequaquam credidimus, Quia ipſa ſancta ſedes, cũ modeſtia & diſcretione ſemper corripere & ſalubriter corrigere ſecundũ uniuscuius q; perſonam & ordinem ſolita fuit, ſuggeſſimus. Igitur ſi malè locuti ſumus, teſtimonium perhibete de malo, ſi autem benè, quid nobis ſuccenſetis?

Scriptum eſt, Abraham licet ſanctum, ut à Deo ſanctificatum hominem, tamen eidem Deo dixiſſe: Num perdes iuſtum cum impio, non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram: Et non ingratè hoc Dominum ſuſcepiſſe. Et nos arguitis, quoniam humili placatione uobis ſuggeſſimus, non eſſe ueſtrum, non confeſſo, uel legaliter ac regulariter conuicto, regia etiam poteſtate, gratia Dei, prædito, talia ſicut plebeio, & de criminibus confutato, ſcribendo impingere? Scientes, quàm graue ſit fratri (quod nobis impactis minus eſt) dicere fatue, nullíq; detrahendum, uel contra fas maledicendum: minimè autem Regi, Apoſtolica doctrina atq; ſancti Dauid in Saulis iam à Domino reprobati reuerentia, & Salomonis ſapientia, ac Nabuhę prodit hiſtoria.

Inuenimus etiam in eiſdem literis nobis datum conſilium (ſi fortè dici poteſt

consilium, quod est Domini exemplo contrarium, & decretis Sanctorum inuenitur A
aduersum) scilicet, ut uerbis uestris dicamus, omnia, quæ à sede Apostolica, cui per
Dei gratiam præsidetis, directa sunt, alacri mente percipere, animo grato amplecti,
& humili semper debemus intentione recipere. Scriptum est enim nobis ex ue-
stro nomine, nos periurum, tyrannum, ac perfidum, & distractorem esse rerum Ec-
clesiasticarum. Et hæc alacri mente percipere, animo grato amplecti, & humili
semper debemus intentione recipere? Nisi scriptor forte uelit nos cum uulgo
AEthiopes uocare argenteos, & ideo quis nobis pulcher uideatur, qui à nomine
bellus uocatur, & sibi cantare cum Persio, Quicquid calcaueris rosa fiat, Illudque
Propheticum incurrere: Vę his, qui ponunt amarum in dulce, Cùm Dominus dicen
tibus ad se Iudæis: Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dęmonium
habes? quod re cognouit, tacendo consensit, & patienter repulit, quod dictum falla-
citer audiuit, dicens: Ego dæmonium non habeo. Cuius pro modulo nostro in hoc B
exemplum secuti, qui non didignatus est ex ratione ostendere se peccatorem non
esse, qui ex uirtute diuinitatis poterat peccatores iustificare, de his quæ in nobis non
re cognouimus, humiliter & patienter apud paternitatem uestram nos excusaui-
mus: ne si penitus taceremus, tales, quales denotabamur, tacendo & consentiendo
esse nos fateremur, & quasi confessi & nostra confessione conuicti iudicaremur.

Et hoc hortamentum, quod in literis ex nomine uestro ab Actardo Episcopo
nobis delatis inuenimus, scilicet, ut omnia, quæ à sede Apostolica nobis ueniunt,
humili semper debeamus intentione recipere, non solum, ut præmisimus, Euange-
licæ ueritati, sed etiam decretis Sanctorum inuenitur aduersum. In quorum decretis
legimus, eum absolui non posse, qui in se ipsum dixerit mortis causam, qua edicta in
alium puniretur, falsum uidelicet testimonium: cùm omnis, qui sibi fuerit mortis C
causa, maior homicida sit. Et hinc decreuerunt, ut quicunq; sub ordinatione
uel Diaconatus, uel presbyterij, uel Episcopatus, mortali crimine dixerint se esse pol-
lutos, à supradictis ordinationibus submouendos. Et nos, si ad talia nobis impacta
tacendo consentiremus, non solum à regimine regio, uerùm & à catholicæ Ecclesiæ
communione nos ipsos sequestraremus. Non igitur talia nobis ex parte sedis Apo-
stolicæ & nomine uestro scripta, mente alacri percipere, & animo grato amplecti, &
humili semper debemus intentione recipere, quæ, sicut in eisdem literis ex sententia
sapientis Salomonis subiungitur, quasi stimuli, & sicut claui in altum defixi esse uide
rentur. Quia culpas delinquentium nesciunt palpare, sed pungere, cui sententiæ
item Sapientis uerba referimus, quibus dixit: Priusquam interroges, ne uituperes
quenquam, & cùm interrogaueris, id est, probaueris, corripe iustè, sicut Nathan
Dauid Regem prius interrogauit, & interrogatione probatum corripuit: et cum cau
sa correptionis defuit, humiliter adorauit, ueluti in sacra historia legimus. Mandate D
& scribite, quæ uestro & nostro ministerio congruunt, ut decessores uestri nobis &
nostris decessoribus mandauerunt, atq; scripserunt, & alacri mente, gratoq; animo
recipiemus.

Literæ autem ex nomine uestro semper sine interrogatione, id est, sine proba-
tione nos pungunt, & peccata, pro quibus inuitũ pungunt, sponte cõfessa, uel ordine
iudiciario legaliter ac regulariter cõprobata, nõ ostendunt: et cùm peccata manifesta
& probata desint, fomentis benignæ adhortationis & allocutionis non refouent:
reprehendente hinc Domino populorum rectores asperos, atq; dicente: Vos autem
cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Quibus Apostolus regulam dedit
commonitionis singulis dicens: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctri
na, misceas temporibus tempora, terroribus blandimenta. Dirum Magistri, pium
patris ostendentes affectum, id est, indisciplinatos & inquietos debent durius ar-
guere: obedientes autem ac patientes, ut in melius proficiant, obsecrare: negli-
gentes autem & contemnentes debent utiq; increpare atq; corripere: & de cri-
minalibus

A minalibus peccatis aut ultro confessos, aut ordine iudiciario comprobatos, atque conuictos, secundum modum culpæ legaliter ac regulariter iudicare. Noluit Apostolus, inquit beatus Augustinus, hominem ab hoc homine iudicari ex arbitrio suspicionis, uel etiam extraordinario usurpato iudicio: sed potius ex lege Dei, secundum ordinem Ecclesiæ, siue ultro confessum, siue accusatum atque conuictum. Alioquin illud cur dixit? Si quis cum frater nominatur, aut fornicator, aut idolis seruitus &c: nisi quia eam nominationem intelligi uoluit, quæ fit in quenquam, cum sententia ordine iudiciario atque integritate profertur. Nam si nominatio sufficit, multi damnandi sunt innocentes: quia sæpe falsò in quenquam crimen nominatur. Plerique autem boni Christiani propterea tacent, & sufferunt aliorum peccata, quæ nouerunt, quia documentis sæpe deseruntur, ut ea quæ sciunt, iudicibus Ecclesiasticis probare non possint.

B Quamuis enim uera sint quædam, non tamen iudici facilè credenda sunt, nisi certis indicijs demonstrentur, nisi ordine iudiciario comprobentur: ut si per iudicium mali ab Ecclesiæ communione aufferri non possunt, tolerentur potius: ne per uersè malos euitando quisq; ab Ecclesia ipse discedens, eos quos fugere uidetur, uincat ad gehennam.

Quod scriptum est in eisdem ex nomine uestro literis, quia sanè non patienter Pontificij uestri monita & correctiones, nos audisse comperistis, liquidò patet adhuc perfectæ aliquid charitatis minus duntaxat haberet, de qua dicit Apostolus: Charitas patiens est, benigna est, non inflatur, non irritatur, non agit perperam, omnia suffert, omnia sustinet. Cuius charitatis modum & perfectionem in benignitate ac patientia, in humilitate & sufferentia, exemplo sanctæ paternitatis uestræ in

C literis uestris discere admodum cuperemus, si Deus nos inde honorare dignaretur.

Quod & in hoc possemus addiscere, si in his, quæ ex nomine uestro nobis scripta, sanctitati uestræ rescripsimus, sustineretis modicum quid insipientiæ nostræ, & supportaretis nos, sicut magnus Petrus, Apostolicæ & primæ sedis primus Episcopus, non solum patienter, sed & gaudenter adeò susceptt reprehensionem suam à coapostolo suo Paulo, sibi ostensam: ut eius epistolas, in quibus se reprehensum legerat, cum maximo fauore laudauerit. Non enim ita supputatè eas laudare poterat, nisi legisset, & quia legit scriptum, reprehensum se in eis inuenit: & quoniam eas tam granditer laudauit, quàm gratanter iustam reprehensionem suam accepto tulerit patienter, ostendit. Et cum à minoribus suis reprehensus fuit, cur ad Gentiles intrauerit, non eis nudo & tumido sermone respondit, ut omnia quæ egerat patientissimè sustinerent: nec aliquid in eorum querela de sua potestate dixit, sed humili eius ratione placauit, atq; in causa reprehensionis suæ etiam testes adhibuit.

D Quia si in querela fidelium, ut beatus dicit Gregorius, aliquid de sua potestate diceret, profectò doctor mansuetudinis non fuisset.

Si igitur pastor Ecclesiæ Apostolorum princeps, signa & miracula singulariter faciens, non dedignatus est, in causa reprehensionis suæ, rationem humiliter reddere: quantò magis, inquit Gregorius Apostolicæ sedis Pontifex, nos peccatores, cùm de re aliqua reprehendimur, nostros ratione humili placare debemus? Literæ autem ex nomine uestro nobis directæ, non humilinos ratione placarunt: nec contra rationem nos ex ratione & autoritate quæsijsse monstarunt: sed in debita increpatione os nostrum oppilare studuerunt, quum, Deo gratia, libera adhuc fronte de his quæ nobis per literas ex nomine uestro directas, impacta sunt, loqui possimus. Scriptum est etiam in præfatis literis nobis ex nomine uestro directis de Hincmaro, hoc modo.

Volumus, & autoritate Apostolica iubemus, ipsum Hincmarum Landunensem Episcopum uestra fretum potentia, ad limina sanctorum nostramq; uenire clementiam. Quo sano ueniente, ueniat pariter accusator idoneus, qui nulla possit

autoritate legitima reſpui : & tunc in præſentia noſtra, & totius ſedis Romanæ ſynodali collegio, cauſa illius prudenti uentilata examine, ac diligenter inquiſita, ſecundum Deum & ſacrorum Canonum conſtitutiones Spiritu Dei prolatas, ſine protelatione aliqua finietur.

Quæ relegentes, licet contra morem deceſſorum ac prædeceſſorum ueſtrorum hoc dictum inuenerimus, id eſt, VMBROSVM ſeculi typum inducere in Eccleſiam ſuam, quæ lucem ſimplicitatis & humilitatis diem Domini uidere deſiderantibus præfert: tamen de uoluntate non dubitauimus. Quia humano animo facilè poteſt ſubripi, quod ex delibetatione conueniat immutari. Sed ualde mirati ſumus, ubi hoc dictator epiſtolæ nobis per Actardum Epiſcopum delatæ, ſcriptum inuenerit, eſſe Apoſtolica autoritate præcipiendum, ut Rex corrector iniquorum & diſtrictor reorum, ac ſecundum leges Eccleſiaſticas atque mundanas ultor criminum, reum legaliter ac regulariter pro exceſsibus ſuis damnatum, ſua fretum potentia, Romam dirigat: maximè autem illum, qui & ante depoſitionem contra cuſtodiam publicam, & contra quietem moliri, in tribus ſynodis extitit deprehenſus, ſicut in geſtis Epiſcopalibus paternitati ueſtræ directis continetur, & poſt depoſitionem ſuam, & per ſe, & per quoſcunq; potuit, à ſua peruicacia non quieuit. Sed non miramur, ſi in poſterioribus literis ex nomine ueſtro nobis dictis, eſt inſulſitũ, ut legaliter ac regulariter damnatus, qui nullis legibus decernitur à quoquam gradu ſeu rebus ac facultatibus redonandus, anteq; ſi cõtra cuſtodiam & quietem publicam moliri non fuerit deprehenſus, renouato Apoſtolicæ ſedis autoritate iudicio in prouincia, qua fuerat iudicatus, fortè inueniatur innoxius, Regia noſtra potentia ad ueſtram ueniat fretus, cum ſe autore damnato debeatur zelus rectitudinis non clementia reſolutionis, quæ ſi non de eodem foramine, de eodem tamen conamine manarunt, de quo & anteriores fluxerunt, In quibus continetur, ut res omnes Hincmaro commiſſæ Eccleſiæ, donec ad propria reuerteretur, nobis committeretis, ut in demnes conſiſterent, & aliquod diſpendium non incurrerent.

Vnde, ſicut uobis reſcripſimus, & nunc iterum uobis ſcribere non piguit, ſed exigente cauſa neceſſarium eſt: quia Reges Francorum, ex Regio genere nati, non Epiſcoporum uice domini, ſed tertæ domini hactenus fuimus computati : Et ut Leo ac Romana ſynodus ſcripſit, Reges & Imperatores, quos terris diuina potentia præcepit, præeſſe, ius diſtinguendorum negociorum, Epiſcopis ſanctis iuxta diualia conſtituta permiſerunt, non autem Epiſcoporum uillici extiterunt. Et ſanctus Auguſtinus dicit, Periura Regum poſſidentur poſſeſsiones: non autem per Epiſcopale imperium Reges uillici fiunt, actoreſque Epiſcoporum. Et Dominus, Quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo reddi præcipit: qui etiam cenſum Regi reddidit. Et Apoſtolus uoluit ſeruiti Regibus: uoluit honorari, & non conculcari Reges. Regem, inquit, honorificate. Et iterum, Omnis, inquiens, anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Reddite ergo omnibus debita, Et paulò ſuperius: Ideo neceſsitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam. Et ſi reuolueritis regeſta deceſſorum ac prædeceſſorum ueſtrorum, talia mandata, ſicut habentur in literis ex nomine ueſtro nobis directis per Actardum Epiſcopum, deceſſores noſtros à deceſſoribus ueſtris accepiſſe nullatenus inuenietis: Vnde pauca de pluribus uobis ſcribere neceſſarium duximus.

Sanctus Gregorius meritò uitæ & ſapientiæ doctrina, Apoſtolicæ ſedis Pontifex, & toti orbi colendus ac imitandus, Francorum Regibus Theodorico & Theoberto prædeceſſoribus noſtris, de præiudicio cuiuſdam Epiſcopi, non ita ut uos nobis ſcripſiſtis pro eo, qui pro meritis ſuis legaliter ac regulariter iuſtè depoſitus eſt, ſcripſit hoc modo. Frater & coepiſcopus noſter Vrſicinus, Taurinæ ciuitatis Antiſtes, in parochijs ſuis, quę intra Regni ueſtri ſunt terminos conſtitutę, graue omnino dicitur præiudicium ſuſtinere: adeò ut cõtra Eccleſiaſticam obſeruantiam contraq; ſacerdotalem gra-

A lem grauitatem, & contra sacrorum Canonum definita, nullo eius exigente crimine, alter illic nunc meruerit ordinari. Et quia parum uisum est, si in licitis non iungerentur illicita, etiam res Ecclesiæ suę, ut fertur, ablatæ sunt. Quod si ita se ueritas habet, quoniam nimis intolerabile est, ut uirtute opprimeretur, cui culpa non nocuit: præmisso paternę salutationis alloquio petimus, ut quod excellentia uestra, amore Ecclesiasticæ reuerentiæ, & æquitatis contemplatione: sponte potest impendere, nostræ studeat benignius intercessioni concedere: & iustitiam illi, sicut de æquitatis eius bono confidimus, faciat in omnibus custodiri, atq; patefacta ueritate, quod illicitè actum est, corrigi. Pro utilitate ergo animæ uestræ hæc apud uos nostra exhortatio locum inueniat etc.

Sed &, ad Romanum exarchum, minoris dignitatis, quàm simus Dei gratia Regiæ potestatis, de quodam Episcopo scripsit hoc modo. Peruenit ad nos

B Blandum Ortonensis ciuitatis Episcopum, longo iam tempore, in ciuitate Rauennati à uestra exellentia detineri, & fit ut Ecclesia sine rectore, & populus quasi sine pastore grex fuit: & ibidem infantes pro peccatis absq; baptismate moriantur. Et rursus, Quia non credimus, quòd eum excellentia uestra, nisi ex aliqua probabilis excessus causa tenuerit, oportet, ut habita synodo, palàm fiat, si quod in eum crimen intenditur, & si talis in eo culpa reperitur, quæ aduscq; degradationem sacerdotij deducatur. Aliam ordinationem necesse est inquiramus, ne Ecclesia Dei in his, sine quibus eam Christiana non patitur esse Religio, inculta ac destituta maneat. Sin autem excellentia uestra aliter se habere, quàm de eo quod dicitur esse, perspexerit, eum ad Ecclesiam suam reuerti concedat, ut officiũ suum in cõmissis sibi animabus adimpleat. Quibus mandatis B. Gregorij prædecessoris uestri de his, qui nec

C dum iudicio synodali legaliter ac regulariter pro criminibus suis fuere depositi, collatis cum scriptis ex nomine uestro nobis directis, ex eo qui legaliter ac regulariter pro suis excessibus iudicio synodali habetur depositus, ut eum nostra fretum potentia Romam mittamus: quæ potuis sequenda sint, iudicate. Nos autem autoritatem uestram iudicaturam potius credimus, ut ea sequamur, quæ decessores ac prædecessores uestri secundum Scripturarum tramitem prædicationemq; maiorum scripserunt, quàm illa, quæ scriptor sæpè dictæ epistolæ ex nomine uestro nobis directæ, confinxit.

Ait enim beatus Augustinus libro ad Ianuarium, Omnia talia, quæ neq; sanctarum Scripturarum autoritatibus continentur, nec Concilijs Episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine uniuersalis Ecclesiæ roborata sunt, resecanda existimo. Et S. Leo, de his quæ à sacris Canonibus habentur ita præfixa, & eisdem Apostolicæ sedis sunt promulgata decretis, ut nulla possint ratione conuelli, constituit, ut omni penitus autoritate sit uacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione

D diuersum. Ac si cum Paulo diceret, Quia sibi ipsi Apostolica sedes in suis constitutionibus esse non potest contraria, Licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet uobis, præter quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Sed, ut in controuersia Quintiliani legitur, floribus uafricia nebulonum ueneficatis apes mortuas, quibus mellificandum fuerat. De Scripturis sacris B. Petrus agi demonstrat, loquens de Pauli epistolis, quæ indocti & instabiles, inquit, deprauant, sicut & cæteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem. Et de traditionibus Ecclesiasticis S. Innocentius, dum, inquiens, Vnusquisq; non quod traditum est, sed quod sibi uisum fuerit, hoc existimat esse tenendum, Inde diuersa in diuersis locis uel Ecclesijs, aut tenui, aut celebrari tenentur, ac fit scandalum populis: qui, dum nesciunt traditiones antiquas humana præsumptione corruptas, putant sibi aut Ecclesijs non conuenire, aut ab Apostolis uel Apostolicis uiris contrarietatem inductam. Contra quem morbum S. Cælestinus salubre cunctis celebrauit antidotum, dicens, Nulli sacerdoti suos liceat canones ignorare: nec quicquam facere, quod Patrum regulis possit obuiare. Quæ enim à nobis res digna seruabitur, si decretalium norma

constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur. Et sanA
ctus Gelasius in decretis suis: Patres nostri, catholici uidelicet & docti Pontifices,
in unaquaque secta quolibet tempore suscitata, quicquid pro fide, pro ueritate, pro
communione catholica atque Apostolica, secundum Scripturarum tramitem prædicationem q; maiorum, facta semel congregatione sanxerunt, inconuulsum uoluerunt deinceps firmumq; constare: nec in hac eadem causa denuò quæ præfixa fuerant retractari, qualibet recenti præsumptione permiserunt.

Videndum est igitur, quid hic trames sanctarum Scripturarum & prædicatio maiorum definiant. Scriptum quippè legimus in sacra historia, dixisse Dominum per Prophetam Iosaphat Regi, Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicicia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te, eò quòd abstuleris lucos de terra Iuda. Et in Euangelio semel & B
secundò ac tertiò monitum, & non obedientem ad correctionem debitam, Dominus sicut ethnicum & publicanum iubet haberi.

Et beatus Gregorius in decretis suis, sicut in gestis synodi inuenire potestis, peruasorem non solum rerum alienarum, sed etiam Ecclesiæ sibi commissæ anathematizatum definit, uerùm & si alius hoc egerit, is qui præest Ecclesiæ, si hoc uel ipse fieri præcipit, uel sine suâ præceptione factum digna punire animaduersione neglexerit, eum anathematizat: satis ergo mirari non possumus, unde scriptor epistolæ nobis ex nomine uestro delatæ hanc legem apud se AVRO sculptam produxit, quam Dominus digito suo non scripsit, nec scribendam cuiquam inspirauit, neque ordinatam per Angelos in manu Mediatoris illius dedit: quam non paganus indixit, non Christianus seduxit, non Ecclesiasticus uir decreuit, quæ de se subisto cœlo sicut non atramento manu iusticiæ, ita nec spiritu Dei uiui scripta personuit: Quame Regem à Deo constitutum & gladio ex utraque parte acuto, ultore scilicet nocentium, & defensore innocentium insignitum aduindictam malefactorum, ut exC
ponit Apostolus: laudem uerò bonorum, rei atque damnati atque anathematizati fautorem esse præcipit, iubens ut Hincmarum sacrarum legum præuaricatorem, sancti sacerdotij uituperatorem, Regiæ dignitatis contra regulam Apostolicam dehortatorem, regni perturbatorem, periurum, & seditionum authorem, Ecclesiæ sibi commisse afflictorem, facultatum Ecclesiasticarum sacrilegi fundatorem, ac stirpatorem Episcoporum, ac totius populi nostrarum partium scandalizatorem, alienarum rerum peruasorem, & ueniendo contra subscriptiones & professiones suas à scripto damnatum, potentia Regia fretum, Romam uenire faciamus.

Quis igitur hanc uniuersam legem infernus euomuit? Quis tartarus de suis abditis & tenebrosis cuniculis eructauit? Contra quam literis Sacris ostensa nobis est uia, quam sequamur apposita forma, cui imprimimur. Clamauit, inquit, Propheta ad Regem Israel, & ait: Seruus tuus egressus est ad præliandum cominus: cumq; fuD
gisset uir unus, adduxit eum quidam ad me, & dixit: Custodi uirum istum, qui fuerit lapsus, erit anima tua pro anima eius: aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus huc illucq; me uerterem, subitò non comparuit. Et ait Rex Israel ad eum, Hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti. At ille statim abstersit puluerem de facie sua, & cognouit eum Rex Israel, quòd esset de Prophetis. Qui ait ad eum, Hæc dicit tibi Dominus, Quia dimisisti uirum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Reuersus est igitur Rex Israel in domum suam audire contemnens, & furibundus uenit in Samariam. Quæ nam uos demétia cœpit scientes dixisse Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam? Per me Reges regnant, & conditores legum iusta decernunt. Et sacri Canones, sicut credimus & in Apostolicis literis sæpius legimus, Spiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia sunt consecrati, propterea uideamus, quid de huiusmodi sancti Canones & sacræ leges decernant. Ait enim S. Aphricanum Concilium.

Et illud petendum, quin apud terræ Principes statuere dignentur, ut si quis cuiusli-

A cuiuslibet honoris clericus iudicio Episcoporum quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum siue ab Ecclesijs quibus præfuit, siue à quolibet homine defensari, interposita pœna damni pecuniæ atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipiant.

Et tunc Valens, Gratianus & Valentinianus constituerunt, ut quicunque tesidentibus sacerdotibus fuerit Episcopali loco detrusus, & nomine si aliquid contra custodiam publicam, uel contra quietem moliri fuerit deprehensus, rursumque sacerdotium petere, à quo uidetur expulsus, procul ab urbe quam infecit, secundum legem diuæ memoriæ Gratiani, centum millibus uitam agat, sit ab eorum cœtibus separatus, à quorum est societate discretus, sitque huiusmodi personis illicitum, huius legis tenore, sacra nostra adire secreta, & imperare scripta omnibus abiectis per culpam sacerdotio personis, quæ impetrata sunt, infecta permoueant,
B scituris his, quorum defensione nituntur, absque sui prehensione non futurum, si hoc eis pollicentur suffragium, qui diuinum non uidentur meruisse iudicium. Vnde & Leo Papa apud principalem potestatem petijt de Eutiche scandali, & prauitatis authore, ut ab eo loco, qui Constantinopolitanæ urbi nimis uicinus erat, longius transferetur, ne frequentioribus solacijs eorum, quos ad impietatem suam traxit, uteretur.

Et Gregorius Paulum Diadinæ ciuitatis quondam Episcopum, quousque omne quod dilapidauit uel de substantia tulit Ecclesiæ restitueret, in monasterium mittendum esse decreuit. Etsi fortè post depositionem suam inuerecundè ac mente peruersa aliquando de Episcopatu loqui, aut rursus ad hoc qualibet aspirare præsumpsione tentauerit, Dominici corporis & sanguinis communione priuatum, in monasterio eum usque ad diem obitus sui, ad agendam pœnitentiam retrudi, stu-
C dio Ioannis primæ Iustinianæ Episcopi iusit, ut perpetrati sceleris maculas dignis disceret fletibus emendare: iuxta legem Iustiniani Imperatoris, qui in libro Constitutionum decreuit, ut si quis Episcopus explosus, ausus fuerit ingredi ciuitatem, de qua repulsus est, uel exire de loco, in quo degere iussus est, iubemus eum in monasterio in alia prouincia constituto tradi, ut quæ in sacerdotio peccauit, degens in monasterio corrigat. Quas leges ab Imperatoribus & Regibus, nostris uidelicet prædecessoribus, promulgatas atque decretas, nos immutilatè & irrefragabiliter conuenit conseruare, sicut Apostolicæ sedis Antistites ad Dominos & terræ Principes scripserunt. Ait enim Leo ad Leonem Augustum. Debes, inquiens, incunctanter aduertere Regiam potestatem tibi, non ad solum mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, ut ausus nefarios comprimendo, quæ bene sunt statuta, defendas, & ueram pacem his, quæ sunt turbata, restituas.

Et Gelasius ad Anastasium: Etenim Imperator Auguste, si contra leges
D publicas aliquid, quod absit, quispiam fortasse tentaret, nulla id ratione potuisset admitti. Quas etiam leges Principali authoritate promulgatas non soluam quibuscunque Episcopis, sed etiam ab ipsis Apostolicæ sedis Pontificibus, ipsius primæ sedis Antistites obseruari debere scripserunt, sicut beatus Leo ad Leonem Augustum scribens demonstrat, dicens, Non se refragari debere edicta Imperialia, uel ea, quæ sui decessores secundum tramitem Scripturarum prædicationemq; maiorum statuerant. Si quæ, inquiens, destruxi, hæc ædifico, prænaricatorem me constituo, & eis me ultionum conditionibus subdo, quas non solum authores beatæ memoriæ Principis Martiani, sed etiam ego mea consensione firmaui.

Et S. Gelasius ad Anastasium Imperatorem, Si, inquit, quantum ad ordinem publicę pertinet disciplinę, cognoscentes imperium tibi superna dispositione collatum, legib. tuis ipsi quoq; parèt religionis Antistites, ne uel in rebus mundanis excluse uideantur obuiarę sententie: Quo, oro te affectu eis conuenit obedire, qui prorogandis uenerabilibus sunt attributi mysterijs? Quod & nos iuxta hortamentum

beati Gelasij

beati Gelasij incunctanter atque libenter exequi cupimus in his, quæ ad suum mi- A
nisterium pertinent, cunctis generaliter sacerdotibus rectè diuina tractantibus, &
potissimę sedis illius Præsulis, quem cunctis sacerdotibus diuinitas summa uoluit
præeminere, & subsequens Ecclesiæ iugiter pietas celebrauit: sicut nostri decessores
ac progenitores orthodoxi Imperatores & Reges egerunt, ut & Apostolicæ sedis
Pontifex, & reliqui Domini sacerdotes nobis, quæ à Deo sunt consecuta, exhibeant:
scientes, sicut idem beatus Gelasius dicit, quoniam Christus memor fragilitatis hu-
manæ, quod suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica temperauit, sic
actionib. proprijs dignitatibusq; distinctis officia potestatis utriusq; discreuit, suosq;
uolens medicinali humilitate saluari, nõ humana superbia rursus intercipi, ut et Chri
stiani Principes pro æterna uita Põtificibus indigerent, & Pontifices pro temporaliũ
cursu rerũ imperaliũ dispositionib. uterentur: quatenus spiritualis actio à carnalibus
distaret incursibus: & ideo militans Deo minimè se negocijs secularibus implicaret,
ac uicissim non ille rebus diuinis præsidere uideretur, qui esset negocijs secularibus B
implicatus, ut & modestia utrúsque ordinis curaretur, ne extolleretur utroq; sufful-
tus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Omnis
Pontifex, inquit Apostolus, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur
in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, uidelicet non
solum pro populi, sed quia & ipse circundatus est est infirmitate, pro suis. Et Regis
est Regni negocia dispensare, sicut inculcant literæ diuinitus inspiratæ. Quia ergo
sanctarum Scripturarum tramite, & prædicatione maiorum ostenditur, sancto eti-
am attestante Gelasio, quia duo sunt, quibus principaliter mundus hic regitur, au-
thoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas, & per Regem Regum, ac summum
Pontificem cunctorum Pontificum, qui solus Rex & sacerdos fieri potuit, condito-
res legum iusta decernunt: Quas leges principales potestates appellauerunt æter-
nas, & sacri Canones Spiritu Dei sunt conditi, & totius mundi reuerentia consecra- C
ti, & ut beatus Ambrosius ad Valentinianum dicit, Leges Imperator fert, quas pri-
mus ipse custodiat, quia quod præscripsit alijs, præscripsit sibi, ne cui esset liberum
aliud indicare.

Et beatus Augustinus dicit, Quia postquam leges subscriptæ fuerint & firma-
tæ, non licet iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas: Quia secundum Pontificale
ministerium uestrũ regio ministerio nostro monita uestrę paternitatis obedienter ac
libenter cupimus obaudire. Patimini nos ea seruare, quę prædecessores uestri ac no-
stri de huiusmodi, unde agitur, constituerunt, & roborantes seruando, quæ gesta
sunt, rata doceamus esse debere quæ gerimus. Nam quomodo leges principum rite
uocabuntur æternæ, si transeuntibus principibus una cum eis constitutio legis tran-
sibit? Et Papa Symmachus ad Eonium, Dum, inquit, ad trinitatis instar, cui una est
atq; individua potestas, unum sit per diuersos Antistites sacerdotium, quomodo
priorum statuta à sequentibus conuenit uiolari? Huc accedit, quòd si hæc eueniat D
sententiarum uarietas, ad ipsam sacrosanctam religionem credimus pertinere, cuius
omnis potestas infringitur, nisi uniuersa, quæ à Domini sacerdotibus semel statuun-
tur perpetua sint. Quid alias contingere poterit, si successor decessoris actibus non
tribuerit firmitatem, & roborando quæ gesta sunt, faciat rata esse, quę gesserit? Quan
ta enim Vicarijs B. Petri Apostoli iudicabitur esse reuerentia, si quæ in sacerdotio præ-
cipiunt, eisdem transeuntibus dissoluantur. Vniuersa, inquit, perpetua sint, quæ à Do
mini sacerdotibus statuuntur, Qui, ut Moyses, ea quæ statuunt ab oraculo diuino
suscipiunt: non quæ ab his statuuntur de quibus per Prophetam dicitur. Væ his
qui condunt leges iniquas, & scribentes iniusticiam scripserunt. Ea nihilominus
quæ à Vicarijs beati Petri constituuntur, maneant inconuulsa. Quia ut Leo dicit,
nec nimia est seueritas uel remissio, ubi nihil constituitur, nisi quod ex beati Petri
æquitate profertur.

Hæc enim

A Hæc enim ſcimus eſſe canonicè, ſcimus eſſe Apoſtolica authoritate roborata, & Apoſtolicę ſedis decreta, quę, ut Gelaſius dicit, unamquamq; ſynodum & ſua auto-ritate confirmat, & continua modo ratione cuſtodit, pro ſuo ſcilicet principatu, quem beatus Petrus Apoſtolus Domini uoce præceptum Eccleſiam nihilominus ſubſequente & tenuit ſemper & retinet. Et paulò ſuperius: Confidimus, quòd nul-lus iam ueraciter Chriſtianus ignorat uniuſcuiuſque ſynodi conſtitutum, quod uni-uerſalis Eccleſiæ probauit aſſenſus, nullam magis exequi ſedem præ cæteris opor-tere, quàm primam. Et item idem, Cumq; nobis contra ſalutarium reue-rentiam regularum cupiamus temerè licere, & cum ſedes Apoſtolica ſuper his om-nibus, fauente Domino, quæ paternis canonibus ſunt præfixa, pio deuotoq; ſtude-at tenere propoſito, ſatis indignum eſt, quenquam uel Pontificum uel ordinum ſubſequentium hanc obſeruantiam refutare, quam beati Petri ſedem & ſequi ide-
B at & docere, ſatisque conueniens ſit, ut totum corpus Eccleſiæ in hac ſibimet ob-ſeruatione concordet, quam illic uidere conſpiciat, ubi Dominus Eccleſiæ totius poſuit principatum. Et de ſacris legibus, quas unà cum ſanctis Canonibus catholica oderat Eccleſia, Idem Gelaſius, ut præmiſimus, dicit in epiſtola ad Ana-ſtaſium Imperatorem, Quantum, inquiens, ad ordinem publicæ pertinet diſcipli-næ, cognoſcentes imperium tibi ſuperna diſpoſitione collatum, legibus tuis ipſi quoque parent religionis antiſtites, ne uel in rebus mundanis excluſæ uideantur ob-uiare ſententiæ.

Et cùm ita ſacræ leges, tam Eccleſiaſticæ quàm mundanæ, de damnato Epi-ſcopali & ſynodali Concilio decernant, non eſt noſtri Regij miniſterij, reum & ſa-crorum Canonum iudicio condemnatum, atque Apoſtolicæ ſedis definitione, ſi-cut in geſtis ſynodi inuenire poteſtis, anathematizatum, noſtra potentia fretum quo-quam dirigere: cum apertiſsimè ſacri Canones definiant, & leges Iuſtiniam ac cæte-rorum Imperatorum catholicorum edicta qualiter, & pro quibus, & à quibus debe-
C at Epiſcopus iudicari, & poſt iudicium, quid, & qualiter, & per quos ſit inde Apoſto-licæ ſedis agendum. Quæ non abnuimus, ſed incunctanter ac competenter annui-mus. A quibus definitionibus nulli eſt licitum deuiare: quia, ut ſanctus Hilarius dicit, non minus in ſanctarum traditionum delinquitur ſanctiones, quàm in iniuriam ipſius Domini proſilitur.

Quocirca, quia Dominus dicit per Prophetam, Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus, id eſt, nuncius Domini ex-ercituum eſt: Nolite permittere nobis ſcribi ex ueſtræ authoritatis nomine, quæ in legibus ſacris, Dei ſapientia conditis, & in ſanctis regulis eiuſdem ſpiritu promulga-tis non continentur, Dicente item Propheta, id eſt, ſacerdoti præcipienti, Audiens nunciabis eis ex me, ex me, inquit & non ex te. Et redarguuntur, qui de corde ſuo loquuntur. Quoniam qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit.
D Nolite igitur, ut præmiſimus, ex ueſtro nomine, uel Apoſtolicæ ſedis authorita-te, uiſiones uel excommunicationum intentationes contra ſacrarum Scriptura-rum tramitem prædicationemq; maiorum ac ſacrarum legum, ſanctorumq; Cano-num cõſtitutiones nobis de cæterò ſcribi cuiuſcunq; inſtinctu permittere precamur.

Quia ſcitis, & ſcimus, totum eſſe irritum, quicquid ab eorum fuerit conſtitutio-ne diuerſum. Dicitur, inquit S. Leo, à Domino beatiſsimo Petro. Tibi dabo claues re-gni cœlorum, & quæcunq; ſolueris ſuper terrã, erunt ſoluta & in cœlis. Tranſiuit qui-dem etiã in alios Apoſtolos ius iſtius poteſtatis, & ad omnes Eccleſiæ Principes de-creti huius conſtitutio commeauit: ſed non fruſtra uni commendatur, quod omni-bus intimatur. Petro enim ideo hoc ſingulariter creditur, quia cunctis Eccleſiæ recto-ribus Petri fama præponitur. Manet ergo Petri priuilegium, ubi ex ipſius æquitate ferturiudicium. Qua ſententia conſtat, quia non manet Petri priuilegiũ, ubi ex ipſius æquitate nõ ferturiudicium. Cum enim ubicunq; dicitur, ſicuti nullus locus, ita nemo rector Eccleſiæ, ex Petri æquitate iudiciũ ferens excipitur: Vel contra illius æquitatem

iudicium

iudicium proferens commendatur. Et quia ubicunque sine ulla exceptione non manet Petri priuilegium, ibi ex ipsius æquitate non fertur iudicium prolatum, obaudiemus iussum, uel recipiemus iudicium, quod non ex Petri æquitate fuerit prolatum, ac per hoc ipsius priuilegio fuerit destitutum. De quo Episcopali iudicio, quid cunctis Episcopis sequendum, & quid Ecclesiæ filijs sit tenendum atq; seruandum, Beatus Gregorius sufficienter inculcat.

Ergo iubete & iudicate priuilegio magni Petri, iuxta æquitatis eius iudicium, quæ iubenda & iudicanda sunt: ne, ut dicit eius coapostolus, uituperetur ministerium uestrum. Quia & nos secundum Regium ministerium nostrum, quantum ex nobis est, cupimus seruare quod scriptum est: Filij, obedite parentibus uestris in Domino, uidelicet, quod fuerit iussum uel indicatum à Domino: dicente illo singulis qui pro patribus Apostolis Ecclesiæ nati sunt filij Apostolici uiri: Tu autem audiens nunciabis eis ex me. Diuina quippè nos lectio docet, Quia nec etiam Balaam satis superq; à Rege Balaach petitus, licet medicamento auaritiæ delinitus in consilio dando corruptus ostenderit: ullo tamen aut ullius instinctu in iudicio iusticiæ aliud loqui aduersus Israel persuaderi uel extorqueri potuit, quàm quod à Domino audiuit.

De eo quòd in literis ex nomine uestro nobis directis habetur, ut ueniente Hincmaro Romam, ueniat accusator idoneus, qui nulla possit authoritate legitima respui, rescribimus: Quia licet hæc commendatio nulla sit ratione atque authoritate suffulta, si fortè apud uos ex lex solus Hincmarus noua lege, priscis tam publicis, quàm Ecclesiasticis contraria, imò ordine nouoq; more habetur, ut non nisi à uobis & Romæ ualeat iudicari pro his excessibus, de quibus habentur certa sacrorum Canonum ac legum decreta: Quæ, ut Leo dicit, nulla possunt ratione conuelli, cum etiam de causa fidei, ut dicit Gelasius, cuicunque Pontifici licet secundum regulam erroris ante damnati, quemlibet catholica communione discernere, & ego ita exors ab omnibus accusationibus, non solum ab his, quibus legaliter & regulariter accusandi aduersus seipsum denegatur licentia, uerùm & ab his, quibus in propriis causis accusatio non negatur: ut sicut leges & regulæ iubent in prouincia, in QVA sunt ORTA negocia, terminari non ualeant: & secundum Antiochenos Canones, Prouincialium synodorum non debeant experiri examen, si uobis uias cum uoluntate & consensu dilectissimi nepotis nostri Imperatoris uestri, contra cuius dilectionem & debitum honorem, si tamē mutuam dilectionem et congruum honorem uobis exhibere studuerit, illucire non uolumus, obtinueritis, cooperante Domino, pace in regno nostro contra Paganos uirtute uel quacunque dispositione Dei obtenta, Romam uenire congruo tempore non differemus. Et quia illum legaliter aut regulariter in synodo Episcoporũ, plurimarum Prouinciarum de certis causis accusauimus, idoneum nos accusatorem illius ostendemus, & tantos testes idoneos diuersi ordinis ac dignitatis nobiscum ducemus, cum quibus eum legaliter ac regulariter nos accusasse, & comprobasse sufficientissimè comprobabimus.

Tandem quia uos non legisse, uel audisse collegimus ex literis ab Actardo Episcopo nobis delatis, quæ antea per illum paternitati uestræ direximus, iteratò scribimus ea, quæ tunc scripseramus, deprecantes uos in omnipotentis Dei honore, & sanctorum Apostolorum ueneratione, ut tales inhonorationis nostræ Epistolas taliaque mandata, sicut hactenus ex nomine uestro suscepimus, nobis & regni nostri Episcopis ac primoribus de cætero non mandetis, & non compellatis nos mandata & Epistolas uestras inhonorandas contemnere, & missos uestros dehonorare, qui nobis in his, quæ ad uestrum ministerium pertinent, si tamē ministerium uestrum cupimus obtemperare. Quæ pro uestri honore priuilegij uobis dicimus, Quia uobis, sicut reuera Vicario Beati Petri Apostolorum Principis, in omnibus debitè ac competenter obedire desideramus, & ne aliter eueniat cauere per omnia cupimus, ac uestram sanctitatem id ipsum cauere humili prece deposcimus: ne nos & nostros

A nostros satis inuitos ad id cogatis conuertere, quod in quinta uniuersali synodo, à sede Apostolica, ut in Apostolicis literis, præcipuè autem in Synodica B. Gregorij, ad quatuor Patriarchas, & in alijs eius epistolis una cum quatuor præcedentibus legimus collaudatum atq; susceptum inuenitur nobis tenendum. Quod adhuc nostris literis ad exemplum inserere noluimus, donec sciamus, si duriciam mandatorum uestrorum erga nos aliter ad benignitatem inflectere poterimus. Quia quod ex Apostolicæ sedis nomine secundum sanctarum Scripturarum tramitem prædicationem q; maiorum & orthodoxorum decreta scribuntur, sequendum & tenendum non ignoramus, & quod secus à quoquam fuerit compilatum siue confictum, non solum respuendum, sed & redarguendum esse cognoscimus. Si denique aliter quàm nos & uos decuerat, reuerendissimæ paternitati uestræ rescribendo, factus sum insipiens, uos me coegistis. Petimus autem omnipotentem Dominum,

B ut inspiret cordi uestro, sic nos benignè tractare, quatenus ulterius nobis non sit necesse uobis ita rescribere, Sed, ut cupimus in ueneratione Apostolorum, Apostolico Pontificio uestro humiliter ac deuotè colla & corda summittere. Deus omnipotens ad honorem & salutationem atq; exaltationem sanctæ suæ Ecclesiæ, uos per multa annorum curricula conseruare dignetur, Domine sanctissime & reuerendissime pater in Domino.

Sanctissimo ac reuerendissimo patri Hadriano summo Pontifici, & uniuersali Papæ, Carolus Dei gratia Rex & spiritualis filius uester. Quia literis ex nomine sanctæ paternitatis uestræ ab Actardo uenerabili Archiepiscopo nobis delatis, necessitate cogente prolixius respondere compulsi sumus, contra morem nostrum in quaterniunculo annulo nostro signato, responsionem nostram scribere necessarium duximus, quatenus legi planius ualeat, & quæ uobis ratio respondere coegit, legenti plenius innotescant. Quam responsionem sancta paternitas uestra non aspernanter, sed

C benignè suscipiat, quæ à nobis non est cõtumaciter, sed mente pacifica, ut in eodem quaterniunculo inuenietis, contexta. Deprecamur autem uos, in omnipotentis Dei honore, & sanctorum Apostolorum ueneratione, ut tales in honorationis nostræ epistolas, taliaq; mãdata, sicut hactenus ex nomine uestro susceptimus, nobis et regni nostri Episcopis ac Primoribus de cæterò non mandetis: sed liceat nobis Apostolico Pontificio uestro, in ueneratione Dei & sanctorum Apostolorum, humiliter ac deuotè, ut cupimus, colla & corda summittere. Deus omnipotens ad honorem & salutationem atq; exaltationem sanctæ suę Ecclesiæ, uos per annorum curricula conseruare dignetur, Domine sanctissime atq; reuerendissime pater in Domino.

Synodus apud Duziacum.

Domino sanctissimo, ac reuerendissimo patri Hadriano, sanctæ catholicæ & Apostolicæ Rom. primæ sedis Papæ Episcopi diuersarum prouinciarum, qui in synodo apud Duziacum prouinciæ Remensis in nomine Christi conueni-

D mus, quorum nomina & subscriptiones in gestorum eiusdem synodi serie continentur, quam per uenerabilem consacerdotem nostrum Actardum uobis direximus, & quibus exinde per eum paternitatis uestræ literas remisistis. Cap. 1. Veniens ad nos prædictus uenerabilis frater & consacerdos noster Actardus, tradidit nobis epistolam à uestra paternitate filialitati nostræ directam, quam cum in conuentu nostro fecimus recenseri, quædam in ea inuenimus, quæ stnporem mentibus nostris non mediocriter induxerunt, feceruntq; nos non modicum dubitare, utrum aliter putaremus, an illa ita essent posita, quemadmodum personabant: quæ cum sæpius repeti iussimus, præfati fratris & coepiscopi nostri relatione, impedimenta uestræ sanctitatis, & occupationes ministrorum sedis Apostolicæ, pro diuersis & maximis negotijs audiuimus, gesta synodi ab exiguitate nostra sublimati uestræ per eundem fratrem nostrum secundũ Canones sacros directa ab eo, cui nobis inde iussistis, sicut ipsæ literæ monstrant, rescribere, ex integro relecta non fuisse aduertimus. Sed &

epistolam nostram de eisdem actionibus autoritati uestræ transmissam studio necessario eum non relegisse comperimus. Scriptum est enim in epistola sanctitatis uestræ nobis directa hoc modo. Igitur de Hincmari Laudunensis Ecclesiæ Episcopi depositione Pontificio nostro scripsistis, quatenus de eo secundum quod Canonicum est uobis rescribere iubemus. Primò deniq; uestræ respondimus charitati, quia cum clamenti in synodo se ad sedem Apostolicam uelle incunctanter uenire, atque in præsentia eius pro obiectis sibi ab aduersario criminibus respondere, damnationis in eum non erat proferenda sententia: Tamen, sicut in ipsius concilij actionibus legitur, qui saluo in omnibus iudicio sedis Apostolicæ, illum ab Episcopis fuisse iudicatum asseritis. Nos autem non aliqua contra quoslibet commoti inuidia, nec alterius culpam in alterum retorquere cupientes, uolumus & autoritate Apostolica, quia nullius partis fauorem aut obsequium, sed rei gestæ ueritatem magis inuenire cupientes, iubemus ipsum Hincmarum Laudunensem Episcopum ad limina sanctorum Apostolorum nostramque uenire præsentiam: Quo sanè ueniente, ueniat pariter accusator idoneus, qui nulla possit autoritate legitima refpui, & tunc in præsentia nostra, & totius sedis Romanæ synodali collegio, causa illius prudenti uentilata examine, ac diligenter inquisita, secundum Deum & sacrorum Canonum constitutiones spiritu Dei prolatas, sine protelatione aliqua finietur. A qua reprehensione nostra, quod accensemur, quia cum clamaret in synodo se ad sedem Apostolicam uelle incunctanter uenire, atque in præsentia eius pro obiectis sibi ab aduersario criminibus respondere, damnationis in eum non erat proferenda sententia, beati Petri Apostolorum primi, pro modulo nostro imitantes exemplum, per quem sumpsimus religionis exordium, nos minores, apud uos potiorem, humiliter excusare satagimus, quia ille (ut in sacra historia legimus) reprehensus à minoribus suis, cur ad gentiles intrasset, & commedisset cum eis, & cur eos in baptismate recepisset, querelam minorum suorum humili ratione placauit, atq; in causa reprehensionis suæ etiam testes adhibuit dicens: Venerunt autem mecum sex fratres isti.

Quam excusationis nostræ satisfactionem tantò uos placabilius acceptare confidimus, quantò nos in ea ipsius exemplum sequi uelle cognoscetis, cuius sedi diuino consilio præsidetis. Vnde nunc nobis non esset necessarium excusare, si is, quem nobis iussistis rescribere, ad locum in gestorum synodalium serie legisset, quod ibi antequam damnationis in Hincmarum profertur sententia, scriptum est ita, Tunc electæ sunt in synodo ab Adalgario Diacono sententiæ canonum, ita eo dicente: Sardicenses Canones decreuerunt, ut si aliquis Episcopus iudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, ut iterum concilium renouetur, si uobis placet, S. Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt, Iulio Romano Episcopo, & si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur & det iudices. Si autem probauerit talem causam esse, ut non refricentur ea quæ acta sunt, quæ decreuit, confirmata erunt. Et Innocentius tunc Papa decreuit, ut si maiores causæ in medio fuerint deuolutæ, ad sedem Apostolicam, sicut synodus statuit, & uetus consuetudo exigit, post iudicium Episcopale referatur. Et Bonifacius Papa dicit, Nos per omnes prouincias literas dirigemus, ne excusationem sibi ignorationis, qui maximus obtendat, ut ad prouinciam uenire cogatur, & illic se constituto præsentare iudicio. Quicquid autem charitas de hac causa duxerit decernendum cum ad nos relatum fuerit, nostra aut condecet necesse est autoritate confirmetur. Et sanctus Leo Papa decreuit, Si quæ inquiens, alias emerserint causæ, quæ ad statum Ecclesiarum, & ad concordiam pertineant sacerdotum, illic sub timore Domini uolumina uentilentur, & de componendis atque compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur, ut ea, quæ iuxta Ecclesiasticum morem iustè & rationabiliter fuerint definita, nostra quoque sententia roborentur.

Hisce testi-

A Hisce testimonijs clarè hæc synodus uoluit monstrare, quòd ueteribus canonibus sit constitutum: ut singularum prouinciarum Episcopi suas causas finaliter, ac prorsus dijudicent, ac exæquantur: nec cogantur eas ad quemquam porrò mittere iudicandas, aut cuiquàm ulteriorē appellationem concedere, nisi si forte sponte sua, suoq; iudicio eas Romano Pontifici uidendas transmittere uelint. Idem & ipse Rex Carolus superius prolixè in sua epistola ad Papam egit, ac multis testimonijs demonstrauit. Vnde apparet, tunc nequaquam Episcopum Romanum supremam iurisdictionem supra omnes Ecclesias aut Episcopos habuisse, quam postea sibi etiam super ipsos laicos, imò etiam Reges & Cęsares rapuit, & nūc quoque uiolenter apud eos, qui eius tenebris excecati sunt, tenet & exercet. Verùm toti huic historiæ et actioni aliquid lucis adijciet etiam narratio, et epistola Hincmari Remorum Archi
B episcopi, quam mox sub suo titulo in sequenti capite sequitur.

Hincmarus.

HIncmarus Archiepiscopus Remensis, uir doctus, & pietatis studiosus floruit potissimum sub Carolo secundo Ludouici Pij filio, circa 870. Domini annum: tametsi & magni Caroli tempora adolescens ullus attigerit, ut ex eo testimonio de libro Caroli Magni contra idolatriam statuarum, quod superius posuimus, apparet. Is igitur dum corrigere uitia morbosq; clericorum conatus est, multum molestiarum à perditæ uitæ clero, eorumq; ad Papam appellationibus, imò & à Papis ipsis sustinuit. Fuit inter alios quidam Hincmarus Landuensis Episcopus ei subiectus, & etiam nepos. Is quendam nomine Nortmannum, Caroli Regis Galliarum ministrum, excommunicauerat, ob nescio quæ bona Ecclesiastica, quæ tamen eius filio concesserat: & quia ea excommunicatio tum Regi, tum Hincmaro
C Archiepiscopo improbabatur, ille ad iudicium Archiepiscopi & synodi uocabatur. Vbi cum se satis excusare non posset, Romanum Pontificem appellauit. Quam appellationem cum nec Rex nec Archiepiscopus admitterent, quinpotius eum Rex ui detineret, ne profectus Romam maiores turbas excitaret: ille in toto suo Episcopatu interdictum, ut uocant, posuit, ita ut etiam infantum baptismum prohiberet. Verùm nec sacerdotes eius ac Ecclesia id interdictum seruare uoluit, nec Archiepiscopus passus est: quin potius eum duriter de eo facto obiurgauit. Impetrarat quoque idem Episcopus literas à Papa, quibus & ipse Romam uocabatur, & Archiepiscopus eum & alios quosdam eò mittere, & denicq; Nortmanum excommunicare iubebatur. Verùm nihil eorum concedebat uel Rex, uel Archiepiscopus. Quin potius Archiepiscopus prolixum librum contra illum iuniorem Hincmarum composuit, quo potissimum id conatur ostendere, singulas causas suis in locis dijudicandas, & Episcopos suis Archiepiscopis subiectos esse, ac parere debere. Summa, totum
D scriptum potissimùm spectat contra illam anarchiam & confusionem, quòd illi contempto suo Metropolitano, Romam curritare uolebant. Non quidem disertè Pontificium regnum insectatur, sed tamen subinde urget ueteres canones Apost. Nicenos & Africanos, iubentes ut unaquæq; prouincia suo sit Metropolitano contenta. Citat quoque Leonis dictum, quo non parum Romana sedes cæteris exæquatur: quod adscribam.

Vnde beatus Leo in sermone sui natalis inter cætera dicit, quod dicitur beatissimo Petro: Tibi dabo claues regni cœlorum, &, Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Transiuit quidem etiam in alios Apostolos ius istius potestatis, & ad omnes Ecclesiæ principes decreti huius constitutio commeauit: sed non frustra uni commendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim hoc ideo singulariter creditur, quia cunctis Ecclesiæ rectoribus Petri forma proponitur. Manet ergo Petri priuilegium, VBICVNQVE ex ipsius fertur æquitate iudicium: nec nimia est tanta seueritas, tanta remissio, ubi nihil est ligatum, nihil solutum, nisi quod beatus

Petrus aut ligarit aut ſoluerit: qui Regem cœlorum, ut Auguſtinus & cæteri docto- A
tes exponunt, maiori præ cæteris deuotione confeſſus eſt, meritò præ cæteris ipſe
collatis clauibus regni cæleſtis munere donatus eſt: ut conſtaret omnibus, quia
abſq; ea confeſsione ac fide regnum cœlorum nullus poſsit intrare. Claues autem
regni cœlorum, ipſam diſcernendi ſcientiam potentiamq; nominat, qua dignos re-
cipere in regnum, indignos ſecludere deberet à regno. Vnde manifeſtè ſubiungit:
Et quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; ſolueris
ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Quæ ſoluendi ac ligandi poteſtas, quamuis
ſoli Petro data uideatur à Domino, abſq; ulla tamen dubietate noſcendum eſt, quia
& cæteris Apoſtolis datur, ipſo teſtante, qui poſt paſsionis reſurrectionisq; ſuæ trium
phum apparens, eis inſufflauit, & dixit omnibus: Accipite S. Spiritum, quorum re-
miſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Nec non
etiam nunc in Epiſcopis ac presbyteris omne Eccleſiæ officium idem committitur, B
ut uidelicet agnitis peccantium cauſis, quoſcunq; humiles ac uerè pœnitentes aſpe-
xerit, hos iam à timore perpetuæ mortis miſerans abſoluat.

Verùm cum hoc Iandunenſi, cauſa utcunq; eo cedente, compoſita fuit, ſed alius
quiſpiam nomine Rhotadus Sueſsionicæ urbis Epiſcopus, eſt Romæ à Nicolao
primo abſolutus, qui itidem cum ad Papam appellaret ab hoc Hincmaro, ut teſtan-
tur uitæ Pontificiæ Damaſo adiunctæ, erat non ſolum damnatus ſed & depoſitus,
ac in carcerem concluſus. Omnino hic Præſul egerrimè tulit illam confuſionem diſ-
ciplinæ Eccleſiaſticæ, quæ ex continuis prauorum hominum appellationibus oriri
ſolet. De Nortmanni excommunicatione Romam Hadriano ſcripſit, eamq; facere
recuſauit quòd iniuſta eſſet: petijtq; ne portò tam temerè excommunicationes præ-
cipiat, aut quibuſuis mentientibus credat: ſed patiatur potius cauſas in ſuis locis dili-
gentius cognoſci ſecundum canones, ac dijudicari. C

Fuit eis & alia eaq; pergrauis controuerſia cum Pontifice. Iuſſerat Pontifex
hunc Hincmarum excõmunicare Carolũ Regem: propterea quòd ſui fratris Lotha
rij iam mortui regnum occupauerat, quòd ille filio eius Ludouico deberi affirma-
bat. Id quoq; Hincmarus recuſauit: quia Rex ſe ad legitimam cognitionem ofere-
bat. Scripſit de ea re prolixam reſponſionem ad Adriani ſecundi acerbam epiſto-
lam: ſubmiſsè quidem, ſed tamen ita, ut ex aliena perſona non pauca audacter &
fortiter dicat. Affirmat enim Proceres regni dicere, illa eſſe noua & inaudita, quòd
Papa uelit ſibi de iure regnorum iudicia ſumere: eum non poſſe ſimul eſſe Epiſco-
pum & Regem: eum debere ſua ſpirituali iuriſdictione contentũ eſſe. In quam ſen-
tentiã multa uerè et grauiter contra Pontificię tyrannidis temerarias nouitates diſſe-
rit. Verùm adſcribam ipſam totam epiſtolã, cum & alioqui multa digna ſcitu habeat.

Domino ſanctiſsimo & Reuerendiſsimo patrum patri Hadriano primariæ ſe- D
dis Apoſtolicæ, & uniuerſalis Eccleſiæ Papæ, Hincmarus nomine, non merito Re-
morum Epiſcopus, ac plebis Dei famulus.

Excellentiæ neſtræ autoritas nuper 14. Kalen: Nouembris quartæ indictionis
mihi per legatos ſuos multis & magnis increpationibus repletam, ſicut ſibi placuit,
miſit epiſtolam. De quibus (ut uiri, flagellis eruditi, uerbis utar) quantum ad hu-
manum ſpectat iudicium, non uiro qui ſimilis mei eſt, reſpondebo, nec qui mecum
in iudicio poſsit audiri: nec eſt qui utrunq; ualeat, arguere et ponere manum ſuam in
ambobus, & ſi locutus fuero nõ quieſcit dolor meus, & ſi tacuero non recedet à me.
Propterea non ex æquo ad omnia, ſed ad quædam de his quæ ſcripſiſtis, de quibus
tacere non audeo, breui & humili ſermone mihi eſt reſpondendum.

Quia ſcripſiſtis me reminiſci debere, ſi unquam Apoſtolicis epiſtolis non re-
ſcriptum ſit, & conuenientibus reſponſis de negotijs de quibus agebatur, Apo-
ſtolicæ ſedi remiſſum, ſicut me pro ueſtro contemptu feciſſe penitus conſtat,
quando nuper per uiros miſſos in Galliarum partes epiſtolas tam mihi, quàm
alijs deſtinaſtis, & nullum inde reſponſum recepiſtis. Humiliter ſuggero,

quia

A quia nunquã per contemptum à ſedis Apoſtolicę præceptionibus deuiauí, & in noſtra epiſtola per commemoratos miſſos ueſtros, Paulum ſcilicet & Leonem uenerabiles Epiſcopos, puſillitati meæ directas ſcripſiſtis, quid inde agerem, ſed non ſcripſiſtis, ut inde uobis reſcriberem. Veruntamen eiſdem miſſis ueſtris uerbis reſponderi, pro uiribus, me iuſſionem ueſtram executurum. Egí autem exinde quantum ualui, & quantum mihi agendũ eſſe uideri potui: & quod me agere non poſſe uidi, ad poteſtatis ueſtræ auctoritatem, mactatione mea referre curaui, ſicut & uobis innotescendum cuius rei exitum, & effectus certitudinem ſciui, quando præfatas increpatorias literas mihi miſiſtis parabam ſcilicet, quomodo ipſa die quando epiſtolas ueſtrę auctoritatis mihi Paulus & LEO uenerabiles Epiſopi dederint Regi & Epiſcopis & regnorum Primoribus, cauſſa tam de regno quod antea dominus Carolus habuit, quàm & de regno quod olim Rex Lotharus habuit, ad fuerit relegi, & eis ut ita ſeruarent denunciare curaui. His autem quidem Epiſcopis regni, quod antea dominus
B Carolus habuit, detulerunt epiſtolam, ad eos generaliter directam tranſmiſi. Inde quæ Epiſcopis tam ex regno ſuo quondã Lotharij, qui in Atiniaco iuſſo ipſius domini Caroli Regis conuenerunt, Eandẽ epiſtolã relegi, & prefato domino Regi Carolo ſed & Epiſcopis regni ipſius, & Epiſcopis regni dudũ Lotharij, & Epiſcopis regni Ludouici, ſed & ipſi Ludouico Regi Germaniæ hanc ſchedulã quæ ſub ſequitur poſt iuramenta inter Reges ſine me facta, dedi. In qua ſic autoritatis ueſtræ præceptionem indixi, ut periculis imminentibus cõmemoratis, quomodo eis obuiare, & illa omnia penitus, & in ſimul commouere non poteram relatione ad autoritatem ueſtram, & ſi non reſiſtentibus uel mihi conſulerem. Ipſa autem ſhedula & Regibus & Epiſcopis, ac regnorum Primoribus à me recitata, & dato ita ſe habet:

Dũs Apoſtolicus Hadrianus ſicut multis eſt cognitum, & literís ſuis quas præ manibus habeo, exiguitati meæ dignatus eſt intimare, Regibus & Pręſulibus ac regnorum Primoribus in his Galliarum partium regionibus & inter cætera auctoritate mi
C niſterij ſui mandauit, ut regnum quondam Regis Lotharij, quod domino Imperatori Ludouico ſpirituali filio eius hæreditario iure debetur, & quid ad eum poſt mortem ipſius Lotharij rediet: Vel homines in eo degentes mortalium nullus inuadat, nullus commoueat, nullus ad ſe conetur inflectere. Quòd ſi quis præſumpſerit, non ſolum per ſuæ auctoritatis miniſterium infirmabitur, Verùm etiam uinclis anathematis obligatus, nomine Chriſtianitatis priuatus, cum diabolo omnino locabitur, Et ſi quis noſtrum de Epiſcopis tam nefarię temeritatis autorem uel tacendo fugerit, uel non reſiſtendo conſenſerit, non iam poſtoris, ſed mercenarij nomine ſe nouerit cenſendum, & quia iam non pertinebit ad eum de ouibus, non pertinebit conſequenter de paſtoralibus dignitatibus. Quæ autem in epiſtolis ad Epiſcopos, & regnorum Primores regni quondam Lotharij directis contineantur, melius ipſi ſcitis qui eas legiſtis. Audiui etiam quòd ſimiles epiſtolæ, ſicut Domino noſtro Ca-
D rolo & Epiſcopis ac Primoribus regni ipſius directæ ſunt, domino nihilominus Ludouico Regi glorioſo & Epiſcopis ac regni eius Primoribus miſſæ ſunt, Quod uos, qui de regno eius eſtis, certius ſcitis. Mihi quoq; exiguo Remorum Epiſcopo auctoritate ſua, dominus Apoſtolicus ſpecialiter cõmendauit, ut uice ſua tam Reges quàm ceteros Dei ac mundi miniſtros admonendo, ſuadendo, ac prohibendo, à cupiditatis uel auaritiæ uitio, & ut aliena non ſuſcipiant atq; regnum quondam Lotharij, & homines in eo degentes non inuadant, comprimant & compeſcant. Sed & per multos, & à multis audio diuulgatum inter Principes noſtros dominos ſcilicet ac Reges glorioſos, mutuis Sacramentis firmatum, ut intereos qui ſe dicunt ipſius regni hæredes eſſe æqua diuiſio ipſius regni fiat quæ firmitas ſi facta non fuiſſet ut multi affirmant, iam ſeditio inter populos illis ſubiectos exorta fuiſſet. Et ſi ipſa firmitas executa non fuerit, prælia & ſeditiones ſicut iam fuerint poſt obitum domini Ludouici Imperatoris inter eos exurgent, & maxima ſtrages populi ac perditio animarum inde proueniet quòd poſtea emendari non poterit. Quapropter inter tanta & ta-

lia pericula, scilicet domini Apostolici præceptum negligere, & pactum iuramentis A
in nomine Domini & Sanctorũ eius inter Reges nostros firmatum, dissoluendum
iudicare, & seditiones populorum ac prælia parui pendere, & ut Ecclesiarum Recto
res, ac uiri nobiles de multis partibus à paginis imperiti & sine Rege ac Principe, nisi
quem ipsi post mortem Lotharij pro sua quiq; conuenientia elegerint, sicut fatentur
existentes non debeant, uel sicut habent necessitatem, non habeant libertatem recto
rem eligere, qui Sanctam Ecclesiam, & eos atq; Christianitatem in illo regno consi-
stentem defendat, & gubernet, dicere anxians sine generali unanimitate Episcopo-
rum regni domini Caroli, quibus dominus Apostolicus de caussa regni Lotharij
suam misit epistolam, quam eis sicut mihi est præceptum, direxi. De his quæ præ-
misi quantum ex me est, nulli definitioni audeo consentire, reseruato per omnia pri-
uilegio sententiæ domini Papæ: Cuius autoritas si aliquid de actis corrigendum
fuerit, admonitione paterna corrigere, & quæ stabilienda sunt, poterit roborare. De B
hoc uerò quod mihi scripsistis, dicentes quis melius te nouit, quid filij quondam
Ludouici Imperatoris in unum conuinientes, regnum inter se diuiserunt, iureq; iu-
rando sibi inuicem promiserunt, ut nullus eorum regnum alterius fratris sibi usurpa
ret, aut omnino peruaderet, & tunc Carolus Rex iuramentis illud contemptis, re-
gnum, quod Lothario imperatore defuncto domino sereniſſimo Imperatori filio
eius debetur, inuasit & fidem debitam uiolauit reuerentiæ uestræ debita humiliatè
respondebo, quoniã & si ita esse, ut scribitis, scirem, cum ipse Rex Carolus ita esse nõ
confiteatur, nec legali uel regulari iudicio inde conuictus appareat, & multis atte-
stantibus fateatur hanc regni partem sibi à patre Ludouico Augusto consensu tam
Episcoporum quàm cæterorum procerum, totius imperij traditam, & à fratre Lo-
thario Sacramento publicè confirmatam: sequendum tamen mihi arbitrarer, quid
præmisso iudicio dicit Africanum Concilium, ut magis caueat Episcopus, ne dicat in C
quenquam quod alijs documentis conuincere non potest. Vnde Sanctus Au-
gustinus qui eidem Concilio interfuisse legitur, à sede Apostolica Beato Cœlestino
docéte, pro uita sua atq; meritis, ac magna scientia inter Magistros optimus habitus,
in libro de pœnitentia dicit: Pleriq; boni Christiani propterea tacent & sufferunt
aliena peccata quę nouerunt, quia documentis sępe deseruntur, & ea quæ ipsi sciunt,
iudicibus Ecclesiasticis probare non possunt. Quamuis enim uera sint quędam, non
tamen iudici facilè credenda sunt, nisi certis indicijs demonstrentur. Nos uerò à com
munione quenquam prohibere non possumus, quamuis hæc prohibitio nondum
sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum aut in aliquo siue seculari siue
Ecclesiastico iudicio nominatum atq; conuictum. Quis enim sibi utrunq; audet assu-
mere, ut cuiquam ipse sit accusator & iudex? Cuiusmodi regulã etiam Paulus Apo-
stolus in epistola ad Corinthios breuiter insinuasse intelligitur, cum quibusdam tali-
bus commemoratis crimínibus Ecclesiastici iudicij formam ad omnia similia ex qui
busdam daret, ait: Scripsi uobis in epistola non commiscerí fornicarijs & reliqua. D
Et pòst aliquantò: Si quis frater nominetur aut fornicator aut rapax, cum eiusmodi
neccibum quidem simul sumite. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare?
nonne de his quæ sunt inter uos iudicatis? de his autem qui foris sunt dominus
iudicabit? Auferte malum à uobis ipsis. Quibus uerbis satis ostendit, non te-
mere aut quomodo libet, sed per iudicium auferendos esse malos ab Ecclesiæ com-
munione. Et si per iudicium auferri non possunt, tolerentur potius, ne peruersè
malos euitando quisq; ab Ecclesia ipse discedens, eos quos fugere uidetur, uincat
ad gehennam. Et item, si quis frater nominatur fornicator aut raptor, & reliqua.

Eam, inquit, nominationem intelligi Apostolus uoluit, quæ sit in quenquam
cum sententia ordine iudiciario atq; integritate profertur. Nam si nominatio
sufficit, multi damnandi sunt innocentes, quia sæpe falsò in quenquam crimen
nominatur. Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspitio-
nis, uel etiam extraordinario usurpato iudicio, sed potius ex lege Dei secundum or-
dinem

dinem Ecclesiæ, siue ultro confessum, siue accusatum atq; conuictum. Sunt enim LEGES & Canones ac decreta sedis Apostolicæ, ex eisdem Canonibus promulgata, quæ manifestant qualiter & à quibus, uel ubi quis debeat accusari, uel iudicari: de quibus sanctus Augustinus in libro de Vera religione dicit, In istis temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent, cum eas instituunt, tamen cùm fuerint institutæ atq; firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Et sanctus Gelasius in decretis suis ad Orientales Episcopos: Ideo (inquit) uocatur ad iudicium certa quæcunq; persona, ut aut fateatur obiecta, aut conuincatur obiectis. Et iterum: Natan Propheta palàm publiceq; in facie Regi Dauid, & commissum pronunciauit errorem, & ipsum commissum non tacuit, & confessione correctum consequenter absoluit. Et sanctus Bonifacius longè antè decreuit, & accusatus præsens, si confidit, ad obiecta respondeat. Non insurgendum, ergo mihi est uisum ad iudi- B candum illum, qui non confessus aut in aliquo siue seculari, siue Ecclesiastico iudicio nominatus est atq; conuictus, nec utrunq; fui ausus assumere, ut eius ipse forem & accusator & iudex. De eo quod sanctitas uestra exiguitati meæ scripsit, quia silui, & contra tale facinus saltem leuiter non insurrexi, non solum consors, sed etiam, quod est deterius, huius tyrannidis author esse uideor, cum uenia & pace uestræ sublimitatis dico, quia ille qui fortè hac opinione sed non cognitione, ad iniuriam & increpationem meam uobis suggesit, scire debuerat uestræ authoritatis grauitatem sufficienter recolere, quod scriptum est, causam quam nesciebam diligentissimè inuestigabam. Et ut beatus dicit Gregorius, cùm omnia nuda & aperta sint oculis Domini, tamen mala Sodomæ noluit audita iudicare: qui ait. Descendam & uidebo utrum clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerint, an non est ita, ut sciam. Omnipotens itaq; Dominus & omnia sciens, cur ante probationem, quasi dubitat, nisi ut gra- uitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum antè præsumamus credere C quam probare? Nam ut uestræ dignationi ueraciter fatear, nec author, nec cõsors, nec consensor ullius tyrannidis unquam, uel usq; ab ipsis cunabulis hactenus extiti. Hæc qui uobis talia nunciauit, adiuuante Domino de me probare non ualebit. Et quia non silui, & in annunciando uel exequendo ea, quæ mihi à uestra authoritate præcepta sunt, pro scire & posse meo deses uel segnis nõ extiti, sicut & antè scriptis ostendi, & coram missis uestris uiua uoce monstraui. De hoc quod dicitis, quia honore & dignitate cæteris Caroli Regis regni Episcopis sum sublimior, suggero, quia scientia & meritis inferiorem, & non dignitati ac honore loci priorem cæteris Metropolitanis me esse cognosco. Quia sicut sanctus Innocentius & Bonifacius, ac cæteri sacræ sedis Romanæ Pontifices, inde cæteris suis ex sactis Canonibus promulgatis dicunt, unaquæq; prouincia suo Metropolitano debet esse contenta. De hoc quod scripsistis, ut si ipse Rex Carolus in obstinationis suæ perfidia post meam conuentionem persistere maluerit, quàm iuxta uestra monita resipiscere, ab illius me communione D atq; consortio sequestrem, & secundum Apostolicum, nec aue ei dicam, si uestræ communionis uolo esse particeps præsentiam eiusmodi omnibus deuitem, cum magno cordis dolore ac gemitu dico, quoniam & Ecclesiastici & secularis ordinis uiri, qui de diuersis Regis Remi ciuitatem plurimi conuenerint, quos mandatum uestrum ibidem mihi delatum, quia non debuit, latere non potuit exiguitati meæ, qui quantum sciui, & potui semper Apostolicæ sedis priuilegium extuli, improperando dixerunt & dicunt: Nunquam huiusmodi præceptionem ab illa sede ulli decessorum meorum missam fuisse, cùm inter Reges Sacramentis etiam confœderatos, sed inter patrem & filios, ac inter fratres prælia & seditiones eorum temporibus fuisse noscantur. Et alijs peccatis meis reputo, me hac intentionis uestræ comminatione singulariter ab authoritate uestra impeditum, cum cæteros Episcopos Regni sui confratres scilicet & consacerdotes meos tantum monueritis, increpueritis, redargueritis, & instruxeritis, non tamen, sicut me, illos de participatione communionis uestræ intentando, comminari uoluistis, nec etiam eos

qui, ut quidam dicunt Regem nostrum in regnum quondam Lotharij pro sua ne- A
cessitate inuitauerunt, & honores ex eodem regno obtinuerunt, neq; illos qui Re-
gibus & regnorum Primoribus, sicut ego uestram præceptionem, & de ipso Re-
gno interdictionem non intimauerint, & ex aduerso ascendentes non restiterunt,
ut ego qui secundum quod potui, iussionem uestram perficere, procuraui & nihil
emolumenti, & quantum passus est pedis in rebus: cum plures ex Ecclesia mihi com
missa diuturnis temporib. abstractæ in eodem Regno habeantur. Nec aliud quod-
cunq; commodum nisi impedimenta & dispendia sim adeptus. Sed & domino
nostro Regi Carolo ad exaggerationem dicitur à quibusdam, quod nec pro Lo-
thario, sicut multorum certa notitia, & infantes inde geniti protestati sunt publico
adulterio denotabo, & apud sedem Apostolicam accusabo. In cuius parte Regni
non solum pars diecœsis, Verùm & pars Parrochiæ meæ coniacuit: Talem præce-
tionem & cõminationem ab anteceſſore uestro nullus Episcoporum in isto Regno B
acceperit, nec etiam ab hæreticorum, uel schismaticorum, siue tyrannicorum Impe-
ratorum ac Regum, quales fuerunt Constantinus, Arrianus, ac Apostata Iulia-
nus, & Maximius Tyrannus præsentia & salutatione, siue collocatione sedis Aposto
licæ Pontifices, uel alij magnæ autoritatis atq; sanctitatis Episcopi, cum locus & ratio
ac causa exigit se subtraxisse leguntur, Et si alijs Episcopis Regi nostro communican-
tibus, ego me ab illius communione uel præsentia subtraxero, dicunt secundum
Concilium Africanum, quàm diu illi non communicauero, ut mihi ab illis non com
municetur Episcopis, præsertim cum ipse Rex se periurum esse deneget, se inuaso-
rem alterius, & non ad se pertinens Regnum diffiteatur, se tyrannum non esse con-
firmet, se hæreticum uel schismaticum, quibus Apostolus nec aut à quoquam dici
præcepit, non esse confiteatur, sed confessione rectæ fidei & amplexione Ecclesiasti-
cæ pacis, se Catholicum & in pace Ecclesiastica manere, & permanere uelle demon-
stret, & secundum LEGES ac Canones præsens in iudicio, aut ad obiecta respon- C
dere, aut obiectis conuinci, se non refugere dicat. Et ut de Regia persona inquiunt,
reticeamus, nec sicut quemlibet plebeum uel liberi capitis uirum, in istis regioni-
bus secundum Ecclesiasticas regulas, & secundum leges publicas illum accusatum,
uel sponte confessum, aut legaliter ac regulariter aperte conuictum audiuimus. Sed
in libris ille satis notissima ad legendum oculis ingerunt, qualiter proauus suus Pip-
pinus à Stephano ipsius auxilium petente, & pro liberatione Romanæ Ecclesiæ in
Galliam ueniente, in Regem sit unctus, cum adhuc degeret Romana Ecclesia sub
nomine & non auxilio defensionis Græcorum Imperatoris, & idem Pippinus non
excommunicatione Apostolica, sed uirtutem hostili Hailstulsum qualemcunq; Re-
gem Christianum oppressit, & Italiam domuit atq; iustitias sancti Petri obtinuit. Si-
militer & quæ auus eius Carolus temporibus Hadriani & Desiderij Regis Longo-
bardorum egerit, & quomodo patriciatum Romanum suscepit, quomodo etiam
temporibus Leonis Papæ nomen Imperatoris adeptus fuit, & quæ in Italia & quan
ta erga Romanam Ecclesiam fecerit, & quomodo Stephanus in Belgicam ueniens D
Remi patrem suum in Imperatorem coronans sacrauerit: & quomodo Gregorius
subreptus cum Lothario patre suo repugnante, in Franciam uenit, & pax postea in
Francia ut antea non fuit, & ipse Papa cum tali honore sicut decuerat, & sui anteces-
sores fecerunt Romam non redijt. Et computant quanta iste ab Episcopis & popu-
lo, qui Regem non habebant, & à paganis & seditiosis impetebantur in regnum
quod Lothatius habuit, inuitatus exordinata ordinauerit: & dicunt secularem scri-
pturam dicere, quia omne regnum seculi huius bellis quæritur, uictorijs propagatur,
& non Apostolici uel Episcoporum excommunicationibus obtinetur, & Scriptu-
ram diuinam proponunt dicere. Quia Domini est regnum, per quem Reges regnat,
& cui uoluerit dat illud, ministerio Angelorum & hominum. Quibus cum uerba
beati Iacobi Apostoli opponimus, dicentis: Vnde bella & lites inter uos? Nonne
hinc? Idem ex concupiscentijs uestris quæ militant in membris uestris? Litigatis &
belligeratis

A &belligeratis, & non habetis propterea quòd nõ postulastis. Et ideo, quia Domini est regnum, & per eum Reges regnant, ab illo regnum postulare debetis, qui litigatis & belligeratis pro temporali gloria, cum, si Dominum pia intentione postularetis, ipse uobis necessaria ad usum temporalem, & ad fruendum perpetuò superna bona tribueret. Et cum potestatem à CHRISTO sancto Petro primo Apostolorum, & in eo suis successoribus datam, sed & Apostolis, & in eis Episcopis Pontificium ligandi & soluendi collatum illis insinuare uolumus, respondent. Et uos ergo solis orationibus uestris, regnum cõtra Normannos & alios impetentes defendite, & nostram defensionem nolite quærere: & si uultis ad defensionem habere nostrum auxilium, sicut uolumus de uestris orationibus habere adiutorium, nolite quærere nostrum dispendium, & petite dominum Apostolicum, ut quia Rex & Episcopus simul esse
B non potest, & sui antecessores Ecclesiasticum ordinem, quod suum est, & non Rem-publicam, quod Regum est, disposuerunt, non præcipiat nobis habere Regem, qui nos in sic longinquis partib. adiuuare non possit contra subitaneos & frequentes Paganorum impetus, & nos Francos non iubeat seruire, cui nolumus seruire: quia istud iugum sui antecessores nostris antecessoribus non imposuerunt: & nos illud portare non possumus, qui scriptum esse in sanctis libris audimus, ut pro libertate & hæreditate nostra usq; ad mortem certare debeamus. Etsi aliquis Episcopus aliquem Christianum contra legem excommunicat, sibi potestatem ligandi tollit. Et nulli uitam æternam potest tollere, si sua peccata illi eam non tollunt. Et non conuenit ulli Episcopo dicere, ut Christianum, qui non est incorrigibilis, non propter propria crímina, sed pro terreno regno alicui tollendo uel acquirendo nomine Christianitatis debeat priuare, & eum cum Diabolo collocare, quem CHRISTVS sua morte & suo sanguine de potestate Diaboli uenit redimere, & Christianos pro fratribus suis animas suas docuit ponere. Propterea si dominus Apostolicus uult pacem quærere,
C sic pacem quærat, ut rixam non moueat: quia non nos concredemus, ut aliter ad regnum DEI peruenire non possimus, si illum quem ipse cõmendat terrenum Regem non habuerimus. Et alia de iuramentis & periurijs, & de tyrannide de quibus scripsistis, sed & de firmitatibus, quæ inter Reges nostros factæ fuerunt, & de seditionibus, quæ pro illo regno exortæ fuerunt, & ad internecionem multorum peruenirent, nisi ipse firmitates executæ fuissent, nobis dicunt, quæ uestræ autoritati mandare nobis non conuenit. Quapropter quomodo ipsius Regis, in cuius regno Parochia & prouincia mea consistit, & eorum quicum eo degunt, sine animæ periculo, & mihi commissæ Ecclesiæ detrimento, consortium uel præsentiam ualeam deuitare, non uideo. Cum beatus Augustinus in præfato libro de Pœnitentia dicat: Scripsi uobis, inquit Apostolus in epistola, Non commiscerí fornicarijs: non utiq; fornicatijs huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exire. Non enim possint homines in hoc mundo uiuentes, nisi
D cum talibus uiuere, nec eos lucri possunt facere CHRISTO, si eorum colloquium conuiuium q; uitauerint. Vnde & Dominus cũ publicanis & peccatoribus comedens, Non est (inquit) opus sanis medico, sed malè habentibus, nõ ueni uocare iustos, sed peccatores: Et paulò post: quibus satis ostendit, non temerè & quomodo libet, sed per iudicium auferendos esse malos ab Ecclesiæ communione, & si per iudicium auferri non possunt, tolerentur potius, ne peruersè malos euitando, quisquam ab Ecclesia ipse discedens eos quos fugere uidetur, uincunt ad gehennam. Quia & ad hoc nobis sunt in Scripturis exempla proposita uel in messe, ut paleæ sufferantur usq; ad ultimum uentilabrum, uel infra illa retia, ubi pisces boni cum malis usq; ad segregationẽ, quæ futura est in littore, hoc est, in fine seculi, æquo animo tolerentur. Et item idem, ex sententia Pauli, Duobus modis non te maculat malus, si non consentias, & si redarguas. Hoc est non communicare, non consentire. Communicatur quippe, quando facto eius cõsortiũ uoluntatis & approbationis adiungitur, Hoc ergo admonens nos Apostolus ait, NOLITE COMMVNICARE operib. infructuosis tenebrarũ:

Et quia

Et quia parum erat non consentire, si sequeretur negligentia disciplinæ, Magis autem, inquit, & redarguite. Videte quemadmodum utrumq; complexus est. Nolite communicare, magis autem & redarguite. Quid est, nolite communicare? Nolite consentire, nolite laudare, nolite approbare: Quid est autem, magis & redarguite? repræhendite, corripite, cohercete. Hoc enim secundum præceptionem nostram uerbis & scriptis egi sæpissimè: Et in epistola concilij ad Donatistas idem doctor solertissimus dicit. Quisquis, inquit, in hac Ecclesia benè uixerit, nihil ei præiudicant aliena peccata: quia unusquisq; in ea proprium onus portabit, sicut Apostolus dicit, Et quicunq; in ea corpus CHRISTI manducauerit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Cum enim dicit, Iudicium sibi manducat, satis ostendit, quia non alteri iudicium manducat, sed sibi. quia communio malorum non maculat aliquem participatione Sacramentorum, sed cõsensio factorum. Nam si in factis malis non eis quisquam consentiat, portat malus causam suam, & personam suam: non præiudicat alteri, quem in confessione mali operis socium non habet criminis. Et in 1. libro de Baptismo dicit: Spirituales siue ad hoc ipsum pio studio proficientes non eunt foris, quia & cum aliqua uel peruersitate, uel necessitate hominum uidentur expelli, ubi magis probant quàm intus permaneant, cum aduersus Ecclesiã nullatenus erigunt, sed in solida unitatis petra fortissimo charitatis robore radicantur. Ad hoc enim pertinet quod in illo Abrahæ sacrificio dicitur, Aues autem nõ diuisit, igitur qui meà solida unitatis Catholicę & Apostolicę Ecclesię petra nõ diuido, et sicut nobis scriptis, et etiam præsentibus uestris missis, adeò ex uestra iussione uerbis restiti Regi ac regnorum Primorib. ut & coram eisdem missis comminaretur mihi, quoniam si in mea sententia permanerem, ad altare Ecclesiæ meæ cantare possim. De rebus uerò & hominibus nullam potestatem haberem. A uestra communione non debeo separari aliorum factionibus, quorum quantum ex me est, non communico quæcunq; sunt tenebrosis operibus: qui, inquit Dominus, peccauerit mihi, delebo eũ de libro meo: Et anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Sed & in peccantibus, ut benè nostis, & beatus dicit Gregorius, causæ pensandæ sunt, & tunc ligandi atque soluendi potestas exercenda. Quæ potestas, ut LEO dicit, in alios Apostolos, & ad omnes Ecclesiæ principes commeauit: sed ideò singulariter Petro creditur, quia cunctis Ecclesiæ rectoribus Petri forma proponitur. Manet ergo Petri priuilegium, ubicunq; ex ipsius fertur æquitate iudicium, nec nimia est uel seueritas uel remissio: ubi nihil est ligatum, nihil solutum, nisi quòd B. Petrus aut ligauerit aut soluerit. Qualiter etiam frater & sacerdos noster Hodo Beluacẽsis Episcopus, mecum pro obtemperandis uestris iussionibus laborauerit, idem legati uestri uobis innotescere possunt.

Sed & aliæ comminationes in nos sunt iaculatæ, quas adhuc nolo proferre, quasque scio, si Dominus illis permiserit, ut iam in deliberatione ita sine retractione comminantes in opere monstrare curabitur. Et ut mihi experimentum uidetur propter meam interdictionem, uel propter linguæ humanæ gladium, nisi alius eis obstiterit Rex uester uel regni eius Primores non dimittent, ut quod cœperint, quantum potuerunt, non exæquantur. Et nescio quomodo ipsius Regis, uel inter quos habito præsentiam & communionem uel consortium ualeam deuitare, cum Rex & cohabitantes mecum unà cum Rege non solum in parrochiam, uerùm & in ciuitatem meam sæpe conueniant, & ibi tandiu, sicut Regi complacet, degant: & cum tanta multitudine tam de regno quod antea habuit, quàm & de regno quod Lotharius habuit, necnon de alijs regnis ad eum confluentibus, sicut missi uestri uiderunt, & hoc quàm sæpe illi uidetur, in ciuitate mea sustineo, qui Ecclesiam & plebem mihi cõmissum deserere, & aliorsum ut mercenarius nõ ualeo fugere, nec quo extra regnum eius fugiam habeo: sed regio cultu eo recepto de Ecclesiasticis facultatibus, sicut præcipit, & quandiu præcipit illi & sibi obsequentibus seruio, ut quietè, secundum quod instat tempus, cum mihi commissis degere possim. Dicit enim hanc potestatem suos decessores habuisse, quam ipse nullius interdictione

dimitter.

A dimittet. Quæ omnia supra & infra dicta, sicut non accusandum, sic nec ad excusandum in aduocatione præfati Regis depromo. Aetatem enim habet, ipse de se loquatur, neq; ad resistendum uestræ autoritati, neq; ad contradicendum uestræ præceptioni, sed consulendum qualiter nos Episcopi, & ego præcipuè in quem tantam comminationem intentastis, erga Regem nostrum gerere debeamus. Cum beatus Augustinus, Apostoli exponens sententiam dicat, Apostolica inquit domina: ut omnis anima sub timoribus potestatibus subdita sit, & ut reddantur omnibus omnia. Cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal, & cætera, saluo Domini nostri cultu constitutionis humanæ principibus reddamus, quando & ipse Dominus ut nobis huius sacræ doctrinæ præberet exemplum, pro capite hominis quo erat indutus, tributum soluere non dedignatus est: Iubentur etiam serui Christiani, & fideles boni dominis suis temporalibus æquanimiter, fideliter q; seruire, quos iudicaturi sunt,
B si usque in finem iniquos inuenerint, aut cum quibus regnaturi sint, si & illi ad uerum Deum conuersi fuerint. Omnibus tamen præcipitur seruire humanis potestatibus atque terrenis, quousque post tempus præfinitum ab istius seculi consusione, tanquam de captiuitate Babyloniæ, sicut Hierusalem liberetur Ecclesia. Ex cuius captiuitatis occasione si etiam terreni Reges desertis idolis, pro quibus persequebantur Christianos, unum uerum Deum & CHRISTVM Dominum cognouerunt & colant, Pro quibus Paulus Apostolus iubet orare Ecclesiam, cum persequerentur Ecclesiam, ut securam & tranquillam uitam agamus cum omni pietate & castitate, sicut & ille populus in Babyloniam ductus, per Hieremiam iubetur orare pro Rege Babyloniæ. Et beatus Petrus dicit: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Dominum, siue Regi quasi procellenti, & item Dominum timete, Regem honorificate. Omni humanæ, inquit, creaturæ doctor sagacissimus omni dignitati hominum, omni personæ, omni principatui, cui uos diuina
C dispositio subdi uoluerit. Hoc est enim quòd ait, propter Dominum, quia non est potestas, nisi à Deo, & qui potestati resistit DEI ordinationi resistit. Et item sanctus Augustinus in sermone Euangelij Ioannis. Leguntur, inquit, leges manifestæ ubi præceperunt Imperatores, eos, qui precationes Catholicæ Ecclesiæ communionem usurpant sibi nomen Christianum, nec uolunt in pace colere pacis autorem, nihil nomine Ecclesiæ audeant possidere, Sed quid (inquiunt) nobis & Imperatori? Sed iam dixi de iure humano agitur, & tamen Apostolus uoluit seruiti Regibus, uoluit honorari Reges, & dixit, Regem reuereminí. Noli dicere quid mihi & Regi? noli dicere possessiones tuas, qui & ipsa humana iura renunciasti, quibus possidentur possessiones. Etsi per iura Regum possidebunt possessiones non possunt ut Regi, de Ecclesiasticis possessionibus obsequium non exhibeant, sicut antecessores mei suis antecessoribus exhibuerunt. Quapropter domine pater reuerendissime consulite secundum priuilegium sedis uestræ subiectioni nostræ, ne
D talia nobis cuicunq; suggestione mandetis, unde inter Episcopalem autoritatem & Regalem potestatem, inter Ecclesiam & Rem. tantum scandalum possit oriri, quod facilè ac sine dispendio religionis uel detrimentũ Ecclesiasticarum rerum, unde serui & ancillæ DEI debeant nutriri, & Ecclesiastica negotia contineri, postea non possit sedari, quia sicut Abraham dixit ad Dominum: absit hoc à te Domine, nõ est hoc tuum qui iudicas omnem terram. Et hanc meę subiectionis humillimã suggestionem ea benignitate suscipite, qua primus Apostolorum non solum minoris sui Apostoli redargutionem pro simulatione suscepit, ueram & minorum suorum quæstionem cur ad præputiatos intrauerit satisfacere ac lenire curauit, epistolam autem generaliter Episcopis regni Domini nostri Caroli à uobis directam quam tocius potui, Metropolitanis regni sui direxi, ut & ipsi per suos coepiscopos illam transmittant, quatenus scientes præceptionem uestram quòd iubeatis, exequi studeant. Vestra denique autoritas misit mihi præterito anno epistolam, præmissum coepiscopi nostri Hincmari præcipientem, ut oris mei officio Nortmannum, qui

num, qui res Ecclesiæ Laudunensis inuaserat, excommunicarem, sed ipse Nortmannus sicut manifestum est multis in istis Regionibus, in quibus LEGES & Canones exortas causas agitari, & definiri præcipiunt, res ipsius Ecclesiasticæ non inuasit, ex quibus quasdam idem Hincmarus Episcopus domino REGI Carolo sine meo, & cœpiscoporum ac comministerorum suorum consensu concessit, ut eas Nortmanno beneficiaret, sicut plurimi sciunt, & in scriptis suis domino Regi, & mihi directis fatetur, quas si quidem res nuper dominus Rex Ecclesiæ Laudunensi restituit, quasdam etiam res prædictus Episcopus filio Nortmanni sibi commendato in beneficium dedit, quas ab eo receptas tenet. Præterea si uestræ complacet autoritati quando talia & huiusmodi ad uos ueniunt, & inde præcipere postulamini, interponite si ita est, ut uobis innotuit, quatenus sanius uestra iussio iustè & rationabiliter ponderata ualeat exequi. Et Metropolitanus qualiscunq; qui secundum sacros Canones excommunicationes intentatas a prouinciali Episcopo, si inde ad me uenerit proclamatio debeo retractare, si uestro benigno sedet animo in obsequium, illius parrochianum suum iuberi non debeo excommunicare. Alteram si quidem mihi pro negotio ipsius Hincmari direxistis epistolã dicentes: Miranda est planè uestra fraternitas, qua re ministerio iuris Episcopalis in regionibus illis abutitur, & multorũ charitas abundante nequitia refrigescere dicitur. Hincmarus namq; nepos & æquiuocus tuus uenerabilis duntaxat Episcopus, sicut audiuimus, non minima in sua Ecclesia sustinet detrimenta, sed uobis, ut ita dixerim, tepescentibus nullam consolationem potuit inuenire. Vnde humiliter autoritati uestræ rescribo, quomodo ut scriptum est, sicut audio iudico, & uos sicut audistis scripsistis, sed qui uestræ sanctitati hæc uerbis uel literis intimauit, mendacium uobis dixit. Plurimùm enim pro eo, & apud Regem & apud alios laboraui, sed & à præcedentibus annis, sicut multis est notum, ab eo plurima suffero, & timeo ne in scripturæ sententias incidat, quibus dicitur: qui mentis est duræ, corruet. Adominatio enim domino est omnis arrogans, & qui se exaltat, humiliabitur. Et sicut illa, de quibus mihi pro eo scripsistis, mendacitet dicta sunt, etiam aliquis uobis suggessit, quod eum ire Romam prohibuerim, uel dissuaserim mendaciũ uobis nihilominus dixit, sicut & plures in istis regionibus sciunt, & scriptis ad eum sæpe directis possum ostendere. De eo quod pusillitati meæ uestra rescripsit sublimitas, ut eundem Hincmarum, & alios tres Episcopos omnium Episcoporum regni domini Caroli uicem ferentes, ad synodũ Romam mitterem, uestra sciat autoritas, quia nec prędictũ Hincmarum, nec etiam quemlibet Episcoporum Dioceseos Remorum, minimè autem aliarum prouinciarum Episcopos, nisi dominus Rex illis præceperit, Romam uel in aliquam partem mea commendatione mittendi habeo potestatem, nec ipse ego ultra fines sui regni absq; illius scientia progredi ualeo. Sicut missis uestræ sanctitatis coram Odone uenerabili Episcopo, & Ansegiso religioso presbytero & Abbate, quibus nostræ causæ sunt cognitę, dixi epistolam quoq;, sicut mihi scripsistis domino nostro Regi Carolo à uobis directam, & à me dandam pro Hincmaro, quæ ut coram illo relegeretur, & quòd in ea petebatis impleret me instare iussistis, frater Hincmarus mihi non dedit, nec etiam misit, sed sicut audiui à Remigio & Hardiueo Archiepiscopis aliarum prouinciarum, eam Regi dari obtinuit. DEVS omnipotens sanctitatem uestram ad Dominum sanctæ fidis & correctionem sanctę suæ Ecclesię in suo apto seruicio per annorum multa curricula conseruare dignetur, Domine sanctissime & reuerendissime Patrum pater in Domino.

Hactenus Hincmarus Remorum Archiepiscopus, & sui temporis decus. Qui etiam in Decreto citatur, tantæ autoritatis fuit. Sequentur postea plures eius epistolæ in diuersa materia.

Synodus

Synodus Macrensis.

TEmpore Ludouici Magni, Caroli ex Ludouico filio nepotis, celebrata est quę-
dam Synodus multorum Episcoporum in diœcesi Remensi, ad S. Macram:
tametsi numerus annorum, si quidem rectè scriptus est, sit amplior, & poste-
riora tempora indicet, nempe 881. annũ à Domini natiuitate. In ea Synodo diligen-
ter distinguuntur officia ac gubernatores politici ab Ecclesiasticis, omniaq; mala ex
ea potissimùm confusione oriri dicuntur. Verùm adscribam ipsa Synodi uerba, ne
quid confingere aut mentiri uidear.

Duo sunt quibus principaliter mundus hic regitur: Auctoritas sacra Pontifi-
cum, & Regia potestas. Solus enim Dominus noster Iesus Christus uerè fieri potuit
Rex & sacerdos: post incarnationem uerò & resurrectionem atq; ascensionem eius
in cœlum, nec Rex Pontificis dignitatem, nec Pontifex Regiam potestatem sibi usur-
pare præsumpsit. Sic actionibus propriis, dignitatibusq; ab eo distinctis, ut & Chri-
stiani Reges pro æterna uita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium
rerum cursu Regum dispositionibus uterentur: quatenus spiritualis actio à carnali-
bus distaret incursibus, & in Deo militaris Domino minimè se negocijs secularibus
implicaret: ac uicissim non ille rebus diuinis præsidere uideretur, qui esset negocijs
secularibus implicatus, &c. Et paulò post.

Quoniam ad exteriora negocia partim necessitate barbarici clamoris, partim
negligentia nostri temporis dilapsi sumus, & aliud ex honore suscepimus, atq; aliud
officio actionis exhibemus, ministerium prædicationis relinquimus, & ad pœnam
nostram, ut uideo, Episcopi uocamur: qui honoris nomen, non uirtutem tenemus.
Relinquunt namq; Dominum hi qui nobis commissi sunt, & tacemus, cum in pra-
uis actibus iacent, & correctionis manum non tendimus. Quotidie per multas ne-
quitias pereunt, & eos ad infernum tendere negligenter uidemus. Sed quomodo
nos uitam corrigere ualeamus alienam, qui negligimus nostram? Curis enim secu-
laribus intenti, tantò insensibiliores intus efficimur, quantò ad ea quæ foris sunt, stu-
diosiores uidemur. Vsu quippe curæ terrenæ à cœlesti desiderio obdurescit animus:
& cum ipso suo usu durus efficiatur, per actionem seculi Adæ emolliri non ualet, quę
pertinent ad charitatem Domini: quia dum extraneis actionibus implicamur, mini-
sterium actionis nostræ negligimus: Domini causam relinquimus, ad terrena nego-
cia uacamus; locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur. Impletum
est in nobis profectò quod scriptum est: Et erit sicut populus sic sacerdos: sacerdos
enim non distat à populo, quando nullo suæ uitæ merito uulgi transcendat actio-
nem. Ecce iam penè nulla est seculi actio, quam non sacerdotes administrent.
Quanto autem mundus gladio feriatur aspicimus, quibus quotidie percussionibus
intereat populus uidemus: cuius hoc, nisi nostro præcipuè peccato agitur? Ecce de
populatæ urbes, euersa castra Ecclesię, ac monasteria destructa, in solitudinem agri re
dacti sunt: sed nos pereunte populo auctores mortis existimus, qui esse debuimus
duces ad uitam. Ex nostro etenim peccato populi turba prostrata est: quia facien-
te nostra negligentia, ad uitam erudita non est. Pensemus ergo. Qui unquam per
linguam nostram conuersi, de peruerso suo opere nostra increpatione correpti pœ-
nitentiam egerunt? Quis luxuriam ex nostra eruditione deseruit? quis auariciam,
quis superbiam declinauit? hic pastores uocati sumus, & cum ante æterni pastoris
oculos uenerimus, eò gregem nostra prædicatione conuersum non ducemus. Sed
utinam si ad prædicationes uirtutem præsufficimus, loci nostri officium in innocen-
tia uitæ teneamus.

Conuersio Bauarorum & Corenthanorum.

AGnosco sanè & ipse hanc historiam non propriè eius generis esse, ut aptissimè
nostro instituto conueniat: sed tamen eo ipso, quod narraui, tantarum gen-
tium conuersionem adeò parum uel nihil Papæ meminit, & præsertim non

affirmat, eum per suos seruos aut creaturas (uti uocantur) eas gentes conuertisse, satis clarè illud impudentissimum mendacium Paparum refutatur, qui in Decreto suo gloriantur, omnes Europeas Ecclesias à se conuersas constitutasq; esse. Satis etiam liquidò hinc apparet, quàm parua aut nulla tunc potentia fuerit Pontificum super alias Ecclesias: multò uerò minus super politias. Ipsa igitur sola ueteris historiæ lux euidentissimè refutat Pontificum figmenta, id omni studio imperitis persuadere conantium, se perpetuò sic in triplici corona super solium Maiestatis cum utroq; gladio sedisse, ut nunc sibi eum falsò & impiè aut potus tyrannicè uendicat.

Vtiliter igitur, & hæc historia ad confutationem eius figmentorum, & aliæ præsertim Ecclesiasticæ edi in publicum possunt, quæ clarè testantur, longè aliam faciem Ecclesiæ, ac Religionis olim fuisse, quàm postea sub Pontificum Tyrannide sit consequuta. Taceo nunc, quod & alioqui est digna hæc breuis historiola, quæ non planè intereat, sed à pijs & literatis habeatur, & cognoscatur, ut sperem me eius editione gratiam potius, quàm reprehensionem apud bonos ac doctos candidosq; lectores consequuturum.

Quomodo Bacoarij & Carenthani facti sunt Christiani.

Ex antiquo membrano.

TEmpore Hildeberti Regis Francorum, anno scilicet Regni illius. v. honorabilis Christi confessor Rudbertus in Vuormacia ciuitate Episcopus habebatur, qui ex Regali prosapia Francorum ortus Catholicæ fidei & Euangelicæ doctrinæ, totiusq; bonitatis nobilissimus refloruit doctor. Erat enim uir simplex, pius & prudens, in sermone uerax, certus in iudicio, prouidus in consilio, strenuus in actu, conspicuus in charitate, in uniuersa morum honestate præclarus: Ita ut innumerabiles ad eius sanctissimam conuenirent doctrinam, & ab eo æternæ salutis documenta susciperent. Cumq; fama sanctæ conuersationis illius longè lateq; increbresceret, peruenit ad notitiam cuiusdam ducis Bauariæ nomine Theoto, qui supra dictum uirum Dei obnixis precibus, prout potuit, libentissimè studuit rogare per missos nuncios suos, ut hanc prouinciam uisitando sacra illuminaret doctrina. Vnde prædicator ueritatis diuino compunctus amore, assensum præbuit, primò suos dirigens legatos: Postea uerò Christi gregem lucrandum per semetipsum uenire dignatus est. Hoc audiens præfatus Dux, magno perfusus est gaudio, obuiamq; illi cum suis pergens, sanctum uirum Euangelicumq; doctorem cum omni honore & dignitate, suscepit in Ratispona ciuitate, Quem uir Domini cœpit de Christiana conuersatione admonere, & de fide Catholica imbuere, & non multò post multos alios illius gentis nobiles atq; ignobiles uiros ad ueram Christi fidem conuertit, sacroq; baptismate regenerauit, & in sancta corroborauit religione. Præfatus itaq; Dux S. uiro concessit licentiam locum aptum eligendi sibi et suis, ubi cunq; ei placeret in hac prouincia, Ecclesias Dei constituere, & cętera ad opus Ecclesiasticum habitacula perficere. Tunc iam dictus uir Domini accepta licentia per alueum Danubij usq; ad fines Pannoniæ inferioris, spargendo semina uitæ nauigando iter arripuit: sicq; tandem reuertens ad Lauriacensem peruenit ciuitatem, multosq; ibi infirmos uarijs languoribus oppressos, orando per uirtutem Domini sanauit. Deinde arrepto itinere peruenit ad quendam locum, qui uocatur Vualarium, ubi Ecclesiam in honore S. Petri principis Apostolorum construxit & dedicauit. Præfatus itaq; Dux ibidem primitus, ei in circuitu aliquas proprietatis possessiones tribuit. Postea uerò ad notitiam uenit sancto Pontifici Rodberto aliquem esse locum iuxta Fluuium Viarum antiquo uocabulo Innauensem uocatú, ubi antiquis scilicet temporibus multa fuerunt mirabiliter constructa ædificia, & tunc penè dilapsa syluisq; cooperta. Hoc audiens uir Domini prijs cupiens prospicere oculis, quid inde ipsius rei ueritas haberet, propter fidelium animarum lucrum, diuina disponente gratia cœpit Theodonem Ducem rogare, ut istius loci ei potestatem tribueret ad extirpanda & purificanda loca, et Ecclesiasticum prout ei libitum foret, ordinare officium.

Quod

A Quod ipse Dux consensit, tribuens ei in longitudine & latitudine de territorio, super duas longas possessiones, ut inde faceret quicquid ei placeret ad utilitatem istius sanctæ Dei Ecclesiæ. Tunc uir Domini ista cœpit renouare loca primò Deo, formosam ædificans Ecclesiam, quam in honore sanctissimi Petri principis Apostolorum dedicauit, ac demum claustrum cum cæteris habitaculis clericorum per omnia ordinabiliter construxit. Postea uerò delegato Sacerdotali officio, omnem ibidem quotidie cursum congruo ordine fecit celebrari.

Tunc prædictus doctor Rodbertus, cupiens aliquos adipisci socios ad doctrinam Euangelicæ ueritatis, propriam repetiuit patriam, iterumq; cum XII. reuertens discipulis, secumq; uirginem Christi nomine Erentruadam adducens, quam in superiori castro Innauensium statuens, ibidem colligens congregationem sanctimonialium, & earũ cõuersationẽ rationabiliter, sicut Canonicus deposcit ordo, per omnia

B disposuit. Ipse quoq; assiduè totũ spaciũ istius circumiens patrię, confirmans animos Christianorum, admonensq; in fide fortiter permanere, quod uerbis docuit, operib. adimpleuit mirificis, ibiq; constructis consecratisq; Ecclesijs, ordinatisq; inferioribus & superioribus gradibus, proprium sibi ordinauit successorem. Ipse uerò præsciens longè ante diem uocationis suę, cõfirmatis discipulis ad propriam remeauit sedem, ibiq; astantibus admonitione diuina fratribus peracta, inter uerba orationis spiritum reddidit in pace, die uidelicet resurrectiõis Domini nostri Iesu Christi, ad cuius sepulchrum exuberant innumerabilia beneficia curationũ cunctis fideliter petentib. usq; in hodiernum diem. Igitur post dissessum B. Rodberti Põtificis, uir charus omni populo egregiusq; doctor, & seminator uerbi Dei Vitalis Episcopus sedẽ Innauensem

C regendam suscepit. Post cuius transitum Antiogosus extitit Abbas, post cuius dispositionem prædictæ sedi adhæsit Sauolus Abbas, cuius ritè finito cursu Ethius Abbas successit. Quo migrante de seculo iterato illa sedes honorata refulsit Episcopo Flobargiso, post quem Ioannes pastoralem gessit in sede præfata curam.

Iisdem temporib. scilicet Ottilonis Ducis Bauariorum, qui tunc iam subiectus fuit Regi Pipinno Francorum, uenit quidam uir sapiens, et benè doctus de Hybernia insula nomine Vergilius ad prædictum Regẽ in Franciam loco uocato Karistaco. Qui propter Dei amorem retinuit eum secum ferè duobus annis, & cõperto eo benè docto misit eum præfato Duci Ottiloni, ac cõcessit ei Episcopatũ Salzburgensem Qui dissimulauit ordinationem duorum fermè annorum spacijs habens, proprium Episcopum fecit comitantẽ de patria nomine Dabdagræcũ ad persoluendũ Episcopale officium. Postea uerò petentib. populis & Episcopis regionis illius, consensit Vergilius consecrationem accipere, ac ordinatus est à comprouincialibus Præsulibus ad Episcopum, anno scilicet natiuitatis Domini. D CCLX VII. XVII. Kal. Iulij.

Hactenus prænoratũ est, qualiter Baioarij facti sunt Christiani, seu numerus Epi-

D scoporum & Abbatum cõscriptus in sede Innauensi. Nunc adijciendum est, qualiter Slaui, qui dicuntur Charẽtani & cõfines eorũ fide sancta instructi, Christianiq; effecti sunt, seu quomodo Hunni Romanos et Gothos atq; lapideos de inferiori Pãnonia expulerunt, & illam possederunt regionẽ, quo aduscq; Franci & Baioarij cũ Charẽtanis cõtinuis affligendo bellis superauerunt. Eos autem qui obediebãt fidei baptismũ sunt cõsecuti, tributariosq; Regum fecerũt, & terrã quam possederunt residui adhuc pro tributo retinẽt Regis usq; in hodiernũ diẽ. Nunc recapitulandũ de Charentanis.

Temporib. glorioſi Regis Francorum Dagoberti Samo nomine, quidã Slauus manens in Quarantanis fuit Dux gentis illius: Qui ueniẽtes negociatores Dagoberti Regis interficere iussit, et regna expoliauit pecunia. Quod dum cõperit Dagobertus Rex misit exercitum suum, & damnũ quod ei idẽ Samo fecerat, uindicare iussit, Sicq; fecerunt, qui ab eo illuc missi sunt, et Regis seruitio subdiderunt illos. Nõ multò post tẽpore Hunni eosdẽ Quarãtanos hostili seditione grauiter affligere, fuitq; tunc Dux eorũ nomine Boruth, qui Hunnorũ exercitu cõtra eos certũ Baioarijs nunciari fecit, eosq; rogauit sibi in auxiliũ uenire, Illi quoq; festini ueniẽtes expugnauerũt Hunnos

et obfirmauerunt Charantanos, seruitutiq; eos Regũ subiecerũt, similiterq; cõfines eo
rum, duxeruntq; inde secũ obsides in Baioariã, inter quos erat filius Boruth nomine,
Cacatius, quem pater eius more Christiano nutrire rogauit, & Christianũ facere, sicut
et factum est. Et de Chetumano filio fratris sui similiter postulauit. Mortuo autem Bo
ruth per iussionẽ Francorum Baioarij Cacatium iam Christianum factum, petentib.
eisdẽ Slauis, remiserunt et illũ Ducé fecerũt. Sed ille 3. postea anno defunctus est. Iterũ
autem per missionem Domini Pippini Regis ipsis populis petentibus redditus est eis
Chettamarus Christianus factus. Qui etiã Lupo presbyter ordinatus, Lunanẽsi sede
in insulã Chemingi Lacy, quę et Anna uocatur, dedit nepotẽ suum nomine Maiora-
num, ad presbyterũ iam ordinatũ. Et quia cõpater eius erat, idem Lupo presbyter
docuit eum, ut ad Innanense monasteriũ deuota mente ad Christianitatis officiũ sub
didisset, Quem suscipientes eidem populi Ducatũ illi dederunt. Ille uero secũ habens
Maioranũ presbyterum in Innanensi monasterio ordinatum presbyterũ, qui admo
nuit ipsum ad illud monasterium suum caput declinare in seruitiũ Dei, et ille ita fecit,
ac promisit se ad ipsam sedem seruiturum, sicut et fecit, atq; annis singulis ibidẽ suum
seruitium persoluebat, et inde semper doctrinam et officium Christianitatis percepit
usq; dum uixit. Exactis aliquantis temporib. prænominatus Dux Charantanorũ pe-
tijt Vergilium Episcopũ uisitare populum gentis illius, illosq; in fide firmiter confor-
tare. Quod ille tunc minime adimplere ualuit, sed sua uice misso suo Episopo nomi-
ne Modesto, ad docendũ illam plebẽ, et cum eo Vvatonem. Reginbertum Contha-
tium, atq; Latinum presbyteros suos, et Rihardum Diaconũ, cum alijs clericis, dans
eis licentiam Ecclesias cõsecrate, et clericos ordinare iuxta Canonum deffinitionẽ, nih
hilq; sibi usurpare, quod decretis sanctorum patrum cõtra iret, qui ueniẽtes Charanta
nis dedicauerunt ibi Ecclesiã S. Marię in solio, & aliam in Vburnia, ciuitate sua Adun
drinas, & in alijs quàm plurimis locis, ibiq; permansit usq; ad uitæ suę finem. Eo ergo
defuncto Episcopo, postulauit iterum idẽ Chetumarus Dux Vergilium Episcopum,
si fieri posset, ut ad se ueniret, Quod ille renuit, orta seditiõe quidẽ Carinula dimisit, e
sed initio consilio misit ibidem Latinũ presbyterũ, Et nõ multò post orta alia seditio
ne, exiuit inde ipse Latinus presbyter. Sedata autẽ Carinula misit iterũ Vergilius Epi-
scopus ibidẽ Madalhodum presbyterũ, et post eum Varmannũ presbyterum. Mor-
tuo autem Chettumaro & orta seditione aliquot annis nullus presbyter ibi erat, usq;
dum Vvalinch Dux eorũ misit iterũ ad Vergiliũ Episcopũ, et petijt ibidem presby-
teros mittere, Qui tunc misit eis Hiemonẽ presbyterũ, et Reginbaldũ presbyterũ, atq;
Maioranũ diaconũ cũ alijs clericis: non multò post, misit iterũ ibidẽ eundẽ Hiemonẽ
et Dupliterũ, & Maioranũ presbyteros, et alios clericos cũ eis, iterumq; misit eis Go-
tharium presbyterũ, Maioranum & Erchenbertũ, post eos Regẽbaldũ & Regenhar
dum presbyteros, ac deinde Maioranũ & Augustinũ presbyteros, iterumq; Regen-
baldum & Guntharium. Et hoc sub Vergilio factum est Episcopo. Antiquis enim tem
poribus ex meridiana parte Danubij in plagis Pannoniæ inferioris, & arca confines
regiones Romani præsederunt, ipsiq; ibi ciuitates & munitiones ad defensionẽ sui
fecerunt, aliaq; ædificia multa sicut adhuc apparet, Qui etiam Gothos & Iapidos suæ
ditioni subdiderunt, sed post annos natiuitatis Dñi CCCLXXVII & amplius Hun-
ni ex sedibus suis in Aquilonis parte Danubij, & in desertis locis habitantes, transfe-
rantes Danubiũ expulerũt Romanos & Gothos atq; Gepidos. Tunc uerò Slaui post
Hunnos inde expulsos uenientes ceperunt istis partib. Danubium diuersas regiones
inhabitare. Sed nunc qualiter Hunni inde expulsi sunt, et Slaui inhabitare ceperunt,
& illa pars Pannoniæ ad dioceſin Innauensem conuersa est ediscendum putamus.

Igitur Carolus Imperator anno natiuitatis Do. DCCXCVI. Ericum comitẽ des-
tinauit, & cum eo immensam multitudinẽ Hunnos exterminare. Qui minimè resi-
stentes reddiderunt se per præfatum comitẽ Carolo Imperatori, Eodem ergo anno
misit Carolus Pippinum filium suũ in Hunniã cum exercitu multo, qui perueniens
usq; ad celebrẽ eorum locũ, qui dicitur Rinch, ubi iterũ omnes eorũ Principes se dedi
derunt Pippinno. Qui inde reuertens partem Pannonię circa locũ Peleſſa inferioris

ultra fluuium,

A ultra fluuium, qui dicitur Rapa, & sic usq; ad Dranũ fluuium, et eo usq; ubi Dranus fluit in Danubium, prout potestatẽ habuit, prænominauit eum doctrina & Ecclesiastico officio procurare populum, qui remansit de Hunnis & Slauis in illis partibus, Arnoni Iuuanensium Episcopo usq; ad præsentiam genitoris sui Caroli Imperatoris. Postmodum ergo anno DCCCIII. Carolus Imperator Baioariã intrauit, & in mense Octob. Saltzburgensem & præfatam concessionem filij sui certans, potestatiuè multis astantibus fidelibus suis affirmauit & inconuulsam fieri concessit.

Simili etiam modo Arnon Episcopus successor Vergilij sedis Iuuanensis deinceps curã gessit pastoralẽ, undiq; ordinans presbyteros, et mittens in Slauoniam, in partes uidelicet Charantanas atq; inferioris Pãoniæ illis Ducib. atq; comitib. Sicut pridem Vergilius fecit. Quorũ unus Ingo uocabatur, multũ charus populis et amabilis propter suam prudentiam, tam obediens omnib. populis, ut si cuiq; uel chartha
B sine literis ab illo directa fuit, nullus ausus est suum negligere præceptũ, ore seruos credentes secũ uocauit ad mensam, et qui eorum dominabantur infideles, foris quasi canes sedere fecit, ponendo ante illos panem & carnes, & fusca uasa cum uino, ut sic sumerent uictus. Seruis autẽ Staupis deauratis propinare iussit. Tunc interrogantes primi de foris dixerunt. Cur nobis facis sic? At ille, uon estis digni non ablutis corporib. cum sacro fonte renatis cõmunicare, sed foris domũ ut canes sumere uictus. Iterũ contigit anno uidelicet natiuitatis Dñi DCCXCVIII. Arnonẽ iam Archiepiscopũ à Leone Papa accepto pallio remeando de Roma uenisse ultra Padum, eiq; obuiasse missum Caroli cum epistola sua mandans illiipsi itinere in partes Slauorum ire, et exquirere uoluntatẽ populi illius, et prædicare ibi uerbum Dei, sed quia hoc facere neque-
unt, anteq; responsum referret suæ legationis, festinè perrexit ad Imperatorem, & retulit ei, quicquid per eum Dominus Leo PP. mandauit. Post expletam legationẽ Im-
perator præcepit Arnoni Archiepiscopo pergere in partes Slauorum, & præuidere
C omnem illam regionẽ Ecclesiasticum officium more Episcopali colere, populosq; in fide et Christianitate prædicando cõfortare, sicut ille præcepit, fecit illuc ueniendo consecrauit Ecclesias, ordinauit presbyteros, populumq; prædicãdo docuit, & inde rediens nunciauit Imperatori, quòd magna utilitas ibi potuisset effici: Si quis inde habuisset certamẽ. Tunc iussu Imperatoris ordinatus est Theodoricus Episcopus ab Arnoni Episcopo Iuuanensium, Quẽ ipse Arnon & Geroldus comes perducẽtes in Slauoniã, dederunt in manus Principũ cõmendãtes illi Episcopo regionẽ Charan-
tanorum, & cõfines eorum Occidentali parte Drani fluminis, usq; dũ Dranus fluit in amnem Danubij, ut potestatiuè populũ regeret sua prædicatione & Euãgelica doctri
na, doceret seruire Deo, et ut Ecclesias cõstructas dedicasset, presbyteros ordinando constituisset, totumq; Ecclesiasticum officiũ nullis partib. prout Canonicus ordo ex-
poscit, proficeret dominationẽ & subiectionem habens Iuuanensium Rectorum si
cut ille fecit quam diu uixit. Post diem uerò transitus de hoc seculo Arnonis Ar-
D chiepiscopi anno D. CCCXXXI. Adalrammus pijssimus doctor sedẽ Iuuanẽscem susce-
pit regendam, Qui inter cętera beneficiorũ opera, finito cursu Theodorici Episcopi prout Arno Archiepiscopus antea Theodorico Episcopo Slauos cõmisit, ita & ipse Othonẽ constituit Episcopũ. Ipse enim Adalrãmus anno nat. Christi DCCCXXIII. palliũ accepit ab Eugenio PP. rexitq; gregẽ sibi cõmissum 15. annos, eoq; superna clementia uocante à nexib. corporis absoluto Luitprannus uenerabilis prædictæ sedis Pontificatũ accepit pastor. Quem Greg. PP. pallio honorauit anno DCCCXXXVI. Qui innumerabilib. Deo placitis operib. peractis sydereas cõscendit sedes anno DCCCLVIII. cui successit, quẽ ipse nutriuit Adaluuinus uenerabilis Præsul pallio honoratus à Nicolao PP. ad præsens enitet tẽpus, cum omni regens diligẽtia diuinitus gregem sibi cõmissum. Quorũ temporib. Luitpranni uidelicet Zadaluuini Archiepiscoporũ, Osuualdus Episcopus Slauorũ regebat gentẽ, prout iam priscis temporb. iam dicti Episcopi fecerunt subiecti Episcopis Iuuanensiũ. Et adhuc ipse Adaluuinus Archiepiscopus per semetipsum regere studet illam gentẽ in nomine Dñi, sicut iam in illis regionib. claret multis locis. Enumeratis itaq; Episcopis Iuuanensium cona-

mur,prout ueracius in chronicis Imperatorũ & Regũ Francorum et Baioariorũ scri- A
ptum reperimus scire uolentib. manifestare. Postq; ergo Carolus Imperator Hunnis
reiectis Episcopatus dignitatẽ Iuuanensis Ecclesię rectori, cõmendauit,Arnoni uide-
licet Archiepiscopo et suis successorib. tenendi perpetualiter atq; regẽdi perdonauit,
ceperũt populi siue Slaui uel Baioarij inhabitare terrã, Vnde illi expulsi sunt Hũni &
multiplicari. Tunc primus ab Imperatore cõstitutus est cõsinij comes Gõterannus se
cundus Vverenharius,III. Albricus,IIII. Gotefridus,V. Geroldus. Interim uerò dũ prę
dicti comites Orientalẽ procurabãt plagã, aliqui Duces habitauere in illis partib. ad
iam dictam sedẽ pertinentib. Qui comitib. præfatis subditi fuere ad seruitiũ Imperato
tis,quorum nomina sunt Prinnihlauuga,Cemicas Hroymar, Etgar. Post illos uerò B
Duces Baioarij cœperunt prædictam terrã dato Regũ habere in comitatũ Hebriuui-
nus Albgarius & Palio. His ita peractis Ratbodus suscepit defensionem termini,in cu
ius spacio tẽporis quidam Prinnina exulatus à Moymaro Duce Morauorũ supra Da-
nubiũ,uenit ad Ratbodũ: Qui statim illum præsentauit domino Regi nostro Ludo-
uico,& suo iussu fide instructus baptizatus est in Ecclesia S. Martini,loco Treisma uo
cato,antè uidelicet pertinenti ad sedẽ Iuuanensiũ,Qui postea Ratbodo cõmissus ali-
quod cum illo fuit tempus. Et non multò post de uulgarijs Hecilo Ratimari Ducis
adĳt regionem, illoq; tempore Ludouicus Rex Baioariorum misit Ratbodum cum
exercitu multo,ad exterminandũ Ratimarũ Ducem,Qui diffisus se defendi posse,in
fugam conuersus est cũ suis,qui cædẽ euaserunt,et prædictus Prinninas substitit cum
suis, pertransiuit fluuium Sauum, ibiq; susceptus à Salachone comite pacificatus est
cum Ratbodo. Aliqua uerò occasione iterum percepta rogantib. prædicti Regis fide
libus præstitit Rex Prinninæ aliquam inferioris Pannoniæ in beneficium partẽ circa
fluuiũ, qui dicitur Saua. Tunc cœpit ille ibi habitare,et munimen ædificare in quodã
nemore & Palasellede fluminis,& circumquaq; populos cõgregare ac multũ ampli-
arĳn terra illa,cui quondam Adalrammus Archiepiscopus ultra Danubiũ, in sua pro C
prietate,loco uocato Niterua cõsecrauit Ecclesiam,sed postq; præfatũ munimẽ ædi-
ficauit,constructit infra primitus Ecclesiam,quam Luitprammus Archiep. cum illa re
gione ministerium sacerdotale potestatiuè exercuit, in illud ueniẽs castrum in hono
re S. Dei genitricis Marię consecrauit,anno M. DCCCL. Ibi fuerunt præsentes Chehil,
Vnhat,Choteinir,Liuntumir, Zeurben, Sihil, Vvlkma, Vvitemur, Trehib, Brismil,
Zeuuemin, Zeska, Crimisin, Goymer, Zistilo, Amelrich, Altunait, Vvilhelm, Fri-
depht,Scrot,Gũther,Arfrid,Hidrid,Isampero,Rato,Deotrih,iterũ Deotrih,Madal-
phat,Engelgast,Vvalther, Deotpald. Ipsi uiderunt et audierũt cõplacationẽ illo die
inter Luitprammũ et Prinninã, quo illa dedicata est Ecclesia,id est, VIII. Kal. Feb. tũc
dẽdit Prinnina presbyterũ suũ nomine Dominicũ in manus, et potestatẽ Luitpram-
mi Archiepiscopi,et Luitprammus illi presbytero licentiã cõcessit in sua diœcesi Mis-
sam canendi,cõmendans illi Ecclesiam illã et populũ procurandũ,sicut ordo presby
teratus exposcit,Indeq; rediens idẽ Põtifex,et cum eo Hezil consecrauit Ecclesiã San- D
drati presbytero,ad quã Hezil territoriũ et syluã ac prata in præsentia præfatorũ uiro
rum tradidit et circumduxit hoc ipsum termino. Trãsactis itaq; ferè duorũ aut trium
annorũ spacijs, Adsalapurgin cõseruauit in honore S. Rudberti Ecclesiã, quã Prinni-
na cũ omni suprapositio tradidit Deo & S. Petro, atq; S. Rudberto perpetuè in usum
fructuariũ uiris Dei Saltzpulgensiũ habendi. Postmodũ uerò roganti Prinninę misit
Luitprãmus Archiep. magistros de Saltzpurch muratios & pictores,fabros & ligna-
rios,qui iuxta ciuitatẽ Prininnę honorabilẽ Ecclesiã instruxerunt, quã ipse Luitprã-
mus ædificari fecit,officiumq; Ecclesiasticũ ibidẽ colere peregit. In qua Ecclesia Adria
nus modò humatus pausat. Item in eadẽ ciuitate Ecclesia S. Ioh. Baptistæ cõstat
dedicata,& foris ciuitatẽ in Dudlepin,in Vsitin,ad Busiuiha,ad Bertobiam,ad Sripi-
lipereh ad Lindolues Circhẽ ad Rtisi,ad Vvieidheres Chirchẽ,ad Isangrimes Chir-
chen,ad B. Chirchen,ad V. Basilicas temporib. Luitprammi Ecclesię dedicatæ sunt
& ad Otachers Chirchen,& ad Palprumes Kirchen, cæterisq; locis ubi Priuinna id
est Pruno,& sui uoluerunt populi. Quæ omnib. temporib, Priuinnæ cõstructę sunt
& consecratæ

A & consecratæ à Præsulib. Iuuanensium. Peruenit ergo ad notitiã Ludouici pijssimi Regis, quod Priuinna beneuolus fuit erga Dei seruitium & suũ, fidelib. suis quibusdã sæpius admonentib. cõcessit illi in propriũ totum, quod prius habuit in beneficiũ exceptis illis rebus, quæ ad Episcopatũ Iuuanensis Ecclesiæ pertinere uidentur, scilicet ad S. Petrũ principẽ Apostolrũ, et beatissimum Rudbertũ, ibiipse corpore requiescit, ibi tunc ad præsens rector uenerabilis Luitprammus Archiepis. præesse dinoscitur. Ea ratione diffiniuit dominus senior noster Rex easdẽ res, quę tunc ad ipsum in ipsis locis conquisitæ sunt, & quę ni antea in amplius Deo propicio augeri possunt, ut sine ullius hominis contradictione, et iudiciaria cõsignatione illibatè, ad ipsa loca suprà dictorum sanctorũ perpetualiter perseuerare ualeant. Isti fuerunt præsentes Luiuprãmus Archiepis. Erchenbertus Episcopus, Erchẽfridus Episcopus, Hartũgus, Carolamannus, Ludouicus, Ernst, Rapot, Vverenher, Pabo, Fritel, Tachoff, Dieterich, Vva
B ninch, Gerolt, Lumtolt, Diether, Vvolfregi, Iehi, Egillolf, Pnobo, Adelbrecht, Megingol, Item Adlpaht, Vdalrich, Perenger, Mangolt, Actũ loco publico in Regenspurch anno DCCCXLVIII. ind. XI. sub die IIII. idus octob. Quamdiu enim ille uixit nihil minuit Ecclesiasticarum rerũ, nec subtraxit de potestate prædictę sedis, sed admonẽte Archiepiscopo prout ualuit, augere studuit. Quia ad augmentũ seruitij Dei primitus illuc post obitũ Dominici presbyteri Sunarnagel, presbyter ac prę clarus doctor illuc
C missus est cũ diacono et clericis. Post illũ uerò Alfridũ presbyterũ et Magistrũ cuiusq; artis Luitprammus dixerit, Adaluinus successor Luitprãmi Archipresbyterũ ibi constituit, cõmendans illi claues Ecclesiæ, curamq; post illũ totius populi gerendã, similiterq; eo defuncto Richpaldũ cõstituit Archipresbyterũ. Qui multum tempus ibi demoratus est, exercens suum potestatiuè officium sicut illi iniunxit Archiepis. suus usq; dum quidam Græcus Methodius nomine, nouiter inuentis Slauinis literis linguã latinam doctrinamq; Romanã atq; literas actorabiles latinas philosophicè superdu-
D cens, uilescere fecit cuncto populo ex parte missas, & Euangelia Ecclesiasticumq; officium illorum, qui hoc latine celebrauerunt. Quod ille ferre nõ ualens, sedẽ repetiuit Iuuanensem. Anno ergo DCCCLXV. uenerabilis Archiepis. Iuuanensiũ, Adeluuinus natalem Christi celebrauit in castro Hehbrilonis nouiter Moseburch uocato, quod illi succesit moriente patre suo Priuinna, quẽ Maraui occiderunt, illoq; die officium celebrauit ibi Ecclesiasticum, Sequentiq; die in proprietate Vvitrimari, dedicauit Ecclesiam in honore S. Michaelis Archangeli in proprietate Hehilonis. Itẽ in eodem anno XVIII. Kal. Feb. Ad Spihhun in honore S. Margretæ uirginis Ecclesiam dedicauit, ad Tremperch dedicauit Ecclesiam in honore S. Laurentij, ad Frihkere eodem anno dedicauit Ecclesiam, & singulis proprium dedit presbyterũ Ecclesijs. Sequenti quoq; tẽpore ueniens iterum in illam partẽ causa confirmationis & prædicationis, contigit illum uenisse in locum, qui dicitur Cella, proprium uidelicet Vnhatonis ibi que fuit apta Ecclesia consecrandi, quam dedicauit in honore S. Petri principis Apostolorum, cõstituitq; ibi proprium sacerdotem, Ecclesiam Htradachi dedicauit in honore S. Stephani. Postea uerò tres Ecclesias consecrauit, unam ad Quartmaha in honore S. Ioannis Euangelistæ, alteram ad Mihilihes Kirchene, tertiam ad Abhanha, quibus constituit proprios sacerdotes.

Tempore ergo, quo dato & præcepto Dñi Caroli Imperatoris Orientalis Pannoniæ populus Iuuanensib. regi cœpit Præsulibus usq; in præsens tempus, sunt anni LXXV. quod nullus Episcopus alicubi ueniẽs, potestatem habuit Ecclesiasticam in illo cõfinio, nisi Salzburgenses Rectores, neq; presbyter aliunde ueniens, plus tribus mensibus ibi suum ausus est colere officium, priusquam suam dimissoriam Episcopo præsentauerit epistolam. Hoc enim ibi obseruatum fuit, usq; dum noua orta est doctrina Methodij philosophi.

De origine Bauarorum Bernhardus Monachus in Krembsmonster sub Friderico.

NOricos à Norice filio Herculis dictos legimus. qui ex Oriente olim conceden A
tes in hanc partẽ Germanię circa Istrum cõsistunt, à quib. deinceps Teutonicã
linguã cæteros Alemannię populos transumpsisse nõ noua opinio est. Alemã
nũ enim per omnes gẽtes uel clericos generale nomẽ, Teutonicorũ esse nemo est qui
nesciat. Quare una prouincia usurpatiuè per errorẽ illud haud propriè uindicat. No-
ricorum, ut dixi, in ultimo Oriente circa Armeniã uel Indiã usq; hodiè manet origo,
quod penè omnib. notũ à probatissimis etiã nuper accepimus, qui peregrinati usq;
illuc Bauarizantes audierunt. His Thomã Apostolum prædicasse à reuerendissimis
doctorib. traditum est, qui ubiq; etiã à uulgaribus nobiles Bauarij uel fideles appellan-
tur, cuius nobilitatis etiã Germania, ut taceam, qui cunctis occidentalib. Alexandro
Magno deditionẽ mandantib. Norici bellũ ei mandasse in cantib. priscis cantantur,
Vnum q̃d in ueterum libris legitur quam unisimè succingam. Circa tẽpora Gotho-
rum expulsi scribuntur, et terra ab inuasorib. possessa, post ab ipsis quoq; deserta & in B
solitudinẽ redacta est. Tum Bauuarica uelut noua generatio uenit uel rediit cũ Duce
suo Theodone patre illius Theodonis, quẽ S. baptizauit Rodbertus. Erãt autẽ mille
tantum milites tantę fortitudinis, elegantię, proceritatis. cum Duce omnes ut̃ dissimi
les & mirabiles omnib. per circuitũ forent. Mox Romam usq; cucurrit relatio, missq;
Imperator exigens censum. Is adhuc Romanis mos erat. Dieto indignans cum tur-
pi nuncio nuncium remisit. At inde suadentib. amicis è uestigio Romam cum trecen
tis militib. uenit. Imperator dolosè cum paucis susceptum pro cõtumelia nuncij, sui
Cæsariem & barbam mutilari, uestemq; pręcidi super genua iussit. Quid faceret inter
tantos quomodo patum tuta per se ipsam probitas est iuxta Salustiũ. Dissimulat in-
terim, dimittitur cum cõpositione ad suos, Consiliariũ occupat ueteranũ, cuius consi
lio erat. Quid agimus inquit, Cum tantũ dedecore ad nostros referre nõ ausim Baua
rijs uiderem? Ignauiam confusioni præscribent, at ille respõdit, Quæ inhonesta sunt C
nostra, abundantiorem habebunt honestatẽ. Ecce multarũ gentium auxilij bellũ in
hostem iam parant Romani, Iungere subsidio, & uadens ad tuos hoc signo tuo ad
discretionem omnes Romanis aquilis affuturos deuincies. Imperator pro uictoria
Bauaros maxima pecunia replens, insuper tributum plurib. annis remisit. Quibus fi-
nitis Palatinum Prętorem honoris causa misit ad Ducem exigens censum. Dieto sci-
ens quid pertulit cõprehensum legatorũ pro obside inclusit, sed honestè, mandatq;
per elegantem Imperatori parabolam dicens. Ceruus in saltum accesserat cornuum
acie, pedum uelocitate fidens, & dominans. Vrsus eodem regnabat quàm acer, cui
deditionem profitentur omnes bestiæ, solus ceruus contemnit. Vrsus etsi fortiorem
se, uelociorem tamen ceruum non nesciens persequi dissimulat, uulpi ursus negoti-
um credit, uulpis colloquio ceruum ad obedientiam flectens ad ursi palatium duci,
Quem ille insidians lacerauit, uulnerauit, Ceruus tamẽ ad pristinam libertatẽ euasit
confusior finis principio, mittitur denuò pro iusticia uulpes ad ceruũ, cui respõdit, Se-
mel didici, maneat sibi ursus cum suis, Liber ero deinceps manibus perfidi. Hic ergo D
ceruus nec multam Imperatoris ultra, nec cẽsum dignabor, Audito nuncio Romani
cum principe Noricis bellum denuntiarunt. Theoto cum suis Otingen se conferens,
ubi sedes Ducatus hactenus fuit, allusit dicens. Hic me qui quærit, inueniet, Cumq;
proximasset infinitus exercitus, Dieto suspicans paucitatẽ suorum, ne quid timidi tan
tos expauescerent, interdicit penitus exploratores. Pugnatur deinde à Ducib. Impera
toris, quos nimia cęde uicerunt Bauari, quasi nullo amisso. Secundũ bellũ apud prio
rem per semet Imperator sudauit. Norici cum multo sanguine uincunt, Sicq; cũ pro-
prijs Ducib. usq; ad Thessilonem, alios Reges non norunt. Et exijt ex ijs radix sancta,
Theoduligna, quæ Regem Longobardorũ accipiens maritũ, conuertit per maritum
Longobardos, et ab eis Romã seruauit, Cui S. Gregorius lib. Dialog. scripsit, & misit
pro munere, huius pater Rex scribitur Noricorum, cui successores etiã soli usq; hodie
regni habent iura pręter coronam, q namuis apud Iuuanũ inter antiquę urbis ruinas
in capite 17. pedum reperta sit, ex Scriptura exsculpta. Tempore Augusti Cæsaris fuit
Fabianus Rex Noricorũ, Iuuauensiũ, & totius Germaniæ, post hunc Antonius, post

hunc Seue-

A hunc Seuerus. Hinc est, qui iuxta chronicos Thesilo et Arnoldus, ut de cęteris taceā Thessilo contra Pippinnum & Carolum Magnum: Arnoldus contra primum Heinricum regnare sibi certabant, sed Thessilo post longam libertatem deferentibus tandem se Noricis propter anathema Papæ, & defecit, & Carolus timore Ducum per se texit Bauariam, & successorem sui. Arnolphus Imperator principaliter ita, ut Ratisponæ muros augeret, post hunc pater Arnoldi Ducis suscepit Ducatū, Post quem Arnoldum, ut in chronicis legitur, Heinricus pro patre Episcopatus terræ suæ, & Abbatias Regio iure iuxta antiquum concessit. Age Arnoldus peior Diabolo sententiam implet dicentis: plerumq; summum ius summa malicia est. Hinc factio creuit impij, donec Ecclesias destruens, prędia totius Bauariæ cœnobijs raptans, principibus suis in feudum distribuit quæ non ditant. Inter hæc Tregrensi cœnobio milibus manB suum, quibus fundatum prędiximus, nihil extra turbas reliquit. Ah scelus fidelium donis partim reparatus locus ad huc Regibus subiacet, sed procinctū negat raptis à præfato. XX. II. Salinarum, quas fundatores Regalibus impensis discreuerant. Arnoldum autem compater suus B. Vdalricus ex diuina reuelatione conueniens prædixit, altera die morituru, nisi mox ablata cœnobijs redderet, spreuit, irrisit & postera die cum principibus suis 15. Vdalrico Regale celebrans conuiuium inter epistolas allusit Prędi adhuc se uiuere dicens, cui ille ad huc dies usq; ad noctem est inquit, Eadē hora fur domū perfodit, sublatus in conclaue moritur. *Epitaphium eius. Spiritus infernum polluit ossa solum, Viuens pollebam faciens quæcunq; uolebam, En nihilor sub humo, sic erit omnis homo.*

Charentanis primò prędicauit Modestus Episcopus missus & consecratus à Bricus Episcopus in præsentia Caroli Imperatoris ab Arnone Archiepiscopo. Post hūc Ottho Episcopus cōsecratus est ab Adelramo Archiepiscopo. Post hunc Osbaldus Episcopus: sub Lutpraño et Adeluino Archiepiscopis, Huic Osbaldo scripsit NiC colaus PP. duos canones, qui in corpore decretorū inueniuntur. Post hūc, interiecto tempore aliquo, superuenit quidā Slauus ab Histriæ & Dalmatiæ partibus nomine Methodius, qui adinuenit lauinicas literas, & Slauicè celebrauit diuinum officium & quiescere fecit latinū, tandem fugatus à Charentanis partibus intrauit Morauiam, ibiq; quiescit. Tempore Dagoberti Regis Francorum præerant Charentanis Dux Samo, post quem Boruth, post quem Rarastus, & post hunc Chemanarus, & post hunc Vualthuns. Item sub Carolo & eius successoribus Primihlanga, cemicas Hpomar, Etgar. Et in Orientali etiam parte Bauarię expulsis Hunnis, incomites ab Imp. Carolo & eius successorib. sunt constituti Geroldus I. Goterammus II. Vuecharius III. Albricus IIII. Gotfridus V. Arnoldus, & post hos Duces Helinuuinus, Albarius, Pado & Duces Charentanorū suprascripti sub istis comitib. & Ducibus erant.

Heinricus Marchio Austriæ, qui fuit temporibus Heinrici Imp. Babenberg secundi huius nominis, priuignū habuit Ernestum Ducē Alemannorum, cuius Ernesti D uiduam Gisilam ex antiquo Carolorum sanguine oriundā Cunradus postea Imp: Dux pater Heinrici III. Duxit uxorem, cuius Ernesti filij, fuerunt, Ernst & Herimannus priuigni prędicti Imperatoris Cunradi, qui sibi in Ducatu Alemaniæ alter post alterū successerunt, à quibus Duces de Haringin originem habuerunt. Prædictus Marchio Heinricus, sub quo S. Colonianus anno incarnationis Domini MXII. est martyratus, genuit Adelbertum Marchionem frattē ex matre prędicti Ernst Ducis senioris, Qui Adelbertus cum filio suo Lupoldo eandem Marchiam Orientalem Vngaris primo plenè abstulit bello eis deuictis & occisis, anno incar. Domini MXLII. sub Otthone Rege ipsorū. Post hoc anno incar. Dñi MLVI. Adelberto Marchione obeunte Ernst filius eius successit, Quia Lupoldus senior filius obierat. Idē Ernst post annos XVIII. occisus est in Saxonia in bello Hein. 4. Imp. anno incar. MLXXV. & Lupoldus filius eius succesit. Hic Lupoldus cum Bauaris & Bohemis ad Mauripergum dimicans anno incar. Dñi MXXXII. post maximam stragem utrinq; factam uictus est. Idem etiam Lupoldus Medlicense cœnobium fundauit, decesit autem anno incar. Dñi MLXXXVI. eiq; filius suus Lupoldus Largus succesit. Cui ob eximiā uirtutē & fortitudinem

fortitudinem Henr. V. Imp: qui contra patrem surrexerat, sororem suam Agnetem A uiduam dedit uxorem, quæ prius à patre Imperatore copulata Friderico Duci Sueuię genuerat Fridericum, postea Ducem patrem Friderici Imperatoris, Et Cunra dum postea Regem Romanorum. Luipoldus Largus genuit ex ea Luipoldum, postea Ducem Bauariæ, & Adelbertum, & Heinricum Ducem, & Cunradum Saltzburgensem. Postea Archiepiscopum, & Otthonem Frisingensem Episcopum, & filias III. Gerdrudem ducissam Bohemiæ, & Bertham ducissam Polonorum, & iam Marchionissam de Monte ferrato, & Bretam coniugem Prefecti Ratisponensis. Fundauit autem prænotatus Marchio duo cœnobia, unum ad Niuuenburch canonicorum, & alterum ad S. Crucem Monachorum. Obijt autem anno incar. Domini M.C.XXXVII. cui filij sui, Primò Luipoldus dux, post Heinricus dux successit. Heinricus dux ex coniuge Thedora Græca genuit Luipoldum & Heinricum filios, et filiám Agnetem quæ primò Stephano Regi Vngarorum copulata, eo defuncto B Herimanno Duci Carinthiæ est sociata, Qui ex ea genuit Ericum qui nunc Dux est Carinthiæ. Heinrico duce post multa uirtutum et probitatum insignia defuncto Luipoldus filius succedit incarnationis Domini M.C.LXXVII.

Valafridus Abbas.

VAlafridus Abbas, & multorum monachorum, ut eum Trithemius prædicat, pater, floruit Ludouici Pij tempore, circa 840. Domini annum: & cum alia, tum de officijs ac ritibus Ecclesiasticis scripsit, in quo opere multa scitu dignissima de sanctæ uetustatis synceritate recenset, quorum hic aliqua illustrandæ uetitatis causa commemorabo.

Cap. 4. cum de Ecclesiæ forma differit, dicit, ueteres non admodum sollicitos fuisse, in quam partem uel templum, uel altaria essent conuersa, quod ubiq; Deum C esse scirent: sed recentiores tantum ad Orientem conuertisse.

Cap. 5. de campanis differens, dicit esse nouum inuentum, & olim non adeo necessarium, quòd tunc non ita crebrò ad templa concursarint, nec (ut ipse loquitur) tam multiplex apud eos conuentuum assiduitas fuerit, sicut modò: scilicet dum iam ad matutina, iam ad Missas, iam ad horas concurritur: sed tantum statutis quibusdã temporibus, ad conciones conuenerint, quæ eis etiã sine capanis satis nota fuerunt.

Cap. 7. ostendit adhuc suo tempere apud quasdam Scythicas gentes, & præcipuè Thomitanos sacra Christiana uulgari Germanico sermone peragi solita. Audio etiam hodie Germanos ibi habitare.

Cap. 8. de imaginibus differens, docet, nec colendas aut adorandas, nec abijciendas esse.

Capite 12. de oratione disserens, dicit eam esse debere breuem, puram, ardentem, & non in multiloquio consistere: non debere esse clamosam, taxat tusionem D pectoris, & oris taxat et melodiá nimiam, idq; de Augustini sententia ex lib. Confess.

Cap. 14. de extructione templorum agens, dicit, uidendum esse ut ex iustè partis extruantur, idq; moderatè: & multum inculcat, longè satius esse pauperibus subuenire, quàm parietes templorũ ornare. Citat quoque exemplum Gregorij, quem dicit non in templorum extructione & exornatione, ut alios Papas, laborasse, sed in doctrina & eleemosynis.

Capite 19. taxat agni paschalis benedictionem, dicitq; esse Iudaicam superstitionem.

Capite 20. 21. & 23. ostendit, ueteres raras (ut uocant) Missas solitos facere. Alios enim tantum semel in anno, alios singulis Dominicis diebus aut Sabbatis semel liturgian celebrasse: idq; non tantum in Oriente, sed & in Occidente. deinde posteros maiora festa, quin & minora Sanctorum adiecisse: sic tandem ad quotidianam, ut ita dicam, missationem peruentum esse. Est uerò hoc cum primis obseruatu dignissimum. Veteres enim, cum nihil aliud Sacramento corporis & sanguinis Domini

A Domini operarentur, quàm communionem, nec putarent aliquod singulare me
ritum in eo offerendo aut sacrificando esse, raro celebrabant liturgiam, nempe tan-
tum quoties communicare uolebant: quòd & Græcorum consuetudo raro, ut ita di-
cam, Missandi adhuc testatur. Ostendit uerò etiam Rhenanus in præfatione Græ-
cæ Missæ, olim in Germania ratas Missas fuisse, nempe tantum quoties communia-
care uoluerunt. Verùm posteritas in eum abusum erroreḿq; declinauit, ut ex cœna
Christi sacrificium faceret: idq; tandem in immensum cumulauerit & auxerit, ut nunc
singulis diebus multa millia Missarum peragant: imò ut proram puppímq;, ut aiunt,
religionis in multitudinem Missarum constituant.

Cap. 23. de auctoribus partium Missę agens, primùm dicit, Apostolos, eorumq;
successores, Missam solummodo cum Dominica oratione & uerbis cœnę, ut adhuc
in parasceue fit, peregisse: non habuisse eos canonem, nec solitos dicere, Offero, Sa-
crifico pro uiuis & mortuis. Ait etiam hodie quoq; talem Missam tantum recitandis
B cœnæ uerbis sufficere posse. Deinde affirmat, multos apud Græcos & Latinos ua-
rias sibi Missarum formas pro libitu composuisse.

Et sanè hodierna adhuc die duæ sunt in usu formæ Græcæ Missæ, Basilij, ut pu-
tant, & Chrysostomi: & duæ Latinæ, Ambrosiana & Gregoriana, postea authores
singulatum partium Missæ recenset, inter quos etiam Gregorium tertium, qui
post 700. Christi annum sedit.

Quæ omnia abundè testantur, Missam olim nil nisi communionem fuisse, si-
cut iam apud nos est, & Christus initio eam instituit: sed mero hominum arbitrio
ac temeritate, fraudeq; diaboli in sacrificium declinasse.

Cap. 25. docet, ueteres communi indumento indutos, Missas celebrare solitos
esse, & adhuc quosdam in Oriente solere. Item, solitos ligneis calicibus uti. Sed ad-
scribam pauca eius uerba. Bonifacius martyr & Episcopus interrogatus si liceret
in uasculis ligneis Sacramenta conficere? Respondit: Quondam aurei sacerdotes
C ligneis calicibus utebantur, nunc e contra lignei sacerdotes aureis utuntur calicibus.

Cap. 26. de Locis canonicis agens, aliquoties repetit, longo tempore post Apo
stolos eas compositas institutasq; esse. Sic igitur etiam ex hoc autore apparet,
initio simplicem syncerámq; religionem fuisse, quæ in prædicatione pœnitentiæ,
remissionis peccatorum, & noli amplius peccare, inq; Baptismo & communione
constiterit. Verùm postea humanam sapientiam, illam in cæremonias, cantus, &
pompas traduxisse: & ut uno uerbo dicam, ex rei ueritate in umbram ac speciem
transformasse.

Os Porci.

OS porci Papa factus circa annum Domini 846. ob fœditatem nomen immu-
tauit, ac Sergius dici uoluit: unde Papis nominis mutatio est in usum recepta.
Verùm non statim mutata nominis turpitudine, uitæ quoque fœditatem
mutauit. Nam quantumuis eum Platina, Paparum adulator, laudet: tamen uitæ
D quædam in ueteri membrana scriptæ (quas Luitprandi Ticinensis esse opinor, quòd
Formosi uita, quæ ultima est, eisdem planè uerbis in hoc opere, & eius historia, re-
censetur) diuersum de eo testantur. Sed adscribam istius Porci uitam ad uerbum.

Sergius natione Romanus, ex patre Sergio regionis quartæ, sedit annis III.
Hic absq; iussione Lotharij Imperatoris est ordinatus. Vnde cum eius consecrationis
rumor ad prædicti aures Imperatoris peruenit, indignatus de hac præsumptione,
filium suum Ludouicum, & Drogonem Metensem Episcopum, cum magno ex-
ercitu Romam direxit. Et post multa damna Romanis illata, ipsos Romanos
Imperatori fidelitatem iurare fecerunt, & prædictum Sergium post multas contenti-
tiones in sede iterũ confirmauerunt. Qui prędictum filium Imperatoris in Regem
Longobardorum unxit. Huius Pontificis fuit frater Benedictus, nomine Brutus, &
ualde stolidus, qui propter Pontificis imbecillitatem, Ecclesiasticam & publicam

curam

curam usurpauit. Ab hoc etiam maximis muneribus primatum & dominium Romæ ab Imperatore sibi acquisiuit. Demum uerò Albanensem Episcopatum usurpare non metuit, & omnia infra & extra Romam sua auaricia & uanitate uastauit. Vigebat etiam istius Pontificis & fratris eius tempore Symoniaca hæresis in tantum, ut etiam publicè uenderet Episcopatus: & qui plus dabat Episcopatum accipiebat: nec erat aliquis Episcoporum, aut quisquam uirorum Ecclesiasticorum, qui zelo Dei ductus, cum Imperatore aut Rege ageret, ut hoc nefas prohiberetur. Et quia nemo erat Christianorum, per quem hoc malum corrigeretur, misit diuina potentia flagellum paganorum, ad ulciscenda peccata Christianorum. Nam superuenientes Sarraceni innumeros hominum interfecerunt, castella & urbes multas captas accepta præda igni dederunt: demum Regem expugnantes fugauerunt, & multis captis & interfectis, maxima hominum & omnium rerum præda onusti reuersi sunt. Hæc ordinauit Episcopos XXV. Presbyteros VIII. Diaconos III.

Ex hac uitæ huius nebulonis descriptione, quæ etiam in Cosmidicomio & Henrico de Erfordia recitatur, facilè apparet, eum non tantum os, sed & cor Porci habuisse, quantumuis eum Platina, & appendix Damasi (ut solent Papistæ, & præsertim Itali suos Papas) falsò ornet: quandoquidem totus in ambitionem & auaritiam huius tantum uitæ commoda per scelus, neglecto Deo, quærens, pronus proiectusq; fuerit. Obseruandum uerò est, etiam hunc historicum eius sententiæ fuisse, quod cum Papæ enormiter peccant, à Cæsare corrigi castigariq; & posint, & modis omnibus debeant. Alioquí Deum totas regiones propter talia scelera puniturum esse. Verùm de hoc Porco, & lite cum Imperatore, habes plura in Drogone supra.

Concilium Carthaginense V.

COncilium Carthaginense 5. anno 438. celebratum, constituit, ut sacella & aræ sanctorum, ubi non essent eorum corpora, diruantur, si periculum non est à tumultu populi. Sin metuitur tumultus, ut saltem concionatores dehortentur populum illa loca frequentare. Sacella quoq; & aras diuorum ob somnia similesq; reuelationes fabricata (cuiusmodi sunt iam ubiq; in Papatu plurima, uel potius infinita) omnino reprobat. Ita apparet illos bonos patres uoluisse crescenti idololatriæ de cultu sanctorum & templorum resistere: sed tamen aliquantò mitius id agere coactos, propter furorem superstitiosi & semiethnici populi.

Obseruatu quoq; dignum est, qua fraude satan & impij piorum illorum Patrum decretum eluserint. Initio sancti illi uiri concedendum putauerunt memoriæ causa, ut, ubi corpora sanctorum sepulta iacerent, ibi monumenta & capellæ (ut uocant) extruerentur. At posteri, quò, ubicunq; uellent, lapideas domos colere possent, piumq; hoc decretum eluderent, discerpserunt unius sancti cadauer, uestesq; in aliquot millia particularum, ac in aras diuersissimis locis reposuerunt: ut sic dici possit, in omnibus illis templis esse corpus eiusdem sancti, si nõ totum, at certè particulam aliquam uel ipsius, uel eius calceorum: sicq; præclarè ac planè Papistico more concilium seruasse uiderentur.

In hac autem tertia Carthag. synodo decretum est etiam, ut tantum Canonici libri in Ecclesia legantur: at postea non tantum Patres in templis lecti sunt, sed & Aristoteles: imò & uanissimæ fabulæ in suggestu expositæ ac doctæ sunt. In tertia Carthaginensi synodo scriptum est, negligentiam sacerdotum causam esse dissolutæ disciplinæ in Ecclesia. Quòd si unquam ullis temporibus uerum fuit, nostris certè est, uerissimum.

Ius Ciuile.

IVs ciuile circiter ante mille annos est à Iustiniano Imperatore instauratum. Id in Nouellis, constitutione 124. & 126. disertè præcipit, ut in templis uulgaribus linguis, quæ in singulis locis notæ sunt, omnia agantur & tractentur. Præcipit item ius, ut

A ius,ut clara exaudibiliq; uoce uerba Sacramentorum & cœnæ Domini & Baptismi recitentur, quo astantium deuotio seu pietas excitetur. Quibus legibus proculdubio uoluit pientissimus Imperator obuiam ire,& resistere iam tunc pullulanti superstitioni & abusui,quæ hodie regnat,& ab Antichristo summo studio propagatur,quòd sacræ literę uulgaribus linguis non sint tractandæ,nec uerba cœnæ Domini fas sit clara uoce recitari.De primatu uerò ita statuit Nouella 123. Vt uniuscuiusq; prouinciæ clericos suo patriarchæ, sine ulla ulteriori prouocatione, subiecerit.Constitutione 100. porrò, Constantinopolitanum patriarcham Romano æquat.

Celestinus primus.

B SEdit Celestinus circa annum Domini 450. Non malè in plerisq; sensit ac docuit, etiamsi ambitione & dominandi cupiditate in præceps abreptus sit,ut alibi dixi. Primùm gratiam Christi multum & prædicauit,& defendit contra Pelagium,aliosq; liberi arbitrij defensores,in qua re & sophistas seu Sorbonistas simul oppugnauit ac damnauit.Deinde renouauit,uel defendit potius consuetudinem Ecclesiæ,ne inuitis auditoribus ullus Episcopus obtrudatur,sed simul à clero & populo eligatur.Tertiò,contra superstitiones monasticas haud quaquam segniter pugnauit. Nam cum tunc libera adhuc uestitus monachorũ ratio esset,ita ut si quis ex monachis in clerum allegaretur(neque enim adhuc tunc monachi sacerdotes propriè erant) simul etiam priorem uestitum abijceret: hoc que quidam facere nollent, sed superstitiosè monasticum habitum retinerent, grauiter eos refutauit,dicens,Eos potius superstitioso cultui quàm fidei ac mentis puritati inseruire: Velle eos potius per literam,id est,externos titus, quàm spiritum Deo seruire, dum amicirent se pallio,& præcingerent lumbos. Verùm non eam esse sententiam diuini precepti,ut ad literam sit necesse præcingere lumbos: alioqui & ardentes lucernas, & bacu-

C los in manibus esse gestandos.Discernendi sumus,inquit,à plebe,uel à cæteris,doctrina, non uestę: conuersatione,non habitu: mentis puritate,non cultu.Nam si studere incipiemus nouitati,traditum nobis à patribus ordinem calcabimus, ut locum uacuum superstitionibus faciamus.Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim potius sunt,quàm illudendi. Nec imponendum est illorum oculis,sed mentibus præcepta infundenda sunt.

Præclara profectò sunt ista præcepta, non esse uulgus ad superstitiones uestium & aliarum externarum nugarum assuefaciendum: & docendas potius oues Christi esse, quàm talibus laruis simulatæ pietatis territandas aut illudendas: nec oculos hominum inani pietatis specie perstringendos,sed cor pijs dogmatibus sedulò imbuendum. Secuta tempora,præsertim hisce proximis annis 400. totam religionem in hoc genus præstigiarum aut ludibriorum prorsus transformarunt. Neglecta enim est syncera cordis pietas,& prædicatio Euangelij, seu institutio Christianorum: & res tota ad superstitiosas

D obseruationes uestium, ciborum, dierum, tituum, & aliarum huiusmodi nugarum deducta.

Notatu & hoc dignum huius pontificis est,quòd statuit,ne ullus Episcopus inuitæ plebi obtrudatur. Nusquam enim plebs amplius consulitur: quod paucis rasis,aut etiam ipsi Romano Antichristo pecunia corrupto uidetur,id fit,siue id placeat siue displiceat,siue profit siue obsit plebi.

Theodosius Magnus.

THeodosius imperio,bello,prudentia ac pietate uerè magnus fuit, & regnauit circâ 390.Domini annum.Is igitur sicut in ijs,quæ recta fuere, magna animi submissione, se sacerdotali dignitati submisit, quod exemplum Ambrosianæ excommunicationis indicat: ita contrà Romano pontifici, contra omne ius ac fas, Flauinianum uirum tum doctissimum pariter & pientissimum, tum & præclarissimè in Ariana cribratione de Ecclesia Dei meritum,persequenti, schismaq; contra orientales Ecclesias efficienti,restitit. Quin etiam cotà m eum graui oratione obiurgans à prauo instituto de-

duxit. Verùm adscribam integrum caput ex Theodoreto, quò magis tum Romanorum Pontificum impotens simul, & impudens appareat audacia, & aliorum Christianorum grauis liberaq; constantia qui eiusmodi iniustas minas excommunicationesq; Papatum non ualde curabant, Conspicietur etiam inde, nec Orientales, imò nec Græcos, nec etiam Illyricos tunc adhuc temporis sub Romano Pontifice fuisse. Verba Theodoreti hæc sunt.

Antiochiæ autem in Præsulatu successit magno Meletio Flauianus, qui cum Theodoreto tot certamina pro salute ouium subierat. Voluerat quidam Paulinus inuadere Ducatum Ecclesiæ illius, sed refragatus fuit sacerdotum cœtus, quòd eum, qui Meletij consilium respuisset, mortui solium capessere negarent oportere: esseq; æquum ut Pastor crearetur Flauianus, multis conspicuus laboribus, quiq; nullum pro ouibus periculum adire unquam recusasset. Hoc factum Orienti diuturnissimum odium AEgyptiorum Romanorumq; excitauit. Neq; enim inimicitiæ istæ unà cum Paulini uita sunt extinctæ. Sed post eum obtinente solium ipsius Euagrio, indignationem erga Flauianum suam retinuerunt, quamuis Euagrius contra legem Ecclesiasticam ad illam dignitatem prouectus fuisset. Solus enim eum Paulinus multis Canonibus præteritis creauerat, nam non promittunt hi morituro suffectionem, at cunctos prouinciæ iubent conuocari Episcopos, creariq; uetant ullum, nisi tribus Episcopis præsentibus. Sed horum illi nihil scire uolebant, communitatemq; admittebant Euagrij, & aduersus Flauianum exasperabant Imperatoris aures. Interpellatus enim sæpenumero Imperator tandem Constantinopolim uenire, indeq; Romam illum proficisci iubet. Euagrius uerò quòd hyemem esse diceret pollicitus se primo uere imperatum facturum, reuertitur in patriam. Sed cum Romani Episcopi, non admirabilis modò Damasus, uerum etiam successor illius Siricius, & huius Anastasius, pium Imperatorem uehementius aggrederentur, quòd dicerent, tyrannos eum sibi aduersantes euertere: sed audaces contra Christi leges impunitos esse pati, rursum accersitum illũ cogere cœpit, ut Romam proficisceretur. Tunc sapientissimus Flauianus consueta libertate usus, si qui Imperator fidem meam, inquit, culpant, tam quam peruersam, siue aiunt Pontificatu indignam uitam meam, ipsis utar accusatoribus meis iudicibus, & stabo sententia illorum, quamcunq; tulerint: sin disceptatio est de solio & præsidentia, neq; ego iudicium moror, neq; cum uolentibus usurpare dimicabo, sed recedam, neq; Præsulatum abdicabo. Quare tu Imperator solium Antiochiæ committe cuicunq; libuerit. Tum Imperator admiratus eius fortitudinem, ac sapientiam, in patriam ipsum reuerti, & commissam pascere Ecclesiam iubet.

At multo sanè tempore pòst, eædem rursum ad Imperatorem Romæ accusationes Episcoporum delatæ sunt, quòd Flauianum ferret, neq; eius tyrannidem opprimeret. Ibi Imperator, quod tyrannidis genus dicere eos iubet, quasi ipse Flauianus esset, nam patrocinium se Flauiani suscepisse.

Cumq; illi se cum Imperatore disceptare negarent posse: Imperator eos hortari, ut deinceps coniungerent Ecclesias, & contentiones ponerent, multasq; litigationes extinguerent. Nam Paulinum dudum mortuum, ac Euagrium non peruenisse uera uia ad Præsulatum. Tum cunctas Orientales Ecclesias, Flauiani Præsulatum defendere, præterque has habere etiam coniunctas communicantesq;, omnes Asiaticas, & Pontícas, atque etiam Thracias, quin etiam toti Illyrico persuasum esse, uniuerso Orienti præsidere Flauianum.

Hac monitione admissa promittunt Occidentales Episcopi, posituros se inimicitias, & si legationem mitteret Flauianus, audituros.

Misit igitur diuus Flauianus Romam laudatos Episcopos quosdam, itemque presbyteros ac diaconos. Horum omnium erat Princeps Acacius, pastoralem curam Berrhonæ in Syria sortitus, omnibus in terræ marisq; locis celeberrimus. Hic unà cum alijs profectus Romam, longas istas inimicitias post annos decem & septem sustulit, & pacem confecit Ecclesijs. Quo cognito, & AEgyptij deleto odio concordiam sunt amplexi. Eo tempore Romanæ Ecclesiæ ductor erat Innocentius, Anastasij suc-

A ſtaſij ſucceſſor, uir prudentia ſapientiaq; clarus. Alexandrinæ uerò Theophilus, de quo & ſupra mentio habita eſt, Hinc cernere eſt, quàm de nihilo Romani Pontifices ſoliti ſint ingentes tixas concitare, & quàm non ſemper eis alij cordati Epiſcopi ac gubernatores ceſſerint, ſed potius eorum turbulentum ac tyrannicum animum fortiter & conſtanter repreſſerint.

Socrates.

SOcrates, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ author, inter pios ſcriptores haud incelebris, floruit circa annum Domini 400. Is libro 5. cap. 22. ualde prolixè diſputat, ritus Eccleſiaſticos, ut feſta, ieiunia, abſtinentiam ciborum, cantiones, & ſimiles, item & ſacerdotum coniugium, eſſe res prorſus natura ſua liberas: conſuetudines eſſe ait re-
B merè obortas, paulatim uſu confirmatas, ideoq; diuerſarum Eccleſiarum diuerſiſimos ritus commemorat prolixè admodum, ſed Apoſtolos talia omnia libera reliquiſſe, quin & libera eſſe docuiſſe. tandemq; huic diſputationi perpulchrum epiphonema apponit: Mens, inquit, & animus Apoſtolorum fuit, non de feſtis diebus ſancire traditiunculas, ſed uerum Dei cultum & piam uitam prædicare: id eſt, negle-
ctis cæremonialibus ritibus & traditiunculis (in quibus Antichriſtus nunc totam religionem collocat, & iam longo tempere collocauit) legem & Euangelium prædicarunt, ueramq; cordis erga Deum pietatem, non externas & hypocriticas geſticulationes in hominibus excitare ſua prædicatione ſunt conati. Vide Tripar. 9. cap. 38.

Hieronymus.

HIeronymus uixit anno 390. is in epiſtola ad Euagrium, contendit omnes Epiſcopos eſſe pari potentia præditos. Ac diſertè exequat Romanum Epiſcopum,
C alijs minimorum oppidulorum Epiſcopis. Quin etiam clarè probat, Epiſcopos non diuino, ſed humano iure presbyteris maiores eſſe. Fuiſſe enim olim idem presbyterum & Epiſcopũ. Sic etiam ſcribit ſuper Galatas, quòd Paulus nequaquam Petrum obiurgare auſus fuiſſet, niſi ſe ipſi parem eſſe nouiſſet.

Illud quoq; huius uiri dictum contra Paparum ambitionem præclarum eſt, quod Diſt. 40. citatur: Non eſt facilè, in loco Petri & Pauli ſtare, & tenere cathedram regnantium cum Chriſto. Quia hinc dicitur: Non ſanctorum filij ſunt, qui tenent loca ſanctorum, ſed qui exercent opera eorum. Præclarum ſanè hoc dictum eſt, quòd hic Hieronymus tanquam uſitatum ac celebre recitat. Si enim loca doctores æquarent, tum & is qui Hieroſolymis poſt Chriſtũ docuit, ei authoritate æquaretur. Quo quid abſurdius aut pernicioſius omnino excogitari poteſt?

In libro porrò de Norma uiuendi, inquit Hieronymus: Nulla tam crudelis in
D mundo beſtia eſt, quem admodum clericus uel ſacerdos malus. Nam corrigi non patitur, nec ueritatem audire poteſt. Quo ille ſanè dicto admodũ graphicè noſtros pſeudoſpirituales, præſertimque ipſum Papam depinxit.

Item exponens dictum Chriſti, Quodcunq; ligaueritis ſuper terram, &c. dicit, indoctos Prælatos ſibi hinc aliquid de phariſaico ſupercilio arrogare, putantes ſe poſſe pro libito ligare aut ſoluere: cum tamen nihil aliud ſit eorum ligare & ſoluere, quàm ex uerbo Dei, eius ſententiam indicare. Contrà noſtri prælati & canoniſtæ garriunt, ſententiam ſpiritualium eſſe timendam, ſiue ſit iuſta, ſiue iniuſta: ac ex uiolenta huius dicti interpretatione, Papæ poteſtatem maiorem, quàm Dei ipſius eſt, imò ſupra, & contra Deum, quaſi ex plenitudine poteſtatis liceat quicquid eius pectoris ſcrinio libeat, impiè arrogant.

Citat Gratianus 13. q. 2. Hieronymum contra ſanctorum inuocationem & orationem pro mortuis, inquiens: E contra Hieronymus, in præſenti ſeculo ſcimus ſiue orationibus ſiue conſilijs inuicem poſſe nos adiuari. Cum autem ante tribunal Chriſti uenerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noe rogare poſſe pro quoquam: ſed

unumquemq; portare suum onus. Illam primam uoculam Gratiani (contra Hieronymus) exponit glossa, contra, id quòd dixit, quod possumus orare pro mortuis. Citauerat enim talia Gratianus prius ibidem, quæ asserere uidebantur orationem pro mortuis.

Memorabilis & illa Hieronymi sententia est: Ecclesia ex quo creuit in possessionibus, decreuit in uirtutibus.

Hieronymus in epistola 84. pulchrè quoque depingit clericorum uitam, sic scribens ad Eustochium uirginem: Sunt de hominibus mei ordinis, qui ideo presbyteratum & diaconatum ambiunt, ut licentius mulieres uideant. Et his est omnis cura de uestibus, si benè oleant, si pes laxa pelle non uacillet: crines calamistri uestigio rotantur, digiti annulis radiant. Tales igitur cùm uideris, sponsos magis æstimato quàm clericos. Alij ad sacerdotium anhelant, ut inopiæ cedant, & miseriæ: Quia in statu seruili & abiectionis esse abhorrent, laborare recusant præ pigritia, mendicare erubescunt ualidi, quia nihil daretur eis: facti autem sacerdotes, prouisi beneficijs, aut alijs titulis, ab illis omnibus redimentur. Alij, ut Rabbi uocentur, aut domini: nam in simplici statu nullius reputationis cùm essent, nec respectus fiebat ab eis, facti sacerdotes, ceruices erigunt, uestes longas deserunt, honores ab hominibus exigunt, tanquam debitum eis reseruatum. Nec putant se tunc plus debere humiliare, & pœnitentiam agere: sed imò primos accubitus ambiunt, uotiua ut debitum exquirunt, eleemosynas à fidelibus expetunt, hypocrisi, dolo, ui & fraude, modis quibuscunq;. Alij ut præemineant dignitatibus, diuitijs, ut suos consanguineos exaltare ualeant: qui prius ignobiles aut degeneres, postea inter alios ingenui uideantur. Et isti sunt sacerdotes Baal. Scribit item hic pater ad Rusticum Narbonensem, quòd ex quo creuit in Ecclesia auaricia, sicut et in Imperio, periit lex de sacerdotibus, & uisio à Propheta.

Digna sanè Romanistarum impudentia est; quæ hoc etiam loco taxetur. Gloriatur enim, Romanam Ecclesiam esse omnium Ecclesiarum matrem, cum sit penè omnium filia & ultima. Hierosolymitana est omnium mater. Inde enim exijt lex, & uerbum Dei, teste Propheta. Damasus ad Hieronymũ scribens, testatur, nullam certam sedem seu cantiones eam Ecclesiam usq; ad sua tempora habuisse: eoq; petit ab eo eam rationem psallendi, seu canendi, suæ Ecclesiæ præscribi, quam in Oriente in usu Ecclesiæ iam olim habuerunt.

In epistola ad Lucinum, differit de consuetudinibus Ecclesiæ, quæ contra fidem non sunt, in ijs unamquamq; prouinciam in suo sensu abundare posse. Non ergo sensit, omnibus Romanas necessariò obseruandas esse, ut nunc Papistæ contendunt.

Adscribam hic Syluij (seu Pij secundi) uerba, qui in Concilij Basilienſis commentarijs citat locum ex Hieronymo, probans Papam, si ineptus, aut etiam malus pastor sit, piè deponi posse. Inquit igitur Hieronymus quoque super illis Matthæi uerbis, Sal infatuatum nihil prodest, nisi ut proijciatur foras, & conculcetur à porcis, sic in persona Petri & Pauli inquit: Non est facilè stare in loco Petri & Pauli, & tenere cathedram iam cum Christo regnantium. Infatuatum sal, id est, stultus prælatus, insipidus in prædicando, & fatuus in delinquendo, ad nihilum prodest, nisi ut mittatur foras, id est, deponatur: & conculcetur à porcis, id est, à dæmonibus, qui dominantur malo Prælato, tanquam pecori suo. En clarum est Hieronymi testimonium, proijciatur foras, id est, deponatur, exponit: & loquitur de Prælato, qui Petri locum tenet: & sic de Romano Pontifice, quem in prædicando insipidum, et fatuum in delinquendo, ex gradu suæ dignitatis deponendum affirmat.

Idem de superstitione peregrinationum pulchrè alicubi dicit, Non Hierosolymam uidisse, sed Hierosolymis piè uixisse laudandum est.

Memorabile & illud Hieronymi dictum est, quod & in Decretis citatur. Veteres, inquit, scrutans historias, inuenire non possum, aliquos alios scidisse Ecclesiam, & de domo Domini populos seduxisse, præter eos qui sacerdotes à Deo positi fuerant,

A tant, & Prophetæ: id est, speculatores. Isti ergo uertuntur in laqueum tortuosum, in omnibus locis ponentes scandalum. Item in epistola ad Nepotianum dicit: Clericum ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum factum, quasi pestem quandam fuge. At nostri clerici nec reprehendi, nec corrigi amplius uolunt.

Hisce & similibus scriptis ac dictis malam gratiam apud Romanos Curtisanos Iniuit, ut etiam superius in Agapitis dixi. Fuitq; in tanto & odio & periculo Romæ, ut fugere inde coactus sit: sicut in gestis ipsius diserte legitur. Nimirum semper illud Satyrici uerum fuit, Romę nō ueridicis, sed mendacibus & adulatoribus locum esse. Quid autem aliud de ea Babylone sperari, optari ue potest?

Verùm apponamus sanè Hieronymo, uelut appendicis loco, quædā pauca ex Dialogis Sulpitij Seueri, ut appareat etiam aliorum testimonio, quàm corrupta iam

B tum Clericorum uita fuerit, quamq; ea huic ac alijs sanctis patribus displicuerit.

Igitur deinde digressus, Bethleem oppidum petijt, quod ab Hierosolymis sex milibus separatur, ab Alexandria autem sedecim mansionibus abest. Ecclesiam loci illius Hieronymus presbyter regit: nam parrochia est Episcopi, qui Hierosolymam tenet. Mihi iam pridem Hieronymus superiore illa mea peregrinatione compertus, facilè obtinuerat, ut nullum mihi rectius expetendum arbitrarer. Vir enim præter fidei meritum, dotemq; uirtutum, non solùm Latinis atq; Græcis, sed & Hebræis etiam ita literis institutus est, ut se illi in omni scientia nemo audeat comparare. Miror autem si non & uobis per multa quę scripsit opera compertus est, cum per totum orbem legatur. Nobis uerò, Gallus inquit, nimium nimiumq; compertus est. Nam ante hoc quinquennium quendam illius libellum legi, in quo tota nostrorum natio monachorum ab eo uehementissimè uexatur, & carpitur. Vnde interdum Belgicus noster ualde irasci solet, quod dixerit, nos usq; ad uomitum satiari. Ego autem, in-

C quit Gallus, illi uiro ignosco: atq; ita sentio, de Orientalibus illum potius monachis, quàm de Occidentalibus disputasse. Nam edacitas in Grecis gula est, in Gallis natura. Tunc ego: Scholasticè, inquam, Galle defendis gentem tuam: sed quæso te, liber iste nunquid hoc solum uitium damnat in monachis? Imò uerò, inquit, nihil penitus omisit, quod non carperet, laceraret, exponeret: præcipuè auaritiam, nec minus uanitatem insectatus est. Multa de superbia, non pauca de superstitione disseruit: uerè, fateor, pinxisse mihi uidetur multorum uitia. Cæterùm de familiaritatibus uirginum & monachorum, atq; etiam clericorum, quàm uera, quàm fortia disputauit unde à quibusdam, quos nominare nolo, dicitur non amari. Nam sicut Belgicus noster irascitur, edacitatis nimiæ nos notatos: ita illi fremere dicuntur, cum in illo opusculo scriptum legunt, cœlibem spernit uirgo germanum fratrem, quærit extraneum. Ad hæc ego: Nimium, inquam, Galle progrederis. caue ne & te aliquis. qui

D hæc fortasis agnoscit, exaudiat, teq; unà cum Hieronymo incipiat non amare. Nam quia scholasticus es, non immeritò te uersu Comici illius admonebo: Obsequium amicos, ueritas odium parit. Tua nobis, ut cœperas, potius Posthumiane repetatur Orientalis oratio. Ego, inquit, ut dicere instituera, apud Hieronymum sex mensibus fui: cui iugis aduersus malos pugna, perpetuumq; certamen. Conscisit odia peditorum, oderunt eum hæretici quia eos impugnare non desinit oderunt eum clerici, quia uitam eorum insectatur, & crimina: sed planè eum boni omnes admirantur & diligunt. Nam qui eum hæreticum esse arbitrantur, insaniunt.

Augustinus.

AVgustinus floruit circa annum 440. Is epistola 119. ad Ianuarium, clarè affirmat, ita onerari religionem Christianam, quam quidem pauciſsimis ritibus contentam esse Dei misericordia uoluerit, traditionibus humanis, & ritibus, ut Iudæorum conditio facilior fuerit (qui tamen tempus libertatis non attigerunt) quàm Christianorum: seq; multa eiusmodi propter scandala quarundam sancta-

rum,& etiam contentiones turbulentarum personarum, oppugnare non audere. A Deplorat iam tunc temporis ita magni factas humanas traditiones, ut diuinis mandatis præferrentur. Eaque omnia dicit, ubi facultas datur, sine ulla dubitatione reuocanda esse. At, Deus bone, quàm in immensum ab eo tempore humanæ traditiones, earumq; authoritas, abusus & superstitiones excreuerunt? In prædicta epistola, & ad Castum etiam, ieiuniorum leges nimium superstitiosas uituperat.

Pelagij error de gratia, iustificatione, humanis uiribus & operibus, fuit consimilimus monachorum & Sententiariorum errori, qui humani arbitrij libertatem, ac uirium humanarum efficaciam, legisque possibilitatem consimiliter prædicarunt, & inflarunt, iusticiamq; non gratuitæ Dei misericordiæ ob meritum Christi, sed nostris operibus, fermè philosophicè aut ethnicè, tribuerunt. Eum errorem Augustinus grauissimè oppugnauit. Damnauit igitur Papistas in maximis rebus, in peccato originali, libero arbitrio, gratuita iustificatione, fide & bonis operibus. B

Pugnauit etiam Augustinus a criter pro authoritate Scripturę sacræ, contra authoritatem humanorum scriptorum & consuetudinis: uultque unicuique esse liberum iudicare de patrum scriptis, adhibita Scripturę norma: idq; facit tum alibi, tum in quadam epistola ad Hieronymum, qui aliquantò plus scriptis suis tribui uolebat, quàm par erat.

Reprehendit etiam Augustinus opinionem illam ethnicam & Papisticam, de opere operato, cùm in alijs partibus religionis, tum uerò in sumptione Sacramenti cœnæ Domini. Inquit enim: Quid paras uentrem & dentes? crede, & comedisti. Nam Papistæ multum de efficacia Sacramentorum, ac opere operato (planè ethnico more) garriunt: sed de fide, in sumptione Sacramentorum promissiones intuente, omnino sunt muti. Quare illis summus cultus est, si etiam impurissimus & propalàm Epicureus sacrificulus, cum quibusdam preculis & cæremoniolis, fictum C Sacramentum uorauerit.

De gratuita iustificatione tametsi prolixè in multis locis ac benè differat, tamen illud dictum in libro de Fide & operibus cap. 14. in primis pulchrum est: Bona opera non præcedunt iustificandum, sed sequuntur iustificatum. Idem & epistola 120. dicit. Quo nihil clarius dici potest pro gratuita iustificatione. Inquit quoq; ibi inter alia: Fratres, Iesum Christum iustum, ipsum habemus aduocatum apud Patrem, ipse est propitiatio peccatorum nostrorum. Hoc qui tenuit, hæresim non fecit: hoc qui tenuit, schisma non fecit. Vnde enim facta sunt schismata? Cum dicunt homines, Nos iusti sumus: cum dicunt homines, nos sanctificamus immundos, nos iustificamus impios, nos petimus, nos impetramus, &c.

An non hic diserte beatus Augustinus, & nos culpa hæresis ac schismatis liberat, qui omnem iusticiæ ac salutis nostræ causam soli Christo tribuimus: & contrà, in Papistas operarios & iusticiarios, eorumque Missatores, omnem schismatis hæreseosque culpam transfert: qui suis bonis operibus supererogationis, suisq; cucullis, D uolunt peccatores saluare, Deumq; eis suis Missis ac uigilijs propitium reddere & efficere?

De ciborum delectu ita inquit in libro de Christianis dogmatibus: Bonum est, cibum cum gratiarum actione sumere, & quicquid Deus præcepit edendum est. Abstinere autem ab aliquibus non quasi à malis, sed quasi non necessarijs, non est malum. Moderari uerò eorum usum pro necessitate & tempore, propriè Christianorum est. Vnde apparet eum alieniſsimum fuisse ab ista superstitione pontificiorum uel ante certis diebus carnes.

Sanctorum inuocationem seu adorationem hisce uerbis reprehendit libro de Vera religione: Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum, quia si piè uixerunt, non sic habentur, ut tales quærant honores: sed illum à nobis coli uolunt, quo illuminante lętantur meriti sui nos esse conseruos. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorandi propter religionē. Et paulo pòst: Hoc etiam ipsos optimos

Angelos

A Angelos uelle credamus, ut unum cum ipsis colamus Deum, &c. Sequitur: Quare honoramus eos charitate, non seruitute, &c. Nec eis templa constituimus, nolunt enim sic se à nobis honorari: quia nos ipsos, cum boni sumus, templa esse Dei nouerunt. Rectè itaque scribitur, hominem ab Angelo prohibitum, ne se adoraret: sed unum Deum, sub quo esset & ille conseruus. Apoc. 19. & 22. Sic & lib. 10. de Ciuitate Dei, inquit: Sancti nolunt nos sibi sacrificare, sed ei cuius & ipsi nobiscum sacrificium esse nouerunt. Talia complura contra Sanctorum adorationem, apud Augustinum extant. Quale & illud est, quod alibi contendit mortuos ignorare, quid nos in hac uita agamus. Si ignorant, ergo frustra inuocantur. Purgatorium negat Hypognosticorum quinto.

De coniugio quoque sacerdotum in quæstionibus ex utroq; testamento commodè differit, inquiens. Et Anna cum sterilis esset, & Deum diligeret, petijt ut habe-
B ret filium, & accipit: quòd si contrarium esset, moneri potuit ab eo quem dilígebat, ne rem postularet aduersam. Et natus ex ea sanctissimus Samuel, filios genuit, non tamen iustitiæ suæ merita minuit, Prima enim ætate sua semper auctus est, ut in senectute propensiori DEI testimonio commendaretur. Et Zacharias sacerdos uir iustus in senectute sua Dei nutu genuit filium, quo nondum nato meruit prophetare. Quæ ergo ratione accusatur, quod minimè obesse probatur? Et quis neget bonũ dici debere, quod neminem lædit? Et ut hoc loco aliquid de Apostolis dicatur, quod ad robur pertinet causæ, certè S. Ioannes castimoniæ fuit custos: condiscipulus autem eius id est S. Petrus uxorem habuisse cognoscitur: & primatũ ut acciperet inter Apostolos non ei obstitit GENERATIO filiorum. Quomodo ergo condemnandum putatur, quod non impedit meritum? Hinc Apostolus eum qui uxorem habet, si in cæteris seruet mandata, SACERDOTEM fieri posse ac debere ostendit. Quod si illicitum
C esset, non poterat utiq; peccatorem dicere debere fieri sacerdotem. Et quid tam apertum? Eiusdem enim Apostoli uox est dicentis. De uirginibus autem imperium Domini non habeo. Cùm enim Corinthij exagitarentur ab hæreticis, qui in hypocrisi nuptias damnandas docebant, consuluerunt Apostolum literis, an liceret nubere: an uxorem remittere. Tunc præcepit Apostolus, non debere uxorem à uiro recedere, cùm habuerit occasionem dicendi, si sciisset, sic docendum, non licere nubere: quomodo quod sibi non sit traditum, docere se non posse ostendit. Quis audet discipulorum docere. quod à Magistro traditum non est?

Quod porrò etiam primatum Papæ oppugnarit, dictum est in Carthaginensi sexta synodo. Sed tamen dicatur & iam breuiter aliquid. sæpe enim Augustinus, etiam cum quadam uehementia & stomacho contendit, claues non uni Petro, sed toti Ecclesiæ traditas esse. Primo Retractionum inquit: Non petra à Petro, sed Petrus à petra dicitur. Petra enim est Christus. Quare addit, super petram, non super
D Petrum esse ædificatam Dei Ecclesiam. Item in fine de agone Christiano, contendit toti Ecclesiæ, non uni Petro claues traditas esse. Addit post pauca: Nec eos audiamus, qui negant Ecclesiam habere potestatem remittendi omnia peccata. Itaq; miseri. dum in petra non intelligunt Petrum, & nolunt credere datas claues regni cœlorum ipsi, eas de manibus amiserunt. Vbi clarè Papam notare uidetur, qui sibi præcipuum quoddam ius in administrandis clauibus rapit.

Monachos, in libro de Opere monachorum, acriter taxat, dicens pleroscq; ex eis tantum ocij & saginæ studio in monasteria cursitare, quosdam etiam ex ijs ossa Sanctorum uel uera uel falsa uenditantes discursitare. Iubet igitur eos laborare proprijs manibus. & applicat ad eos illud D. Pauli dictum: Qui non laborat, non comedat. Reprehendit & alias quasdam eorum superstitiones.

Auricularem confessionem, libro Confess. 10. sic insectatur, postquam dixisset solam confessionem, quæ Deo fit, nos curare & sanare, inquiens: Quid malum ergo cum hominib. ut audiant confessiones meas? quasi ipsi sint sanaturi omnes languores meos, curiosum genus hominũ ad cognoscendã alienam uitam, desidiosum ad

corrigendam, ſuam. Quid à me quærunt, qui ſim? qui nolunt à te audire, qui ſint? Et A unde ſciunt, cum à meipſo audiunt, an uerum dicam, &c.

Reprehendit etiam acriter diuortia coniugiorum poſt uotum contractorum. Inquit enim in libro de Bono coniugali, quod dictum & Diſt. 27. repetitur: Quidam, nubentes poſt uotum afferunt adulteros eſſe. Ego autem dico uobis, quòd grauiter peccant, qui tales diuidunt. At hodie Papiſtis id non graue peccatum, ſed ſanctiſſimum, Deoq; gratiſſimum opus eſt.

Illud quoq; pulchrè cum Antichriſti, eiusq; ſpiritualium erroribus pugnat, quod dicit, Ioannem ideo digito monſtraſſe Chriſtum, & affirmaſſe quòd ipſe tollat peccata mundi, quò præueniret ſequuturos hæreticos, qui erant docturi, quòd ipſi tollant peccata mundi. Quid enim aliud faciunt Papa, ſacraficuli, monachi & moniales, niſi ut mentiantur ſe ſuis bullis, ſacrificijs, cucullis, & alijs ſanctiſſimis operibus ſupererogationis, peccata B mundi tollere & abolere: ſeq; ueluti nouos quoſdam agnos, nouasq; hoſtias, conuerſo in ſe ipſos digito miſeris mortalibus pro Chriſto oſtentent & uenditent? Quare motibundis non agnum Dei, ſed haſce tantum ſuas ſanctitates oſtentant & uenditant.

Ita oppugnauit B. Auguſtinus præcipuos errores & abuſus Antichriſti. Nam quòd à pleriſq; omnibus diſſenſerit, iam non dicam, cum id in præſenti opere noſtri inſtituti non ſit. De moribus quoque ſacerdotum inquit: Solas tantum libidines iam plerique in ſacerdotibus reprehendunt, cum ſint & alia plurima & maxima eorum peccata.

Auguſtino & illud dictum quidam tribuunt: Religio peperit diuitias, & filia deuorauit matrem. Quo uero ſtatus, ac ruina Eccleſiæ depicta eſt.

Sibylla.

EDidi quandam breuem Prophetiam carmine comprehenſam, cui Sibyllæ nomen erat adſcriptum. In ea prophetia diſertè prædicuntur tum alia, tum etiam exilium C & reditus potentum ob ueram pietatem. Prædicitur quoq; ruina fantaſticæ Eccleſiæ, & ſucceſſus ueræ: haud dubiè iudicantur præſentia religionis certamina. Nam nó conſtat inde uſque à Chriſto, Principes aliquos ob ueram pietatem exulaſſe, & poſtea redijſſe, ſicut hoc tempore Elector Saxonicus, & Colonienſis: qui tamen pro reditu ad terrenum principatum eiusq; longiore fruitione maluit ad cœleſte regnum commigrare. Exulauit & pientiſſimus Princeps, Ottho Henricus, Comes Albertus, Gaſpatus Pflug, Baro Boemicus alijq; inſignes ac illuſtres uiri.

Nullo autem ſanè commodiore uocabulo Eccleſiæ Papiſticæ ratio formaq; exprimi poſſet, quàm quod ſit fantaſtica: quod apud Italos ſignificat, rem tantum ſpeciem habentem, uel tantum fantaſia comprehenſam, cuiuſmodi ſolent melancholici ſibi imaginari. Nam totus Papam, ac præſertim ſpirituales, habent quidem ſpeciem quandam pietatis & populi Dei, ſed uim efficaciamq; eius (ſicut B. Paulus prædixit) abnegarunt. Omnia enim in externis cæremonijs, ritibus & geſtibus collocant: & prædicationem D puri uerbi Dei, quo ſola uera puritas & Eccleſia generatur, iam olim neglexerũt, & nunc crudeliſſimè perſequuntur. Quo porrò tempore carmina hæc compoſita ſint, ignoro.

Recitatur & alia Sibyllæ Prophetia de poſtremis temporibus. Cuius ſunt hæc uerba. Ter trecentos & quadraginta & octo implebis annos, quando tibi infauſtum ueniet fatum, ubi ui ſubacta nomen tuum impleueris. Hei mihi miſera quando uidebo diem iſtum tuum olim Roma, Imo Latinos omnes procaciter ambit, aut inſultat conſilijs occulto furtiuoq; concubitu, ex Aſia terra in Troiano curru uectari, animum habens fului (ſcilicet leonis) quando uerò Iſthimum perruperit ſpectans omnes, dum pelagus eundo peruenit. Et tunc beſtiam magnam perfundet niger ſanguis. Hunc autem Leonẽ edidit canis, perdentem PASTORES. Sceptra quidem auferet tibi & ad inferos perueniet. Hæc illa inuolucris quidem quibuſdam agit: ſed tamen ſatis indicat, quenda m canem mutum, & rapacem Leonẽ eò loci exoriturũ, ubi Troiani conſederũt, nempe in Latio &

A Latio & Romæ: qui bonos pastores, id est pios principes ac doctores perdat, Romam in seruitutem redigat, & inferos cum sua impietate perueniat ac pertingat.

Amphilochius.

SImiliter Amphilochius Iconij Episcopus, ita inquit. Non enim nobis Sanctorum corporales uultus in tabulis coloribus effigiare curæ est, quoniam his opus non habemus, sed politiæ illorum uirtutum memores esse debemus. Hic Episcopus clarè hoc dicto, & alij, imaginum cultum damnauit.

Chrysostomus.

CHrysostomus floruit circa annum Do. 400. nempe ante 1152. is in Homelia 12. B laudat mulierem Cananæam, quòd non quæsiuerit Petrum, Ioannem aut Iacobum mediatorem: sed ad summum bonitatis fontem, nempe Christum, rectà perrexerit. Super Matthæum, reprehendit duriter sacerdotes, quòd ægrotantibus de collo Euangelia suspendebant, sicut in Papatu Euangelium Ioannis: ac dicit esse impietatem & insaniam. Item alibi super eundem Euangelistam inquit: Non enim gaudent martyres, quando ex illis pecunijs honorantur, pro quibus plorant pauperes. Et paulo pòst: Vis domum Dei ædificare? da fidelibus pauperibus, unde uiuant, & ædificati rationabilem domum Dei, &c. grauissimè abusum istum Papistarum, charitatem negligentium ob ædificiorum structuram, reprehendens.

Super epistolam ad Titum, contendit Euangelium omnia necessaria ad salutem continere, nihilq; ei addendum esse. Sæpe traditiones humanas uituperat. Item super Heb. 2, & Matth. 5. & aliàs sæpe affirmat, non esse necesse confiteri homini, sed tantum Deo. Item de uerbis Esaiæ, uidi Dominum, Hom. 4. inquit: Sacerdotis tantum est, arguere, liberamq; præstare admonitionem, non mouere arma, non C clypeos usurpare, non uibrare lanceam, nec iacula mittere. At Papistici Prælati, præsertim ipse summus Pontifex, nihil fermè aliud sunt, quàm cruenti bellatores, & perpetui planè belli inter Christianos excitatores, ac inflammatores sunt.

Pulchrè quoque retundit fastum spiritualium, de sua dignitate superbientium, inquiens super Matthæum 23. Cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram. Non locus sanctificat hominem, sed homo locum: multi sunt sacerdotes, & pauci sunt sacerdotes: multi nomine, sed pauci opere. Non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos est. Qui benè sederit super cathedram, honorem accipiet ab illa. Qui malè sederit, iniuriam facit cathedræ. Ideoq; malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. Illud quoque de sacerdotum peruicacia apud eum obseruatu est dignissimum: Clerici peccantes difficilè pœnitentiam agunt. Erubescit enim aliquando rursus iudicari, qui semper fuit iudex. Alibi affirmat, sacerdotum culpa potissimum fieri, ut uulgi mores sint corrupti. Item dicit: Si- D cut omne bonum à sacerdotio, ita & omne malum egreditur.

De statuis porrò aut imaginibus Sanctorum inquit. Nos per scripta Sanctorum utimur præsentia, non sanè corporum ipsorum, sed animarum imagines habentes. Nam quæ ab ipsis dicta sunt, animarum illorum imagines sunt. Maxima uerò est ad recti inuestigationem (inquit Magnus Basilius) meditatio Scripturarum diuino afflatu nobis datarum. In his enim & rerum argumenta inueniuntur: & uitæ beatorum uirorum præscriptæ ueluti imagines quædam animatæ, secundum Deum politica imitatione operum exhibentur.

Concilium Carthaginense V.

CConcilium Carthaginense V. anno 438. celebratũ, cõstituit, ut sacella & arę Sanctorum, ubi nõ essent eorum corpora, diruãtur, si periculũ nõ est à tumultu populi. Sin metuitur tumultus, ut saltẽ cõcionatores dehortẽtur populũ illa loca frequentare. Sacella quoq; et aras Diuorũ ob somnia similesq; reuelationes fabricata

(cuiusmodi

(cuiusmodi sunt iam ubiq; in Papatu plurima, uel potius infinita) omnino reprobat. A ita apparet illos bonos patres uoluisse crescenti idololatriæ de cultu sanctorum & templorum resistere: sed tamen aliquanto mitius id agere coactos, propter furorem superstitiosi & semiethniei populi.

Obseruatu quoq; dignum est, qua fraude satan & impij piorum illorum Patrum decretum eluserint. Initio sancti illi uiri concedendum putauerunt memoriæ causa, ut, ubi corpora sanctorum sepulta iacerent, ibi monumenta & capellæ (ut uocant) extruerentur. At posteri, quò, ubicunq; uellent, lapideas domos colere possent, piumq; hoc decretũ eluderent, discerpserũt unius sancti cadauer, uestes q; in aliquot milia particularum ac in aras diuersissimis locis reposuerut: ut sic dici possit, in omnibus illis templis esse corpus eiusdem sancti, si nõ totum, at certè particulam aliquam uel ipsius, uel eius calceorum: sicq; præclarè ac planè Papistico more concilium seruasse uiderentur. B

In hac autem tertia Carthag. synodo decretum est etiam, ut tantum Canonici libri in Ecclesia legantur: at postea non tantum Patres in templis lecti sunt, sed & Aristoteles: imò & uanissimæ fabulæ in suggestu expositæ ac doctæ sunt. In tertia Carthaginensi synodo scriptum est, negligentiam sacerdotum causam esse dissolutę disciplinæ in Ecclesia. Quòd si unq; illis temporib. uerũ fuit, nostris certè est uerissimũ.

Ambrosius.

AMbrosius uixit anno 370. qui quidem in pleriscq; dissentit à Papistis. Iam tamen illud tantum cõmemorabo, quod 2. Thess. 2. dicit, Priusq; Antichristus uenerit. Romanum regnum debilitandum esse: sed Antichristum Romanis sub suo nomine libertatem restituturum. Hic ueluti digito indicat istius sancti uiri spiritus, tempus aduentus Antichristi, & personam eius. Tempus, inquit, est illud post defectionem Romani Imperij, & ante instaurationẽ. Persona porrò est illa ipsa, quæ Romanum Imperium iam collapsum utcunq; eriget. Quod aptissimè in Papam dicitur. Ipse enim: cum iam Romanum regnum propemodum extinctum esset, illud aliquatenus instaurauit, translato Cæsareo titulo ad Gallos & Germanos: idq; suo nomine, id est, tanq; Papa. Eatenus enim, quatenus Papa est, uult habere ius supra Romanam monarchiam. Fortassis pius ille uir interpretationem hanc ex Apocal. 13. accepit, ubi bestia imperium significans uulnerata, & nonnihil sanata à bestia Antichristum significante, honoratur. In quodam uerò sermone inquit: Ex inordinata & indisciplinata sacerdotum multitudine, hodie datur contemptui nostræ redemptionis uenerabile Sacramentum. Namqui debuerãt esse uicarij Apostolorum, facti sunt socij Iudæ, & præambuli Antichristi. Sola nos fide iustificari, super Romanos, & sæpè alias constanter ac grauiter asserit, Quod nunc caput nostræ controuersiæ est contra Antichristum, eiusq; sophistas, qui de iusticia fidei nihil planè norunt, imò eam doctrinam insuper atrocissimè damnant. C

Sanctorum porrò inuocationẽ in multis locis non obscurè reprehendit. Nam super Rom. 1. manifestè & acriter refutat similitudinem illam Papisticam, quod perinde sicut hic in terris magnos Dominos, non nisi per aliquos eorum amicos aut consiliarios adire ac cõpellare solemus, sic & in cœlo Deus per mediatores sanctos compellandus sit. Super Colos. 1. dicit Christi omnipotentiam ita declaratam illustratamq; esse, ut sciremus ipsi soli nos fidere debere. Vbi hæc uerba ponit: Vt si quis alicui Angelorum aut potestatum deuotum se debere esse putet, errare se sciat. Nam qui se subiectis humiliat, totus errat: non tenens caput, truncus est, &c. D

Gelasius.

GElasius Papa sedit anno 493. In decretis de cõsecratione, Distinctione 2. duriter reprehendit sumentes communionem sub altera tantum specie, hisce uerbis: Comperimus autem, quòd quidam sumpta tantum corporis sacri portione, à calice

A à calice sacri cruoris abstineant: qui proculdubiò, quoniam nescio qua superstitione docentur astringi, aut integra Sacraméta percipiant, aut ab integris arceantur. Quia diuisio unius eiusdemq; mysterij, sine grandi sacrilegio non potest accidere. En iste Papa dicit esse grande sacrilegium, sub altera tantum specie communicare: præsentes uerò Antichristi uociferantur esse catholicum, orthodoxum, &c. Hinc etiam obserua pie lector, errorem communionis sub una specie iam olim gliscere cœpisse: sed pios homines ei aliquandiu restitisse, donec tandé error ueritatem euicit & pessundedit.

Simplicius Papa.

SImplicius Papa sedit anno Domini 470. Is constituit ne Papa sine Principis aut Cæsaris uoluntate eligatur. Quod ex epistola Odoacris Regis, tertiæ Romanæ synodo sub Symmacho inserta, manifestè apparet. Hæc enim sunt eius uerba.
B Cùm in unum apud beatum Petrum Apostolum resedissent, sublimis & eminentissimus uir præfectus prætorio, atq; patricius, agens etiam uices præcellentissimi Regis Odoacris Basilius dixit, Quanquam studij nostri & religionis interfit, ut in Episcopatus electione concordia principaliter seruetur Ecclesiæ, ne per occasionem seditionis status ciuilitatis uocetur in dubium: tamen admonitione beatissimi uiri Papæ nostri Simplicij, quam ante oculos semper habere debemus, hoc nobis (meministis enim) sub obtestatione fuisse mandatum, ut propter illum strepitum, & uenerabilis Ecclesiæ detrimentum, si eum de hac luce transire contigerit, nõ sine nostra consultatione cuiuslibet celebretur electio. Nam & cùm quid confusionis atq; dispendij uenerabilis Ecclesia sustineret, miramur, prætermissis nobis quicquam fuisse tentatum: cùm etiam sacerdote nostro, id est Papa superstite, nihil sine nobis debebat assumi. Quaresi amplitudini uestræ uel sanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri Antistitis electionem respiciunt, religiosa honoratione seruemus, hanc legem specialiter
C præferentes, quam nobis hæredibusq; nostris Christianæ mentis deuotione sanciemus. Ne unquam prædium, seu rusticum, seu urbanum, uel ornamenta, aut ministeria Ecclesiarum quæ nunc sunt, uel quę ex quibuslibet titulis ad Ecclesiarum iura peruenerint, ab eo qui nunc Antistes sub electione Canonum fuerit ordinandus, & illis qui futuris seculis sequentur, quocunq; titulo atq; commento alicientur. Si quis uerè aliquid eorum alternare uoluerit, inefficax atq; irritum iudicetur, sitq; fauenti uel consentienti accipientiq; anathema. Hic apparet Papas tunc non fuisse Romæ & totius Italiæ dominos, ut falsò nunc de donatione Constantini iactitant.

Ennodius.

DIxi in Symmacho Papa de Ennodio, qui circa annum 500. uixit Domini. Is in suis poëmatibus, declamationibus, ac epistolis hosce uersus de leuitate ac
D uanitate cleri habet.

Qui ponti facies, numerum qui nouit harenæ,
Fœmina quem iurans fallere nulla potest.
Astrorum plebem qui calles spectat amantum,
Quintia cui certis cornibus innotuit.
Non ualet hic uultus retinere nomina mores,
Quos mutat Clerus tempus in exiguum.

Pulchrè autẽ hæc conueniunt, cum præcedenti Symmachi testimonio, qui dicit, tetram ambitionem inuasisse clerum. Queritur alioqui aliquoties in suis epistolis, de auaritia Papæ, qui sibi nescio quòd debitum soluere noluerit. Recitat quoq; prolixum decretum cuiusdam synodi, de adiungendis Episcopo testibus uitæ, in eo diserte ea synodus dicit Romanum Episcopum PENE omnium Ecclesiarum gubernacula tenere, ut tamen tunc nondum fuerit uniuersalis Episcopus.

Sulpitius

Sulpitius Seuerus.

SVlpitius Seuerus, uir & pius & doctus, floruit circa 450. Domini annum, is in Chronico suo ita de sacerdotum auaritia scribit id modo annotandum curauimus 20. et 9. regnà imperio Hebræorum subiecta, quorum terra per undecim tribus Vititim distributà est. Leuitis enim in sacerdotium assumptis, nulla portio data, quò liberius seruirent Deo. Equidem hoc exemplum non tacitus prætetierim, legendumq; ministris Ecclesiarum libenter ingesserim. Etenim præcepti huius non solum immemores, sed etiam ignari mihi uidentur. Tanta hoc tempore animos eorum habendi cupido, ueluti tabes incessit, inhiant possessionibus, prædia excolunt, auro incubant, emunt, uendunt q;, quæstui per omnia student. At si qui melioris propositi uidentur, neq; possidentes, neq; negotiantes, quod est multò turpius, sedentes munera expectant atq;, omne uitæ decus mercede corruptum habent, dum quasi uenalem præferunt sanctitatem. Sed longius quàm uoluit egressus sum, dum me temporum nostrorum piget, tædetq; ad inceptum redeo. In dialogis uerò de eorundem turpitudine hæc dicit, quæ tamen rectius Hieronymo adijci posse sent.

Igitur deinde digressus Bethlehem oppidum petij, quod ab Hierosolymis sex milibus separatur, ab Alexandria autem sedecim mansionibus abest. Ecclesiam loci illius Hieronymus presbyter regit: nam Parochia est Episcopi, qui Hierosolymam tenet, mihi iam pridem Hieronymus superiore illa mea peregrinatione compertus, facilè obtinuerat, ut nullum mihi expetendum rectius arbitrarer. Vir enim præter fidei meritum, doctem q; uirtutum, non solum Latinis atq; Græcis, sed & Hebræis etiam literis institutus est: ut se illi in omni scientia, nemo audeat comparare. Miror itaq; si non & uobis per multa, quæ scripsit opera compertus est, cùm per totum orbem legatur. Nobis uerò, Gallus inquit, nimium nimiumq; compertus est. Nam ante hoc quinquennium, quendam illius libellum legi, in quo tota nostrorum ratio Monachorum ab eo uehementissimè uexatur & carpitur. Vnde interdum Belgicus noster ualde irasci solet, quòd dixerit, nos usq; ad uomitum saetiari. Ego autem inquam Gallus, illi uitro ignosco, atq; ita sentio, de orientalibus illum potius Monachis, quàm de occidentalibus disputasse. Nam edacitas in Græcis gula est: in Gallis natura. Tunc ego, scholastice inquam Galle, defendis gentem tuam, sed quæso te, liber iste nunquid hoc solum uitium damnat in Monachis? imò uerò inquit nihil penitus omisit, quod non carperet, laceraret, exponeret, præcipuè auaritiam: nec minus uanitatem infectatus est.

Multa de superbia, non pauca de superstitione disseruit: uerè fateor pinxisse mihi uidetur uitia multorum. Cæterùm de familiaritatibus uirginum & Monachorum atq; etiam clericorum ad quàm uera, quàm fortia disputauit: unde à quibusdam, quos nominare nolo dicitur non amari. Nam sicut Belgicus noster irascitur, edacitatis nimiæ nos notatos: ita illi fremere dicuntur, cum in illo opusculo scriptum legunt, cælibem spreuit uirgo germanum fratrem, quærit extraneum. Ad hæc ego nimirum, inquam, Galle progredieris, caue ne et te aliquis, qui hæc fortassis agnoscit, exaudiat, teq; unà cum Hieronymo incipiat non amare. Nam quia scholasticus es, non immerito te uersus comici illius admonebo. Obsequium amicos, ueritas odium parit. Tua nobis, ut cœperas, potius post humana reperatur orientalis oratio. Ego inquit, ut dicere institueram, apud Hieronymum sex mensibus fui, cui iuge aduersus malos, peperuumq; certamen. Conscium

odia perditorum, oderunt eum hæretici: quia eos impugnare non desinit:
oderunt eum clerici, quia uitam eorum insectatur & crimina. Sed planè enim boni omnes admirantur, & diligunt.

Paulinus

Paulinus Nolanus.

PAulinus Nolanus Episcopus insignis doctrinæ & pietatis uir, floruit circa annum Domini 450. Is in quadam epistola ad Sulpitium Seuerum, ita de Romanis clericis queritur. Romæ quoq; non pauci, etiam in clero ipso, à qua solo uidemus scandalizari, morsu inuidiæ commouentur. Sed Domino gratias, qui & mihi miserrimo peccatori suo dedit dicere, Quoniam oderunt me gratis. Quod tamen ad me pertinet, cum ipsis quoq; qui oderunt pacem meam, mente pacificus sum. Si quis enim uult contentiosus esse, hoc nostra consuetudo non recipit. Horum tamen ipsorum, qui nos adisse, & à consortio sanctitatis suæ segregare dicuntur, uix ad nos tenuis fama prælabitur, & ab auribus nostris spinatum ſepe munitis, & aura frigida, uelut importunum uacui culicis murmur excludit.

B Vide hic & Romani cleri maliciam, quitam sanctum uirum oderunt: Sicut & prius Tertullianum, Hieronymum, & alios uiros uirtute præstantes. Obserua etiam, quàm parua tunc temporis fuerit Romanistarum potentia, ut quos hic Episcopus, in tanta uicinia, contempserit, eorumq; potentiam parui fecerit, adeoq; extenuauerit, ut diceret, tenuem famam de eis ad ipsum peruolare, ueluti culicis murmur.

Photius patriarcha.

HVnc Photium non eò appono, quòd eius facta aut dicta admodum aut laudare, aut tyrannidi erroribusue Papæ ea opponere uelim, quandoquidem mihi non satis perspecta sunt: sed quò habeam occasionem de ijs dicendi, quæ circa eum acciderunt. Scribunt Latini scriptores unanimiter, eum è laico subitò Constantinopolitanum patriarcham, de uoluntate Imperatoris, idq; eiecto Ignatio, factum esse, tempore Leonis 4. mansitq; in ea functione satis diu, nempe usq; ad Hac C driani secundum. Fuit uerò primùm ea substitutio à legatis Papæ comprobata, tametsi id postea Papa Nic. negarit se iubente factum, qui & excommunicarat eum, ac ei adhærentem Constantinopolitanam Ecclesiam & alios Episcopos.

Verùm demum sedente Hadriano secundo, idq; flagitante per quandam Synodum, inde deiectus est, Ignatiusq; restitutus, & Orientales absoluti. Atq; id tali quadam tatione ac conditione factum est, ut coacti sint singuli Episcopi & sacerdotes supplicem quendam libellum à Papa eis præscriptum legatis Pontificijs offerre, per quem omnino in seruitutem sese Romano Pontifici addicebant. Iuuabat autem in ea re Papam tum Imperator Constantinop. nomine Basilius, sed dissimulanter, qui tunc recens interfecto suo adoptitio patre Michaele eius opera indigebat.

Hinc obserua Christiane lector, & propter paruas res, magnas turbas solitos mouere Romanos Pontifices: & propter unius hominis iniuriam, tot Ecclesias excommunicare, & uulnera Ecclesiæ non tam correctione, quàm oppressione, ac seruiD tute eius inaudita sanare. Sed adscribam ipsius historici uerba, qui adiunctas Damaso uitas descripsit.

His ita compositis, postquam Michael Græcorum Imperator Bardam Cæsarem Photij fautorem suum, sicut perhibent, interitum machinantem peremit, Basilium collegam sibi adoptans, Imperatorem constituit. Cumq; nouus Imperator Basilius à Catholicis, tanquà qui semper eis fauebat, summo studio coleretur: Michael à spadonibus suis, dubium an filij uoluntate, peremptus est. Moxq; Basilius rerum potitus, primò quidem non se fuisse conscium necis Michaelis, ut fertur, omnibus satisfecit: tum uerò secundum Romanæ Ecclesiæ constitutum, peruasorem Photium pepulit, & Ignatium patriarcham populo annuente patriarchio restituit: ac ex utraq; parte, Ignatij uidelicet patriarchæ Photijq; neophyti, legatos Romam per suum spatharium Basilium nomine destinauit, qui præsente summo antistite alternatim confligerent, & iustitia suffragante, aut iustificarent Photium, aut perpetuò condemnarent. Sed diuino iudicio disertissimam partem Photij pelagus sorbuit, & simpli-

O cissimam,

cissimam, partem Ignatij cum legato imperiali saluam seruauit, nullusq; ex Neophiti parte nisi monachulus solus euasit. Qui postmodum neq; Photium, pro cuius parte uenerat, neq; Ignatium, contra quem, sed neque uniuersalis Ecclesiæ, ad quam uenerat, iura suscipiens, tertiò conuictus, tertiò perfidiæ denotatus, semel anathematizatus abcessit.

At uerò Basilius legatus Imperatoris, & Iohannes Metropolitanus Cæsare Cappadociæ, qui Nicolao fuerant destinati, huic sanctissimo Hadriano Papæ, cum Episcopis & Proceribus in secretario Sanctæ Mariæ maioris, iuxta morem sanctæ sedis Apostolicæ residente, se satis humiliter præsentarunt. Dona & epistolas obtulerunt, quibus susceptis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cuius curamine Constantinopolitana Ecclesia de schismate purgata surrexerat, multiplices gratias retulere, ac post innumera laudum præconia concordi uoce dixere: Deuotissimus filius uester Imperator Basilius, & patriarcha munere uestro restitutus Ignatius, dum Ecclesia Constantinopolitana per interuentum uestrum inuasorem Photium propulisset in archiuo, eius librum summa falsitate congestum, contra ingenium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sanctissimiq; Papæ Nicolai, reperere. Quem bullatum quasi uerè contagium à sua urbe penitùs pepulere, uobisq; utpote summo capiti, cui Christus cœlo terraq; soluendi atq; ligandi potestatem tribuit, misere. Quem precamur suscipientes rimamini, & fraudulentiam quam insontibus Constantinopolitanis noster uersipellis Photius inferre potuit, ex eo quod in hanc sanctam Romanam Ecclesiam non habentem maculam neq; rugam, aut aliquid huiusmodi, audacem linguam exacuit prorsus aduertite: & quid Ecclesiæ Dei de hoc latrocinio sit sentitendum, quod sub nomine Synodi furtim ab eo confictum est, palàm omnibus promulgate. Vtrarumq; partium concessum Pontifici annuenti respondit: Contra sedem Apostolicam Pontificemq; ipsius, quia Photius uocem non habuit, sententiam fortè præcipitare potuit. A sede Apostolica ab his iudicatus est, bisq; damnatus: & quia uiribus suis Photius consedens in sanctissimum Pontificem nostrum Nicolaum falsa garrire non timuit, os suum nimirum in cœlum posuit, & linguam suam ut terram pertransiret exeruit: ideoq; conciliabuli ipsius librum scrutandum admittimus, ut auctor illius & fabricator mendacij & inuentor peruersorum dogmatum tertiò iudicetur.

Egressus Metropolita librum exhibuit, & in terra præcipitauit, imprecanteilli dicens: Tu maledictus Constantinopolis Romæ iterum maledictus. Te ministet diaboli Photius, nouus Simon, mendacij compilator aptauit, & minister Christi Nicolaus nouus Petrus ueritatis amator attriuit. Et Spatharius calce suo ensemq; librum percutiens, nihilominus ait.

Credo in opusculo diabolus habitat, quod præbes complicis sui Photij, ea quæ per se dicere nequit eructuat. Nam & subscriptionem Basilij nostri Imperatoris post subscriptionem Michaelis, quem ebriosissimum subscribere noctu suasit, falsissimè continet: quam eius non esse, restitutio Ignatij declarauit: & satisfactio nostra, si uobis placuerit, iureiurando firmabit. Neq; enim unius semper catholici Basilij nomen non potuit falsò suis feralibus commodis inserere, qui mutato charactere potuit multorum absentium Episcoporum nomina, cum paucis complicibus suis describere, quorum uidelicet Episcoporum uniuersitas tam immunis est huius subscriptionis, quàm tenoris ignara. Siquidem nullus Constantinopolitanorum, quando istud conciliabulum collectum fuisset, quæ reuera nec fuit, agnouit. Sed quia Constantinopolim comprouinciales ueluti regiam ciuitatem pro diuersis negotijs instar istius urbis ascendunt: pertinacissimus Photius mendacium suum ueritatis medicamento, sicut ei à primæuo fuerat institutum biuium, dum in locum quorundam sanctissimorum Episcoporum ciues quidem aliquorum illorum, sed transfugas, ut fama uulgatum est, muneribus excæcatos subscribere fecit: inde est, quod subscriptionis istius uidentur diuersi characteres, et quidam eorum acutiori penna, quidam grossa, nonnulli

A honnulli uerò decrepitum simulantes grosiorem membranam inquinantes de-
scribunt: ut uidelicet fraude præsentium, simplicitati absentium illudatur. Et illud
credat facilius uniuersitas esse uerissimum, quod dissimilibus literis fecerit falsitas
esse diuersum. At uos dico subscriptionum dissimilitudinem librum referentes uide-
bitis, fraudem uerò nisi Constantinopolim miseritis minimè cognoscetis.

Tum summus Pontifex utriusq; linguæ peritis librum scrutandum per aliquot
dierum decreuit, & omnia quæ in eo continebantur coram Synodo fideliter propa-
lari. Qui, ubiq; strenuè perscrutatus est. Venerabilis Pontifex, annitente omni senato
rio populariq; conuentu apud beatissimum Petrum Apostolum, in defensione suæ
Ecclesiæ decessoris q; sui sacrum concilium conuocauit. Et primò quidem per lega-
tos Constantinopoleos rei ueritate luculenter audita, decessoris sui huiusmodi lite-
B tas eligens, sinistram ipsius famam purgauit,

Deinde Photium cum conciliabulo complicibus q; is tertiò anathemate percu-
lit. Ad extremum uerò, cunctorum subscriptionibus sententijs roboratis, præ foti-
bus graduum nefandi dogmatis librum cunctorum pedibus conculcatum exussit:
quem nimirum rogus ut fomentum quoddam ignis, excepit, & penè ante quam
semustum credi potuisset, cum magno fetore piceoq; colore consumpsit. Et cum for
tè focus inundatione pluuiæ naturaliter debuisset extingui, ad pluuiam quasi ad olei
guttas flamma conualuit, & in laudibus Dei sanctissimique Papæ Nicolai, simulq;
Hadriani summi Pontificis, miraculi stupor tam Latinorum quàm Græcorum cor-
da resoluit.

Post hæc, cum epistolis decessoris sui, sicut ab eo fuerant ordinati, Donatum
Episcopum Hostiensem, & Marinum diaconum Constantinopolim destinauit.
Quibus eiusdem epistolis suo tantum nomine titulatis & commonitorium, sed &
C Stephanum Nepesinum Episcopum sociauit: eisq; præcepit, ut omne scandalum Ec
clesiæ Constantinopolitanæ solerter sopirent, consecratis Amathodio & Ignatio,
sub satisfactione libelli, quem de scrinio susceperant, proprias Ecclesias redderent:
Photianis uerò sub eadem ac districtiori satisfactione communicarent quidem, si
sacerdotum usq; recidiuam sedis Apostolicæ sententiam manentem, sanctissimi
Papæ Nicolai iudicio protelarent.

Itaq; multorum anfractuum laborioso circuitu penetrantes, tandem Christo
præduce Thessalonicam ueniunt, in qua Basilius Imperator Eustachium Spatha-
tium candidatum, cum suæ salutationis officio sanctæ Romanæ Ecclesiæ legatis ob-
uiam destinauit. Qui eos admodum honorificè per contigua itineris loca ducentes,
Sillambriam posuerunt. Vbi à Sisinnio imperiali protospotario & Theognisto pa-
triarchali ignumeno, qui Romæ apud sanctissimum Papam Nicolaum pro resti-
D tuendo Ignatio sedulus intercessor extiterat, cum XL. equis de stabulo imperiali &
totius mensæ argenteo apparatu officialibus, qui sibi ad omnem libitum famularen
tur excepti, ad castrum rotundum, in quo est Ecclesia miræ magnitudinis, S. Ioannis
Euangelistæ nomini dedicata', fauore augustali, sabbato mansionem suscipiunt: &
Dominica quæ quintadecima dies Septembris erat, per indictionem tertiam singu-
los equos cum sellis aureis deuotione imperatoria capientes, obuiationibus uide-
cet scholis Spathariorum, Candidatorum, Stratorum, Mandatorum, cæterorumq;
Palatinorum ordinum, omnibus Clericorum planetatis ordinibus ad portam au-
ream ueniunt. Ibi à Paulo librorum custode, Ioseph uasorum custode, simulq; Ba-
silio sacellario Ecclesiasticis indutis uestibus, uice patriarchæ Constantinopoleos
solenniter præceduntur, a b omni populo cum cereis & lampadibus prosequuntur.
Sicq; ad Hierenes palatium descendentes, in domo quæ dicitur Magna aula, à Ioan-
ne à secretis Spathario q; candidato, & Straugis Spatario candidato, quibus submi-
nistrationis gratia deputati fuerant, laudabiliter suscipiuntur, per quos Imperalia
mandata suscipiunt deuotissimè, proculdubio suggerentia ne fortè molestè duce-

rent, quod Imperiali natalicio imminente in craſtinum ſuſcipi non ualerent.

Quo feliciter celebrato, miſit Imperator in occurſum ipſorum omnes ordines Palatinos, quibus præcedentibus ante Imperatorem in Chriſto triclinio ſibi continuo aſſurgentem ſalutabundi conueniunt, Apoſtolicas epiſtolas Imperatori offerunt: quas Imperator perſemet ſuſcipiens oſculatur: de ſtatu Romanæ Eccleſiæ, ſalute Domini Hadriani ſummi Pontificis, deq; omni Eccleſiaſticorum Senatoriorumq; ordine ordinabiliter perſcrutatur: legatos q; amabiliter oſculatus, Ignatio patriarchæ iuſsionem Apoſtolicam prolaturo abſoluit. Cum ſequenti die ad Imperatorem redeunt, à quo taliter alloquuntur: Sanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ per ambitionem peruicaciſsimi Photij diuerſis ſchiſmaticorum fluctibus laceratæ, Sancta omnium Eccleſiarum Domini mater Eccleſia Romana, ſanctiſsimi Domini & uniuerſalis Papæ Nicolai, ſicut in eius literis, quarum auctoritate præſens pater noſter Ignatius, qui uiolenter fuerat à Photianis expulſus, ſedi propriæ nuper iuuante Domino reſtitutus eſt, poteſt luculenter intelligi, fida prouiſione conſuluit. Quapropter uos cum omnibus Orientalibus Patriarchis, Metropolitanis atq; Epiſcopis, cenſuram ſanctæ matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ, per biennium præſtolantes, propter Dominum petimus, ut Domini negotium uiriliter peragatur: & tandem aliquando auctoritate ueſtri ſacri collegij tam peſtifera Photianæ tergiuerſationis ſcandala propellantur: quatenus unitas & tranquillitas optata, ut diutius iuxta decretum ſanctiſsimi Papæ Nicolai reſtaurentur.

Legati ſanctæ ſedis Apoſtolicæ reſponderunt: Et nos ideo uenimus, ideo miſſi ſumus, ſed neminem Orientalium ueſtrorum utrunq; in noſtra ſynodo ſuſcipere poſſumus, niſi oblato libello, cuius formam de ſcrinio ſanctæ ſedis Apoſtolicæ ſumpſimus, nobis fuerit ſatisfactum. Imperator et Patriarcha dixerunt: Quia nouum hoc & inauditum de libello proferendo aſſeritis, neceſſe eſt ut tenoris illius formam uideamus. Nec mora, libelli forma prolata eſt, & de Latino in Græcum conuerſa, omnium noticiæ declaratur, quem quidem libellum offerentes in ſancta ſynodo relinquunt, ſed diatim feruore ſancti Spiritus temperati præmiſſa libelli ſatisfactione, ad unitatem ſacræ ſynodi reuertuntur.

In hac ſynodo Photius ille peruaſor, de multis criminibus perpetratis rationem redditurus adducitur. Omnes epiſtolæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ contra eum prolatæ leguntur, & depoſitionis ac anathematis ſententia dudum Apoſtolica ſede prolata in eum ab omnibus identidem iaculatur: inq; eius conſpectum nefandiſsimi conciliabuli profanata uolumina, quibus contra ſanctiſsimum Papam Nicolaum ſuſurra fauce latrauerat, igne combuſta, ueritatis innocentiæq; lampas emicuit: quoniam laqueum quem olim alteri parauerat, glorificabunde nunc rationis uitute ad extremam taciturnitatis inertiam deuolutus intrauit, & apertum ſibi communionis oſtium, quo ſub ſatisfactione libelli ſuſcipiendus admonebatur, qualicæcus in meridie declinauit.

Deniq; geſtis ſalubriter omnibus quæ in decem ſeſsionibus ſynodi textus complectitur, legati ſanctæ Romanæ Eccleſiæ textum ſynodi, ne quid Græca leuitas ſalſum ſua arte ingereret, Anaſtaſio ſanctæ ſedis Apoſtolicæ bibliothecario, qui tunc temporis pro cauſa Ludouici ſereniſsimi noſtri Auguſti cum Supone Archiminiſtro poſt eos Conſtantinopolim diuina ut creditur diſpenſatione peruenerat, ſubtiliter inquirendum antequam ſubſcribant committunt. A quo quia in utriſq; linguis eloquentiſsimus exiſtebat, ſtudioſiſsimè perſcrutatus, omne quod ad laudem ſereniſsimi noſtri Cæſaris, ſanctiſsimus dominus Hadrianus Pontifex in epiſtola ſui deceſſoris Arſenio Epiſcopo innuente adiecerat, reſecatum inueniunt. Quapropter epiſtolam ſedis Apoſtolicæ fraudulenter corroſam, ſummis clamoribus conqueruntur: fatentes ſe nullo modo ſynodalibus actionibus

ſubſcripturos,

A subscripturos, nisi totius epistolæ integritas gestis synodicis iungeretur. Hoc modo Romanis certantibus, Græcis uerò, non esse in synodo de laude imperatoris, sed de solius Domini tractandum, altisonè respondentibus, nomenq; imperiale nostro Cæsari penitus inuidentibus: ad hoc usq; peruentum est, ut interposita conditione uoluntatis Apostolicę diffinitis sententijs minus diffinitè subscriberent, ita legentes: Ego ille uicem agens domini mei sanctissimi & uniuersalis Hadriani Papæ, in hac sancta synodo præsidens, usq; ad uoluntatem eiusdem eximij Præsulis ad omnia ut superius legitur consensi, & manu propria subscripsi.

His expletis, quidam Græcorum Imperatorem conueniunt, Constantinopolitanam Ecclesiam per oblatos libellos in potestatem Romanam redactam flebiliter conqueruntur: & dubietate subscriptionum omnia quæ in synodo decreta fuerant reuoluenda, cunctaq; reciduis erroribus confundenda fatentur: & nisi libellum B reciperent, libertatem pristinam se non posse recipere fingunt. Illicò quidam libellorum à custodibus, quoniam excellentiorum Episcoporum libellos legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ futurorum præscij prorsus occuluerant, defraudantur: ac pro hoc incredibiliter consternati Supponis Archiministri & Anastasij disertissimi sanctæ sedis Apostolicæ bibliothecarij fidelissimis auxilijs innituntur.

Quibus diuerso modo non sine magno laboris periculo imminentibus, libellos quidem uix tandem recipiunt. Sed Imperatoris iram pro nimia suæ districtione fidei uehementer incurrunt. Igitur post diem tertium quo sacratissima synodus cum suis scriptionibus omnino in codice consummata, retractaq; ad omnem elegantiam in Ecclesia sanctæ Sophiæ fuerat ab Imperatore in domo quam cum uicarijs Patriarcharum, uidelicet Alexandrino, Antiocheno & Hierosolymitano, simulq; Patriarcha Ignatio, cumq; aliquibus residebat, callidè conuocati sedere iubentur, quòd princeps Bulgarum eis literas & dona per Petrum aliosq; direxerit, au- C diunt. Quorum legationem, Imperatore potissimum imminente suscipiunt, &c. Hactenus ille.

Testatur iste author, ut suprà auditum est, Photium etiam librum contra Papam composuisse, quem tamen Papa exusserit: qui procul dubiò multa in Pontificia tyrannide taxarit, & suis neruis ac argumentis non caruit. Obserua etiam quod per libellos fraudulenter suam tyrannidem ampliarunt, & Constantinopolitanam Ecclesiam in suam seruitutem redegerunt.

Bulgari.

EA regio quæ iam Bulgaria uocatur, iam olim Christiana fuit. Sed circiter 500. Domini annum à Bulgaris gente Scythica occupata, oppressisq; aut expulsis Christianis ethnica facta est. Verùm circa 870. annum, est denuò ad Christianismum conuersa. Inde quærentibus iam Pontificibus non tam salutem hominum D quàm prædam pecuniarum, certamen erat inter Constantinopolitanum & Romanum, utrinam Bulgari subijci debeant. Nam illi duo Episcopi ueluti in duas partes totius Christiani orbis regiones inter se partiti erant: Romanus Occidentales expilabat, ille Orientales. Ac tunc quidem uicerunt Romani, teste Platina, adiuuante eos Basilio tyranno ac parricida, qui adoptatorem suum Cæsarem paulò antè interfecerat, ut idem Platina testatur. Verùm non multo post denuò Bulgaria ad Constantinopolitani Patriarchæ ius redijt. Obseruatu uerò dignum est primùm, quò Pontificum cupiditas iam tunc spectarit: nempe non ad salutem, sed de glubitionem ouium. Secundò, quòd Papa potissimum nefariorum hominum ope adiutus, tyrannidem suam ampliarit. Ante enim eum Phocas, nunc hic Basilius adiuuit: quorum uterque tyrannidem interfectis suis Dominis Christianis, imò & parentibus Imperatoribus occuparat. Sed mutuas sibi procul dubiò operas tribuerunt, in stabiliendis suis tyrannidibus. Verùm quò res sit aliquantò notior & testatior, adscribam locum ex uita Hadriani secundi, Damaso adiuncta: & quidem aliquantò prolixio-

rem, indeq; incipientem, ubi in præcedente capite desijmus, quoniam nondum est impressa.

Sed Imperatoris iram pro nimia suæ districtioni fidei uehementer incurrunt. Igitur post diem tertium, quo sacratissima Synodus cum suis scriptionibus omnino in codice consummata, retracta q; ad omnem elegantiam in Ecclesia sanctæ Sophiæ fuerat ab Imperatore, in domo quam cum uicarijs patriarcharum, uidelicet Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, simulq; patriarcha Ignatio, cumq; aliquibus residebat, callide conuocati sedere iubentur: quod Princeps Bulgarum eis literas & dona per Petrum alios q; direxerit, audiunt. Quorum legationem Imperatore potissimum imminente suscipiunt. Sicq; præsalutationem Petrus Bulgarum legatus exoritur: Dominus Michael Princeps Bulgaricus audiens, quòd pro utilitate sanctæ Dei Ecclesiæ, ex diuersis partibus auctoritate Apostolicæ sedis conueneritis, gratanter accepit: uobisq; qui ex sede Apostolica missi estis, multiplices gratias agit. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ responderunt: Vos, quia uos filios sanctæ Romanæ Ecclesiæ nouimus, insalutatos uos præterire neq; debuimus neq; uoluimus. Quos nimirum sancta sedes Apostolica ut propria membra complectitur.

Bulgarum legati dixerunt: Vsq; hodie pagani fuimus, & nuper ad gratiam Christianitatis accessimus. Ideoq; ne in aliquo errare uideamur, cui Ecclesiæ subdi debeamus, à uobis, qui uices summorum patriarcharum geritis, nosce desideramus. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ, responderunt: Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui per te Petre, tuus senior beato apostolo Principi Petro cum omni gentis suæ regno se tradidit: à cuius successore uidelicet & egregio Papa Nicolao & præcepta uiuendi & Episcopos ac presbiteros suscipere meruit, uos & pertinuisse & pertinere debere etiam in eo monstratis, quòd postulatus nostros sacerdotes & suscepistis, & hactenus uenera
tione congrua retinuistis.

Bulgarum legati dixerunt, A sancta Romana Ecclesia sacerdotes nos petisse, suscepisse, hactenusq; habere nos confitemur, & eis in omnibus obedire decernimus. Verùm utrum Romanæ an Constantinopolitanæ Ecclesiæ rationabilius subdi debeamus, cum his patriarcharum uicarijs diffinite. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ responderunt: Propter quæ nos sancta sedes apostolica cum Orientalibus diffinienda mandauerat, Domino iuuante finiuimus. De causa autem uestra secus quàm diffinita est finienda, quia nihil in mandatis accepimus, nihil uel diffinimus, uel in præiudicium sanctæ Romanæ Ecclesiæ diffiniendum censemus: quin imò quòd omnis uestra patria nostris sacerdotibus plena est, nulli nos nisi sanctæ Romanæ Ecclesiæ pertinere debere, diffinitiua sententia quantum ex nobis est promulgamus. Vicarij Orientalium patriarcharum Bulgaris dixerunt: Quando uos illam patriam cœpistis, cui potestati subdita erat, & utrum Latinos an Græcos sacerdotes habuerit dicite. Legati Bulgarorum dixerunt: Nos illam patriam à Græcorum potestate armis euicimus, in qua non Latinos, sed Græcos sacerdotes reperimus.

Vicarij Orientalium responderunt: Si Græcos sacerdotes ibi reperistis, manifestum est, quia exordinatione Constantinopoleos illa patria fuit. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ responderunt. A Græcis sacerdotibus argumentum sumere non debetis, quia linguarum diuersitas Ecclesiasticum ordinem non confundit. Nam sedes apostolica, cum ipsa Latina sit, in multis tamen locis, pro ratione patriæ Græcos sacerdotes & semper & nunc usq; constituens, priuilegij sui detrimenta sentire nec debet, nec debuit. Vicarij Orientalium patriarcharum dixerunt: Etiamsi Græcorum presbyterorum nomine uestri iuris fuisse doceatis, illam tamen patriam Græcorum regno pertinuisse nunquam negare poteritis. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ responderunt: Sicut Bulgari, à nobis diuerso modo pertinere ordinationem dicentes, mendaciũ non loquimur: ita nimirũ eandem Bulgariã ex Græcorũ regno fuisse, nunquam negamus. Sed intueri uos decet, quia aliud ordinant iura sedium, aut patiuntur

A tiuntur diuisiones regnorum: nos de diuisione regnorum non agimus, sed de iure sedium loquimur.

Vicarij Orientalium patriarcharum dixerunt: Illud quod uobis diuerso modo Bulgariam pertinere dicitis addiscere uoluimus. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ re-sponderunt: Sedes Apostolica iuxta quod decretalibus sanctissimorum Romanorũ Præsulum doceri poteritis, utramq; Epirum, nouam uidelicet & ueterem, totamq; Thessaliam atq; Dardaniam, in qua & Dardania ciuitas hodie demonstratur, cuius nunc patria ab his Bulgaris Bulgaria nuncupatur, antiquitus canonicè ordinauit, ob tinuit ac per ordinationẽ quam tunc paganorũ Bulgarum irruptione amiserat, non à Constantinopolitana Ecclesia modò ut fingitur, abstulit, sed ab his factis ipsis Chri-stianis recepit. Secundo modo, quia Bulgares qui iure gentili sibi patriam subiun-B gentes, ecce per quot annos retinent, quòd cœperunt sedis Apostolicæ semet, ut su-perius diximus, patrocinio ordinationiq; specialiter committentes, nobis debent nec immeritò subijci, quos ultronea uoluntate magistros elegit. Tertio modo, quia eosdem Bulgares sancta sedes Apostolica iussu quondam sanctissimi Papæ domini Nicolai, tam per aliquot nostrum qui hic fumus, & illic multas Ecclesias dedicantes sacerdotes creauimus, quàm per Paulum Dominicum, Leopardum ac Formosum uenerabiles Episcopos, sed & Grimualdum coepiscopum nostrum, quem hactenus isti Bulgares cum multis nostris sacerdotibus in cõspectu nostro habere se fassi sunt, à diuersis erroribus ad catholicæ fidei ueritatem, multo sudore Christi gratia præ-duce, transferens ecce ultra triennium tenet, ordinat, ac disponit: ideoq; consequens non est, ut sine conscientia Romani summi Pontificis Ecclesia Romana, de quibus præsentaliter uestra cernitur spolietur.

Vicarij Orientalium patriarcharum dixerunt: At quem istorum modorum C modum dispensare uelitis, edicite. Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ responderunt: Sancta sedes Apostolica, uos quia reuera inferiores estis, super sua causa iudices negli-git: nec per nos elegit, utpote quæ omni Ecclesiæ sola specialiter habeat fas iudican-di. Sed neq; nobis de hac causa sententiam proferre commisit. Quapropter quod ab ea faciendum non suscepimus, cognitionis eius iudicium, quæ librorum multiplici-tate ad defensionem sui multa proferre prævalet, ex integro reseruamus: à qua om-nis nostra sententia tanta facilitate respuitur, quanta leuitate profertur. Vicarij Orien-talium patriarcharum dixerunt: Satis indecens est, ut uos qui Græcorum imperium detrectantes, Francorum fœderibus inhæretis, in regni nostri principis ordinandi iura seruentur. Quapropter Bulgarum patria in Græcorum potestate diu fuisse, & Græcos sacerdotes habuisse comperimus, sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, à qua per paganismum recesserat, nunc per Christianismum restitui iudicamus.

Legati sanctæ Romanæ Ecclesiæ clamantes dixerunt: Sententiam quam non D electi, neque admissi, sine timore seu gratia, uel quicquid illud est modò præcipita-stis, potius quàm protulistis, auctoritate sancti Spiritus usq; ad diffinitionem sanctæ sedis Apostolicæ omnino restringimus: ita ut nullo modo uel nomen habere sen-tentiæ mereatur. Teq; Regum patriarcha Ignatium auctoritate sanctorum Aposto-lorum principum coram Domino, suisq; Angelis omnibus que præsentibus conte-stamur, ut secundum hanc epistolam sanctissimi restitutoris tui, Domini Hadriani summi Pontificis, quam tibi ecce offerimus, industria tua ab omni Bulgariæ ordi-natione immune nullum tuorum illuc mittendo custodias, ne sancta sedes Apo-stolica quæ tibi tua restituit, per te sua perdere uideatur. Quin potius, si quod non credimus iustam te habere querimoniam æstimas, sanctæ Romanæ Ecclesiæ re-stitutrici tuæ solenniter suggerere non omittas. Tunc patriarcha Ignatius Aposto-licam epistolam suscipiens, licet magnopere monitus, eam legere distulisse, re-spondit: Absit à me ut ego his præsumptionibus contra decorum sedis Aposto-licæ implicer, qui nec ita inueniliter ago ut mihi subripi ualeat: nec ita seniliter

delíro, ut quod in alijs reprehendere debeo, ipſe admittam. Hoc ſine collocutio illa d
finita eſt, ſed Imperialis commotio licet ſpem fronte ſimularet, augmentum ſuſcepit:
legatos tamen S. Ro. Eccleſiæ ad prandium conuocans, donis omnibus decorauit,
eoſq; Theodoſio, non ea qua congruebat ſollicitudine deducendi gratia commen-
dauit, à quo Dyrrhachium uſq; perducti, negligenterq; ſine ulla prouiſione dimiſſi,
poſt dies aliquot nauigantes, in Sclauorum deducti Domagoi manus inciderunt,
bonisq; omnibus ac autentico in quo ſubſcriptiones omnium fuerant denudati
ſunt, ipſiq; capite plecterentur, niſi ab his qui exillis aufugerant, timeretur.

Tandem Apoſtolicis Imperialibusq; literis ab exilio liberati, & undecimo Ca-
lendarum Ianuarium die indicto 4. Romam reuerſi, omnia quæ ſuperius diximus,
coram ſummo Pontifice ac Proceribus retulerunt: nihilq; aliud ſcripturarum, quàm
librum actionis Ignatij, & libellos quos à Sclauis receperant, ceu & reliquos libel-
los quos Supponi Archiminiſtro & Anaſtaſio prudentiſsimo bibliothecario ſanctæ R
ſedis Apoſtolicæ huius præſcientiæ ſolicitudine exemplar amiſſæ ſynodi, quod ſibi
ſcribendum impetrauerat Eccleſia Romana ſuſcepit dudum, Conſtantinopoli com
mendauerant, oſtendere potuerunt ſuperiore tempore.

Formoſus Portuenſis, & Paulus Populonienſis, uenerabiles Epiſcopi: qui
cum cæteris iuſſu ſanctiſsimi Papæ Nicolai cauſa prædicationis deſtinati fuerant, re-
meantes de Chriſtianitate Bulgarum, ac omnimoda ſubiectione, qua ſpecialiter ſan
ctæ Romanæ Eccleſiæ deuotiſsima colla ſubmiſerant, ſedem Apoſtolicam recrea-
runt: & Michaelis Bulgarici Regis legatum Petrum ſummo Pontifici præſentarunt,
Qui Legatus cum donis regalibus, Regibus regias quoq; literas obtulit, ſummum
Præſulem ſummopere deprecantes, ut aut Marinum ſibi benè compertum Diaco-
num, Archiepiſcopum conſecratum remitteret: aut aliquem ex Cardinalibus dun-
taxat ſuæ Eccleſiæ, uirum ſapientia perſonaq; habita Archiepiſcopatu digniſsimum,
Bulgaris eligendum dirigeret: quem poſt approbationem eorundem denuò reme C
antem Archiepiſcopali miniſterio ſublimaret.

Sed Marino Conſtantinopolitanum miſſaticum deuotiſsimè ut diximus re-
nitente, ſortito ſummus Pontifex Syluestrum quendam ſubdiaconum Bulgaris eli-
gendum direxit. Quem cum Leopardo Anchonitano & Dominico Trinenſi Epi-
ſcopis, ſimul & literas pro Archiepiſcopo aut Formoſo Portuenſi Epiſcopo remit-
tendo importuniſsimè deprecantes, remittentibus Bulgaris magna ſub uelocitate
recepit, Quibus inter nonnulla reſcripſit, ut quæcunq; nominatim deuotio regalis
exprimeret, eum ſine dubio Pontificalis prouiſio Bulgaris Archiepiſcopo commen-
daret.

At uerò Bulgarum Rex expectationum moram diutius ferre non ualens, quan
ta eſſe quam à Græcorum Imperatore, quoniam natorum Thororum occaſione al-
terna regna ſibi alternatim rapere machinabantur abductus, eundem Petrum quem
à Roma ſine deſiderij ſui affectu ſæuo receperat, cum alijs è latere ſuo Conſtantino-D
polim requiſitionis gratia, cui potiſsimum pertinere deberet, emiſit, ibiq; à legatis
noſtris, quòd iuri Romano pertinere ut conuicti, ac poſtmodum per Orientales
Conſtantinopolitanos, quæ donis ac promiſsionibus perſuaſi, Græcos ſacerdotes
iuxta quod Grimualdus Epiſcopus, quia ab his ſe repulſum fatetur ſuſcipientes, no-
ſtros eijciunt: & per eundem Grimualdum Epiſcopum, quia ſine conſcientia ſedis
Apoſtolicæ comprehenſi ſibi prædicationis officium deſerens, Romam ditiſsimus
remeauit. Magnum epiſtolę uolumen friuolis allegationibus, tanquam ſub præte-
tu deliberatiuæ ſententiæ, ſynodo præſidentium implicatum Apoſtolicæ ſedis iu-
per excuſatione ſua remiſit: in quo facto quia Epiſcopus Bulgaris expulſum epiſto-
la tacente aſſerit, & presbyteri non ſe pulſos à Græcis uel Bulgaris, ſed ab Epiſcopo
conuentos protectosq;, dubium quare commulsitant, proditionis imago quodam-
modo ſuſpicatur, ſed ueritatis integritas, donec Chriſtus renum rimator & cordium,
in ſuorum ſeruorum examine hanc in lucem protulerit, non uidetur.

Clerus

Clerus Rauennas.

INuenitur adhuc Epistola quædam manuscripta, cleri Rauennatis ad Carolum iuniorem (ut titulus habet, credo esse Caluum) in ea epistola tuetur Rauennas clerus suam quandam consuetudinem, quòd ij qui ex monachis ad sacerdotium desumpti erant, monachalem uestitum deponebant, & communi utebantur. Apparet enim eos de ea re reprehensos fuisse.

Disputant uerò piè ac eruditè sacerdotes Rauēnates, uestitum esse rem liberam, nec in eo religionem aut pietatem consistere. Citant etiam prolixum locum ex Cœlestini primi decretali epistola, quòd uestitus res Christianis libera sit, nec quicquam ad pietatem faciat. Eius loci Cœlestini in capite de Cœlestino mentio facta est. Verùm Imperatoris nomine respondent duriter quidam eius clerici (ut ipsa epistola testatur) ac omnino contendunt, monachos in sacerdotes receptos, pristinũ uestitum retinere debere. Inde apparet, quantopere Bonifacius pseudoapostolus Germanorum, tunc eos homines Papisticis nugis ac superstitionibus dementauerit: tametsi hic in Italia etiam regnauerit annis aliquot, & ibi sit Mantuæ mortuus.

Apparet etiam, Rauennatem Ecclesiam non tantum iugo seu tyrannidi Pontificiæ diu restitisse, sicut suprà dictum est, sed & multis alijs eius erroribus & superstitionibus.

Sed adscribam totam epistolam, quandoquidem alioqui uix proditura in lucem uideatur.

Epistola cleri Rauennatis ad Carolum iuniorem (credo esse Caluum) qua tuetur libertatem uestitus monastici.

DIuinæ largitatis munere, sapientia, potentiaq; præfulgido domino Regi Carolo glorioso, sancta Rauennas Ecclesia, inclytos, cum fœlice successu semper manere triumphos. Quanquam enim uestrę celsitudinis gloriæ, pro sapientiæ altitudine, & honore Imperij, quo inter mortales principalis habetur uiuendi & docendi Ecclesiasticæ regulæ penè omnia nota uideantur, nihilq; sit quod de sacris lectionibus minus intellectum uestræ regali prudentiæ arbitretur: tamen quoniam quandam difficultatem & scrupulum super quorundam habitu, qui ex diuersis morum & regulæ disciplinis ad sacram perueniunt dignitatem, in uestra sacra mente fore audiuimus, collectis super hoc quibusdam patrum antiquorum exemplis, quid de hoc priores sensisse contigerit, & quid data authoritate mandauerint, seruato in talibus nostræ tenore Ecclesiæ, dignum duximus & morem nostræ Ecclesiæ demonstare, & uestram in talibus feruentem uigilantiam serenare.

D Pontificum enim Romanorum authoritas, quibus in beato Petro cura & solicitudo pascendi gregem Ecclesiæ à Domino IESV CHRISTO est tradita, ex clara fidei puritate docet quibus rebus & regulis Christianorum uita in sua cuiusque professione debeat contineri, qualisq; seruetur in urbis Romæ Ecclesijs disciplina, quorum beatus Cœlestinus, de hac re disputans, inter cætera infert: Dicimus enim, Domini sacerdotes superstitioso potius cultui inseruire, quàm mentis uel fidei puritati, & non mirum, ait, si contra Ecclesiasticum morem faciunt, qui in Ecclesia non creuerunt: sed alio uenientes itinere, secum hæc in Ecclesiam, quæ in alia conuersatione habuerant, intulerunt. Amicti enim pallio sicut Græci monachi, & lumbos præcincti, credunt se sanctæ Scripturæ fidem non per spiritum, sed per literam complere turos. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, ut taliter seruarentur: cur non fiunt pariter quæ sequuntur, ut lucernæ ardentes una cum baculo teneantur? Habent enim suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis, quàm decet, significatione seruentur.

Nam in lumborum significatione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis

lucernis ardentibus fulgor operis boni demonstratur. Habent tamen hi istum forsitan cultum, morem potius quàm orationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, & procul à cæteris degunt. Vnde hic habitus in Ecclesijs Gallicanis, ut tot annorum tantorumq; Pontificum in alterum habitum consuetudo uertatur. Discernendi à plebe uel cæteris sumus, doctrina, non ueste: conuersatione, nõ habitu: mentis puritate, non cultu. Docendi enim sunt populi, potius quàm ludendi: nec imponendum est eorum oculis, sed mentibus præcepta sunt infundenda. Leo enim sanctæ Romanæ sedis Episcopus, dicit, propositum monachi proprio arbitrio uel uoluntate susceptum, deseri non posse absq; peccato. Quia quod quis uouit Deo, debet ei reddere. Vnde eum qui relicta singularitatis professione ad militiam, uel ad nuptias deuolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandum. Relictam singularitatis professionem, non scapulare, quod pro opere fertur, exemplo supradicto accipimus. Neque si ad sacerdotij dignitatem ascenderis, sed si ad militiam uel ad nuptias deuolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus habetur. In quibus licet innocens possit esse militia, & honestum coniugium, electionem meliorem, quæ in sacerdotali officio esse non potest, deseruisse transgressio est. In quo capitulo propositum monachi, deuotionem sanctæ conuersationis, non uestium cultum intelligentes, qui multiplex & uarius pro locorum & regnorum diuersitate, in Græcorum & Latinorum monachis inuenitur: in his qui ad regimen Ecclesiasticum canonico ordine Episcopali dignitate sacrantur, si in sacerdotali habitu & consuetudine ministrent Ecclesijs, in quibus prouecti sunt, nihil obuiare paternis antiquorum regulis pro nostræ capacitatis intelligentia omnino confidimus, sed potius Ecclesiasticis & Apostolicis regulis initentes, concordiam, quam in habitu sacerdotum Romana conseruat Ecclesia, sequendam omnimodis iudicamus. Melius multò magis arbitrantes, ut uniformis sacerdotalis uestis æqualitate commune ministrandi Ecclesiæ ministerium sortiatur, quàm amicto sub honore Pontificatus pallio singulari ab utriusque ordine, singularitatis siquidem & Episcopalis professione, uita & moribus discrepetur. Nec enim dicimus, ut generaliter omnibus Ecclesijs hac lege habitus constringendi authoritatem donemus.

Scimus enim, quòd unusquisq; in suo sensu abundet: sed nos nostratumq; Ecclesiarum Pontifices, quos ex diuersis morum & regulæ disciplinis ad sacram peruenisse dignitatem gaudemus, si in habitu sacerdotali Ecclesijs ministrauerint, nullum habendum præiudicium, neq; pro habitus qualitate feriendos censura canonica formidamus, ex antiquorum patrum institutis omnimodo arbitramur.

Verùm insuper consuetudinem ac morem nostræ Ecclesiæ concorditer retinendum, quem cæteris stola uestibus superiecta pro dignitate sacerdotij, quam in populo principantur, conseruandum, eius Pontifices, quam sub uestę pœnitentiæ & laboris in suo ordine statuerunt, tenentes, pro uestium qualitate & habitu, nullum huius ordinis, si uita eius in cuiuscunq; proposito nullo graui facinore probatur infecta: id est, si non sit secundæ uxoris copulæ alligatus, si pœnitentia publica non famosus, si nulla parte corporis imminutus, si seruilis aut originariæ conditioni nequaquam obnoxius, si curiæ probatur nexibus absolutus, paternorum decretorum regulis aut institutis obnoxium, sed potius morem qui in ea Ecclesia ex antiquo est, inuiolabiliter omnimodo obseruandum. Neque enim ad conseruandam totius singularitatis professionem, quam sacerdotale officium in forma uitæ Ecclesiasticæ minimè patitur, obseruandum in singulis, quæ huius sectæ regularis authoritas præcipit operanda in esu, in silentio, in horis custodiendis, & in omnibus regularibus actibus exhibendis, solum scapulare pallium, neglectis cæteris, sufficiens omnium authorum iudicio retinemus: sed potius sub habitu singulari à uita penitus discordantes, in communis uitæ participatione reprehendendos acrius æstimamus. Nec hoc quidem dicimus, ut in omnibus huius religionis, cum ad sanctam peruenerint dignitatem, relicto more Ecclesiæ uel te-

A fiæ uel religionis, in qua prouecti sunt, mutandam uestem singularitatis generali-
ter censeamus: sed potius in utroque habitu sacerdotum, morem Ecclesiarum &
ordinem, in quibus prouecti sunt, nullis patrum præiudicijs obnoxium, irreprehen-
sibiliter arbitramur sequendum.

Huius enim nostræ consuetudinis causam, o bone Rex, pro nostræ reprehen-
sionis necessitate, uestræ serenitati reddentes, placitam Deo solicitudinem uestram,
quam pro statu sanctæ Dei Ecclesiæ in omnibus suis utilitatibus uos feruentissimo
mentis studio habere multorum relatione comperimus, serena re data authoritate
humiliter exoptamus: pariterque etiam immensas gratiarum actiones principali
magnitudini uestræ referimus, quæ nos in nostris filijs, uestris liquidem fidelibus
oratoribus, monere & corrigere suis sacris apicibus est dignata. & insuper quantum
B pro sancta religione ferueant, in suæ deuotionis admonitione nobis, ne reprehen-
sibiles uideamur, ostensa. Vnde ne statutorum Canonum in hac nostra consuetu-
dine super transgressores apud uos uideamur, quibus regulis ad huiuscemodi te-
norem & ordinem nostræ Ecclesiæ conseruandum innitimur, in his nostris sati-
factionis literulis uestræ principali magnitudini relegendis ostendendum curau-
mus lubentissimè: si quid melius, aut piorum regulis canonicæ scripturæ congruen-
tius tenendum: de hac re uestra reperit deuota Regalis q; prudentia, uestris in om-
nibus monitis annuentes. Conseruet Deus omnem uestram salubrem dominatio-
nem, ad gubernandam & tuendam Eccesiam suam sanctam, Amen.

VErùm ut prius dictum est, Cæsar hac scriptione contentus non fuit: sed curauit
à suis sacrificis longam responsionem, uel refutationem potius, contra scribi-
Credo etiam æmulationem & odium quoddam intercessisse. Nam cum
hæc epistola scripta est, fuit quidam nomine Ioannes, Archiepiscopus Rauennæ,
de quo alibi in hoc scripto plura, cui hic Cæsar non parum erat infensus: inde adeò,
C quòd ille fuerat Ludouici secundi Cæsaris intimus: qui non hunc Carolum Cal-
uum, sed alium nomine Grossum, sibi succedere uoluerat: quam sui Domini uolun-
tatem post eius mortem Regina & consiliari promouere conati erant, ut ex sequen-
ti historia apparebit. Fuit etiam alioqui hic Carolus homo admodum iniustus, ut
historici testantur.

Sed tamen in illa Caroli huius responsione, quam ob nimiam prolixitatem
omisimus, aliqua bona notatuque digna sunt: ut quod testatur caput septimum, alia-
am rationem Missæ celebrandæ suo tempore fuisse Hierosolymæ, aliam Constan-
tinopoli, aliam Romæ, aliam Mediolani, & aliam in Hispania Toleti. Quæ ipsa
sa diuersitas Missam esse humanum inuentum, non diuinam institutionem, di-
lucidè testatur. Si enim diuina ordinatione aliqua certa Missæ forma tradita
fuisset hominibus, eam tantopere uariare non licuisset, nec etiam fortè tantis ui-
D ris libuisset.

Carolus Caluus.

HVius Caroli credo esse illam sententiam quæ est dist. 19. cuius sunt hæc uerba,
Ex concilio Caroli. In memoriam B. Petri Apostoli honoremus sanctam Ro-
manam Ecclesiam, & Apostolicam sedem, ut quę uobis sacerdotalis mater est
dignitatis Ecclesiasticæ, debeat esse magistra rationis. Quare seruanda est cum man-
suetudine humilitatis. Et licet uix FERE NOVVM ab illa sancta sede imponatur iu-
gum, tamen feramus & pia deuotione toleremus. Si uerò (quod non decet) quilibet
siue sit presbyter, siue diaconus aliquam perturbationem machinando & nostro mi-
nisterio insidiando redarguatur falsam, &c.

Hic simul obserua & tyrannidem Papæ, & seruilem subiectionem & su-
perstitionum Regum ac Conciliorum sese huic Babylonio scorto submitten-
tium. Fatentur hic miser Rex aut eius concilium, esse importabile iugum,
quod sibi

quod sibi à Papa imponitur, & tamen uult ferre, putatq; in eo magnum quoddam sacrificium sancto Petro offerre.

Ioannes VIII.

IOannes Papa octauus qui sedit circa annum Domini 880. accepta pecunia, missisq; legatis Moranos à iurisdictione Laureacensis Episcopi exemit, ob quam causam & supplicant & admonent eum sui officij Episcopi Germaniæ, quæ eorum epistola quoniam et alioqui utilis ad alia esse potest, nec tamen extat impressa, à me integra hic apponetur.

Summo Pontifici & uniuersali Papæ Domino Ioanni Romanæ sedis magnifico gubernatori, humilimi paternitatis uestræ filij, Theotmarus Iuuanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Vvaldo Frisingensis, Zacharias Sebanensis, Tuto Ratisponensis, Richarius Patauiensis Ecclesiæ Episcopus, nec non & uniuersus clerus, populusq; Christianus per totam Noricam quæ & Bauaria uocatur prosperum in Saluatore nostro prouectum, Catholicæ pacis augmentum, & regnum optamus æternum. Antecessorum uestrorum decretis, & sanctorum Patrum institutis plenissimè instruimur in omnibus nostro sacerdotali ministerio obstantibus & auersantibus Romanum appellare Pontificem, ut quod ad unitatem concordiæ, & ad custodiam pertinet disciplinæ, nulla dissensione uiolentur, sed ab ipso summa prouisione decernatur. Nequaquam enim credimus, quod coacti quotidie audimus, ut de illa sancta & Apostolica sede, quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, & origo Christianæ religionis, profluxerit quippiam peruersitatis, sed doctrina & autoritas Ecclesiasticæ rationis. Sed uenerunt, ut ipsi promulgauerunt de latere uestro tres Episcopi, uid elicet Ioannes Archiepiscopus, Benedictus & Daniel Episcopi, in terram Slauinorum, qui Morani dicuntur, quæ Regibus nostris & populo nostro, nobis quoq; cum habitatoribus suis subacta fuerat, tam in cultu Christianæ religionis, quàm in tributo substantiæ secularis, quia exinde primùm imbuti, & ex paganis Christiani sunt facti. Et idcirco Patauiensis Episcopus ciuitatis, in cuius diœcesi sunt illius terræ populi ab exordio Christianitatis eorum, quando uoluit & debuit illuc nullo obstante intrauit, & synodalem cum illis, & cum suis, & etiam inibi uiuentis conuentum frequentauit: & omnia quæ agenda sunt, potenter peregit, & nullus ei in faciem restitit. Etiam & nostri Comites illi terræ confines, placita secularia illic continuauerunt, & quę corrigenda sunt, correxerunt, tributa tulerunt, & nulli eis restiterunt, usq; dum incrassante corda eorum diabolo Christianitatem abhorrere, & omnẽ iusticiam detractare, belloq; lacessere ac obsistere sæuissimè cœperunt: adeo ut uia Episcopo & prædicatorib. illuc non esset, sed libitu suo egerunt quæ uoluerunt. Nunc uerò quòd uobis graue uidetur & incredibile in augmentũ iniuriæ iactitant se magnitudine pecuniæ egisse, uos eosdem præfatos Episcopos ad se direxisse, & in eodem Patauiensi Episcopatu talia egisse, qualia de illa Apostolica sede nunquam exisse, neque Canonum decreta sanxisse, ut tantum schisma una pateretur Ecclesia. Est enim unus Episcopatus in quinq; diuisus. Intrantes autem prædicti in uestro nomine, ut ipsi dixerunt, Episcopi ordinauerũt in nostro eodemq; Episcopatu unum Archiepiscopum, si in alterius Episcopatum Archiepiscopus esse potest, & tres Episcopos eius Suffraganeos, absque scientia Archiepiscopi, & consensu Episcopi in cuius fuerunt Diœcesi.

Cum in concilio Africano cap. 20. decretum sit, ut plebes, quæ in diœcesibus ab Episcopis retinentur, quæ nunquam Episcopos habuerunt, nec nisi cum uoluntate eius Episcopi à quo tenentur, proprios accipiunt Rectores & Episcopos. Item in eodem Concilio cap. 45. Vt plebes qui nunquam habuerunt proprios Episcopos, nisi ex Concilio plenario uniuscuiusq; prouinciæ & primatis, atq; consensu eius ad cuius diœcesin eadem plebs pertinebat, Episcopos minimè accipiant. In decretis Papæ Leonis cap. 15. scriptum est: Nulla ratio sinit, ut inter Episcopos habeantur qui à Prouincialibus Episcopis, cum Metropolitani iudicio non consecrantur.

Item cap.

A Item Cap. 49. ut si indignis quibusq; & longè extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium & gubernatio Ecclesiæ detur: non est hoc consulere populis sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen. Et in eodem cap. post pauca inquit: Difficile est ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Et in decreto Papæ Celestini antecessoris uestri cap. 17. continetur, ne alicui locus concedatur sacerdoti in alterius iniuriam. Antecessor uester Zuentibaldo Duce impetrante VVichingum consecrauit Episcopum, & nequaquâ in illum antiquũ Patauiensem Episcopatum transmisit: Sed in quandam Neophytam gentem, quam ipse Dux bello domuit, & ex Paganis Christianos nos esse patrauit. Cum autem eisdem Slauis lotis, & uerbis mendacibus instabant, quia nemo eis uera respondebat, dicentes, nos cus familiaris apud legaros uestros dabatur, accusabant & diffamabant nos in mul-

B cum Francis & Alemanis scandalum & discordiam habuisse. Cum hoc falsum esse ex hoc conuincitur, quia amicissimi nostri sunt, & charitatiui cooperatores, & etiá cum ipsis impacatos esse accusabant. Quod non nostra culpa exigente, sed sua proteruia faciente ita fatemur esse. Quia quando Christianitas illis cœpit uilescere, & insuper debitum tributum senioribus nostris Regibus & Principibus eorũ soluere respuerunt, bellóq; resistere & gentem nostram cœperunt lacessere, orta est seditio inter illos. Et quoniam armis sicos defenderint, in seruitium redegerint, idcirco iure proprio tributarios habere debuerint, & debent, & siue uelint siue nolint regno nostro subacti fuerint. Quapropter oportet nos ab alto speculari, & moderaminis temperiem præ omnibus tenere, ne peior pars confortetur, & melior infirmetur. Progenitores namq; serenissimi senioris nostri Ludouici uidelicet Imperatores & Reges ex Christianissima Francorum gente prodierunt. Morauij uerò Slaui à paganis & ethnicis uenerunt. Illi potentia Imperiali Romanam Rempublicam sublimauerunt, isti damnarunt: ille

C rum consilio Apostolica sedes pollebat, istorum persecutione Christianitas dolebat. in omnibus his iuuenculis Rex noster, nulli prædecessorum suorum secũdus, nulli & inferior, sed secundum uirtutem à Deo sibi datam, sanctæ Romanæ, Ecclesiæ & uobis summo Patri cũ omnibus regni sui principibus adiutor optat esse fortissimus. Omne namq; regnum diuinitus sibi cõmissum ad Dei seruitium suumq; adiutorium unum uult, & operatur. Vnde & pace uiget, & concordia gratulatur, atq; ad uestram paternitatem, sicut patres sui, se pertinere lætatur. Quod nos præfati Slaui crimina-bantur cum Vngaris fidem Catholicam uiolasse, & per canem seu lupum aliasq; nefandissimas & ethnicas res Sacramenta & pacem egisse, atq; ut in Italiam transirent, pecuniam dedisse, si uobis coram posito ratio inter nos, agitaretur, ante Deum qui cuncta nouit antequam fiant, & coram uobis qui uicem eius Apostolicam tenetis, eorum falsitas manifestaretur, & nostra innocentia probaretur. Quia enim Chri-

D stianis nostris longè à nobis positis semper imminebant, & persecutione nimia afligebant, donauimus illis nullius preciosæ substantiæ pecuniam: sed tantum nostra linea uestimenta, quatenus eorũ aliquoties ueritatem mulceremus, & ab eorum, persecutione quiescere faceremus. Talia namq; ut præscripsimus, iuxta malitiam cordis sui argumẽtantes, et Pontifices uestros ad iniuriã nostrã incitantes, adeo ut directa nob. epistola quasi ab Apostolica sede hæc omnia improperabãt, & diuersas iniurias ingerebant, atq; inter alia diuino gladio feriendos dignos dicebãt. Impletur enim in nobis quod quidẽ sapiens ait: Iustus tulit crimẽ iniqui: Ipsi enim crimẽ q̃d nobis fal sõ semel factũ imposuerũt, multis annis peregerunt. Ipsi Vngarorũ non modicã multitudinem ad se sumpserunt, & more eorum capita suorum pseudochristianorum penitus detruderunt, & super nostros Christianos immiserunt, atq; ipsi superuenerunt, & alios captiuos duxerunt, alios occiderunt, alios pessima carcerum fama & sinistri perdiderunt, innumerosos uerò exilio deputauerunt, & nobiles uiros ac honestas mulieres in seruitium redegerunt, Ecclesias Dei incenderunt, & omnia ædificia deleuerunt, ita ut in tota Pannonia nostra maxima prouincia tantum una non appa-

P reat

reat Ecclesia, prout Episcopi à uobis destinati, si fateri uelint enarrare possunt, quãtos dies transierint, et totam terrã desolatã uiderint. Quando uerò Vngaros Italiã intrasse cõperimus, pacificari cũ eisdẽ Slauis teste cõmuni Deo multũ desiderauimus, promittentes eis propter Dominũ omnipotentẽ ad profectũ indulgere omnia mala cõtra nos, nostrosq; facta et omnia reddere, quę de suis nostros cõstaret habere, quatenus ex illis securos nos facerẽt, et tam diu spaciũ darent, quamdiu Longobardiã nobis intrare, & res S. Petri defendere, populumq; Christianũ diuino adiutorio redimere liceret, & nec ipsum ab eis obtinere potuimus. Et post tanta maleficia habẽt beneficia, & sunt falsi accusatores, qui semper fuere Christianorũ persecutores. Si quis in toto mundo aliorsum nos oberrasse, et iusticiæ restitisse conetur, ueniat præsens, et cũ ludificasse, & nos de hacre sentiẽtes purissimos esse. Idcirco singuli omnesq; admonendo precamur, ne ullo modo alicui falso de nobis aliquã suspicionẽ referente crederis, antequ opportunitas exigatur, huius rei gratia missus de uestra celsitudine nobis aut à nostra prauitate directus appareat uobis. Cõmunis genitus & generalis dolor angustat, quos Germaniã & tota tenet Norica, quod unica Ecclesiæ diuiditur scissura. Ideo si quid trãs maligna Slauorũ calliditate adduxerit, iustícia auertat: uosque ex alto uirtute induti, et Apostolica potestate armati, iuxta Propherã: Quod fractum est, allígate, q̃d infirmũ, cõsolidate: quod abiectũ, reducite, ut deinceps populus & fidei integritate gratuletur, et sancta Ecclesía tranquilla deuotione lætetur. Theotmarus indignus Archiepis. & Apostolicarũ rerũ procurator promptissimus. Pecuniã uerò nostro iuri debitã propter infestã paganorũ sæuitiã, nec per se perferre, nec per alios poterant transmittere. Sed quia Dei gratia liberata est Italia, quantoties potero uobis transmitto. Precatur nostra humilitas, ut dignetur uestra sublimitas respondere per singula transmissa cum epistola.

Alme pater mundi dignus prænomine Petri,
Nomine quem sequeris, utinam uirtute sequaris
Sisq; tuis famulis protector uerus, & ipsos
Commendes Domino, cœlo qui præsidet alto.

Hactenus audiuimus epistolam Bauaricorum concionatorum ad Pontificem, in qua quid memorabile sit, satís supra diximus.

Otfridus Vvissenburgensis.

FLoruit hic uir circa annũ Do. 860. ac plura quidẽ scripsit, sed tamẽ inter alia edidit etiã uernacula língua V. libros titulo Gratia, quorũ argumentũ sequẽs eius præfatio indicat. Vidi autem eos líbros, et lingua adeò à præsenti uariat, ut à nemine Germano nunc quidẽ intelligi queat, imo uix pauca uerba possunt percipi. Illud autem ibi obseruandũ est ante annos 700 (tot enim sunt à scripto eo líbro) nõ esse habitum nefas, sed potius summã pietatẽ uulgari lingua, idq; rhythmis sacras literas uertere. Cũ quidẽ Germanica lingua tunc multò minus apta esset ad scriptionẽ, aut aliquam omnino eruditionẽ & acutioré rerũ tractationẽ, quàm nunc Dei beneficio sit, cum est excultíssima & non adeo multò mínus tractabilis, & ad omnia exprimenda idonea, quàm Latina. Haud dubiè autẽ in ipso textu multa dicit, alienissima à præsentib. Paparũ errorib. & abusibus. Fuit uerò discipulus magni illius Rabani, et uerßio eius etiam Luitberto Episcopo Moguntino comprobata est. Nam penè in omnib. bliothecis eius fragmẽta reperiuntur. Verùm cum postea paulatim língua Germanica mutata est, cœpit negligi, tanq; nõ intellectum & ideo inutile opus. Dignitatis culmine gratia diuina præcelso Luitbergo Mogunciacensis urbis Archiepiscopo, Otfridus quamuis indígnus, tamẽ deuotione monachus presbyterq; exiguus, eternę uitæ gaudiũ optat semper in Christo. Vestrę excellẽtissimę prudẽtię præsentis libri stylum cõprobare transmittens, in capite causam, qua illum dictare præsumpsi, primitus uobis enarrare curaui, ne ullorum fidelium mentes, si uilescet, uilitatis meæ præsumptioni deputare procurent. Dum rerum quondam sonus inutílium pulsaret aures quorundam probatissimorum uirorum, eorum q; sanctitatem Laicorum cantus inquietaret

A inquietaret obscœnus, à quibusdã memoria dignis fratribus rogatus, maximeq; cu-
iusdam uenerandæ matronæ, uerbis nimirum flagitantis nomine Iudith, ut partem
Euangeliorum eis theotisce conscriberem, ut aliquantulum huius cantus lectionis
ludum secularium uocum delerem, & in Euãgeliorum propria lingua occupati dul
cedine, sonum inutilium rerum nouerint declinare, petitioni quoq; iungebant que-
rimoniam, quod Gentilium uates, ut Vergilius, Lucanus, Ouidius, cæteriq; quam
plurimi suorum facta decorarent lingua natiua, quorum iam uoluminum dictis flu-
ctuare cognoscimus mundum. Nostræ iam sectæ probatissimorum uirorum facta
laudabant Iuuenci Aratoris prudentij cæterorum q; multorum, qui sua lingua dicta
& miracula CHRISTI decenter ornabant. Nos uero quamuis eadem fide, eadem q;
gratia instructi diuinorum uerborum splendorem clarissimum proferre propria
lingua dicebant pigere. Hoc dum eorum charitati importunè mihi instanti negare
B nequiui, feci non quasi peritus, sed fraterna petitione coactus. Scripsi namq; eorum
precum suffultus iuuamine Euangeliorum partem Francisce cõpositam, interdum
spiritualia moralia q; uerba permiscens, ut qui in illis alienæ linguæ difficultatem hor
rescit, hic propria lingua cognoscat sanctissima uerba. Deniq; legem sua lingua in-
telligens inde se uel patum quid deuiare, mente propria pertimescat. Scripsi itaq; in
primis & in ultimis huius libri patribus inter quatuor Euangelistas incedens medi-
us, ut modo quid iste, quid ue alius cæteriq; scriberent, inter illos ordinatim, pro
ut potui penitus item dictaui. In medio uerò ne grauiter fortè pro superfluitate uer-
borum ferrent legentes, multa & parabolarum CHRISTI & miraculorum, eius q;
doctrinæ, Et quamuis iam fessus (hoc enim nouissimè edidi ob necessitatem, tamen
prædictam pretermisi inuitus, & non iam ordinatim ut cœperam procuraui dictare,
sed qualiter meæ patuæ occurrerunt memoriæ. Volumen namq; istud in quinq; li-
bros distinxi, quorum primus natiuitatem Christi memorat, finem facit baptismo
C doctrinaq; Ioannis. Secundus iam accersitis eius discipulis refert, quomodo se & qui-
busnam signis & suam doctrinam præclaram mundo notam fecit. Tertius signo-
rum claritudinem & doctrinam ad Iudæos aliquantulum narrat. Quartus iam qua-
liter suæ passioni proginquans, pro nobis mortem sponte pertulerit, dicit. Quintus
eius resurrectionem cum discipulis, suam postea collocutionem, ascensionem, &
diem iudicij memorat. Hos (ut dixi) in quinq; (quamuis Euangeliorum libri qua-
tuor sint) ideo distinxi, quia eorum, quadrata æqualitas sancta, nostrorum quinque
sensuum inæqualitatem ornat, & superflua in nobis, quæq; non solum actuum, uerũ
etiam cogitationum uertunt in eleuationem cœlestium. Quicquid uisu, olfactu, ta-
ctu, gustu, auditu q; delinquimus, in eorum lectionis memoria, prauitatem ipsam pur
gamus. Visus obscuretur inutilis, illuminatus Euangelicis uerbis. Auditus praus nõ
sit cordi nostro obnoxius. Olfactus & gustus se à prauitate cõstringant, Christiq; dul-
cedine iungant, cordisq; præcordia lectiones has theotisce conscriptas, semper me-
D moria tangent. Huius enim linguæ barbaries, ut est inculta & indisciplinabilis atq; in
sueta capi regulari freno grammaticæ artis, sic etiam in multis dictis scriptũ est, pro-
pter literarum aut congeriem, aut incognitam sonoritatem, difficilis. Nam interdum
tria uuu, ut puto quærit sono. Priores duo cõsonantes, ut mihi uidetur tertium uoca
li sono manente. Interdum uerò nec a, nec e, nec i, nec u, uocalium sonos præcauere
potui, ibi q; græcum mihi uidetur adscribi. Græciæ, hoc elementũ lingua hæc horres-
cit interdum: nulli sese characteri aliquotiens in quodam sono nisi difficilè iungens
k & ƺ. sæpius hæc lingua extra usum Latinitatis utitur, qui grammatici inter literas di
cunt esse superfluas. Ob stridorem autem interdum dentium, ut puto, in hac lingua
ƺ utuntur. k autem ob faucium sonoritatem. Patitur quoq; metaplasmi figuram nimi
um, non tamen assiduè, quam doctores grammaticæ artis uocant Synalœpham, et
hoc nisi legentes præuidiant rationes dicta deformius sonant, literas interdum scri-
ptione seruantes: interdum uerò Hebraicæ linguæ more uitantes, quibus ipsas literas
tatione Synalœphæ in literis, ut quidam dicunt, penitus amittere, & transilire moris

habetur. Non quod series scriptionis huius metrica sit subtilitate constricta, sed schema homœoteleuton assiduè quærit. Aptum enim in hac lectione & priori decentẽ & consimilem quærunt uerba in fine sonoritatem: & non tantum per hanc inter duas uocales, sed & iam inter alias literas sæpissime patitur collisionem Synalœphæ. Quærit enim linguæ huius ornatus, & à legentib. Synalœphę lenem & collisionem lubricam præcauere, & à dictantib. homœoteleuton, id est consimilem uerborum terminationem obseruare. Sensus enim hic interdum ultra duos uel tres uersus uel etiam quatuor, in lectione debet esse suspẽsus, ut legentib. quod lectio signat, apertius fiat. Hic sæpius i & o, cæterę́q; similiter in illis uocales simul inueniuntur inscriptæ: interdum in sono diuisæ uocales manentes: interdum coniunctæ priore transeunte in consonantium potestatem. Duæ etiam negatiuæ, quæ in latinitate rationis dicta confirmant, in huius linguæ usu penè assiduè negant. Huius enim linguę proprietas nec numerum, nec genera me conseruare sinebat. Interdum enim masculinũ Latinæ linguę in hac fœminino protuli, & cætera genera necessaria, & simili modo permissum & solœcismum sæpius coactus incidi.

Horum supra scriptorum omniũ uitiorum exempla, de hoc libro theotisce ponerem, nisi irrisionem legentiũ deuitarem. Nam dum agrestis linguę inculta uerba inseruntur Latinitatis planiciæ, cachinnum legentib. præbent. Lingua enim hæc uelut agrestis habetur, dũ à propriis nec scriptura, nec arte aliqua ullis est tẽporib. expolita. Quippe qui nec historias suorum antecessorum, ut multæ gentes cæterę cõmendant memoriæ, nec eorum gesta uel uitam ornant dignitatis amore, Quod si raro contigit aliarum gentium lingua, id est, Latinorum uel Græcorum potius explanant. Caueant etiam aliarũ deformitatẽ, non uerecundant suam. Stupent in alijs uel literula parua artem transgredi, & penè in propria lingua uitium generãt per singula uerba. Est tamen cõueniens ut qualicunq; modo, siue corruptæ lingua, siue integræ artis humanum genus autorem omnium laudet, qui plectrum ei dederat linguæ, uerbum in eis suæ laudis sonare: qui non uerborum adulationem politorum, sed in nobis pium cogitationis affectum, operumq; pio labore congeriem, non labiorum inanem seruitutem.

Hunc igitur librum uestræ sagaci prudentiæ probandum curaui transmittere, & quia à Rabano uenerandæ memoriæ digno uestræ sedis quondam Præsule, educata mea paruitas est, præsulatus uestri dignitati sapientiæq; in uobis commendare curaui: qui si sanctitatis uestræ placet obtutibus, & nõ deijciendum iudicauerit, utiliter fidelibus uestra autoritas concedat. Sin uerò minus aptus parq; meæ negligentiæ paret, eundem ueneranda sanctaq; condemnet autoritas. Vtriusque enim facti causam arbitrio uestro decernendam, mea parua commendat humilitas. Trinitas summa unitasq; perfecta conctorum nos utilitati multa tempora incolumem ac in recta uita manentem conseruare dignetur, Amen.

Ottho primus.

OTtho primus Cæsar, uir prudens, potens pius ac bellicosus, Magdeburgensis ciuitatis instaurator, imperauit Anno 940. multa præclarè in commodum Ecclesiæ fecit. Italiam, loca circa Romam, ac Romam ipsam, quæ iam Papæ Petri patrimonium uocant, citra controuersiam possedit. Sed non tantum Imperij iura ac opes inuiolata sibi contra Pontifices seruauit, Ecclesiarumq; & curam & ius eas conferendi habuit, ut priuilegium ipsi à Papa creditum, & alibi adscriptum, clarè testatur: uerùm etiam ipsos Papas satis duriter ac seueriter castigauit ac reformauit. Quod ut clarius appareat, quoniam historia admodum digna scitu est, adscribam eam ad uerbum, prout à Theoderico Niem & Luitbrando Diacono Ticinensi descripta est. Sic enim scribit Niemus libro 3. cap. 9. qui quidem autor longissimo tempore Paparum intimus scriba fuit, & demum Verdensis Episcopus factus est.

Sed certè

A Sed certè nostri moderni Reges & Imperatores longè in talibus ab eodem Theoderico Rege distare uidentur, qui maiori cura priuatum patrimonium suum, quàm iura eiusdem Imperij conseruare conantur. Quod autem Imperialis potestas sit præcipuè super malum & incorrigibilem Pontificem Romanum, per quem scandalizatur Ecclesia, ex gestis Imperatorũ seu Regum Romanorum satis constat. Nam Ioannes Papa duodecimus fuit unicus & indubitatus Papa, qui ante Papatum uocabatur Octauianus, de nobili & potenti genere procreatus: qui postquam assumptus erat ad Papatum, uenationibus feratum syluestrium quandoq; interfuit, nec non libidinosè ac lubricè uiuens, cum suspectis mulieribus sortes posuit: ac etiam aliquos ex suis Cardinalibus eum propterea arguentibus, malè tractauit & mutilauit. Quod audiens Ottho primus magnus Augustus, de hoc ex corde doluit: & ex Germania

B propterea Romam ueniens, eidem Papæ, cui illuc uenerat, exposuit.

Quod audiens Papa ualde timuit, promittens Imperatori, quòd eius uitam subitò emendare uellet. Imperator autem credens eum ita facturum, ad Papiam è Roma secessit, ubi hyemando remansit, ut scrutaretur interim, si forsan præfati Papæ dictis facta responderent. Sed quia difficile est consueta relinquere, Papa ipse nec Deum nec Imperatorem habens præ oculis, mala malis accumulauit. Quod sentiens Augustus, irato animo ad urbem redijt, ut dijudicaret de ipso Papa. qui hoc audiens, utpote sibi ipsi malè conscius, se inde fugæ subsidio e uestigio absentauit, ad Campaniam declinando. Sed impiger Imperator, concilium cleri Romani contra eundem Papam in ipsa urbe conuocauit, in quo, dicto Papa communi uoto eius concilij deposito, uir laudabilis famæ ac sanctæ conuersationis alter Leo huius nominis VIII. extitit subrogatus. Ipse autem Octauianus nead manus Imperatoris deueniret, abdita loca perquirens, in ipsa Campania miserè diem clausit extremum. Pro-

C fecto tunc temporis Papa non habuit tot temporalia, sicut Romana Ecclesia nunc uidetur habere: quia ipse magnus Augustus, & de ipso descendentes secundus & tertius eiusdem nominis Augusti, ipsam Romanam & alias Ecclesias in Italia & Germania secularibus dominijs ditarunt: & ita manifestè apparet in libris, qui super donationibus Ecclesiæ factis per Imperatores & Reges Romanos confecti sunt, & in thesauria seu camera Apostolica conseruantur. Præterea tunc erat adeò excellens Augustus, quòd nemo contra eius uoluntatem aliquem Papam, præsertim malignum, abiectum uel schismaticum, ausus fuisset publicè confouere. Alias certè idem Octauianus, ut existimo, reperisset aliquem potentem, qui ipsum in sua malitia & tyrannide confouisset. Nec ciuitas Auinionensis, cum eius mirando palatio, tenuit Romanam Ecclesiam, sed potius magno Otthoni obsequebatur.

Quid igitur inducit aliud hæc Pompa tantorum temporalium dominiorum, de quibus nunc gloriatur Ecclesia Romana, quàm negligentiam in spiritualibus,

b & erectionem tyrannorum in eisdem dominijs, & diuisiones seu schismata in eadem Ecclesia, & alia mala plurima, satis est notum.

Hic etiam Ottho Magnus duo schismata successiuè orta in Romana Ecclesia, dum ageret in Gallia & Alemania, cum ingenti exercitu ad urbem Romanam rediens, manu potenti sustulit: & unum in Capitolio tunc fortissimo, & alium in Castronouo sancti Angeli, quod tunc carcer Theodorici uocabatur, loco firmissimo, contendentes tunc de Papatu prima facie cum machinis & alijs rebus bellicis expugnando cœpit, & multorum nobilium ac potentum Romanorum eos fouentium palatia in urbe destruxit, & multos eorum iugulauit, seu gladio interemit: sicq; ipsas Ecclesias ad unionem Deo ordinante perduxit. Et post longa tempora orto alio schismate in ipsa Ecclesia, iterum redijt ad urbem ipsam: & causa cognita utrique usque contendentis, & clero per Concilium subitò conuocato, & uno declarato Papa, alterum, scilicet Benedictum secundum, Saxoniam in exilium deportauit.

Ecce quantus & qualis fuit iste Augustus, qui tot laboribus & expensis pro refor-

matione unionis in ipsa Ecclesia ultrò se submisit, & fœliciter operatus est. Nam mali, inquietem alijs præparantes, cogendi sunt ad pacem & ad bonum. Regiæ potestatis interest præcipuè, ut per eam mali coherceantur à malo, ut boni quietè inter malos uiuant: ut sacri Canones docent. Sed non intelligitur de alia potestate, quàm Imperiali, quæ omnes dignitates temporales excellit. Hactenus Niemus.

Ex sexto Libro Luitbrandi Diaconi.

DE Otthone primo Imperatore, & legatis ad eum missis, & qualiter Ecclesiam Romanam ac totam Italiam tyrannis liberauit, imperijq; unctionem & insignia cum iuramento Iohannis Papæ non diu in fide permansuri accepit. De Romanorum, de dicti Papæ sacrilegijs, incestis & stupris, & alijs flagitijs querimonia: & Papæ ficta promissione, de emendanda uita: & acri Imperatoris in eum recriminatione: & eius, hoc est Papę obstinatione, qui Adelbertum recepit: de utriusque electione, & synodo Romæ celebrata.

Prædictæ epistolæ aut admonitioni erat adiectum hoc Caroli dictum, quod etiam supra prolixius recitaui.

SAcrorum quoque Canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta Ecclesia suo liberius potiatur honore, ad sensum ordini Ecclesiastico præbemus, ut scilicet Episcopi per electionem cleri & populi secundum statuta Canonum de propria diœcesi, remota personarum & munerum acceptione, ob uitæ meritum & sapientiæ donum eligantur, ut exemplo & uerbo sibi subiectis usquequaque prodesse ualeant.

Præcipimus etiam omnibus ditioni nostræ subiectis, ut nullus priuilegia Ecclesiarum, monasteriorum, aut Ecclesias diripere pertentet. Quia sicut à sanctis patribus instructi sumus, grauissimum peccatum hoc esse dinoscitur, &c.

MVlta hinc, Christiane lector, discere potes. Primùm, ad quem pertineat ius electionis Episcopi & Archiepiscopi, nempe ad clerum & PLEBEM sui loci: quia, ut præclarè Hincmarus, cuius aliquot scripta superius recitata sunt, docet ac probat, Ab omnibus eligi debet, cui omnes obedire debent. At nunc uel pauci Canonici, quem uolunt eligunt: uel Papa, cui ipsi libet de ea Ecclesia (ut ipsi loquuntur) prouider, aut potius ut precium quoddam suum eam uendit, aut propter aliqua famulicia, uel etiam turpia obsequia donat.

Secundò, cuius fuerit olim ordinare & confirmare Episcopos: nempe Archiepiscopus & Cæsar confirmabat & ordinabat alios Episcopos, Archiepiscopum uerò Cæsar & omnes ad eam Metropolim pertinentes Episcopi. At nunc Papa solus omnes Episcopos & Archiepiscopos confirmat, eiusq; tantum iussu ordinantur.

Tertiò, cui olim soliti sunt Episcopi promittere obedientiam, nempe sacris literis, canonibus, Cæsari, & suo Archiepiscopo. At nunc Papæ se grauissimis diris ac iuramentis ita adstringunt, ut magis ipsi quàm quædam mancipia obligati sint, sicut Syluius scribit: Quod etiamsi uera Episcopus contra Papam dicat, tamen iuramentum suum uiolet.

Denique & ipsa forma promissionis & mandati Episcopo aut sacerdoti olim propositi, ita olim fuit directa, ut tantum in rectè pascendo uerbo Dei, gregem Domini occupari deberent. At nunc ad alias nugas & superstitiones ordinatur.

Atq; hic quidem status ac libertas olim fuit Ecclesiæ. At nunc & omnes Papæ subiectæ sunt, & tam duris iuramentis omnes eorum Episcopi Papæ obstricti, ut Syluius, seu Impius secundus, in quadam epistola scribat, etiamsi uera contra Papam Episcopus dicat, facere eum nihilominus contra iuramentum suum.

Quare an-

Quare anno 1523. in comitijs Norimbergensibus, cum status Imperij à Papæ Adriani legato peterent, ut concilium eiusmodi celebraretur, in quo iuramenta, quibus Episcopi Papis obstricti sunt, eis relaxarẽtur: respondit legatus, id nihil aliud esse quàm Papæ manus ligare. Vnde clarè potes Christiane frater perspicere, qualiter liberum concilium Papa orbi Christiano dare uelit: nempe ita, ubi Episcopi quidem sint tam dutis & arctis iuramentorum uinculis constricti, ut etiam uerum eis dicere non liceat: Papa uerò manus ita habeat liberas, ut omnia pro libitu sursum ac deorsum agere ac ferre, uoluere ac turbare possit.

Nihil autem te Christiane lector mouere debet, quòd hæc monumenta non omnia de eodẽ homine aut loco scripta sunt. Nihil enim id refert, cum similiter eum de omnibus scribere esse solitum clarum sit, nec de eodem agentia haberi omnia potuerunt. Vtinam illud optandũ fuisset, nos talia scripta adhuc uetustiorũ Episcoporũ habere posse. Semper enim res in peius ruerunt: quantóq; hæc nostris corruptissimis temporibus & abusibus meliora sunt, tanto alia uetustiora hisce fuere meliora.

Caput VI. Lib. VI.

Regnantibus, imò sæuientibus in Italia, & ut uerius fateamur, tyrannidem exercentibus, Berengario atque Adalberto: Iohannes summus Pontifex & uniuersalis Papa, cuius tunc Ecclesia supradictorum Berengarij atque Adalberti sæuitiam erat experta, legatos sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Iohannem uidelicet Cardinalem Diaconum, & Azonem Scrinarium, sereniss imo atque pijssimo tunc Regi, nunc Augusto Cæsari Otthoni destinauit, suppliciter literis & Regum signis orans, quatenus pro Dei amore, sanctoruḿq; Apostolorum Petri & Pauli, quos delictorum suorum cuperet esse remissores, se sibíq; commissam sanctam Romanam Ecclesiam ex suorum hostium faucibus liberaret, ac saluti ac libertati pristinæ restitueret. Hæc dum Romani legati conqueruntur, uir uenerabilis Vvalbertus sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, semiuiuus ex prædictorum rabie, Berengarij atq; Adalberti, liberatus, superius memorati Otthonis potentiam adijt, indicans se non posse pati Berengarij Adalbertíq;, nec non Vvillæ sæuitiam, quæ Manassem Arelatensem Episcopum contra ius faśq; Mediolanensis Ecclesiæ sedi præfecerat.

Aiebat sanè hanc Ecclesiæ suæ calamitatem, quæ, quod se suośq; capere oporteret, interciperet. Sed Vvaldo Cumanus Episcopus, hunc ponè est secutus, non disparem à Berengario atq; Adalberto & Vvilla, quàm Vvalbertum, contumeliam se esse perpessum clamitans. Venerant & nonnulli alterius ordinis ex Italia uiri, inter quos illustris Marchio Otbertus, cum Apostolicis cucurrerat nuncijs, à sanctissimo Otthone tunc Rege, ut dixi, nunc Augusto Cæsare, consilium auxiliumq; expetens.

Horum itaque Rex pijssimus lachrymosis questibus inclinatus, non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi cogitans, filium suum sibi cognominem, contra morem puerilibus in annis Regem constitutum, in Saxonia dereliquit: ipse collectis copijs in Italiam percitus uenit. Qui tanto Berengarium atque Adalbertum celerius regno expulit, quanto euidentius constat, quòd commilitones Petrum & Paulum sanctissimos Apostolos habuit.

Bonus itaq; Rex dispersa colligens, & confracta consolidans, quod cuiq; proprium fuit restituit.

Dehinc Romam similia facturus adijt, ubi miro ornatu mirо́q; apparatu susceptus ab eodem summo Pontifice & uniuersali Papa Ioanne, unctionem suscepit imperij: cui non solum propria restituit, uerùm etiam ingentibus gemmarum, auri & argenti muneribus ipsum honorauit. Iusiurandum uerò ab eodem Papa Ioanne supra precio ciss imum corpus Petri atq; omnibus ciuitatis Proceribus, se nunc̃q; Berengario atq; Adalberto auxiliaturum, accepit. Post hæc in patriam properanter repedauit. Interea præfatus Papa iuramenti & promissionis oblitus, quam fecerat sancto

Imperatori, ad Adalbertum, ut se adeat, mittit: iuramento ei affirmans, se illum contra sanctissimi Imperatoris potentiam adiuturum. Adeò enim eundem Adalbertum Ecclesiarum Dei, eiusdemq; Papæ Ioannis persecutorem Imperator sanctus tetuerat, ut omnem Italiam deserens, Franxinetum adiret, seq; Saracenorum fidei commendaret. Imperator autem iustus, qui cur Adalbertum Ioannes Papa, quem prius uehementi odio insequebatur, nunc diligeret, satis mirari non potuit, accersitis quibusdam familiaribus, an hoc uerum esset, Romam dirigit percontatum. Quumq; illò ijdem nuncij peruenissent, huiusmodi non à quibuslibet aut paucis, sed ab omnibus Romanis ciuibus responsa suscipiunt.

Non dispar uidetur ratio, cur Ioannes Papa santissimum Imperatorem, suum scilicet ex Adalberti manibus liberatorem, & diabolus oderit creatorem. Imperator, quemadmodum re ipsa experti sumus, ea quæ Dei sunt sapit, operatur, diligit, Ecclesiastica & secularia negocia armis tutatur, moribus ornat, legibus emendat. Ioannes Papa his omnibus aduersatur. Non clam est populo, quod fatemur. Testis est Rainera sui ipsius militis uidua, quam cæco captus igne, multis præfectam urbibus, sacrosanctis beati Petri donauit aureis crucibus atq; calicibus. Testis est Stephana eius amica, quæ in effusione, quod ex eo conceperat, recens hominem exhibuit. Quod si cuncta taceant, Lateranense palatium sanctorum quondam hospitium, nunc prostibulum meretricum, non silebit amicam coniugem Stephanę patris concubinæ sororem. Testis omnium gentium, præterquam Romanorum, absentia mulierum, quæ sanctorum Apostolorum limina orandi gratia timent uisere, quum nonnullas, ante dies paucos, hunc audierint coniugatas, uirgines, uiduas, ui oppressisse. Testes sunt sanctæ Apostolorum Ecclesiæ, quæ non stillatim pluuiam, sed totum intrinsecus supra ipsa etiam sacrosancta altaria imbrem admittunt. Quanta nos terrore tigna afficiunt, quum diuinam opem eodem deposcimus? Mors in tectis regnat, quæ nos orare multa uolentes impedit, atque domum Domini mox linquere cogit. Testes sunt non solum iuncearum curatura, sed & quotidianarum formarum mulieres. Cui eædem sunt, & silicem pedibus quæ conterunt atrum, & quæ magnorum subuehuntur adiutorio iumentorum. Atque hoc rei est, quod tanta ei cum Imperatore sancto discordia est, lupis & agnis quanta sortitio obtigit. Illi hoc ut impune liceat, Adalbertum sibi tutorem & defensorem parat.

Hæc dum à redeuntibus nuncijs Imperator audiret: Puer, inquit, est: facilè bonorum immutabitur exemplo uitiorum. Spero eum obiurgatione honesta, suasione liberari, facilè ex illis sese emersurum malis: dicemusq; tunc cum Propheta, Hæc est immutatio dexteræ excelsi. Et adiecit: Quod prius rerum ordo deposcit, Berengarium in Feratrato monte resistentem propulsemus: dein' paterna abdicatione dominum Papam conueniamus, ut si non uoluntate, uerecundia saltem in uirum perfectum sese mutet: sicq; forsitan deuictus, benè consuescere studebit, his desuescere.

His expletis, Papiæ nauim conscendit, ac per Eridani alueum Rauennam usq; peruenit. indeq; progrediens montem Feretratum, quod oppidum sancti Leonis dicitur, in quo Berengarius & Vuilla erant, obsedit. Quò & præfatus Papa Leonem uenerabilem sanctæ Romanæ Ecclesiæ tunc protoscrinarium, nunc in eadem sede beati Petri & Pauli Apostolorum uicarium, nec non & Demetrium optimatem Romanorum illustrissimum, sancto Imperatori nuncios dirigit, mandans, Haud mirum esse, si hactenus iuuentutis igne deuictus, quid puerile gesserit: iam tempus instare, quum alieno cuperet uiuere more. Mandauit etiam dolosè, quòd quendam Leonem Episcopum, & Ioannem Diaconum Cardinalem, suos infideles, suscepisset, & quòd sanctus Imperator promissionis suæ fidem uiolaret, dum eos qui eò loci manebant, iuramento non ipsi, sed sibi astringeret.

Quibus Imperator pro correctione, inquit, ac morũ immutatione, quam promittit, gratias ago. De promissis uerò fidẽ mutare, cuius me arguit, an uerũ sit, ipsi perpendite. Omnem terram sancti Petri, quæ nostræ potestati subiecta est, Ecclesiæ promisimus

A promissimus reddere, atq; id reiest, quòd ex hac munitione Berengarium cum omni familia pellere laboramus. Quo enim pacto terram hanc ei reddere possumus, si non prius eam ex uiolentorum manibus ereptam, potestati nostræ subdamus? Deo nem Episcopum, & Ioannem Cardinalem diaconum, suos infideles, quos nos sus cepisse accusat, his temporibus non uidimus, nedum suscepimus. Constantinopo lim enim domino Papa eos ad iniuriam nostram proficiscentes dirigente, Capuæ, ut audimus, sunt capti. Quibus cum etiam Salecum natione Bulgarum, educatione Hungarũ, dominí Papæ familiarissimũ, & Zachæum uirum reprobatũ, diuinarum atq; humanarũ insciũm literarũ, à domino Papa Episcopum nouiter consecratum, et Hungaris ad prædicandũ, ut super nos irruant, destinatũ, eodem captos esse loco au diuimus. Hæc dominum Papam nullis narrantibus feciſſe crederemus, nisi literæ si dem admitterent, quæ plumbo signatæ, eius nominis characteres monstrant.

B His expletis, Landohardum à Saxonia Numendensem, & Luitprandum ab Italia Cremonensem, Episcopos, cum præfatis nuncijs Romam dirigit, domino Pa pæ se inculpabilem esse satisfacturos. Quorum etiam militibus hoc Imperator iustus imposuit, ut si secus dominus Papa non crederet, duello uerũ esse approbarent. Præ fati igitur Landohardus & Luitprandus Episcopi, Romam ante domini Papæ præ sentiam uenientes, tanto sunt in honore suscepti, ut non eos lateret, quanto sanctum Imperatorem tædio fastidiret. Ordinatim tamen, pro ut eis iniunctum fuerat, enar rantes, non iuramento, non duello satisfactionem Papa, recipere uoluit. Sed in ea dem, qua fuerat, duritia permansit. Subdolè tamen post dies octo Ioannem Episco pum Narniensem, & Benedictum Cardinalem diaconum, cum istis domino Impe ratori destinauit, putans hunc suis posse deludere uersutijs, cui nimis est uerba dare difficile. Ante quorum reditum Adalbertus inuitante Papa à Fraxineto rediens, Cen tumellas aduenit: deinde Romam profectus, non ut debuit, repudiatus, sed à Papa C honorificè est susceptus.

Hæc dum aguntur, Phœbi radijs graue cancri sydus inæstuans, Imperatorẽ Ro manis arcibus propellebat, Sed quum uirginale sydus gratam rediens temperiem fec ret, collectis copijs, clàm Romanis inuitantibus, Romam aduenit. Quid clàm dixe rim, cum maior Romanorum pars optimatum, sancti Pauli castellum inuaserit, san ctumq; Imp. obsidibus etiam datis inuitauerit? Quid multis morer? iuxta urbẽ Imp. castra metatus est. Roma, Papa simul atq; Adalbertus aufugiunt. Ciues uerò sanctum Imperatorem cum suis omnib. in urbẽ suscipiunt, fidelitatemq; promittunt, hæc ad dentes, & firmiter iurantes nunquam se Papam electuros, aut ordinaturos præter consensum atq; electionem Domini Imperatoris Otthonis Cęsaris Augusti filijq; ipsi us Regis Otthonis. Post triduũ, rogantib. tam Romanis Episcopis quàm plebe, mag nùs in sancti Petri Ecclesia fit conuentus, sederuntq; cum Imperatore Archiepiscopi, D tè, ut fit, ortus arripuerat, Rodolphus diaconus, Vvalbertus Mediolanensis, Petrus Rauennas: à Saxonia Adeltac Archiepiscopus, & Landohardus Episcopus Numen densis: à Francia, Orgerius Episcopus Spirensis, Bubtus Parmensis: ab Italia, Luitprã dus Cremonensis, Hermenaldus Regiensis: à Thuscia, Conradus Lucensis, Euerari us Aricensis, Pisanus, Senensis, Florentius Pestruensis, Petrus Camerinensis Spoleti nus Romanus, Gregorius Albanensis Spoletinus, Sico Hostiensis, Benedictus Portu ensis, Lucidus Canensis, Theophylactus Pręnestinus, Vuido Syluæ candidæ, Leo Ve littriensis, Sicoblebensis, Stephanus Serensis, Ioannes Nepesinus, Ioannes Tiburti nus, Ioannes Forocludensis, Romanus Ferentinensis, Ioannes Normensis, Ioannes Berucensis, Martinus Sutridus, Ioannes Narniensis, Ioannes Sapiniensis, Ioannes Gallacensis, Phalarẽsis, Alaterensis, Ortanus, Ioannes Anagniensis, Trebensis, Saliba tinus, Tarraconensis, Stephanus Cardinalis Archipresbyter titulo Balbinæ, Domini cus titulo Anastasiæ, Petrus titulo Damasi, Theophylactus titulo Chrysogoni, Ioan nes titulo Equitij, Ioannes titulo Susannæ, Petrus titulo Pãmachij, Adrianus titulo

Calix-

Calixti, Ioannes titulo Cæciliæ, Adrianus titulo Luciniæ, Benedictus titulo Sixti, titulo quatuor coronatorum, Stephanus titulo Sabinæ, Benedictus Cardinalis archidiaconus, Ioannes diaconus, Bonofilius diaconus Cardinalis primicerius, Georgius secundicerius, Stephanus adminiculator, Andreas arcarius, Sergius primicerius defensorum, Ioannes sacellarius, Stephanus, Theophylactus, Adrianus, Stephanus, Benedictus, Azo, Adrianus, Romanus Leo, Benedictus: item Leo & Leo scrinarij, Leo primicerius scholæ cantorum, Benedictus subdiaconus & oblationarius, Azo, Benedictus, Demetrius, Ioannes, Amicus, Sergius, Benedictus, Vrso, Ioannes, Benedictus subdiaconus subpulmentarius, & Stephanus archiacolytus, cum omnibus acolythis & regionarijs. Ex primatib. Romanæ ciuitatis: Stephanus filius Ioannis superistæ, Demetrius Melioſi, Crescentius caballi marmorei, Ioannes cognomento Nuzina, Stephanus de Muza, Theodorus de Rusina, Ioannes de primicerio, Leo de Camirzuli, Richardus, Petrus de Canaparia, Benedictus cum Bulgamino filio suo. Ex plebe, Petrus, qui & Imperiola est dictus, astitit, cum omni Romanorum militia.

Quæ acta sint in concilio contra Ioannē Romanum Pontificem, in quem moderato animo & maturo consilio processit Ottho, & quæ illi flagitia obiecta sint à congregatis in concilio, enormia certè, & uix credibilia etiam in ſicario aut pagano. Libro 6. Cap. 7.

His itaq; residentibus, silentiumq; summum tenentibus, ita sanctus est Imperator exorsus: Quoniam decorum esset, tam claro sanctoq; dominum Papam Ioannem interesse concilio, cur tantum declinauerit cœtum, uos o sancti Patres consulimus, quibus communis labor Ecclesiasticus ac commune negocium existit. Tunc Romani Pontifices & Cardinales, presbyteri ac diaconi, cum uniuersa plebe dixerunt: Miramur sanctissimam prudentiam uestram nos hoc uelle percontari, quod nec Hibericos, nec Babylonicos, nec Indicos incolas latet. Non hic iam de illis q est, qui ueniunt in uestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces: ita apertè diabolica pertractat negocia, ut nihil circuitionis utatur. Imperator respondit: Iustum uobis uidetur, ut accusationes nominatim exprimantur, deinde quod agendum est communi consilio pertractetur.

Tunc consurgens Petrus Cardinalis presbyter, se uidisse illum Missam celebrasse, & non communicasse, testatus est. Ioannes Episcopus Narnienſis, & Ioannes Cardinalis diaconus, se uidisse illum diaconum ordinasse in equorum stabulo, non certis temporibus, sunt professi. Benedictus cum cæteris condiaconis & presbyteris, dixit se scire, quòd ordinationes Episcoporum precio faceret, & quòd annorum decem Episcopum in Tudertina ciuitate ordinaret. De sacrilegio non esse necesse percontari dixit: Quia plus uidendo, quàm audiendo, scire potuissemus. De adulterio dixerunt, quod oculis non uiderant, sed pro certò scirent, uiduam Rainerij, & Stephanam patris concubinam, & Annam uiduam cum nepte sua abusum esse, & sanctum palatium lupanar & prostibulum fecisse: uenationem dixerunt publicè exercuisse: Benedictum spiritualem patrem suum lumine priuasse, & mox mortuum esse: Ioannem Cardinalem subdiaconum uirilibus amputatis occidisse: incendia fecisse: ense accinctum, galea & lorica indutum fuisse, testati sunt, diaboli in amorem uinum bibisse, omnes tam clerici quàm laici acclamarunt. In ludo aleæ, Iouis, Veneris, cæterorumq; dæmonum auxilium popoſciſſe dixerunt. Matutinas & canonicas horas eum nō celebrasse, nec signo crucis se muniuisse, professi sunt. His auditis, Imperator, quia Romani eius loquelam propriam, id est, Saxonicam intelligere nequibant, Luithbrando Cremonensi Episcopo præcepit, ut Latino sermone hæc Romanis omnibus, quæ sequuntur, exprimeret. Surgens itaq; sic cœpit. De Imperatoris Otthonis matura in Ioannem Pontificem maximum cōsultatione, per interpretem facta: & de Patrum cōtra eum attestatione, etiā cum sui anathematizatione, si minus uera dicerent: de q; consilio inito, ut in persona citetur, ad sui purgationem.

Libet

A PErſæpe contigit,& nobis expertis credimus,ut in dignitatibus conſtituti,inuido
rum infamia maculentur. Diſplicet bonus malis,quemadmodum & malus bo
nis. Atque hocrei eſt,quod hanc in Papam accuſationem, quam modò Bene
dictus Cardinalis diaconus legit,& uobiſcum fecit,amphibolam retinemus : incerti
utrum è zelo iuſtitiæ,an impietatis liuore proruperit. Vnde mihi indigno ſecundũ
conceſſæ dignitatis authoritatem omnes obteſtor per Deum,quem fallere, etſi uult,
nemo poteſt,ſanctamq; eius genitricem,intemeratam uirginem Mariam,perque pre
cioſiſſimum Apoſtolorum principis corpus,in cuius hæc recitantur Eccleſia, ut nulla
in dominum Papam iaculentur conuicia,quæ non ſint ab ipſo patrata, atque à uiris
probatiſſimis uiſa. Tunc Epiſcopi,diaconi, clerus, & cunctus Romanorum populus,
quaſi uir unus dixerunt: Si non & quæ per Benedictum diaconum lecta ſunt,hiſque
turpiora & ampliora Iohannes Papa indigna commiſit facinora, non nos à peccato
B rum uinculis abſoluat Apoſtolorum Princeps beatus Petrus,qui uerbo cœlum indig
nis claudit, iuſtis aperit : ſimus anathematis uinculo innodati, atque in die nouiſſi
ma in ſiniſtra parte poſiti,cum eis qui dixerunt Domino Deo,Recede à nobis,ſcien
tiam uiarum tuarum nolumus. Quod ſi fidem nobis non adhibetis,exercitui domi
ni Imperatoris ſaltem debetis credere,cui ante V. dies enſe accinctus, clypeo,galea,
lorica indutus occurrit ſolus Tyberis,qui interfluxit,ne ſic ornatus ab exercitu capere
tur,impediuit. Mox ſanctus Imperator dixit : Tot ſunt huius rei teſtes, quot ſunt no
ſtro in exercitu bellatores. Sancta ſynodus dixit: Si placet ſancto Imperatori,mittan
tur literæ domino Papæ,ut adueniat, ſeq; ex his omnibus purget. Tunc eidem ſunt
literæ deſtinatæ.

Diploma,ſiue exemplum literarum Imperatoriarum, authoritate concilij ad
Iohannem Papam miſſarum, quibus uitia à concilio illi obiecta ſummatim recitan
C tur, cum humili obſecratione, ut ad ſe purgandum in concilium uenire non recuſet.

Lib. 6. Cap. 9.

SVmmo Pontifici & uniuerſali Papæ domino Ioanni, Otthо diuinæ reſpectu
clementiæ Imperator Auguſtus,cum Archiepiſcopis Liguriæ,Thuſciæ,Saxoniæ,
Franciæ,in Domino S. Romam ob ſeruitium Dei uenientes, dum filios ueſtros,
Romanos ſcilicet Epiſcopos,Cardinales,presbyteros, diaconos, & uniuerſam ple
bem de ueſtra abſentia percontaremur,ecquid cauſæ eſſet,quòd nos Eccleſiæ ueſtræ,
ueſtriq; defenſores uidere noluiſſetis,talia de uobis,tamq; obſcœna protulerunt, ut ſi
de hiſtrionibus dicerentur,nobis uerecundiam ingererent. Quæ ne magnitudinem
ueſtram omnia lateant,quædam uobis ſub breuitate deſcribemus.Quoniam ſi cun
cta nominatim exprimere cuperemus, dies nobis non ſufficeret unus: Noueritis ita
que,non à paucis, ſed ab omnibus tam ueſtri quàm alterius ordinis, uos homicidij,
periurij,ſacrilegij,& ex propria cognatione,atq; ex duabus ſororibus inceſtus crimi
ne eſſe accuſatos. Dicunt & aliud auditu ipſo horridum, Diaboli uos in amorem ui
D num bibiſſe: in ludo aleæ,Iouis, Veneris,cæterorumq; dæmonum auxilium popo
ſciſſe.Oramus itaq; paternitatem ueſtram obnixè,uenire,atque ex his omnibus uos
purgare non diſſimuletis.Si forte uim temeritatis multitudinis formidatis, iuramen
to uobis affirmamus,nihil fieri præter ſanctorum canonum ſanctionem. Data VIII.
Idus Nouemb.

De Iohannis Papæ Apologetico,id eſt,reſponſo,(ut author accipit: quum Apo
logiam potius,dicat,qua excommunicatos pronunciat,ſi ad noui Pontificis electio
nem proceſſerint) Et de reſcripto patrum in concilio ad eundem Papam, quod uer
bis factis fulcitur.

Libri 6. Cap. 10.

HAnc Epiſtolam cum legiſſet, huiusmodi apologeticum ſcripſit. Ioannes Epi
ſcopus ſeruus ſeruorum Dei, omnibus Epiſcopis. Nos audiuimus dicere,
quòd uos uultis alium Papam facere:ſi hæc facitis, excommunico uos de Deo
omnipo-

omnipotenti,ut nō habeatis licentiam ullum ordinare,& Missam celebrare. Quum h hæc epistola in sancta synodo legeretur,aduenerunt qui prius defuerāt,religiosi à Lo tharingia, Henricus Treuerensis Archiepiscopus:ab Aemilia & Liguria, Vvido Mu zienſis, Gezo Tertonensis, Sigulfus Placentinus: quorum consilio domino Papæ ita rescribunt. Summo Pontifici & uniuersali Papæ Domino Ioanni, Ottho diuinæ respectu clementiæ Imperator Augustus, sed & sancta synodus Romæ ob seruitium Dei congregata in Domino Sal. Præterita synodo,quæ celebrata est VIII. idus No uembris literas uobis direximus, in quibus accusatorum uestrorum uerba atque ac cusationis causæ continebantur. Rogauimus etiam eisdem literis magnitudinem uestram,quemadmodum iustum est. A uobis non quales temporis qualitas, sed in consultorum uanitas expoſcit hominum, literas accepimus. Non ueniendi ad syno dum rationabilis esse excusatio debuit. Sed & præsentes magnitudines uestræ de buerunt nunciꝫ interesse, qui aut ægritudinis, aut certè difficultatis causa satisface rent, sanctam uos synodum declinasse. Est & aliud uestris in literis scriptum, quòd non Episcopum,sed puerilem ineptiam scribere deceret. Excōmunicastis enim om nes, ut non habeamus licentiam canendi Missas, ordinandi Ecclesiasticas dispoſi tiones, si alium Romanæ sedi constitueremus Episcopum. Ita enim scriptum erat: Non habeatis licentiam ullum ordinare. Nunc usqꝫ putauimus, imò credimus, duo negatiua unum facere dedicatiuum: nisi uestra autoritas priscorum sententias infir maret autorum. Nos uerò intentioni uestræ, non uerbis respondeamus. Si ad syno dum uenire,& obiecta purgare non differtis,autoritati uestræ procul dubiò obedie mus. Sed si,quod absit,uenire,& obiecta uobis capitalia crimina purgare dissimula tis,quum præsertim uos uenire nil impediat,non maris nauigatio,nō corporis ægri tudo,non itineris longitudo:tunc excommunicationem uestram paruipendemus, eam potius in uos retorquebimus,quoniam quidē iustè facere possumus. Iudas Do mini nostri Iesu Christi proditor,imò uenditor,cum cæteris prius ligandi atqꝫ soluen di potestatem à Magistro in hæc uerba acceperat: Amen dico uobis,quæcunqꝫ ligaue ritis super terram, &c. Quamdiu enim bonus inter discipulos fuit, ligare atqꝫ soluere ualuit: postꝫ uerò cupiditatis ueneno homicida factus,uitam occidere uoluit,quem ligatum postea soluere atqꝫ solutum ligare potuit,nisi se ipsum, quem infœlicissimo laqueo strangulauit? Data X. Calend. Decemb. & missa per Adrianum Cardinalem presbyterum, & Benedictum Cardinalem Diaconum: qui quum ad Tyberim per uenissent,eum non inuenerunt. Pharetratus enim in campestria iam abierat. Nec quisquā erat,qui his,ubi ipse esset,indicare posset. quumꝫ eum inuenire nō possent, cum eisdem literis ad sanctam synodum,quæ tunc tertiò est habita,sunt reuersi. Mox Imperator ait: Expectauimus aduentum eius,ut præsente eo,quod nobis egerit,que reremur. Verùm quoniam eum nō affuturum certò scimus, quàm perfidè nobiscum egerit,ut diligenter agnoscatis,etiam atqꝫ etiam flagitamus. Notum itaqꝫ uobis faci mus,Archiepiscopis, presbyteris,diaconis,reliquoꝫ clero, nec non & comitibus, iu dicibus,omniꝫ plebi, quod idem Ioannes Papa oppressus à Berengario atqꝫ Adel berto rebellib. nostris,misit nobis in Saxoniam nuncios, rogans ut pro amore Dei in Italiam ueniremus,& Ecclesiam S. Petri ac seipsum ex faucibus eorum liberaremus. Nos uerò adiuuante Deo,quantum fecerimus, non est necesse dicere, ut in præsen tiarum uidetis. Ereptus uerò mea opera ex eorum manibus, & honori debito restitu tus,obligatus iuramenti & fidelitatis,quam mihi supra corpus S. Petri promisit, eun dem Adelbertum Romam uenire fecit,& contra me defendit,seditiones fecit,& ui dentibus nostris militibus dux belli factus,lorica & galea est indutus.

Quid super hoc sancta synodus decernat, edicat. Adhæc Romani Pontifices, reliquusqꝫ clerus,& cunctus populus dixerunt: Inauditum ullus inaudito,est caute rio exurendum. Si corruptis moribus sibi soli & non cunctis obesset,quoquo modo tolerandus esset. Quot prius casti, huius facti sunt imitatione incesti? Quot probi, huius exemplo conuersationis sunt reprobi? Petimus itaque magnitudinem impe

tij uestri,

A nem imperij uestri, monstrũ istud nulla uirtute redemptũ à uitijs à sancta Romana Ecclesia pelli, aliumq; loco eius constitui, qui nobis exẽplo bonæ conuersationis præ esse ualeat, & prodesse sibi: rectè uiuat, ac benè uiuendi nobis exemplum præbeat. Tunc Imp. Placet, inquit, quod dicitis: nihilq; gratius nobis, quàm ut talis, qui huic sanctæ & uniuersali sedi præponatur, inueniri possit.

De Leonis protoscrinarij in summum Pontificem electione: & Iohannis depositi largitione, qua Romanos in cædem Imperatoris & noui Papæ solicitauit. Sed Imperatore uincente, frustra conati sunt. Leonis tamen indulgentia obsidibus, remissis, quum Imperator abesset meretricularum illecebris populus Romanus rursum Ioannem recipit: qui in Leonis asseclas mirè sæuit, donec à diabolo enectus est. Post quẽ Romani Benedictum Papã declarant: sed Leoni sedes redditur, Benedicto exulante.

B

Lib. 6. Cap. 11.

His dictis, omnes una uoce dixerunt. Leonem uenerabilem sanctæ Romanæ Ecclesiæ protoscrinarium, uirum approbatum, ad summum sacerdotij gradũ nobis in pastorem eligimus, ut sit summus & uniuersalis Papa Romanæ Ecclesiæ, reprobato ob improbos mores Ioanne apostata. Quum hoc omnes tertiò dixissent, annuente Imp. nominatum Leonem ad Lateranense palatium, secundum cõsuetudinem cum laudibus ducunt, & certo tempore in Ecclesia sancti Petri ad summum sacerdotium sancta consecratione attollunt, et fideles se ei affuturos iureiurando promittunt. His ita gestis, sperans sanctissimus Imperator cum paucis Romæ se degere posse, ne consumeretur Romanus populus ob multitudinem exercitus, multis, ut redirent, licentiam dedit. Quumq; hoc Ioannes, qui deiectus est, Papa cognosceret, non ignorans quàm facilè Romanorum mentes pecunia posset corrumpere,

C clãm Romam mittit nuncios, beati Petri omniumq; Ecclesiarum pecuniam repromittentes, si super pium Imperatorem & dominum Leonem Papam irruerent, eosque impijssimè trucidarent. Quid multis morer? Romani quàm mox exercitus pauper Imperatorem, ut eum occidant, festinare cõtendunt. Quibus Imp. super pontem Tyberis, quem Romani plaustris impeditum habebant, occurrit. Cuius fortes milites assuefacti bello, pectore & armis intrepidi, eos inter prosiliunt, & quasi accipitres auium multitudinem nullo resistente proterunt. Non latibula, non corbes, non concaua ligna, non cryptæ, sordium receptacula, fugientibus tutelæ esse possunt. Occiduntur itaq;, &, ut assolet contingere uiris fugientibus, passim à tergo uulnerantur. Quis tunc Romanorum cladis huius superstes fieret, si non Imp. sanctus misericordia, quæ eis nulla debebatur, inclinatus, suos adhuc interficere sitientes retraheret, & reuocaret? Itaq; deuictis omnibus, atq; ijs qui supererant obsidib. acceptis, uenerabi-

D lis Papa Leo pedibus Imp. prouolutus orat, ut Romanis obsides reddat, seq; eorum fidei commendet. Rogatu denicq; uenerabilis Papæ Leonis, Imperator sanctus Romanis obsides reddit, non incertus, quod profecturus sum, incœpturos. Igitur Romanorum fidei eundem Papam, quemadmodum lupis agnum, commisit. Deinde Roma exiens, Camerinum Spoletumq; uersus, ubi Adalbertum esse audierat, properauit. Interea mulieres, quibus cum Ioannes, qui dictus est Papa, uoluntatis suæ ludibrium exercebat, non ignobiles & plures concitauerunt Romanos, ut Leonem summum & uniuersalem Papam à Deo & ipsis electum, perderent, & Ioannem in urbem susciperent. Quod quum feciſſent, Deo miserante, ex eorum manibus est uenerabilis Papa Leo liberatus, paucisq; ipsum concomitantibus ad pijssimi Imp. misericordiam est profectus, Imperator denicq; sanctus tantum dedecus ægrè ferens, tum ex domini Papæ Leonis deiectione, tum ex Io. Cardinali diacono, & Azone protoscriniario (quorũ alterum manu dextera, alterum lingua, duobus digitis naribusq; abscisis, Io. abdicatus defœdauerat) reparato exercitu, Romam redire disposuit. Priusquam tamen S. Imp. copiæ essent congregatę, uolens cunctis seculis innotescere Dominus,

quàm iustè esset Ioannes Papa à suis Episcopis & omni plebe repudiatus, quam quam postmodum iniustè receptus, quadam nocte extra Romam, dum se cum cuiusdam uiri uxore oblectaret, in temporibus adeò à diabolo est percussus, ut intra dierum octo spacium eodem sit uulnere mortuus. Sed Eucharistiæ uiaticum ipsius instinctu qui eum percusserat, non percepit: quemadmodum à suis cognatis & familiaribus, qui præsentes erant, persæpe sub attestatione audiuimus. Quo mortuo, Romani omnes iuramenti, quod sancto Imperatori promiserant immemores, Benedictum Cardinalem diaconum Papam constituunt: insuper & iuramento, nunquam se eum dimissuros, sed eum contra Imperatoris potentiam defensuros, promittunt. Quo audito, Imperat. urbem uallauit, neminem qui non membris truncaretur exire permisit, machinis & fame usq; adeò afflixit, donec Romanis nolentib. urbem reciperet, Leonem uirum uenarabilem debitæ sedi restitueret, ac Benedictum summæ sedis inuasorem eius præsentiæ præsentaret. Residentibus itaq; domino Leone summo & uniuersali Papa in Ecclesia Lateranensi, nec non & Imperat. sanctissimo Otthone, & Episcopis Romanis Italicis, à Lotharingia & Saxonia Archiepiscopis, presbyteris, diaconis, omniq; Romanorum plebe, quorum nomina superius adscribuntur: aduenit Benedictus Apostolicæ sedis inuasor, eorum qui se elegerant manibus adductus, Pontificialibus uestibus indutus. Quem Benedictus Cardinalis Archidiaconus tali est sermone aggressus: Qua tibi autoritate, quaue lege, o inuasor, hæc Pontificialia indumenta usurpasti, superstite hoc præsenti domino nostro uenerabili Papa Leone: quem tu nobiscum, accusato & reprobato Ioanne, ad Apostolicatus culmen elegisti? Num inficiari potes, præsenti Domino Imperat. iuramento promisisse, nunquam te cum cæteris Ro. Papam electurum, aut ordinaturum, absq; illius filijq; sui Regis Otthonis consensu: Benedictus respondit: si quid peccaui, misereamini mei. Tunc Imperator effusis lachrymis, quam misericors esset ostendens, rogauit synodum, ne Benedicto præiudicium fieret. Si uellet & posset, ad interrogata respondere: quod si non posset, aut nollet, ac seculpabilem redderet, tamen pro timore Dei misericordiam aliquam inueniret.

Quo audito, ad domini Leonis Papę pedes, ipsiusq; Imp. idem Benedictus concitè procidens, se peccasse, seq; S. Romanę sedis inuasorem esse acclamauit. Post hæc pallium sibi abstulit, quod simul cum Pontificiali ferula, quam manu gestabat, Domino Papę Leoni reddidit. Quam ferulã idem Papa fregit, & fractam populo ostendit. Deinde Benedictũ in terra sedere præcepit, cui casulam quam planetam uocant, cum stola pariter abstulit. Post autem omnib. Episcopis dixit: Benedictum sanctę & Apostolicæ sedis Romanæ inuasorem, omni Pontifcatus & presbyteratus honore priuamus. ob eleemosynam uerò domini Imperatoris Otthonis, cuius sumus opera in sedem debitam restituti, diaconatus eum ordinem habere permittimus: & non iam Romæ, sed in exilium destinamus. Hactenus Luitbrandus.

Hic Benedictus V. Hamburgum in exilium missus, ibiq; mortuus est. Sed clerici lucri causa mirabilem fabulam de eius martyrio cõmenti sunt, coluerunt q; eum pro confessore & martyre Hamburgi & Bremæ. Vide secundum Metropoleos Crantij, ubi illud uanissimum commentum prolixè refutat. Tales uanissimę fabulę procalubiò infinitæ in Papatu pro cœlesti ueritate & oraculo coluntur. Totus enim Papatus ex mendacijs consutus atq; conflatus est.

Reformatio monachorum.

VErùm nõ tantum Papas Ottho, sed & monachos passim reformauit. Nam ut Crantzius & Vrspergensis testantur, circa annum Do. 940. fuit ab Imperatore et alijs principib. inchoata grauissima quædam monachorum reformatio, propterea quòd nõ tantum uulgares homines, sed & Episcopi offensi inutili turba ociosorum, inutilium, uoluptatibusq; uacantium fucorum, iudicauerunt & docuerunt, satius esse paucos uiros bonos ali, quàm tam multos alios inutiles. Qua ratione multi ad

A multi ad ſecularem, ut uocant, uitam abiecta cuculla redierunt. Hiſtoria eſt apud Vrſpergenſem & Crantzium. Verùm ab eo tempore, Deus bone, quàm multa noua iſtorum fucorum, uel crabrorum potius, examina (nouos ordines ſectasq; puto monachorum (nata ſunt: opinor amplius 50. & quantopere degenerarunt? At hoc tempore tale aliquid prorſus nephas haberetur tentare, cum ſatius eſſe ſtatuunt, monachos uel turpiſſimè in monaſterio uiuere, quàm modeſtos ac ſobrios laicos in coniugio agere. Vtinam noſtra quoq; ſecula tales Otthones, impiorum Paparum & impurorum ſacrificorum, reformatores ferrent. Centuplo enim magis nunc, quàm olim, eſſent neceſſarij. Sed nũc, proh dolor, plericq; potentes Principes Reges ac Monarchæ ſunt Antichriſti & ſacrificorum eius mancipia, & piorum ac doctorum hominum crudeles perſecutores.

B

Leo VII.

CIrca annum Domini 940. accuſauerat Gerardus Epiſcopus Laurisheimenſis apud Leonem ſeptimum, Epiſcopos Bauaricos, de uarijs criminibus, quibus tũ ſuam uitam contaminabant, tum Eccleſias Chriſti perdebant, De ea re ſcribit Papa epiſtolam, cuius ſummam ex Auentino recenſebo: quòd quales iam tum fuerint Epiſcopi, ſatis indicat.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Egilulpho Iuuanenſi, Eyſengrino Reginoburgenſi, Lamperto Fruxinenſi, Viſundo Sabonenſi, Starchando Aichſterenſi, uenerabilibus Epiſcopis, & cæteris per Buariam commorantibus, &c.

Commemorat primò negligentiam horum, quam à Gerardo Alchimyſta Laureacenſi, cognouerit: deinde eoſdem accuſat, arguit, increpat, quòd adulentur magiſtratibus, aſſentandoq; Prætoribus, conniuendo locupletibus, pietatem uiolent, religionem polluant, ſacram Philoſophiam prophanent, pacem Chriſtianam conturC bent. Obijcit poſtea, quòd inter eos ſit inexplebilis honorum cupido, certamen gloriæ & honoris, ſplendoris, cupidinis, atq; ambitio potentiæ, quæ maximas inimicitias etiam inter amiciſsimos excitent. Chriſtiani (inquit) in ueſtris prouincijs, auctoribus Epiſcopis (qui canes muti ſunt, non ualentes latrare, & ſpeculatores cæci) inuicem imponunt, tenues opulenti fraudant, decipiunt, circumueniunt, fœnerant, poſcunt, paciſcuntur, auferunt, eripiunt: nemo pactione, dono, munere, xenijs abſtinet. In lites coitur, ueneunt aduocationes, ueneunt etiam præuaricationes. Ex ſpolijs pauperum magni & ſtati reditus & gloriæ loco ſunt. Vltra modum ſumptu & magnificentia, ne dicam luxu, ædificando, epulando, egregij ſanè paſtores Chriſtiani gregis prodeunt. Grauiſsimus ſolet eſſe morbus, qui à capite diffunditur, &c.

Leo IX.

D IN Vrſpergenſi legitur, quòd ſub Henrico III. Leo IX. Papa uenerit in Germaniam, anno 1050. ac Vuormaciæ celebrante Lupoldo Moguntino Archiepiſcopo Miſſam, diaconum quendam eius cantantem Euangelium, propterea quòd parum Romanè id faceret, nec iuſſus deſiſtere uellet, exutum ſacerdotalibus ueſtibus degradauerit, ut ipſi loquuntur. Qua iniuria ita commotum eſſe Archiepiſcopum, illa hiſtoria refert, ut ſub medium Miſſę conſideret, negans eam ſe peracturum, aut quenquam alium id facere paſſurum, niſi ſibi ſuus miniſter à Papa redderetur, ſeu in priſtinam dignitatẽ reſtitueretur. Papamq; Archiepiſcopi poſtulatione permotum, ei ceſsiſſe: ac indutum ſuis ornamentis diaconum, priſtinæ dignitati reſtituiſſe, quandoquidẽ in eius diœceſi eſſent. Vnde apparet tum adhuc, non fuiſſe Epiſcopos alios tam adſtricta Papæ mancipia, ut iam ſunt: nec ſenſiſſe, Papam eſſe talem & tantum quendam Deũ, cui ſtatim in omnib. parere ſit neceſſe, ut nunc papiſtę ſentiunt.

Circa idem tempus, ille idẽ Papa, unà cum prædicto Imperatore, & nonaginta duobus Epiſcopis, ſynodum Moguntiæ celebraſſe dicitur: ibiq; ſtatutũ eſſe, ne clerici canes uel aues ad uenationẽ alerẽt, ne uè ſecularia negocia & turpia lucra exercerent.

Item, ne quisquam ante legitimam ætatem monachus fieret: uidentes nimi- A
rum multos præcipitari in illas impossibiles obligationes castitatis, antequam sibi ipsi satis noti, rationisq; compotes sint.

Nicetas.

NIcetas quidam Græcus, teste Sigeberto, circa annum 1050. edito scripto defendit coniugium sacerdotum. Credo id eum propterea fecisse, quòd uidit tunc temporis Papas in id totos incumbere, ut coniugium sacerdotum abolerent. Sed ob hunc tam grauem errorem, ab Antichristo tanquam hæreticus damnatus est. Scripsit contra eum Leo Papa, cuius scripti multa fragmenta passim in Decretis citantur, tametsi & alioqui inueniatur.

Priuilegia.

MAgnæ sunt disputationes de priuilegijs, quæ uel Pontificibus Cæsares dederunt, uel contrà Cæsaribus Papæ reddiderunt, & de eo, num Papa super Cæsares sit aut contra. Primùm, donatio Constantini ab omnibus intelligentibus sine controuersia repudiatur, & ueris argumentis refutatur: de qua alibi dictum est. Secundò, Ludouici Pij donatio, de qua distinctione 63. habetur, proculdubiò & ipsa est commentitia: quod euidenter probat Carolus Molinæus in suis commentarijs. Sed adscribam eius uerba. B

Cæterùm his quæ suprà dixi num. 72. non obstat, quod Plat. in Bened. II. & post eum Sabell. Ennead. 8. lib. 6. Anton. tit. 13. c. 1. §. 5. scripserunt, Constantinum IIII. Imperatorem Constantinopolitanum, dicti Benedicti sanctione permotum, statuisse, ut quem deinceps clerus, populus, exercitusq; Romanus in Pontificem delegisset, ordinaretur, nulla Constantinopolitani Principis uel Italiæ Exarchi expecta authoritate, ut antea fieri consueuerat (id enim ratum erat in creando Pontifice, quod Princeps confirmasset, uel qui eius uices in Italia gerebat) tum quia sanctitas Pontificis solito more instituti (præter id quod uix nota esse potuit ultra mare, eum dictus Benedictus uix decem menses superstes fuerit) potius mouere debuit ad obseruandum tam utilem & receptum morem, quàm ad illum infringendum: tum quia illud mutuati sunt à bibliothecario, autore suspecto, quippe qui scripta sua consarcinauit, ex quibusuis apocryphis uel fictis scripturis in scrinijs uel bibliothecis Papæ, quibus præerat, repertis, modò essent in domini sui fauorem: tum quia prætensa illa constitutio Constantini (quam falsam puto) nunquam effectum sortita fuit, ut expressè testatur Volaterranus Anthropolog. lib. 22. Ex cuius uerbis potest deprehendi, uel modico tempore seruatam non fuisse: de quo satis constitit, paulo pòst Benedictum, in Canone apud Plat. C

Et per prædicta, minus etiam obstat cap. ego Ludouicus. L XIII. distinct. ubi dicitur, Ludouicum I. Paschali ius eligendi & instituendi Romani Pontificis remisisse. Hoc enim à suspecto autore processit, uidelicet à præfato bibliothecario, ut Plat. in Pasch. 1. Sab. Enne. 8. lib. 9. Volaterr. Anthropolog. lib. 22. testantur. Vt autem non est in fauorem Paparum credendum bibliothecario, potentatus eorum fautori, famulóq; domestico: ita non est credendum Gratiano monacho, qui & ipse affectibus & ambitioni nouorum sui temporis Paparum, quantũ potuit, fauit: nec aliunde quàm à Bibliothecario dictũ cap. ego Ludouicus, transsumpsit: & sic nec alijs, qui tantum dicta eiusdem bibliotecarij recitant, nec aliunde sciunt, nec examinant. Sed examinando ueritas eluescit in contrarium: quia ut suprà nu. 77. idem Paschalis à populo ui coactus, Pontificium munus obire ante habitam authoritatem Imperatoris, legatos excusatum & ad culpam non inficiandam, sed in populum transferendam, misit ad Ludouicum Pium, qui ut mansuetus erat, satisfactionem quidem accepit, sed cum increpatione cleri & populi, & abiecto præcepto maiorum instituta pactaq; seruandi, utq; caueret ne deinceps simili exemplo maiestatem læderent, ut expressè Plat. &

A Plat. & Sabell. teſtantur. Quid autem magis contrarium aut repugnans eſt præfatæ & ſuſpectæ bibliothecarij ſcripturæ? Certè uel ex hoc falſitatis conuincitur: nec tamen etiam per ſe ſufficienti exemplo tantum, ſed etiam ex eo quòd tempore Eug. II. immediati dicti Paſcalis ſucceſſoris, Ludouico pio adhuc uiuo, Lotharius I. filius eius in imperij conſortium aſſumptus, Romæ politiam ordinauit, & magiſtratus inſtituit, ut ſuprà num. 78. & 112. Hoc autem fieri non potuiſſet, ſi Ludouicus Pius Romam ipſam, caput Imperij, Papæ dediſſet. Quid quòd Volater. Geograph. lib. 3. prætenſam illam Ludouici donationem longè aliter & diſformiter, quàm Gratian. in d. c. Ego, refert? ſed ex ſcriptura quadam apocrypha, quam in bibliotheca Papæ ſeſe inueniſſe dicit.

Et ſic illius bibliothecæ ſcripturæ, unde tam bibliothecarius quàm Gratian. & Volater. ſumpſerunt, ſibiipſis non conſtant: & non ſolum quòd domeſticæ, & è
B loco ſuſpecto, ſed ut uariæ reijciendæ ſunt: & multò magis ex eo, quòd fides hiſtoriæ repugnat per prædicta: tum ex eo, quod Volater. ibi Calabriam inferiorem & ſuperiorem, & ducatum Neapolitanum includit, & alia quæ conſtat ex fœdere diuiſionis inter Carolum Magnum & Imperatorem Conſtantinopolitanum factæ, Græcorum imperio ceſsiſſe, & diu pluribusq; ſeculis etiam poſt Francorum imperium in Germanos translatum uſq; ad Gulielmum Ferrebach Normanum, Tancredi Galli Normani filium (qui è Neuſtria in Italiam trajicientes, regnum Apuliæ anno mileſimo ſeptimo, deinde Siciliæ, ſacerdotibus tamen Græcis relictis, occupauerunt) remanſiſſe: ut etiam ex hiſtorijs eorum qui tempore Caroli Magni, & deinceps uixerunt, & ſcripſerunt, liquet.

Porrò nec uerum, nec ueriſimile eſt, quòd Ludouicus Pius ea donaſſet, quę non
C poterat, & nullo modo poſsidebat: & quæ pater eius ex dicto fœdere, Græcorum imperio reliquerat. Quin ſicut regnum Francorum alienare non poterat, ita nec imperium & regiones imperij Occidentalis (quæ ex dicta diuiſione Carolo Magno & ſucceſſoribus ſuis ceſſerant) & multò minus Romam caput Imperij: Albe. in c. 1. de ſutri. & l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcript. Et ſic donatio Ludouici, ſi qua fuit, eiſdem cauſis nulla eſſet, ex quibus prætenſa donatio Conſtantini Magni, quam glo. & Doctores communiter, qui eam factam fuiſſe putant, tamen non ualuiſſe concludunt, ut glo. Accurſ. in auth. quomodo oporteat Epiſ. uerb. conferens generi. coll. 1. Petr. Perti. in proœm. Inſt. nu. 11. cum ſeq. Signorol. de homedeis conſil. 26. ſentit Bart. in proœm. & Bal. de nouo cod. in prin. tenet, quòd ualere non potuit ſine conſenſu populi. Atqui prætenſæ donationi Ludouici populus Romanus nunquam, ſicut nec prætenſæ donationi Conſtantini Magni conſenſit. nec ſolum non apparet de conſenſu, ſed de diſſenſu conſtat, etiam per continuam populi Rom. reſiſtentiam tempore Eug. 3. Adr. 4. Alex. 3. Lucij 3. Vrba. 4. ut ſatis ſuprà.

Tum nullus unquam Papa inuentus eſt, qui ſe fundarit in prætenſa donatione
D Lud. de qua in d. c. Ego Ludouicus: nec qui eam unq; allegauerit. & licet Nic. 3. in c. fundamenta, de elect. in 6. fabulam illam Conſtantini Magni allegauerit, tamen non facit fundamentum in ea, ſed in uerbis ſacræ Scripturæ, phariſaico & Iudaico more ad terrenum regnum detortis, ut ibi patet, & ſuprà nu. 36. Pariter Greg. 7. qui tanto molimine imperium Germanorum aggreſſus eſt, & attriuit, nullo modo donationis cuiuſuis ab hominibus ſiue à Conſtan. Magno, ſiue à Ludouico Pio memínit (quę tamen maximè in rem ſuam feciſſent, ſi quid ueri aut ueriſimilis habuiſſent) & omnino nõ omiſiſſet, ſed tantũ nititur uerbis Chriſti, ad regnum & Imperium totius orbis malè detortis. Sic & Benedictus XII. contra Ludouicum Bauarum Imperatorem, non alio titulo Mediolani & alijs urbibus Imperij uicarios nomine ſuo inſtituit (quibuſdam etiam uectigal impoſuit) quàm uel unicus Chriſti uicarius in terris, hoc eſt, etiam in terreno totius orbis Imperio. Et ante eum Benedictus II. eodem modo nouos magiſtratus Florentiæ conſtituit, ut apud Plat.

Præterea adhuc uiuo Ludouico Pio, & biennio ante eius obitum, Greg. IIII.

electus, nunquam uouit inire Pontificatum, nisi prius sua electione ab Imperatore legatis ue suis ad hoc destinatis diligenter examinata & confirmata, ut omnes testantur. & addit Plat. quòd præfatus Ludouicus hoc non faciebat ex superbia, sed ne iura Imperij amitteret. Ergo falsum est, illum prius ea remisisse Paschali, ut ex bibliothecario refert Grat. & alij. Quia Greg. IIII. posterior est, & tertius à Paschali I. & idem Ludouicus Pius adhuc uiuebat: & recens adhuc fuisset memoria dicti prætensi pactiui inter Ludouicum & Paschalem, si quòd tale fuisset. Nullus autem Paschalis Papa fuit ante illum primum, Ludouici I. authoritate confirmatum, nec alius secutus est, nisi fere post trecentos annos. Iam ergo non minus manifesta est uanitas & impostura dictæ prætensæ donationis, de qua in d. c. Ego Ludouicus. quàm famosæ illius fabulæ Constant. Magni. nec non prędictæ donationis uel remissionis Constantini IIII. pro ut etiam nunquam habuerunt effectum, nec leguntur Papæ acceptasse, uel usi fuisse, sed alijs sibi efficacioribus præstigijs, terrificisq; & pertinacibus censuris & seditionibus ad contemnendum imperia & regna concitatis. Hæc Molinæus.

Idem sanè historia pro appendice Eutropio adiuncta, quam alibi in hoc opere posui, testatur: nempe Ludouicum continuisse sibi suum ius integrè. Verùm postquàm refutata sunt falsa priuilegia, uera adscribemus ex Theoderico Niemo, qui multorum Paparum intimus Scriba ac Secretarius fuit, qui etiam prolixis commentarijs ea illustrauit, quæ apud me manuscripta habeo, De authore autem hoc postea plura.

TEmpore ex quo Longobardi intrauerunt Romam, quam obsederunt & cæperunt, Italicum uerò Regnum inuaserunt, & XII annos absq; Rege detinuerũt. Itaque ex ipsis Regem constituere, & præualuere usq; ad Carolum Regem, qui Desiderium cœpit Regem Longobardorum in Papia, post longam obsidionem: cuius filius Adelchis fugam cœpit in maritimis. hucusq; legati Constantinopolitanæ urbis Romæ Italiæq; commorantes, detinebant oppida, & tributa colligebant, & ærario Augusti Neapolitan. deferebant, Romanam & alias Ecclesias Italiæ non defendebant. Cumq; expulsi sunt à gente Longobardorum, ipsiq; Longobardi usq; ad Carolum Regem regna detinuerunt. Accidit uerò, quòd Limprandus Rex Longobardorum Rauennam obsedit, & captam destruxit. Exarchatus uerò Rauennæ cum Rauennis Romam petierunt, & Constantinopolim direxerunt.

Post hoc autem Astulphus Rex Longobardorum exarchatum Rauennæ, et exarchatum Hystriæ, seu Ducatum Ferrariæ inuasit, & Fauentiam & Cesenam tulit de Romana Ecclesia. Tum temporis Stephanus Papa iste transtulit imperium de Græcis in Germanos, in personam dicti Caroli, qui fuit in Germania natus, educatus, mortuus & sepultus. Pro tanta persecutione legatos misit ad Germaniã Carolo Regi Francorũ, rogans ut prædia Romanæ Ecclesiæ defenderet pro amore beati Petri. Iste uerò Carolus pietate motus, Astulpho Regi sępius legatos misit, nihilq; pfecit. Astulphus tamen omnia bona Ecclesię Romanæ ablata ei, restitui mandauit. Et satisfacere se in omnibus promisit: sed nihil horũ obseruauit post mortẽ Astulphi Regis, Desiderius.

Huius filiam dictus Carolus habuit in uxorem: qua defuncta, contraxit matrimonium cum quadam filia Ducis Sueuię in Germania, quę fuit mater Pij Ludouici, filij eiusdem Caroli, & qui ei in imperio immediatè succesit, regnumq; obtinuit, & res Ecclesiæ nihilominus inuasit: ad quẽ etiam Carolus Rex sæpè legatos misit eiusdem Regis. Ipse uerò Desiderius Rex bona reddere Ecclesiæ, illaque relinquere uelle promisit, & nihil profecit. Itaque istis temporibus Adrianus Papa, qui dicto Stephano succesit in Papatu, ipsi Carolo legatos misit: & ut Romam ueniret ad defendendum res Ecclesiæ, postulauit. Iste Carolus fuit natus in regali palatio, in oppido Imperiali Ingenheim, Maguntinæ diœcesis, super flumine Rheni consistente: in quo Carolus quartus pater moderni Regis Romanorũ, domini Sigismundi, ad honorẽ ipsius Caroli primi Regis, dictũ palatiũ transtulit in cœnobium Canonicorũ regularium nationis Bohemiæ, qui pauci numero sunt, & Domino famulantur ibidem. Huius autem Caroli primi mater uocabatur Erberta, de regali stirpe de Græcia oriunda,

A unda. Carolus uerò Rex ingressus Italiam, Papiam obsedit: & relinquens ibi exercitum, Romã tetendit, ad diem solennem resurrectionis sanctæ: ibiq; honorificè susceptus est à beato Adriano Papa: & à cunctis etiam ordinibus Romanis, in laudibus etiam ei acclamantibus: Carolo perpetuo semper Augusto à Deo uitã & uictoriam.

Post diem uerò resurrectionis reuersus Papiam cœpit Desiderium Regem, & duxit in captiuitatem. Post hæc reuersus est ad Romam, ubi constituta est sancta synodus à beato Adriano Papa in patriarchio Lateranensi, uidelicet in Ecclesia sancti Saluatoris, quæ reuerendissimè celebrata est à centum & quinquaginta tribus uiris religiosis, Episcopis & Abbatib. iudicibus etiam & legis doctoríb. ab uniuersis regionibus & ordinibus huius almæ urbis, à cuncto etiam clero huius sanctę Rom. Ecclesiæ exquirentes usus leges & mores eiusdẽ Ecclesiæ & imperij, quemadmodum etiam hæreses & seditiones aboleri possent, de Apostolica sede & dignitate patriciatus, &
B Romano imperio, ex quibus omnibus nimius error crescebat in uniuerso orbe. Populus itaque Romanus legem condebat more solito, sed difficile erat pro unoquoq; negocio totiens in unum congregari: unde sua in ius & potestatem Imperatori concesserunt, quemadmodum legitur. Populus itaque Romanus concessit ei, & in eum transtulit omne ius suum, & potestatem.

Nota qualiter Adrianus Papa cum clero & populo & uniuersa sancta synodo, concessit eidem Carolo Regi ius eligendi summum Pontificem, ut habetur 53. dist. Adrianus. & illud priuilegium renouatur & confirmatur per Papam & Cardinales & populum Romanum, ac generale Concilium, in personam Otthonis primi magni Augusti, suosq; successores in Romano imperio, in perpetuũ, ut sequitur inferius.

Ad eorum autem exemplum præfatus quoque Adrianus Papa, cum omni clero & populo, ac uniuersa sancta synodo, concessit Carolo Augusto omne suum
C ius & potestatem eligendi summum Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem, dignitatemq; patriciatus, insuper Archiepiscopos & Episcopos per singulas prouincias ab eo accipere inuestituras diffiniuit. Post hoc uerò * consecrationem accipiant, unde pertineat, unde tamen abolita sit ueterum scientia, moresq; in posterum, quatenus nemo per cognationem uel amicitiam, aut per pecuniarum acceptionem sibi eligat Episcopũ, sed soli Regi Romanorũ huiusmodi reuerentiæ tribuatur facultas. Veruntamẽ si ab uniuerso clero & cuncto populo aliqua præsumptione et religionis causa eligatur Episcopus, nisi à Rege laudetur & inuestiatur, à nemine consecratur.

Ex hoc ipso toto prolatis sententijs ab uniuersis qui in hac sancta synodo congregati fuerunt, In nomine sanctæ Trinitatis, Adrianus Papa pro omnibus hoc concessit, laudauit, & affirmando constituit. Ad hoc etiam totum roborandum decreuit, ut si quis post hæc contra hanc sanctam synodum temerator repertus fuerit, siue contra hoc totum quod prædiximus repugnauerit, cuiuscunq; sit gradus, odinis uel officij, aut dignitatis, uel generis, sciat se in iram beati Petri Principis Apostolorum,
D & omnium sanctorum & prædecessorum nostrorum casurum, & anathematis uinculo damnatũ perpetualiter uicturum, excõmunicatione quoq; uniuersalis Ecclesiæ & cũcti populi Christiani emersurũ. Insuper nisi à malo resipuerit, irreuocabili exilio prematur, uel ultimis supplicijs feriatur, & bona eius publicentur. Qui uerò pro intuitu custos horum & obseruator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam uitamq; æternam cum omnib. sanctis suis sine fine habere mereatur in secula seculorũ, Amen.

Item de eadem re Leonis. Conuenit Apostolico moderamine pollentibus beneuola compassione succurrere, & poscentium animis alacri deuotione assensum præbere. Ex hoc enim lucri potissimum præmium apud cõditorem omnium reperitur. Deinde quoq; & cunctum clerum, & omnem populum asserimus esse concordem, & ad meliorẽ statum fore productum, atque ideo, quia iustè rationabiliter uestra humilitas nostro Apostolatui humiliter postulat, quatenus gratulãter peragrãtes sanctã synodũ uestro cõcilio congregatam patriarchio, Lateranensi in Ecclesia sancti Saluatoris cõ

ſtitutam à pluribus uiris catholicis, Epiſcopis, & Abbatibus, inſuper iudici A
bus & legis doctoribus, promulgantes qualiter quietè ac pacificè ſtare & uis
uere ualeamus, præſentibus omnibus & ſingulis regionibus huius almæ
urbis Romæ, & ex omnibus ordinibus cleri & populi, aſſerentibus & con
firmãtibus per omnia, ut hæreſi & altercatione ac omni errore expulſo: quo
niam nimis his temporibus error ex hoc accreſcere diſcernitur, tam de Ro
mano imperio, quàm de Apoſtolica ſede ac dignitate patriciatus, & de inue
ſtituris Epiſcopatuum. Idcirco ad exemplum beati Adriani, ſedis Apoſto
licæ huiuſmodi Epiſcopi, cuius uitam & actionem ſatis diſcretam audiuis
mus, & rationabilis admodum ſuis ſpiritualibus ſanctionibus regni Italiæ
patriciatus dignitatem & ordinationem ſedi Apoſtolicæ conceſſit. Inſuper
& Epiſcopatuum inueſtituras, uelut ipſi cum diſcretione & reuerentia libi
tum fuerit, præter quos tam Pontifici ſummæ ſedis quàm Archiepiſcopus
ipſi Carolo reliquit. Igitur nos Leo ſeruus ſeruorum Dei, Epiſcopus, acidẽ
exemplũ beati Adriani, cum cuncto ſimiliter clero & uniuerſo populo Ro
mano, omnibusq; ordinibus huius almæ urbis, ſicut in ſuis ſcripturis appa
ret, conſtituimus, confirmamus, per manũ Apoſtolicã, dignitatem concedi
mus atque largimur domino Otthoni primo, Teutonico, Regi doctiſſimo,

Vocat enim Otthonem primum, qui uoluit eſſe certus, quòd regnum Italiæ ſi
bi ſuisq; ſucceſſoribus, Imperatoribus Germanis, qui eſſent pro tempore uſq; in per
petuum, per eundem Papam & ſuos ſucceſſores, etiam qui eſſent pro tempore, nun
quam poſſet aut deberet conferri. Nihil enim, aut modicum inuenit, quod ſpectaret
ad ius & proprietatem Romani Imperij, dum illud in ſe aſſumpſit. Erat enim pro
pter impotentiam & negligentiam Gallicorum, deſcendentium ab ipſo Carolo Re
ge, Græcis & barbaris nationibus atq; paganis illud ubique impugnantibus, quaſito
taliter diſſipatum atque confuſum. Eratq; iſte Ottho primus Auguſtus, filius Henrici
primi: ad quem Ludouicus tunc Imperator & Rex Francorũ, qui ultimus fuit de ſuc
ceſſione dicti Caroli primi Auguſti, tunc debilis, accerſiuit Enceardum comitem Eli
catiæ, & quarundam uicinarum partium, dicens ei: Frater chariſſime, uide ne res no
ſtras de die in diem malè procedere, & Saxonum negocia multiuariè proſperari. Fac
igitur quod tibi mando, & accede ad Henricum Ducem Saxoniæ, & illi inſignia uete
rum Regum Francorum mei parte præſenta: Quia meliorem & utiliorem eo ad de
fendendum Rempub. non cognoſco modum. Qui quidem Comes fraternum ſe
quendo mandatum, dictum Ducem ad oppidum Frizlauen Maguntinę dioeceſis cõ
uocauit: cui uenienti illic mentem dicti fratris ſui aperuit, eumq; rogauit ut tantum
donum ſibi oblatum nullatenus refutaret.

Ipſe autem Henricus conuocatis illic Prælatis & Proceribus regni Galliæ & Sax
oniæ, & eorum omnium accedentibus exhortationibus & precibus, ſe de regimine
imperij & regni Galliæ intromiſit. Noluit tamen in Regem ungi, aſſerens non me
reri ungi, pro eo quòd dicto regno obuius aliquando extitiſſet. Qui ſic aſſumpto in
ſe regno, laudabiliter & ſtrenuè ipſum rexit imperium, Almaniam reintegrando
quoad omnia dominia quæ prius Reges Francorũ, & Imperatores illius nationis in
ipſa Germania aut iure belli, uel aliàs quomodo libet uſq; ad illa tempora tenuerũt.
Et ultra dictus Ottho primus Auguſtus, filius (ut prædicitur) dicti Henrici primi, tan
quam fidelis & conſtans Imperator, ſuo addidit imperio Lotharingiam, & etiam
regnũ Burgundiæ in partibus Gallicanis, quæ ex tunc ſub iure & proprietate Roma
ni imperij hactenus permanſerunt.

Spirituali in CHRISTO filio noſtro, eiusque ſucceſſo
ribus huius regni Italiæ in perpetuum, tam ſibi facultatem ſucceſſorem
eligendi, quàm ſummæ SEDIS Apoſtolicæ Pontificem ordinan
di; &

A di: & per hoc Archiepiſcopos, ut ipſi tantum ab eo inueſtituram accipiant, & conſecrationem, ubicunq; pertinuerit, exceptis his quos Imperator Pontifici & Archipresbyteris conceſſit. Ita demum aſſerimus, quòd nemo deinceps, cuiuſcunq; gradus uel conditionis, aut dignitatis ſeu religionis, eligendi Regem uel patricium ſiue Pontificē ſummæ ſedis Apoſtolicæ, aut quemcunq; Epiſcopū uel ordinandi habeat facultatem, ſed ſoli Regi Roman. Imperij hanc reuerendam tribui facultatem, quam abſque omni pecunia diſponat.

Nota, quòd ſemper excipitur Simonia in conceſſionibus Epiſcopatuum, & etiam maiorum ſedium. Et cum ita ſit, cur igitur ita introductum ſit per Eccleſiam & Eccleſiaſticos, qui Romanæ Eccleſiæ præfuerunt, S. Papam & Cardinales, qui tunc in
B Auinione reſiderunt, quòd per eos promouēdi in Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates concordarent cum Camera Apoſtolica, & pro communi ſeruitio dominorum Cardinalium: & aliàs nulli ex tunc prouidebatur, uel nullus creabatur Antiſtes, niſi hæc ſolueret, ſeu ſe ſub horribilibus pœnis ad id obligauerit.

Et roget, utpote Rex et Patriciatus Romanus. Quòd ſi à cūcto clero & uniuerſo populo quis eligatur Epiſcopus, niſi à dicto Rege laudetur & inueſtiatur, non conſecretur. Si quis contra hanc authoritatem Apoſtolicā & traditionem aliquid molitus, aut temerator in aliquo repertus fuerit, ſiue contra hoc noſtrū conſiliū agens, ſciat ſe in iram ſancti Petri, principis & filij noſtri domini Otthonis, eiuſq; ſucceſſorū, & omniū prędeceſſorū noſtrorū cenſurā, & ſub anathematis uinculo emerſurū, ac per hoc excōmunicatione uniC uerſalis Eccleſiæ omnisq; populi Chriſtiani eū ſubiacere decernimus. Inſuper, niſi à malo reſipuerit, irreuocabili exilio prematur, uel ultimis ſupplicijs feriatur. Qui uerò pro intuitu cuſtos & obſeruator extiterit, benedictionis gratiam uitamq; æternam cum omnib. ſanctis ſine fine mereatur habere in ſecula ſeculorum, Amen. In his actis interfuere ſeniores, procōſules, exarchatus quidem tenentes, regionarij ſcholæ Græcorum.

Et nunc eſt titulus Cardinalis prędictæ ſcholæ, & olim in ea legebantur ſeptem artes liberales, & præcipuè Rhetorica. Et etiam in ea legit quandocunq; beatus Auguſtinus, & Ioannes uocatus de Anglia. Et fuit mulier de Maguntia nata, quæ ſtuduit Athenis ſub uirili habitu, & in tantum profecit in artibus ipſis, quòd tandem ueniens ad Romam, & per biennium in eadem ſchola artes ipſas liberales legit: & adeò ſuffi-
ciens fuit, quòd etiam maiores & nobiliores urbis eius lectiones frequenter audiue-
D rint: & poſtea in Papam eligitur concorditer à Romanis, et Papatum biennio etiam plius tenuit. Sed tunc diutius ocio & delicijs uacans, non potuit continere ſicut prius fecit, dum ardenter in paupertate poſita literarum ſtudio inſiſtebat. Vnde dum quadam die in rogationibus cum clero Romano, ſicut tunc moris erat, in ſolenni proceſſione incederet, Papalibus ornata diuitijs, edidit filium ſuum primogenitum, ex quodam eius cubiculario conceptum, prope templum Pacis in urbe: ut adhuc uetuſtatua marmorea illic poſita figuratiuè monſtrat. unde ſummi Pontifices dum ad Lateranenſ. de baſilica principis Apoſtolorum & econtrà uadunt, illud rectum iter non faciunt, imò per alias uias per indirectum tranſeunt, illud aliquantulum prolongando.

Arabum, Iudæorum & Paganorum, & de maioribus omnium platearum. Inſuper Cardinales, Archiepiſcopi, omnes presbyteri & Epiſcopi de finitimis ciuitatibus proceſſuarij, notarij, cancellarij, & ex omni plebe Romani imperij.

Hæc

Hæc autem ſcripta reperiuntur in antiquiſsimis bibliothecis, & penè præ nimia ꝑ uetuſtate conſumptis, quæ reſeruantur ad robotandum dignitatem Romanorum Imperatorum in ſecula ſeculorum, Amen.

Is qui ſtat prauus, de uitæ codice raſus,
Abſq; Deo maneat, morte mala pereat.
Hic qui conſeruat, Chriſtum ſuper æthera cernat.

Hic infrà reſtituuntur Romano imperio omnia temporalia, quę per Romanos Imperatores Eccleſiæ Romanæ per prius collata fuerunt. Et hæc reſtitutio facta fuit ſolenniſsimè, etiam per Papam & Cardinales & generale Concilium, nec non per totum populum Romanum, & omnibus illis conſentientibus & uolentibus cum abiuratione. Adidem ſequitur aliud priuilegium dicti Leonis Papę, cõceſſum eidem Otthoni primo Magno Auguſto, & omnibus ſuis ſucceſſoribus Romanis Imperatoribus & Regibus in perpetuum.

EGo Leo ſeruus ſeruorũ Dei Epiſcopus, Otthoni ſpirituali filio noſtro in Chriſto, Imperatori Auguſto, & omnib. ſucceſſoribuus ſuis Imperatoribus & Regib. regni Italiæ, quatenus dominus Carolus Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanus, nec non Pipinus pater eius, de Regalib. regni Italiæ tribuerunt in ſancta Romana Eccleſia B. Petro Apoſtolo, ſiue inſtrumenta ſcripta fuerunt per Etherium notarium ſuum, ſiue per ſaeram, ſiue donationes, ſeu per alios modos ſibi obuenerunt donationes á Iuſtiniano Rege, & á Ruperto Rege, hæc omnia largimur & diffinimus uobis Otthoni Imperatori, & Alheidæ coniugi tuæ, regniq; conſorti, ueſtriſq; ſucceſſoribus regni Italiæ in perpetuum, præſentibus ſacroſanctis Euangelijs, & patrocinijs plurimorum ſanctorum, uidelicet, &c.

Nota, quomodo Papa in generali Concilio ſuper iſtis uenerabilibus reliquijs abiurauit perpetuò illa regalia & temporalia, quæ tranſtulit in ipſum Otthonem primum Auguſtum eiusq; ſucceſſores, ac Romano imperio reſtituit irreuocabiliter & in perpetuum. Et aduertendum eſt, cum quanta autoritate & ſolennitate etiam illa reſtitutio proceſsit, propter rationes & cauſas potiſsimè, prout habetur in textu: ſcilicet fuerunt multæ aliq; maiores & potiores, ſicut præcipuè in geſtis Saxonũ continetur.

De cruce Domini, & de calígis pedum ſuorum, & de ueſtimento inconſutili, et ſuper corpus B. Petri, cum terribilibus ſacramentis, á Papa prædicto & ſuis Cardinalibus, per conſenſum & autoritatem totius populi Romani, tam clericorum quàm laicorum, de omnibus ordinibus Romanis ex unaquaq; regione præſentibus, laudantib. & confirmantib. pro nimia perſecutione paganorum: & Deus omnipotens tibi uictoriã tribuere dignetur, & expellere eos de prouincijs Rom. imperij: Prædictas autem donationes, quas ſpecialiter hic nominabimus, & perpetuatim in regalib. rebus ſubiacere uolumus per noſtrã Apoſtolicam traditionẽ: Surrianum, Montembordon, et Lunę inſulã, Corſicę regnũ, paruã Mantuã, Mõtenſelete, inſulã Venetiarũ, Ducatũ Ferrarię, Canellũ, Caniodã, Ducatũ Hiſtrię, Dalmatiã, Exarchatũ Rauẽnę, Fauentiã, Ceſenã, caſtrum Tiberiatus, Roccam Mediolanum, Roccam Comiza Term. terimiũ, caſtrum Ceperianũ, terrã Cornulariam, Roccam Fauillam, Petram de Appla, ſeu caſtrũ Cuſianum, Petram Mauri, Cernutullam, ducatum Arimini, Contam, Montemferretum, Montem Capiniam ſeu Olympicum, caſtrum exforij, Robin, Eugubin, Vrbin, Forum Sempronij, Galli & Senogalli, Anconam, Auximani, Goſam, ducatum Peruſij, Vrbenetam & Tudertum, Amelia ortu Monticapticum oppidis ſuis, Caſtrum Cimianum, Caſtrum Gallera, Caſtrũ Suranum,

A ranum, Castellanum, Tiburtinum, Ducatum Spoletanũ, Marsi & Anchar,
Theanum, Locumbareni, & Capitenatam Apuliam, Calabriã, Bar Thean
trum, Ducatum Neapolim, Ducatũ Beneuenti, Capuã, Salernũ, Sorrenti
insulam, Cardiniam insulã, Mesen, Anciæ insulam seu Mõtislutrem, Mon
tis argetarij, territorium Cusitan, territoriũ Prænestinum, et Cornetum pro
pe mare cum multis castris, terram Silandis, terram Clusium, terram Fun
dam, terram Casipate, terram Vegetan, terram Claudianam, terram Cami
sinam, terram Fabinen. terram Siram, terram Coranij, terram Portuensem
cum insula Archis, terram Ostiensem cum maritimis: castrum Lucolis, &
Montisbobium cum tota Campania, ciuitatem Fundis, ciuitatẽ Aquinens,
Ferentium & Terracium, ciuitatem Lamentũ, & Sufforariam, Lisuuairas,
Septim, Tranueicies, ciuitatem Nephisij, ciuitatẽ Falisenam Fidenam, Vil
B lam magnam, Feretrum, Clyternam, Vitrialam, Pontenlongum, Ereiſuro
ctam, Bergalli, Roccam, Faman, Roccam palioli, castrum ruptum, Albo
rum, castrum rubeum, Neapolim, Galiopolim, Cotronum, Regium Almę
sitonis, Transpodum caput Apuliæ, Mchim Belleum pineum Fortemini
ciuitat. maritan. Territan. in regno Trinacriæ Paterensen, Mercenens. Ca
tanienſ. Athenarium monasteriũ sancti Benedicti, in monte Casino, Mon.
Farrens. monasterium, Imbellim monast. sancti Archangeli Bononiens.
Mon. aula regia. monast. Nouancule, monast. Martyr. constitutum in Tu
scia, ut hæcomnia habeatis, teneatis.

Quare igitur ista sunt oblata eidem imperio Roman. & nunc per diuersos te
nentur occupata, tanquam si sint de iure & proprietate Ecclesiæ Romanę. Et illa for
san est causa, quare tam sinistrè procedunt in capitibus negotia catholicæ fidei.

C Et possideatis in perpetuũ aduersus curiæ & militiarum uestrarũ ad
bellandũ et expugnandũ contra prædictos paganos, & contra rebelles Ro
mani Imperij. ideoq; per huius nostri autoritatem iustã cõfirmamus, corro
beramus, in omnibus progenieb. uestris, de generatione in generationem
in perpetuũ. Nam siquisquam hanc autoritatẽ nostram destruxerit, & hu
ius uiolator esse repertus fuerit, siue cõtra hoc agens, sciat se in iram B. Petri
principis Apostolorum, et nostram nostrorumq; prædecessorũ casurũ: in
super nisi á malo resipuerit, subiacebit legi Iuliæ, & eius Regiæ potestati &
reipub. ut ij contra rempub. cõtra Imperat. maiestatẽ aliquid moliti fuerint,
tuncamissionẽ sustineant, et bona eorũ publicentur: fiat, fiat. In actis hisce
interfuere Archiepiscopi, Episcopi, et alij de uicinis comitatib. Archiepisco
pus Calaritan. Ciconatus Episcopus, Eustasius Albanensis Episcop. Gra
D tiosus Prenestin. Episcopus, Martinus Narnien. Epis. Benedictus Tuderti
nus Episcopus, Boardus Castrens. Episcopus, Ioan. Perusiensis Epis. Geor
gius Ortens. Episcopus, Andreas Mamentan. Episcopus, Theodosius Me
litens. Episcop. Sanic. Feranſ. Episcop. Albertus Lucerin. Episcopus, Da
mianus Alanas. Hi omnes Archiepiscopi et Episcopi in his actis interfuere.
Cardinales presbyteri, Georg. Cardinalis ad uincula, Benedict. Cardinalis
de præsepe S. Mariæ, Cardinalis presbyter Leo sanctę Hierusalem, Cardi
nalis presbyter Ianuarius sanctæ Cecilię, Andreas Patriarchatus Lateran.
Cardinalis presbyter Faustinus S. Petri, Marcus presbyter Cardinalis S.
Petri Apost. Hi omnes Cardinales his actis interfuere, omnes schole Rom.
deinde Poscrinarij Satellarij ex omni ordine Ro. atq; minoris populi Rom.

item Eau

item Fauſtinus, caput ſenatí exconſul, Probonus excõſul Pala. Lucianus A
Roman. de Forma Troiana, Paulus de templo Palatani, Ioannes de uia
Claudiana, Leo de uia Salaria, Remigius de uia Amelia, Scaniphus de uia
Mamertina, Romulus de uia Ardeatium, Gardus de uia Flaminea, Mar-
cus de uia Portuenſ. Gorbus de uia Latina, Sauinus de uia Apia, Marianus
de uia Tiburtin, Gardus de Macello Lidię. In his actis interfuere de omni-
bus iſtis regionibus: regio uico Princij, regio Violeta, regio Caputtauri, re
gio Celimonte, regio riui Argentarij, regio prima Auentini, regio ad duos
montes, regio urbis Rauennæ, regio octaua ſub capitolio, regio ad Galli-
nas albas, regio Labantica, regio Herea, regio Fuctim, regio ſecunda Ma-
mertini, regio ſecus Pormetronij: Ianuarius ex nota Græcorum, Troianus
de monte molbio, Ioannes conſul de Palio, Soforitanſ. Amacius conſul de
Palio Vatican. Ioannes de monte aureo, Petrocius de Cuto, Greg. de Cel-
lanoua. Scripta per manum Gregorij Archinotarij noſtri. Datum in patri-
archio Lateranenſi, tertio Calend. Maij. Indict. VI. Anno eius ſecundo, &
dicti Domini Otthonis ſecundo fœliciter.

Sed ne quis ſuſpicetur iſtas donationes me commentum eſſe, poſſum profer-
re uetuſtum manuſcriptum exemplar. Adfero etiam teſtimonia Henrici Token Ca-
nonici Magdeburgenſis, ex ipſius rapulario, ut uocant, adſcriptum.

Ex Sylua locorum communium Henrici Token, quam ille Rapularium uocauit.

Epiſcoporum inueſtitura.

THeodoricus Niem tempore Ioannis 23. Florentię inuenit in quodã antiquiſſi-
mo lib. de inueſtitura Epiſcopatuum. Dicit enim, ſecundum quod habetur 63.
diſt. in ſynodo: Quod ſucceſſoribus Otthonis Regib. Italiæ in perpetuũ cõceſſit
poteſtatem eligendi ſummum Pontificem. et dicit: Solum Regi Romani imperij ni
buimus hanc facultatẽ. Quod ſi à cuncto clero & uniuerſo populo quis eligatur Epi-
ſcopus nec à dicto Rege laudetur & inueſtiatur, non conſecretur. Et ponit, quòd hoc
concilium ſub pœna excommunicationis uniuerſalis Eccleſiæ latæ ſententiæ ſeruari
debeat. Hoc priuilegium ſeruatur Florentiæ, pro Imperatoria dignitate. Item idem
Papa Leo Otthoni & ſuis ſucceſſoribus Ro. Imperatoribus & Regibus in perpetuum re-
ſtituit omnia bona Romanæ Eccleſiæ, per prius ab Imperatore collata: & fuit factum
per Papam, Cardinales & P.R. & uniuerſale concilium, cuius copia ſic incipit: Leo
ſeruus ſeruorum Dei Epiſcopus Duoni ſpirituali filio noſtro in Chriſto, Imperatori
Auguſto, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, Imperatoribus & Regibus regni Italiæ, quat
tus dominus Carolus Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanus, e
nec non Pipinus pater eius de Regalibus regni huius tribuent in ſancta Eccleſia Ro-
mana beato Petro Apoſtolo, ſiue per inſtrumenta ſcripta, ſiue per Ethereum nota-
rium ſuum, ſiue per ſacram, ſiue per donationes ſeu per alios modos, ſiue proueni-
unt per donationes à Iuſtiniano Rege, & à Ruperto Rege, hæc omnia largimur &
diffinimus uobis Domino Imperatori & Alheidæ coniugi tuæ, regnique conſorti,
utriſq; ſucceſſoribus regni huius Italiæ in perpetuum, præſentibus ſacroſanctis Euan-
gelijs, & patrocinijs plurimorum ſanctorum, &c. Et nominantur omnia dominia,
& caſtra nominatim, & ſubſcriptiones nominatim, & præcedunt Epiſcopi in ſub-
ſcriptione, Cardinales, &c.

Ex eadem.

OTTho primus Imperator dictus Magnus, cœpit anno Domini 938. regna-
uit triginta ſex annis, ex illo tempore conuerſi ſunt, & ex poſtea, Bohemi,
Nortbegi,

A Nortbegi, Liuones, Escones, Curoni, Luzates, & multi alij diuersorum peregrinorum & prouinciarum incolæ & habitatores, tunc pagani. Mortuo Otthone tertio sine filio, Gregorius V. natione Teutonicus, de parentela edicti Otthonis Augusti, in Ro. Pontificem assumitur: cuius tempore electores Imperij constituuntur. Hæc Henricus Token.

Facit alioqui & Gratianus dist. 63. canone, in synodo, &c. priuilegij Carolo magno & Otthoni primo reddito mentionem. Verùm mox post trium Othonum mortem, cum denuò Cæsarum potentia langueseeret, cœperunt Papæ magna ui tyrannidem suam per Ecclesias & imperium affectare, & excõmunicationibus ac bello ciuili in Germania et Italia excitato eam occupare. Non dici potest, quot seditiones contra Henricum quartũ excitari curauerit, quantumq; Christiani sanguinis effuderit. Quo demum per proprium fi
lium oppresso, cum Henricus quintus Romam coronationis causa uenisset, ibi Papa Paschalis ab eo iuramentum fidelitatis petere cœpit: quo negante, Imperatorem cuiquam
B fidelitatem iurare debere, aut cuiusquam subditum esse, sed omnes ipsi iurare oportere: exortta est contentio, unde porrò etiam acre prelium. Demum uictis Curtisanis et Romanis, cœpit Henricus Papam, eiq; benedictionem, unctionem, pacem, & uetera iura seu priuilegia Imperij extorquet: quæ Papa ei & iuramento & sacrosancta excommunicatione, si quis unquam contrarium statuere auderet, confirmat. Sed eas ipsas tam sanctas & ratas confirmationes & transactiones, Papa mox ubi Imperator in Germaniam recessisset, in suo quodam conciliabulo rescindit, & Henricum insuper excommunicat. Vnde noua incendia & noua bella, quæ non destituuntur Germania atrociter grassari, sacrificis & Episcopis, alijsq; partim superstitionis, partim rapinæ studio Papæ auxiliantibus: quo ad tandem Henricus V. sua, uel imperij potius iura Papis tradidit, ac proMinora uerò sacerdotia, quæ non sunt electiua, sicut aiunt, Episcopi conferebant, & patroni: deinde lites omnes de rebus sacris aut beneficijs, in sua quæq; prouincia discepta
bantur. Pontifices autem Romani, crescente cupiditate, cœperunt electiones illas euertere, & per reseruationes atq; gratias expectatiuas, uti uocant, emolumentum omne Ro
mam & ad se deriuabant, & lites omnes etiam primæ, sicut loquuntur, instantiæ, Romam euocabant. Huius uerò mutationis factum est initium in Gallijs, Ludouico nono rege: uerùm is animose restitit, & anno Salutis humanæ MCCLXVI. legem tulit, ut mos antiquus retineretur, nec ullum eo nomine tributum Romano Pontifici persolueretur.
D Ista quidem lex multis annis ualuit: sed peruicit tandem uis Pontificum, & quàm latè nomen Christianum patet, suas illas, de quibus dixi, gratias & reseruationes euulgabant, & omnibus erant uehementer graues, donec synodus Basiliensis aucupium istud & expilandi rationem sustulit, ueteresq; leges de collationibus & electionibus restituit, & annatas exigi prohibuit.

Decretum hoc concilij, Rex Galliæ Carolus septimus, re cum suis deliberata, ratum habuit, & anno MCCCCXXVIII. confirmauit edicto, quod uulgò Pragmaticam uocant sanctionem. Eugenius uerò quartus concilium hoc irritum pronunciauit, uti libro primo diximus: & qui secuti sunt eum Pontifices, decretum istud repudiarunt, & schismaticum esse dixerunt. Et Pius quidem secundus Ludouicum undecimum, Caroli septimi filium, misso legato magnopere solicitabat, ut sanctionem nullam aboleret. Rex autem à Senatu Parisiensi, rotius Galliæ celebertimo, qui totus ferè constat è Iure consultis, consilium exquirit. Hi multis ex uetustate repetitis, quid superiorum temporum Pon-

tifices,quid ſynodi,quid ipſius denique maiores, Clodoueus, Carolus Magnus, Philippus Deodatus,Ludouicus Nonus, Philippus Pulcher, Ludouicus Hutinus, Ioannes primus,quid ipſius denique pater & annus in eo ſtatuerint, quàm florens eo tempore Gallia fuerit,& quàm nunc ſit afflicta, demonſtrant: & niſi leges antiquæ ſeruentur, futurum eſt (inquiunt) ut Eccleſiaſticus ordo conturbetur totus, & ut infrequentior ſit Gallia, pleriſq; Romam tranſcurrentibus, & facultatibus exhauriatur: ut templa & id genus alia ſumptuoſiſsima,plurimaq; per Galliam ædificia,negligantur & corruant.Etad tem numariam quod attinet, niſi patris tui ſanctio ualeat, efferentur è Gallijs Romam aureorum millia decies centena quotannis. Etenim ut reliqua taceamus, Pio ſecundo iam Pontifice,uacarunt Epiſcopatus ad minimum uiginti, qui ſinguli tam pro annatis, quàm pro reliquo ſumptu, dependerunt millia ſena, uacarunt Abbatiæ circiter LX. ſingulæq; ſoluerunt millia bina: uacarunt ex reliquis beneficijs pluſquam ducenta, quæ ſingula numerarunt aureos quingentos. Deinde ſunt in tuo regno patœciarum millia centum & amplius, è quibus infinita uis auri per inuentum illud pontificium conflata fuit.Patris igitur inſiſte ueſtigijs, nec à Baſilienſi decreto diſcedas. Hoc quidem erat Senatus conſilium: ſed Rex Pontificis uel autoritate uel arte uictus, aboleri ſanctionem uoluit: eiusq; rei fuit adminiſter Cardinalis Baluenſis Regi multum familiaris, quem ſibi Pontifex deuinxerat. Verùm et procurator regius,& ſchola Pariſina,cuius permultum intererat,magnis animis obſiſtebant,& à Pontifice prouocabant ad concilium. Ludouicus deinde duodecimus, graues exercuit hoc nomine cum Iulio ſecundo inimicitias,& in Lateranenſe Conciliũ illata res fuit: & qui ſucceſsit Ludouico Franciſcus primus,cum Leone decimo certis demum tranſegit conditionibus Bononię,poſt captam Piſubtiam: nimirum ut Epantu uacante, uel Abbatia, nõ quidem eligendi facultatem haberent Collegia,ſed Regis tamen eſſet,intra ſextum menſem nominare quempiam Romano Pontifici, quem eo munere dignum eſſe putaret.&c. Commodè hiſce adijcietur uetus ſcriptum De inueſtitura Epiſcoporum: quandoquidem ueteres conſuetudines ac iura in hac re recenſet.

De inueſtitura Epiſcoporum ſcripta anno Domini 1100. ex ueteri codice manuſcripto deſumpta.

LEo Conſtantini filius Imperauit annis quinq; in Regno Græcorum & Romanorum,poſt quem uxor eius Hyrena filia Chaiani Auarum,id eſt,Hunorũ Regis cum filio ſuo Conſtantino Imperauit annis X. Verùm Conſtantinus matrem ſuam Hyrenen imperio priuauit, ſolusq; annis ſex imperauit. Hyrene autem ſuper adempto ſibi imperio fœmineo dolore abuſa, Conſtantinum filium ſuum oculis & imperio priuauit,& ſola annis 6. imperauit. Romani autem qui ab imperatore Conſtantinopolitano iam animo deſciuerant, propter tardum & infructuoſum ipſius auxilium contra tyrannos, accepta occaſionis opportunitate (quia mulier excœcato Imperatore Conſtantino filio ſuo imperabat) unamini conſenſu Carolo Magno imperatorias laudes acclamarunt,eumq; per manus Leonis Papæ coronauerunt Cæſarem & Auguſtum appellantes.

Igitur ex quo Byzantium ciuitas tertiò à primo Conſtantino in nouam amplificata & in Regiam urbem eſt exaltata euolutis annis circiter CCCCLXVIII. diuiſo à Conſtantinopoli Romano Imperio, Carolus Magnus Rex Francorum primus imperauit Romanis annos XIIII.

Extunc à Græcis in Reges Francorum translata eſt Imperatoria dignitas: & Adrianus Papa,collaudantibus Romanis & plena ſynodo primatum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Ducum, & Principum acclamante, Carolo Magno eiusq; ſucceſſoribus futuris Imperatoribus ſub anathemate conceſsit Patriciatum Romanum, & per ſe uel per nuncios ſuos confirmationem in electione, uel in conſecrationem Romani Pontificis conceſsit,& inueſtituras Epiſcoporum eis determinauit, ut non conſecretur

A cretur Episcopus, qui per Regem uel Imperatorem non introierit purè & integrè, exceptis quos Papa Romanus inuestire debet & consecrare ex antiquo dono Regum & Imperatorum cum alijs, quæ uocantur regalia, id est, à Regibus & Imperatoribus, Pontificibus Romanis data in fundis & redditibus.

In hac concessione continentur regales Abbatiæ, Præposituræ. Ex hoc constituto Carolus Magnus Eistulsum, Desiderium, aliosq; Reges & tyrannos cæde bello & exilio deleuit, qui fundos & bona Ecclesiæ Romanæ aliarumq; Ecclesiarum inuaserant, omnia reddens libertati.

Alij Reges & Imperatores successores Caroli Magni, defensionem Romanæ Ecclesiæ & aliarum Ecclesiarum timore Dei & charitate S. Petri deuotè prosecuti sunt, inuesti-
turas Episcoporum facientes, eorum consecrationibus uel per se, uel per nuncios suos assi-
B stentes: iuxta quod Paulus Apostolus ait ad Corinthios: Non primum quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. Magnus etiam Gregorius Theoderico, Theodeberto, & Brunihildi scribit, ut absq; symonia inuesturas Episcoporum faciant. Hic etiam primus Gregorius non est consecratus, donec Mauritij Imperatoris non interfuit assensus.

Ioannes Papa inuesturam Leodicensis Episcopatus, quam Carolus Rex concessérat, Richario Prumiensi Abbati planè confirmat & inuasionem Hilduini per Giselbertum Comitem de Capre monte sub anathemate damnat.

Papa Leo primo Otthoni alijq; plures Pontifices Romani idē confirmauerunt sub anathemate Regibus & Imperatoribus.

Vnde mirum est imò periculosum in salutem animarum, quod sancti antecessores ex magna necessitate & potenti ratione sub anathemate confirmauerunt, hoc à tempore Gregorij, qui & Hiltibrandus, sub absolutionem immutatur.

Qui à primo Constantino gesta & decreta reuoluerit, patenter inueniet quod per
C Reges & Imperatores, & deuotos laicos Romana Ecclesia, aliæq; in orbe terrarum Ecclesiæ in fundis & mobilibus ditatæ & exaltatæ sunt, sibiq; tutelas & defensiones contra tyrannos & raptores retinuerunt, ut gladius Regalis & stola Petri sibi inuicem subueniant, quasi duo Cherubim conuersis uultibus respicientia in propitiatorium.

Romani Pontifices alijq; Præsules, de rebus & fundis per deuotos laicos, & laicas acquisitis, & à seculari potestate confirmatis struxerunt, & ornauerunt Ecclesias, & à quibus acceperunt gratiam, non debent eis inferre contumeliam, & si de inuestituris peccauerunt, exemplo primi Gregorij exhibeantur. Quòd Paulus dicit: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.

Hieronymus in Epistolis suis dicit: Quadringentos Episcopos Imperiales literæ ad synodum contraxerunt. In hoc uirtus Imperialis egit, quod excommunicatio Pontificis agere non potuit, ut sine captione, sine damnatione, sine contumelia tot Episcopi
D ierint & redierint. Excommunicatio enim quantum intelligitur & timetur, tantum cauendo uitatur, & punitio corporalis in uita uel in membris, in rebus uel in fundis plures resipiscere facit ex iustitia regali.

Omni autem Pontifici summopere cauendum est ex medulla scripturarum, ne quando ille ligat in terris, Deus soluat in cœlis: uel quando soluit in terris, Deus liget in cœlis. Hoc euenit ex illa gloria prælationis nimijs motibus animorum, quando succedentes Pontifices præcedentium Pontificum decreta, & excommunicationes immutant & soluunt.

Vnde cùm Dominus Iesus ipsa ueritas dicat: si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo. Mirum est & periculosum in Christi pusillos, quod antiqua constituta sub anathemate confirmata, nouis immutationibus soluunt, & inde nolunt reprehendi, obijcientes: Romana iudicia non sunt retractanda. Si Romana iudicia non sunt retractanda, non uidetur pusillis Christi canonicum & salubre, ut à tempore Gregorij, qui & Hildibrandus, ea soluantur, quæ sub anathemate confirmauerunt, Syluester, Leo Adrianus, Primus Gregorius, Leo, Benedictus, erga Reges & Imperatores de inuestien-

dis Episcopis per illos, à quibus etiam à deuotis laicis, & fœminis fundi & alia mobilia A
Ecclesijs Domini in orbe terrarum prouenerunt, sibiq; tutelas & defensiones rerum Ec
clesiasticarum retinuerunt contra tyrannos & raptores.

Si in successione quisq; soluit, quod prædecessio sub anathemate confirmauit, ecce
oritur confusio pusillis Christi, cui parti potius assentiendum sit antiquæ an nouæ?

Pars antiqua in paupertate mediocri & honesta arguit, obsecrauit in patientia &
doctrina, & parcendo iusticiæ maiores & inferiores personas ad correctionem adduxit.
Noua autē pars ex uotis fidelium insolescens sub specie religionis omnia trahit ad se ma
nibus expansis. Cum Dominus dicat: Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ
sunt Dei. Gregorius, Augustinus, Ambrosius, ea quæ sunt data Ecclesijs à seculari pote
state & confirmata, testantur potius à seculari potestate retinenda.

Legitur etiam de Episcopis Hispaniæ, Scotiæ, Angliæ, Vngariæ, quomodo ex anti
qua institutione usque ad modernam nouitatem per Reges introierint, cum pace tem
poralium purè & integrè. Qui pacificè solicitus est. reuoluat uitas Patrum & historias
legat & intelligat.

Sed Episcopatus, qui sub Romano degunt Imperio maioribus fundis & amplio
tibus uigent iusticijs, & ideo propter maius scandalum à stola Petri disertius tractandi
sunt, Quia non omnes sunt Petrus, qui tenent sedem Petri: sicut Scribę & Pharisæi qui
sederunt super cathedram Mosis, non omnes fuerunt Moyses. Elatio enim ex præla
tione, & indiscretio ex correctione pariunt scandalum in confusionem, & fit manifestè
illud quod Dominus in Euangelio dicit: Vos Scribę & Pharisæi circumitis mare & arc
dum, ut faciatis unum proselytum, et cum inueneritis faciatis filium gehennę duplo ma
gis quàm uos.

Longè etiam ante decretum Adriani Papę eiusq; successorū Reges, qui erant unctī,
& maiores domus inuestituras Episcoporum fecerunt, scilicet Dagobertus, Sigibertus, C
Theodericus, Hildricus, Pippinus filius Begge Maior domus, Theobertus. Ab his intro
nisati sunt Remaclus, Amandus, Andomarus, Antpertus, Eligius, Lampertus, aliiq; sanc
tissimi Præsules, cum Reges isti in moribus suis satis fuerint notabiles, & solo nomine
Regum per maiores domus uiuebant.

Postquam autē Romani ingruentibus uicinis & grauibus bellis desciuerunt à Grę
cis Imperatoribus, ex causis supra dictis, Papa Stephanus ob infestationem Longobardo
rum uenit Parisios, & assensu Romanorum & Francorum in Regem & Imperatorem
unxit Pippinum filium Caroli Marcelli, nati ex Aspaide, propter quam ex pellicatu incre
patam Pontifex Lampertus martyr factus est. Vnxit etiam idem Pontifex Stephanus fi
lios eiusdem Pippini Carolum qui agnominatus est Magnus, & Carolomannum fra
trem eius, confirmans stirpem eorum in Regia & in Imperatoria dignitate.

Ibi de inuestiendis Episcopis per Reges antiquam consuetudinem confirmauit. Ex
horū collectione purè et integrè seruanda est antiqua constitutio, ne pusilli Christi scan
dalizentur. Nihil enim refert, siue uerbo, siue præcepto, siue baculo, siue alia re, quam in
manu tenuerit inuestiat, aut intronizet Rex & Imperator Episcopum, quo die consecra
tionis ueniens, annulum & baculum ponit super altare, & in curam pastoralem singula
accipit à stola & autoritate S. Petri. Sed congruum magis est per baculum qui est do
plex, idest Temporalis & Spiritualis. Operatius enim in seminandis spiritualibus di
gnus est mercede sua, non in accipiendis temporalibus iuxta quod Paulus ait: Si spiri
tualia uobis seminamus, non est magnū si carnalia, idest temporalia à uobis metamus.

Præcedens inuestitura per Regem in fundis & rebus Ecclesiæ, contra tyrannos &
raptores quieta & pacifica reddit omnia.

Sequitur autem consecratio, ut bannus Episcopalis banno Regali conueniens in
communem salutem operetur: & si Episcopis fauendum est Regibus homagium, & sa
cramentum de regalibus apertius est ante consecrationem, cum Paulus dicat Apostolus,
Vnusquisq; in suo sensu abundet. Omnia diuina & Ecclesiastica per magistros Eccle
siarum ad

A ſiatum ad pacem & quietem puſillorum Chriſti tendere debent. Legitur enim in libris Regum & Macchabæorum, quod à Regibus, Iudæis, & gentilibus ſacerdotes inueſtituras accipiunt in Iudaiſmo.

A Petro autem uſque ad Sylueſtrum, qui Conſtantinum baptizauit, Imperatores Romani erant gentiles, & Chriſtianorum perſecutores, & in fundis & in rebus Eccleſiaſticis pauperes erant Eccleſiæ, & à timoratis Chriſtianis, qui tunc pauci erant Romæ & alibi, conſtituebantur Epiſcopi.

Poſtquam autem à Sylueſtro per Chriſtianos Reges & Imperatores dotatæ, ditatæ, & exaltatæ ſunt Eccleſiæ in fundis & alijs mobilibus, & iura ciuitatum in teloneis, monetis uillicis & ſcabinis, comitatibus aduocatis, ſynodalibus bannis per Reges delegata ſunt Epiſcopis, congruum fuit & conſequens, ut Rex, qui unus eſt in populo, & caput populi inueſtiat, & intronizet Epiſcopum, & contra irruptionem hoſtium ſciat cui ciuitatem ſuam credat, cum ius ſuum in domum illorum transtulerit.

Primus Gregorius conqueritur dolendo de quodam Epiſcopo, qui adeò pauper erat, ut de Epiſcopatu ſuo contra frigus, hyemalem ueſtem habere non poſſet. A tali Epiſcopo forſitan ſancto non erat Regi neceſſarium exigere homagium, ſacramentum, obſides. Ex hoc prout ſunt conſuetudines in regnis per orbem terratum de Epiſcopis inueſtiendis, ſeruanda ſunt antiqua iura.

Sicut enim primus Gregorius dicit: Si uoluiſſem hodie gens Longobardorum, nec Regem nec Duces haberet. Et quia Deum timui in alicuius ſanguinem me miſcere uolui: ita ſucceſſores ipſius Gregorij cauere debent ſcandalum, ne contriſtent uaniter Reges in ſuis antiquis moribus per quorum anteceſſores caput & membra exaltata & confirmata ſunt. Sed iuxta Paulum à Pontifice Romano & Regibus omnia fiant in charitate & humilitate, remotis ſuperbia & contentione.

C Quapropter apud Pontifices & Reges fiant Eccleſiaſtica purè & integrè. Quia Dominus Ieſus dicit: ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit, id eſt, ſi intentio bona eſt, & opus bonum eſt.

Si Romani Pontifices intendunt Regibus auferre antiqua iura de inueſtiendis Epiſcopis, timent, dubitant, dolent puſilli Chriſti, Reges enim ſi in Epiſcoporum inueſtituris exceſſerint, poſſunt à timoratis uiris, & Pontifice Romano argui, & ad rectam correctionis lineam reduci. Si autem in promotione & conſecratione Epiſcoporum Pontifex Romanus exorbitauerit, & ſub uerbo ſummę, prælationis ad uoluntatem ſuam egerit, non uult ut reprehendatur. Cum Dominus Ieſus ſe reprehendi conceſſerit dicens: Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo etc.

Iſti autem, inquiunt, ſummus Pontifex à nemine iudicetur. Et ſi ab illa ſumma autoritate ſub ſpecie religionis introducuntur perſonæ contra oculos Dei, ecce periculum eſt in capite & in membris, id eſt, qui ſcienter operantur, & ſcienter cooperantur. Vnde

D Dominus Ieſus hypocriſim, & auaritiam & cupiditatem ſacerdotum in Euangelijs ſuis per omnia arguit, uocans illos ſepulchra dealbata, & peccatum mulieris adulteræ miſericorditer ſuſcipit, & tria genera Eunuchorum humanè definit. pro ſe & pro Petro tributum ſoluit, Regibus iubet debita reddi, Petrus, Paulus alijq; in orbe terratum uiri ſanctiſſimi fici, quoniam regnum Dei poſſidebunt. Sunt autem pacifici qui ex contentione, arrogantia, cupiditate, ex nimijs motibus animatum, non mouent, non adinueniunt commutationes contra antiqua iura propter pacem conſtituta, maximè propter poteſtates ſuperiores in quarum pace iuxta Paulum tranquillam agere uitam debemus.

Notandum eſt autem Pontificibus Romanis & eorum ciuibus quando orta fuit diuiſio in electione Pontificum, uel in communionem ciuium, non eſt pax reſtituta, niſi per Græcos Imperatores, quamdiu Imperium ibi fuit, uel per Francos Imperatores, ex quo Imperium Romanorum datum eſt eis. Et quidam Græci Imperatores Chriſtiani quoſdam Romanos Pontifices uiros ſanctiſsimos uſque ad exilium & mortem immiſericorditer tractauerunt. Sicut legitur de Agapeto, & de Ioanne. Imperatores autem ex Fran-

cis honestè & piè deduxerunt. Sicut legitur de Stephano & de Leone excœcato.

De diuisione populi & cleri in electione Pontificis Romani compressa per Honorium Augustum ex Græcis ita legitur. Bonifacius XL. Romanorum præsedit Ecclesiæ. Contra hunc Bonifacium ordinato Eulalio & per hoc dissidente Ecclesia, ambo iussu Honorij Augusti ab urbe egrediuntur, & sic reprobato Eulalio iussu Augusti Bonifacius, quia prior ordinatus fuerat, sedi Apostolicæ restituitur.

De diuisione Romanorũ ciuium in electione Pontificum per Imperatores ex Francis adnihilata ita legitur. Ottho primus Ioannem, quem Adelbertus Pontificem constituerat, iudicio Canonico deponi fecit, & Leonem ordinari fecit. Et iste Ioannes se cum uxore cuiusdam oblectans à diabolo percussus est, ac sine uiatico mortuus. Post reditum Otthonis Romani ex ambitione quendam Benedictum superposuerunt. Imperator rediens obsessa Roma Romanos cæde & fame adeo afflixit, ut Leonem Papam secum b cepturos promitterent, & iurarent. Benedictus reiectus non solum Papatu, sed etiam sacerdotio à Leone exordinatur.

Item Benedictus Simoniacè Papatu Romano inuaso, cum esset rudis literarum, alterum ad uices Ecclesiastici officij exequendas, secũ Papam consecrari fecit. Quod cum multis non placeret, tertius superducitur, qui uices duorum expleret.

Romę uno contra duos, & duobus contra unum altercantibus Rex Henricus Conradi F. contra eos Romam uadit, & eis Canonica & Imperiali censura depositis, Suitgerum Babenbergensem Episcopum Papam fecit, qui & Clemens Romanæ Ecclesiæ. CXLVI. uocatus est, & uicissim ab eo Rex Henricus in Imperatorẽ benedictus est, iuratis Romanis, se sine eius consensu eiusq; successorum nunquam Papam electuros.

Igitur hæc scandala pastores animarũ cauere debent, coram Domino ambulantes in uera simplicitate propter Christi pusillos. Ex quo Imperium Romanorũ Carolo Magno acclamatum est, sunt anni CCCIX. Est autem annus præsens M. CIX. quando ultimum Pascha fuit ab incarnatione Domini secundum cyclum Dionysij. FINIS.

Hic audis prolixè tum ex historijs ac consuetudinibus, tum & ex rationibus probari, quod meritò ac iure inuestituræ Episcopatuum ad Principes & Reges pertineant, sub quorum Dominio Episcopatus sunt: eoq; iniustissimè facere Papam, qui eos contra omnia iura acueterem morem & priuilegia Principum ac Regum ad sese rapiat. Hæc igitur tractatio quoque meritò ad priuilegiorum titulum adscribitur. Sunt uerò ob hanc controuersias postea ingentia bella mota, & planè infinitus Christianorum sanguis præsertim Germanorum effusus, ut postea indicabitur, & omnes penè historiæ testantur.

Antiquæ Agendæ.

VTinam antiquissimas Agendas plures, pluriumq; Ecclesiarum habere possemus! Plurimum enim olim inter sese uariarunt. Omnes tamen longè puriores, magisq; Christianæ præsentibus fuerunt. Non libet porrò omnia ea hic exponere, quæ antiquitus in paulo meliori usu, quàm præsentia sunt, fuerunt. Nimis enim late hæc materia pateret, propriumq; librum impleret. Quare tantum pauca quædam recensebo. Vidi non unam, sed multas Agendas, etiam non ita antiquas: ubi diserte præcipitur in forma uisitationis ęgrotorum, ut eis detur corpus & sanguis Domini. Vidi etiam quandam, ubi extrema unctio, ut nunc uocatur, non ultimo loco, sed ante communionem ægroto dari præcipitur: nec semel tantum in uita, ut nunc fit, sed sæpius iteratis uicibus in eodem morbo: diserte addens, donec conualescat. Vnde etiam apparet, finem eius unctionis tunc secundum ueterem morem fuisse, impetrare ægrotanti sanitatem, & dictum Iacobi. Vidi item aliam Romanam, quæ duas diuersissimas unctionis formas continebat, alteram in ipsa pœnitentia, alteram postea faciendam.

Est anno 1497. Romę, Pontificiale, seu Pontificialis Agenda impressa: in qua si uetustiorem (nam duæ sunt) formam ordinationis Episcoporum perlegeris, à folio 24. usque ad 42. manifestè inuenies, olim Episcopos non à Papis Romanis, sed à suis Metropolitanis confirmari solitos: nec etiam moris fuisse, ut Papæ iurarent fidelitatem, sed tan-

tum sub

A tum suo Metropolitano obedientiam pollicerentur. Sed recentior Formula ibidem posita eum ipsi Papæ iurare iubet. Quod ualde dignum memoria ac cogitatione est. Quis enim hinc non potest animaduertere, olim centuplo angustiorem fuisse Papatum tyrannidem, quàm nunc sit? Olim enim singularum prouinciarum Ecclesiæ suo Metropolitano nonnihil parebant, sicut Nicæna & sexta Carthaginensis statuit. ut in huius historia seperatim edita exposui.

Verùm tum uberioris fidei causa, tum quo perspici possit qualis ratio olim fuerit electionis, ordinationis, & omnino functionis Episcoporum, adijciam quædam monumenta ex Hincmaro Remorum Archiepiscopo, quoniam uetustiora habere non possum: qui tempore Caroli Magni, & Ludouici eius filij, uixit: nempe primùm epistola missa ad Ludouicum Cæsarem, qua petit ut sit author, seu concedat eligi nouum Episcopum in locum mortui.

Deinde eiusdem epistolam ad suum quendam Coepiscopum, quem iubet adire Ec-
B clesiam Episcopo carentem, ac instare, ut à clero simul & populo alius idoneus eligatur.

Tertiò, eiusdem epistolam ad illam ipsam orbatam Episcopo Ecclesiam, qua & hortatur eam, ut idoneum Episcopum deligat, & quasdam eius conditiones seu qualitates ex sacris literis & canonibus præscribit.

Quartò, promissionem seu professionem electi Episcopi coram suo Archiepiscopo.

Quintò, testimonium ordinationis, & instructionem simul, quomodo se ille electus & iam ordinatus gerere in sua functione debeat.

Ex quibus omnibus ordine positis, totam (ut ita dicam) historiam, quomodo olim Episcopi eligi, ordinari, & sese in functione gerere soliti sint, perspicere potes.

Epistola Hincmari ad Carolum Regem pro Ecclesia Syluanectensi pastore uiduata.

C DOmino glorioso sit semper laus & uita. VII. Idus Iunij, circa horam secundam, uenerunt tres clerici, & duo laici Syluanectensis Ecclesiæ ad exiguitatem meam innotescentes, eandem Ecclesiam fratre & consacerdote nostro Erpoino defuncto, uiduatam esse pastore: ferentes etiam ipsius Ecclesiæ tam cleri quàm plebis petitionem, ut eis pastor secundum sacras regulas tribuatur. Quos interrogaui, si uerbum haberent de pace cleri ac plebis Ecclesiæ ipsius ex aliqua designata persona. qui responderunt se non aliam petitionem ex parte sociorum suorum afferre, nisi ut apud solitam miseriacordiam uestram liberam illis ac regularem electionem obtinere satagerent, quatenus secundum sacras illud Canonico uisitatore directo ab omnibus Ecclesiæ ipsius alumnis ualeat eligi, cui debet ab omnibus obediri. Ego autem, licet, ut præfatum est, sacerdotem uestrum Erpoinum per fratrem Hildeboldum comptesbyterum uestrum VIII. Idus Iunij defunctum audierim, non tamen statui antea dominationi uestræ quidquam inde suggerere, aut pro eadem Ecclesia postulare, priusquam secundum regularem morem
D dibus prouidenter scienterq; curandum est, ut in domo Domini nihil sit inordinatum, nihilq; præpositum: quantò magis elaborandum est, ut in electione eius qui supra omnes constituitur, non erretur. Nam totius familiæ Domini status et ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non sit in capite. Vbi est illa beati Pauli Apostoli per spiritum Dei dictum & proinde unicuique nostrum dicitur: Manus nemini citò imposueris, neq; communices peccatis alienis. Vnde religiosa sapientia uestra inter hæc alia duo decreta B. Leonis, sagacissimè ponderabat, quibus dicit, ut in domo Domini nihil sit inordinatum, nihilq; præpositum. Quæ si idem sanctus & sapiens ita apertè non poneret, subtilitas intellectus uestri sufficienter enuclearet.

Propterea Domine reuerendissime ac clementissime, dignetur mihi Dominatio uestra literis suis significare, quem uultis de Coepiscopis nostris, ut ei ex more literas Canonicas dirigam, & uisitatoris officio fungens, in eadem Ecclesia electionem Canonicam

faciat, & aut per se, aut per literas suas, uicario suo deferente eandem electionem, cum de- b
creto Canonico singulorum manibus roborato ad me referat, uel per me ipsa electio ad
Dominationis uestræ discretionem perueniat. Et quia in domo Dei, ut ex uerbis Leonis
præmisimus, nihil authoritas patitur inordinatum esse, nihilq; præposterum, cum uota
concordia cleri ac plebis in electione regulari, uel uestræ Dominationis consensum co-
gnouerimus, literas Metropolitanæ authoritatis super electionem certæ personę ad Coe-
piscopos Remorum diœceseos dirigemus: certum diem ac locũ eis designantes, quan-
do & quò ad ordinationẽ ipsius electi, aut ipsi conueniant, aut literas sui consensus per
presbyterum aut diaconum uice sua transmittant.

Epistola Hincmari Remorum Archiepiscopi, ad Hadebertum Siluanec-tensis Ecclesiæ Episcopum, pro eligendo Beluacensis se- cundæ Ecclesiæ Episcopo.

HIncmarus sanctæ Metropolis Ecclesiæ Remorum Episcopus, ac plebis Dei famu-
lus, Dilecto fratri ac uenerabili Coepiscopo nostro Hadeberto salutem.

Dilecto fratre ac uenerabili consacerdote nostro Hodone Episcopo Ecclesiæ
Beluacensis defuncto, hortor ac moneo dilectionem tuam, frater charissime, ut eiusdem
Ecclesiæ officio uisitatoris consensu domini nostri Ludouici Regis nostræ humilitatis
Metropolitana delegatione susceptο, ad eandem Ecclesiam quantocius studeas propera-
re, & assiduis hortationibus clerum plebemq; eiusdem Ecclesiæ publicè admonere festi-
nes, ut remoto priuato studio, uno eodemq; consensu talem sibi præficiendum expetant
& eligant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus ualeat reperiri, & à uenerandis Ca-
nonibus nullatenus respuatur. Formam autem electionis, qualiter & qualem eligere de-
beant, tuæ dilectioni transmitto, quàm publicè coram omnibus tua solertia relegi faci-
at, ne de ignorantia se quilibet excusare ualeat. Quæ electio non tantum à ciuitatis cle-
ricis erit agenda, uerùm & de omnibus monasterijs ipsius parrochiæ, & de rusticarum
parrochiarum presbyteris occurrant uicarij, commorantium secum concordia uota fe-
rentes: sed & laici nobiles ac ciues adesse debebunt, quo modo ab omnibus debet eligi,
cui debet ab omnibus obediri. Et si post electionem, formæ electionis à nobis per tuam
dilectionem eis transmissæ, concordes omnes in quamcunque regularem personam in-
ueneris, moneas eos, decretum Canonicum ab eis fieri, & singillatim omnium manu-
bus roborari, & cum decreto Canonico, atque cum tantis, qui sufficienter omnium uice
testimonium electo ferre possint: eundem electum ad nos adducere tecum examinan-
dum procura. Tua autem dilectio, frater charissime, solerti cura in hac electione inuigi-
let. Præsertim cum nobiscum tibi necesse erit, ei qui ordinandus est, manus imponere:
qui benè nosti præceptionem beati Pauli Apostoli per Spiritum Dei emissam, qua in per-
sona Timothei omnium Christi sacerdotum numerus eruditur. Proinde unicuique fir-
strum dicitur: Manus nemini citò imposueris, neque communices peccatis alienis. Quid
est, inquit Leo, citò manus imponere, nisi honorem tribuere non probatis? & quidem
communicare peccatis alienis: nisi talem effici ordinantem, qualis et ille est, qui non me-
ruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligen-
do sacerdotem, iudicium: ita graui semetipsum afficit damno, qui in suum collegium
scienter assumit indignum. Non ergo in cuiusquam personam prætermittendum est,
quod institutis generalibus continetur. Nec putandus est honor ille legitimus, qui fue-
rit contra diuinæ legis præcepta collatus: & non est hoc consulere populis, sed nocere:
nec præstare regimen, sed augere discrimen.

Epistola Hincmari Archiepiscopi ad Hedenulfum, Laudunensis Eccle-siæ Episcopum, pro eligendo Cameracensis Ec- clesiæ Episcopo.

Hincmarus

A HIncmarus sanctæ Metropolis Ecclesiæ Remorum Episcopus, ac plebis Dei famulus: Dilecto fratri ac uenerabili Coepiscopo nostro Hedenulfo salutem. Dilecto fratri ac uenerabili consacerdote nostro Ioanne Ecclesiæ Cameracensis defuncto, hortor ac moneo dilectionem tuam, frater charissime, ut eiusdem Ecclesiæ officio uisitatoris nostræ humilitatis Metropolitana delegatione suscepto, ad eandē Ecclesiam quantocyus studeas properare, ac assiduis hortationibus clerum plebemq; eiusdem Ecclesiæ publicè admonere festina, ut remoto priuato studio, uno eodemq; consensu talem sibi præficiendum expetant ac eligant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus ualeat reperiri, & à uenerandis Canonibus nullatenus respuatur. Formam autem electionis, & qualem eligere debeant, tuæ dilectioni transmitto: quam publicè coram omnibus tua solertia relegi faciat, ne de ignorantia se quilibet excusare prævaleat. Quæ electio non tantum à ciuitatis clericis erit agenda, uerùm & de omnibus monasterijs ipsius parrochiæ, & de rusticanarum parrochiarum presbyteris occurrant uicarij, commorantium secum concordia uota ferentes. sed & laici nobiles ac ciues adesse debebunt: quoniam ab omnibus debet eligi, cui debet ab omnibus obediri. Et si post lectionem formæ electionis à nobis per tuam dilectionem eis transmissæ, concordes omnes in quantumcunquè regularem personam inueneris, moneas eos, decretum Canonicum ab eis fieri, ac singillatim omnium manibus roborari: & cum decreto Canonico, atque cum tantis qui sufficienter omnium uice testimonium electo ferre possint, cum eis mandauero, eundem electum ad nos adducere curent.

Eiusdem Hincmari ad clerum & plebem Beluacensis Ecclesiæ epistola.

E HIncmarus sanctæ Metropolis Ecclesiæ Remorum Episcopus, ac plebis Dei famulus, clero & plebi in parrochia Beluacensi consistenti. Quia defuncto dilecto uel uenerabili confratre ac consacerdote nostro, patre uidelicet ac pastore uestro Hodone, electione Canonica à Domino nostro rege uobis solita benignitate concessa, necesse erit, ut de eligendo atque constituendo uobis pastore, uel doctore atque rectore secundum Ecclesiasticas regulas uotis nostris in unum Domino mediante conuenientibus, præmissis ieiunijs & letaniarum obsecrationibus, tractare quantocyus maturetis, & exorato eo à quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, qui facit unanimes habitare in domo: ita uos cum studijs huius uenerandi fratris ac Coepiscopi nostri, cui secundum institutionem Canonicam uisitatoris officium in Ecclesia, cuius amore uel uigore foueminì, delegauimus, in electione regulari concorditer uniatis, ut pastore uos diutius destitutos non doleatis. De cuius uidelicet è uobis consecrandi Episcopi electione, pro imposito nobis ministerio, & cura totius prouinciæ secundum mysticæ Nicænæ synodi Canones delegata, fraternitati uestræ authoritatem diuinitùs promulgatam intimare satagimus: primò scilicet, ut decretum sine uisitatoris præsentia nemo conficiat, cuius testimonio clericorum ac ciuium possit unanimitas declarari. Deinde, ut de Ecclesia uestra, siue sit in ciuitate. siue in monasterijs, his disciplinis institutum, & Apostolicæ formæ conuenientem dedicationibus uel presbyteris eligatis uobis authore & fautore Domino consecrandum Episcopum, sicut, cum de eligendo atque constituendo Episcopo ageret, Tito & Timotheo Paulus depingit Apostolus. Et si, quod absit, de ciuitatis ac parrochiæ uestræ ciuium ordinandus Episcopus clericis nullus dignus uel idoneus summo sacerdotio, quod euenire non credimus, poterit inueniri: tunc alterum de altera diœceseos nostræ Ecclesia, unde nobis secundum Africanum concilium, sine cuiusquam contradictione, ordinandi quenquam Canonicè electum & petitum est attributa licentia, eligere procurate, qui merito uitæ & scientiæ doctrina uobis præesse ualeat, & prodesse: quicq; sacris Canonibus, præcipuè capitulo Carthaginensis concilij quale debeat ordinari Episcopus, non debeat obuiare: & à decretis patrū, Siricij uidelicet, Innocentij, Celestini, Leonis, Gelasij atq; Gregorij, quantum patitur humana fragilitas, & poteritis conspicere, non ualeat quoquo modo discrepare. Si etiam de alterius diœcesi

Archiepiscopi,

Archiepiscopi, uel parrochia Episcopi, quenquam uobis notum, proficuum & utilem eligere malueritis, necesse uobis erit cum beneplacito illius Episcopi, cuius interieri, & leteris Canonicis petitum obtinere, & ad nos illum mediante uisitatore uestro examinandum adducere, quatenus si congruus sactis Canonibus inuentus fuerit, uobis ordinetur Episcopus. Ante omnia autem cauete in electione Pontificis, malum Symoniacæ hæreseos, ne pro dato aliquo, uel promissione inlicita, neque pro gratia cuiuscunq; uel familiaritate, aut propinquitate alicuius, quenquam attentetis eligere: non eum, cui natalium, nulla morum dignitas suffragetur, uel qui originali aut alicui conditioni obligatus detineatur: neminem ex laicis neophytum, id est, nouiter attonsum, & sine disciplina, uel non per tempora constituta ad Ecclesiasticos gradus prouectum. Quod ideo specialiter designamus, quia cum Canones dicant. Nullus ex laicis ordinetur: demonstrant, quòd non de omnibus sit laicis constitutum. Neq; enim clerici nasci, & non possunt: id sunt fieri: sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum peruenire non possunt: id est, si quis fidelis militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulauerit: si quis fidelis administrauerit, si quis uir æde seruiuit, si quis publicam pœnitentiam pro culpis criminalibus egit, si quis bigamus, uel qui maritus uiduæ fuit, uel sicut cubinam uel pellicem nouit. Cauete nihilominus, ne in literatum uel alicuius hæreseos peste corruptum, ac aliquorum membrorũ damna perpessum, non negociatorem clericum, aut inhonestis & luctis turpibus incubantem, aut horrendis quibusdam criminibus implicatũ uel diffamatũ, uel dæmonijs similibusq; passionibus irretitum eligere attentetis: sed domui Dei dignum, fidelem atq; prudentem ministrum et dispensatorem eligere. Quatenus interius exteriusq; decenter ornatus, formã uiuendi uobis religiosa conuersatione demonstret, uel sana doctrina inter huius mundi ac tribulationũ tenebras, recto calle gradiendi sine offensione ad portum salutis æternæ, lumen manifestare prævaleat: et contra barbaricam infestationem, si, quod absit, acciderit, uobis ferre auxilium prudentia sciat, utilitate ualeat, temperantia consulat, & sic exterioribus administret, ut interiora non deserat: & sic interioribus seruiat, ut exteriora penitus non relinquat: & ambidexter, contemplationi mente inseruiat, uitæ actiuæ seruitijs intentus, ut fidelis seruus & prudens conseruis in tempore tritici mensuram, id est, modũ uerbi fidei probatæ dispenset. Non solum in prædicationis sermone, ac conuersationis exemplo, uerùm in cunctis salutis ac uitæ necessarijs, necessaria & opportuna prouideat. Huiusmodi autem, quantum Dominus dederit, ipso cooperante electum, cum uisitatore uestro præsente scilicet confratre nostro, & cum decreto Canonico ad humilitatis nostræ solicitudinem examinandum adducite, quia (ut longè ante nos dictum est) non est facile dimittendus, cui est proximus cõmittendus. Prænoscere uos deniq; uolo, qui, si personam à sacris Canonibus deuiam scienter uobis adduxeritis, non solum ex ea Pontificem non habebitis, uerùm etiam pro illicita electione, ut contemptores Canonum iudicium incurretis: sed & nostro ac coepiscoporũ nostrorum iudicio refutata rationabiliter electione uestra incongrua, talem secundum Leonis dicenses Canones studebimus eligere, qui uestris uitiosis uoluntatibus non debeat consentire. Quia sicut benè petentibus dicit Dominus, Petite & accipietis: ita & per Apostolum malè petentes redarguit, dicens, Petite, et non accipietis, eò quòd malè petatis. Petite fratres, at ut uobis pastorem secundum cor suum tribuat. In cuius electione si non plus temporalia quàm spiritualia commoda studueritis attendere, gratiam suę electionis, electioni uestrę, bonorum operum & piorum studiorum auctor & cooperator studebit accommodare: qui non sicut homo, tantum in facie, sed singulorum corda scrutatur, & retines: cui est honor & gloria, potestas & imperium in secula seculorum, Amen.

Eiusdem Hincmari ad clerum & plebem Camera-censis Ecclesiæ epistola.

HIncmarus sanctę Metropolis Ecclesię Remorũ Episcop. ac plebis Dei famulus, clero et plebi in parrochia Cameracensi cõsistenti. Quia defuncto dilecto et uenerabile cõfratre ac cõsacerdote nostro, patre uidelicet ac pastore uestro Ioãne, necesse est, ut de eligẽdo atque con-

A atque constituendo uobis pastore & doctore atq; rectore, secundum Ecclesiasticas regulas uotis nostris in unum Dño mediante conuenientibus, præmissis ieiunijs ac lętaniarũ obsecrationibus, tractare quantocyus maturetis: & exorato eo, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, quiq; facit unanimes habitare in domo. ita uos unà cum studijs huius uenerandi fratris ac coepiscopi nostri, cui secundum institutionem canonicam uisitatoris officium in Ecclesia, cuius amore ac uigore fouemini, delegauimus, in electione regulari concorditer uniatis. Talem autem uobis futurum pastorem eligite, qui merito uitæ, & scientiæ doctrina uobis præesse ualeat, & prodesse, quiq; à canonibus sacris non discrepet. De cuius electione decretum canonicum unanimi uoto agere, & singillatim omnium uestrum manibus in præsentia huius uisitatoris uestri roborare satagite.

B

Hæc sequentia capitula præcedenti epistolæ adhærent, ex decretis Celestini Papæ cap. 18.

NVllius inuitis detur Episcopus: cleri, plebis & ordinis consensus & desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur Ecclesia, si de ciuitatis ipsius clericis, cui est ueniti. Primùm enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alijs Ecclesijs meritò præferantur. Habeat unusquisq; suæ fructum militiæ in Ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem. In aliena stipendia minimè alter obrepat: nec alij debitam, alter sibi audeat uendicare mercedem, sic facultas clericis renitendi si sit, uiderint prægrauari, & quod sibi ingeri ex transuerso cognouerint, non timeant refutare: quasi non debitum præmium, uel liberum, de eo qui eos recturus est, debent habere iudicium.

C

Item ex decretis Papæ Leonis, cap. 12.

Nulla ratio sit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à prouincialibus Episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati.

Item ex decretis eiusdem, cap. 35.

Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleri plebisq; consensus concorditer postularit: ita ut si in aliam forte personam partium se uota diuiserint, Metropolitani iudicio is alteri præponatur, qui maioribus & studijs uiuat, & meritis: tantum ut nullus inuitis & non petentibus ordinetur, ne ciuitas Episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa quàm conuenit, cui non licuit habere quem uoluit.

D

Item ex decretis Papæ Celestini, cap. 20.

Celestinus uniuersis Episcopis per Apuliam & Calabriam constitutis. Nulli sacerdotum suos liceat canones ignorare, nec quicquã facere quod Patrum possit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res digna seruabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur?

Ne quid ad cognoscendum totum ordinem promotionis Episcoporum deesset, pauca hæc sequentia ex ueteri Pontificali, hisce Hincmari monumentis adiecimus.

Epistola uocatoria.

Dilectissimis fratribus & filijs presbyteris, diaconis honoratis, clericis & possessoribus, uel cunctæ plebi ill. Ecclesiæ, simulq; uocato Episcopo ill. M. auxiliante Domino Metropolitanus sanctæ sedis Apostolicæ ill.

Dilectionem uestrã salubriter alloquimur: Quia prędictum talem à uobis electũ Episcopum, uirum uenerabilẽ, tali Ecclesię ordinare cõpellimur: laudemus et honoremus Iesum Chri. ut q uobis hanc electionis deuotionẽ dedit nobis quoq; pficiendi tribuat facultatẽ. Iam fatũ uirum religiosa uiolentia tenete, et ad sanctã sedem nostrã ill. perduce

perducere festinate: qui fortè magis dignior erit, si se occultare uoluerit. Ob quam rem hanc direximus admonitionem, quemadmodum optimè placuit sanctæ synodo, episcopum sine uocatoria suscipi non debere, ne obscuritas dubiæ ordinationis incurrat.

Decretum quod clerus & populus firmare debet de electo Episcopo.

DOminis patribus illis uenerabilibus scilicet Episcopis diœceseos Metropolitanæ, clerus, ordo & PLEBS. huic sanctæ Ecclesiæ specialiter obsequentes. Vestræ patet nitati est cognitum, quantum temporis est, ex quo accidentibus uarijs euentibus hæc sancta Ecclesia Metropolis nostro sit uiduata pastore, ac destituta rectore: quod non solum ad nostrum, uerùm ad uestrum, ac omnis diœceseos detrimentum pertinere dinoscitur, cum totius prouinciæ solicitudinem Metropolitano constet esse commissam. Propterea elegimus huius diœceseos huius Ecclesiæ presbyterum nomine illis notis sufficientissimè cognitum, natalibus & moribus nobilem, Apostolica & Ecclesiastica disciplina imbutum, fide catholicum, natura prudentem, docibilem, patientem moribus, temperatum uita, castum, sobrium, humilem, affabilem, misericordem, litteratum, in lege Dei instructum, in scripturarum sensibus cautum, in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatum, & secundum scripturarum tramitem traditionem q; orthodoxorum, & canonum ac decretorum sedis Apostolicæ præsulum constitutiones, sano sensu Ecclesiasticas regulas intelligentem, sanoq; sermone docentem ac seruantem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, & cum modestia corripientem eos qui resistunt, & si qui sanæ doctrinæ aduersantur, eis resistere & redarguere prævalentem, hospitalem, modestum, suæ domui benè præpositum, non neophytum, habentem testimonium bonum, in gradibus singulis secundum traditionem Ecclesiasticam ministrantem ad omne opus bonum & satisfactionem omni poscenti rationem de ea quæ in illo est spe paratum. Quem uobis quantotius petimus ordinari Pontificem, quatenus authore Domino regulariter nobis præesse ualeat, & prodesse, & nos sub eius regimine salubriter Domino militare possimus. Quia integritas præsidentium salus est subditorum: & ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sanè est forma doctrinæ. Vt autem omnium nostrũ uota in hanc electionem conuenire noscatis, huic decreto canonico promptissima uoluntate singuli manibus propris laborantes subscripsimus.

Item subscriptio Episcoporum in electionem Episcopi.

ILL. illius Ecclesiæ Archiepiscopus in electionem Domini N. Ecclesiæ ill. Episcopi subscripsi. Isti in ordinationem illius Ecclesiæ Episcopi ipso consentiente ordinati consenserunt, quod præsens inscriptio manifestat. Et Paulo pòst sequitur rubrica.

Tunc aduocantur in Basilicam presbyteri à dextris eius, & diaconi à sinistris. Ipse uerò inclinato capite in medio eorum incedit, usquedum ueniat ante altare, tunc exuatur casula, & induat eum Pontifex planeta, & legat breuem, hunc modum continentem.

Ciues, inquit, nostri elegerunt sibi illum pastorem. Oremus itaq; Deum pro hoc uito, ut Deus omnipotens infundat in eum gratiam Spiritus sui, ut dignus habeatur ad cathedram Episcopatus regendam. Et respondetur à schola, Christe audi nos: & cantatur letania, &c.

Ex eodem Pontificali, quòd etiam sacerdotes à plebe eligi oportuit.

ET alloquatur populũ sequentibus uerbis, pro ordinando presbytero: Quo modo dilectissimi fratres, rectori nauis & nauigio deferendis eadem est uel securitatis ratio, uel timoris: ita communis eorum debet esse sententia, quorum causa communis existit: nec frustra à patribus reminiscimur institutum, ut de electione eorum qui ad regimen altaris adhibendi sunt, consulatur & POPVLVS, quia de actu & conuersatione nepte-

A ne præsentandi, quod nonnunquam ignoratur à pluribus, scitur à paucis. Et necesse est, ut facilius quis obedientiã exhibeat ordinario, cui assensum præbuit ordinando. fratrum nostrorum & presbyterorum N. conuersatio, quantum mihi uidetur, proba- ta ac Deo placita est, & digna ut arbitror Ecclesiastici honoris augmento: ne unum fortasse uel paucos aut decipiat assensio, aut fallat affectio, sententia est expetenda mul torum. Itaq; quid de eorum moribus aut actibus noueritis, quid de meritis consentia tis, Deo teste consulimus. Debet hanc fidem charitas uestra habere, quam secundum præceptum Euangelij & Deo exhibere debetis, & proximo, ut his testimonium sa- cerdotij magis pro merito quàm affectione aliqua tribuatis. Et qui deuotionem om nium expectamus, intelligere tacentes non possumus. Scimus tamen, quod est ac- ceptabilius Deo. Aderit per Spiritum sanctum consensus unus omnium animorum. Et ideo electionem uestram debetis publica uoce profiteri. Illis autem profitentibus, B dicat eis Episcopus, qui ad presbyterij gradum prouehendi sunt, &c. Iam ad Hinc- marum nostrum redibimus, & formulam fidei & regiminis, quam Episcopi exhibe- te Metropolitano soliti sunt, adscribemus.

Professio Motinensis Ecclesiæ, Episcopi nomine Adalberti, ad Hincmarum Re- morum Archiepiscopum, &c. Ego ill. presbyter uocatus Episcopus, &c. Reuerendissi mo patri Hincmaro Remorum Archiepiscopo. Quia fundamentum bonorum ope rum, per quod ad cœleste regnum gratia Domini peruenitur, fidem, quæ per dile- ctionem operatur, esse non dubium est: non ab re censuit ueneranda Ecclesiæ catho- licæ consuetudo, ut ab eis qui ad prædicationis promouentur officium, fidei integri tas & confessio requiratur. Quia, sicut Magister egregius & doctor gentium Paulus declarat, Corde creditur ad iusticiam, ore autem cõfessio fit ad salutem. Et ideo mox gratia superna per sacrosanctum ministerium uestrum, Morinensis Ecclesiæ futurus C Episcopus, profiteor unam fidem esse, eamq; operante gratia superni largitoris me te nere, prædicare atq; defendere, quam à Deo inspiratam, & ab Apostolis traditam, at- que à successoribus eorum custoditam habemus. Confiteor unum baptisma, in re- missionem peccatorum: unam Apostolicam & uniuersalem Ecclesiam, in qua sola possunt relaxari peccata in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, tã per catholicũ baptismum, quàm & per dignos pœnitentiæ fructus, & Apostolicæ authoritatis lar- gitam sibi à Domino potestatem. Extra hanc autem Ecclesiam catholicam nemi- nem saluari posse confiteor. Sex deniq; sanctas & generales de fide synodos, quas sancta & Apostolica Ecclesia recipit, me recipere & uenerari profiteor: uidelicet Nicę nam trecentorum decem & octo Patrum, sub Syluestro Papa & Constantino Impe ratore, contra Arrium & eius sectatores celebratam: Constantinopolitanam, C L. Pa- trum, contra Macedoniũ & Eudoxium, temporibus Damasi Papæ & Gratiani prin- cipis actam: Ephesinam, C C. Patrum, contra Nestorium, sub Theodosio Magno D principe & Papa Celestino, cui per suos uicarios præsedit idem beatus Papa Celesti- nus, & sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus Episcopus: Chalcedonensem, sex- centorum triginta Patrum, cui præsedit per uicarios suos sanctus Leo Papa, tempori- bus Martiani principis, contra Eutychen nefandissimum Præsulem monachorum ce lebratam: item Constantinopolitanam, temporibus Vigilij Papæ, sub Iustiniano principe, contra Theodorum & omnes hæreticos: item Constantinopolitanam C L. Patrum, sub Agathone Papa, Constantini & Heraclij ac Tiberij Principum tem poribus, pro adunatione facienda sanctarum Dei Ecclesiarum, de duabus naturis & operationib. in una persona Dei & hominis Filij Domini nostri Iesu Christi. Eos au tem quicunq; ab eisdẽ sanctis Patrib. in memoratis synodis, uel postea, similiter per Spiritum sanctũ sentientibus diuersis uicibus literis diuinitus inspiratis, damnati legũ tur, eandem uenerandam Patrum authoritatem sequens condemno. Sed & epistо- lam beatæ recordationis Leonis Apostolicæ sedis antistitis, ad Flauianum Constan- tinopolitanum Episcopum datam, & omnes eius epistolas de fidei firmitate perscri- ptas, per omnia & in omnib. inuiolabiliter custodire, & me liberè semper prædicare

profiteor. In quibus inter cæteta (ſicut & in ſermone beati Athanaſij, quem in Eccleſia Catholica uenerando uſu frequentare conſueuit, qui ita incipit, Quicunq; uult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt ut teneat Catholicam fidem) poſt documentũ quo docemur, quomodo trinitas perſonarum in unitate diuinitatis, & unitas Deitatis in trinitate perſonarum ueneranda ſit, euidentiſsimè continetur, unam ex eadem ſancta trinitate perſonam Dominum & ſaluatorem noſtrũ Ieſum Chriſtũ Dei hominiſq; filium, ex duabus & in duab. naturis, hoc eſt, diuina & humana, in una perſona conſtentibus, & in ſua proprietate differentiaq; manentibus, eſſe credendum & prędicandum: qui ſecundum Apoſtolicum ſymbolũ, de ſemper uirgine Maria, quę & ueraciter Dei eſt genitrix, ſecundum carnem natus, paſſus, mortuus, reſurrexit, & in cœlos aſcendit, ſedet quoq; ad dexteram Dei patris omnipotentis, inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Ad cuius aduentum omnes homines reſurgent cum corporibus ſuis, & reddent de factis proprijs rationem, & recipiet unuſquiſq; prout geſſit, & in factis ſuis perſeuerauerit, ab eodem iuſto iudice, et ſine fine regnante, cum ibunt impij in ignem æternum, iuſti autem in uitam æternã. Anathematizo quoq; omnes hæreſes ac ſchiſmata, quæ Catholica & Apoſtolica Eccleſia anathematizat: & quicquid ſanæ fidei intelligentiæ contradicit, reſpuo & anathematizo: et quicquid Catholica & Apoſtolica Eccleſia recipit et tenet, me adiuuante Domino recipere & ſequi, & à ſacris canonibus atq; à regularib. decretis Apoſtolicæ ſedis de Eccleſiaſticis ordinibus et diſciplinis canonum promulgatis, ſeu à ſynodalibus conſtitutionibus, quas catholica Eccleſia ad authoritatem recipit, me per contemptum pertinaciter non deuiaturum profiteor. Priuilegio etiam Metropolis Remorum Eccleſiæ ac eius Præſulis, ſecundum ſacros ſanctorũ Conciliorũ Canones, & decreta ſedis Apoſtolicæ ex ſacris canonib. & legib. promulgata, pro ſcire & poſſe abſq; dolo & ſimulatione, uel indebita & pertinaci contradictione me obediturũ profiteor. Sed & obſeruationes ac regularia mandata, ſacrorum q; conciliorum placita, quæ poſt ordinationem Epiſcopalem in literis Canonicis ſecundũ morem Eccleſiaſticum proprijs ſubſcriptionib. roboratis collecta, & mihi tradenda coram omnibus prædixiſtis, me ſeruaturum profiteor, & omnibus ſuprà ſcriptis cum cordis & oris profeſſione ſubſcribo.

Hincmarus, ſanctæ Metropololis Eccleſiæ Remorum Epiſcopus, Clero ordini & plebi in ſancta Tornacenſi Eccleſia conſiſtenti, in Domino pacem & ſalutem.

SIcut beatus Papa Innocentius docet, oportet noſſe, quicquid Eccleſia Romana cuſtodit, à qua principium ſacræ inſtitutionis nos accepiſſe dubium non eſt, propterea documento ac uerbis beati Gregorij uos alloqui procuramus, inſinuantes, quòd probabilibus deſiderijs ueſtris nihil attulimus tarditatis: fratrem iam accolum epiſcopum noſtrum uobis ordinantes præſentia uel conſenſu ac literis coepiſcoporum totius nobis commiſſæ prouinciæ, ſecundum ſacros canones ſacerdotem, paſtorem quoq; atq; rectorem. Cui his literis, quas ſacri Canones, ordinatos prius de conciliorum placitis, ne ſe aliquid contra eorum ſtatuta feciſſe pœniteat, inſtructos ab ordinatoribus ſuis, manibus eorum conſcriptas, iubent accipere, ſecundum traditionem Eccleſiaſticam dedimus in mandatis: nec unquam ordinationes præſumat illicitas, ne bigamum, aut qui uirginem, ſi de coniugatis agendum eſt, non eſt ſortitus uxorem, neq; illiteratum, uel in qualibet corporis parte uiciatum, aut ex publica pœnitentia uel curia aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumq;, ad ſacros ordines permittat accedere. Sed & ſi quos huiuſmodi fortè repererit, reſpectu diuino non audeat promouere. Alienum etiam clericum ſine uoluntate & conſenſu Epiſcopi ſui contra ſacras regulas non ſolicitet, non ſuſcipiat, non in ſibi commiſſa Eccleſia ordinet: nec eos qui probatæ fidei non fuerunt, ſacris ordinibus præſumat quoquo modo applicare. In ordinatione autem presbyterorum ac diaconorum, cæterorumq; Eccleſiaſticio-

A astici ordinis ministrorum, ac totius muneris, id est, à manu, à lingua, ab obsequio in
debito, iuxta quod Dominus per Prophetam præcipit, quantum patitur humana
fragilitas, mundas, & cordis & corporis manus exhibeat, ne uno eodemq; gladio &
dantem & accipientem munus interimat: & illicito munere polluens manus, alijs se
benedictionem credat tribuere, cum fuerit iam propriæ iniquitati substratus, & sua
nihilominus ambitione captiuus. Ab eis etiam quos ordinauerit, indebitum & con
tra sacras regulas sibi sacramentum fieri non compellat: sed sicut Dominus, præscius
nõnullos accepti Spiritus sancti donum in usum negociationis inflexuros, præcepit
dicens, Gratis accepistis, gratis date: quod gratis, id est, sine ulla uenalitate dati uel
accepti, aut etiam promissi uel sperati muneris, quantum ex uobis est: cæterùm ipse
uiderit, habens conscientiæ suæ testem, quem habebit, & iudicem per ministerium
nostræ exiguitatis accepit, suis etiam comministris gratis conferat: sciens ex Euange-
B lio, quòd redemptor noster per semetipsum fecerit, uidelicet quòd ingressus tem-
plum cathedras uendentium columbas euerterit. Columbas enim uendere, est de
Spiritu sancto, quem Deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem
manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Quod qui agere
præsumit, suam Deo iudice cathedram ipse euertit: & quos cum precio ordinat, pro-
uehendo agit ut secum & ipsi Simoniaci hæreticifiant: & pro benedictione maledi-
ctionem à beato Petro Apostolorum principe, Simoni mago, qui donum sancti Spi
ritus precio emere uoluit, iustè illatã, unà cũ ipso, per ipsum à quo nõ benedicuntur,
iudicio eiusdem Spiritus sancti suscipiunt. Et quoniam, sicuti comperimus, quidam
diuersis adinuentionibus turpia lucra sectantes, quod ministris altaris minimè con-
uenit, defunctis presbyteris, iuxta quod didicerant uiduatas Ecclesias facultates habe
te, xenia pro his obtinendis exegerunt, & gradus Ecclesiasticos eis non tribuebant,
C antequam illis eadem xenia persoluerentur, & synodos temerè frequentabant, ut fa-
ctione ministrorum suorum diuerso modo denarios quasi pro eulogijs acciperent.

Et quod dictu nefas est, etiam pro sacri chrismatis dispensatione, uel de Eccle-
siarum consecratione quæcunq; emolumenta ingenio caperent: & necesse est, ut con
tra pestifera morborum genera salubria medicamentorum quærantur experimen-
ta, sicuti & de manus impositione, ita & de hac simoniacæ hæreseos ingeniosa &
malè studiosa collatione, quiddam eum accipere interdicimus, monentes illum at-
tendere comminationem Domini per Prophetam dicentis: Ne fortè egrediatur ut
ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malicíam stu-
diorum uestrorum. Vnde iterum iratus dicit: Visitabo super uos iuxta fructum stu-
diorum uestrorum. Verbis quoq; beati Gregorij eum monemus, illiq; interdicimus,
ut sacerdotes per suam parrochiam constitutos, quotiens ad consignandos infan-
tes egressus fuerit, ultra modum grauare minimè debeat: nec summam collationis,
quas sui prædecessores, qui hoc benè, misericorditer, ac rationabiliter, atq; sacris con
D stitutionibus conuenienter contenti fuerunt, excedat.

Et de capellis antiquitus subiectis Ecclesijs, non æqualem sicut de principalibus
Ecclesijs collationẽ exigat: sed principalis Ecclesia cum sibi subiectis capellis, debitam
& antiquitus consuetam collationem conferat. Principales uerò Ecclesias alijs Eccle-
sijs loco capellarum non subijciat: Quia secundum sacros Canones, non licet Episco-
pis, parrochiam antiquitus constitutam inconsultè confundere atque diuidere, nec
mansionaticos suis amicis aut suis hominibus à presbyteris parari. Nec etiam quasi
ad receptionem Regis, uel legationum, aut ad ornatus suæ Ecclesiæ faciendos adiu-
toria, quasi petendo potius aut exigendo denarios, uel caballos, aut uerres, seu frisi-
kingas, aut ad iter aliquod puta ueredos, aut alia quælibet accipiat, id est rapiat: à
quo uerbo accipere, aues quæ alias aues capiunt, accipitres nominantur: cum Epi-
scopi suos subditos non ut accipitres rapere, sed sicut gallina pullos suos fouere, &
quosque infirmos ut peritus medicus conuenienti medicamento ac tempore de-
beant curare: & quos curare non potuerint, aut patienter tolerare, aut regulariter

usq; ad correctionem sustinentes à sano corpore submouere. Regulam siquidem, quę de quarta parte reditvum Ecclesiæ iuxta consuetudinem aliarum regionum, ita ut est scripta, intelligat: & non praue illam interpretans, perinde in his regionibus quæ sunt presbyterorum contra regulas sacras diripiat. Vnde si qua fuerunt grauamina illis imposita, temperet: qui & in præsenti & in futura uita sibi prospiciet, si eos qui sibi commissi sunt, sine grauamine conseruare studuerit. Ministros uerò, id est Archipresbyteros, & Archidiaconos, secundum quod prouidere Domino inspirante & cooperante ualuerit, tales constituat, qui oderint auariciam, & non diligant munera, nec quantur retributiones, neq; pro ordinandis clericis uel reconciliandis pœnitentibus munus accipiant, & ipso munere eum corrumpere satagant, & presbyteros in paratis & exequijs indebitis non affligant. Et sicut suprà de Christo diximus, per diuersas petitiones, ut illis adiutorium faciant, quæ sunt presbyterorum, unde ipsi uiuere, & hospites recipere, & suas Ecclesias continere debent, colludio quocunq; diripiant. Et ut eisdem ab inquisitione sui ministerij parcant, & pro infamia eorum calcanda uel cooperienda quodcunq; emolumentum non accipiant: & si agentes talia ministros repererit, in ministerio manere non sinat, & canonica inuectione corripiat.

Ipse quoq; pro constituendis ministerialibus Ecclesiasticis, uidelicet œconomũ id est, Ecclesiasticarum facultatũ dispensatorem, Archiepiscopos et Archidiaconos, in quibus fidei synceritatem & probos mores ac religiosam uitam debet eligere, præmio non constituat. Quia Ecclesiasticum obsequium, quod malè comparauerint accipientes munus à subditis, pœnis uenundare curabunt. Nec pro quocunque iudicio contra sacras leges, neque super innocentem contra ueritatem precium ullum accipiat. nec etiam odio uel gratia, liuore aut iracundia, quantum scierit & potuerit, à iudicio recto declinet, dicente Domino: Non facias quod iniquum est, nec iniustè iudices, iustè iudica proximo tuo, & iustè quod iustum est exequaris. Iustè namq; quod iustum est exequitur, qui in adsertione iustitiæ eandem ipsam iustitiam quærit. Pro baptizandis denique infantibus, uel pro sepultura, obaudiens decreta beati Gregorij, precium de terra concessa putredini quenquam non permittat in parrochia sua quærere, & de alieno uelle facere luctu cõpendium: sed si quando aliquem quisq; sepeliri in commisso sibi loco concesserit, si quidem parentes ipsius proximi uel hæredes pro luminaribus uel in eleemosyna defuncti sponte quid offerre uoluerint, accipere non prohibeat: peti uerò, aut aliquid exigi omnimodo uetet, ne quod ualde irreligiosum est, aut uenalis (quod absit) dicatur Ecclesia, aut de humanis sacerdotalis religio uideatur mortibus gratulari, si ex eorum cadaueribus studuerit quærere modò compendium.

Ab omni quoq; auaricia & usura, & turpi lucro secundũ sacros Canones & ipse abstineat, & ministros Ecclesiasticos abstinere faciat, & etiam laicos abstinere suadeat. Se autem & sibi commissos ministros Ecclesiasticos solerter sollicitéque custodiat, ne contra sacros canones conductores uel possessores alienarum possessionum fiant. Nec turpi negocio aut inhonesto lucro uictum quærant, neq; secularia negocia, sub cura sua suscipiant, Deique ministerium parui pendentes, per secularium domos non discurrant. Nec propter auaritiam gratiæ, aut honoris, uel pecuniæ patrimonium solicitudines, aut alienorum testamentorum defensiones adsumant, nec fide iussionibus inseruiant: à familiaritate nihilominus ac contubernio illicito & uetito fœminarum se & comministros suos, sed & à tabernis secundum sacras regulas Ecclesiasticos ministros faciat abstinere. Attendat quoq;, quod beatus Iob dicit, Si aduersum me terra mea clamat, & cum ea sulci eius deflent, si fructus eius comedi absque pecunia.

Vnde beatus Gregorius: Omnis, inquit, qui præest, si peruersa in subditis exerceet contra hunc terra clamat, & sulci deflent: quia contra eius iniustitiam rudes quidẽ populi in murmurationes erũpunt, sed perfecti quiq; pro prauo eius opere sese infligũt. Fructus enim terræ absq; pecunia comedere est, ex Ecclesia quidẽ sumptus accipere

A accipere, ſed eidem Eccleſiæ prædicationis precium non præbere. De qua uidelicet prædicatione authoris uoce dicitur: Oportuit te committere pecuniam meam nummularijs, & ueniens ego recepiſſem utiq; quod meum erat, cum uſura. Terræ igitur fructus abſq; pecunia comedit, qui Eccleſiaſtica commoda ad uſum corporis percipit, ſed exhortationis miniſterium populo non impendit. Exigit quod ſuo debetur corpori, ſed non impendit quod ſubiecto debetur cordi. Non igitur redemptionem aut precium de collatione presbyterorum Epiſcopus debet exigere, & alimenta Eccleſiaſtica munus manducare. Et cum Dominus prædicatoribus præcipiat, ut intrantes in domos eorum quibus pacem prædicant, illa edant ac bibant quæ apud illos ſunt: per parrochiam prædicando ac confirmando pergens Epiſcopus, non debet ſuperfluas penſiones in pigmentis & alijs quibuſq; à presbyteris, quæ non habent, requirere, & alia quę forte in domo ſua non accipit, uoluptati potius ſeruiens quàm ne
B ceſſitati, exigere, & ſuis parcẽs opibus, de ſuperfluè acceptis & uenditis diteſcere. Nec ideo debet prædicare, ut ſumptus accipiat: ſed ideo ſumptus accipere, ut ſufficiat prædicare. Eccleſias quoq; in proprietatibus liberorum hominum ac cohæredum conſtentes, ut ſuæ tradantur Eccleſiæ, non debet cogere: ſed ſecundum ſynodalia & imperialia capitula, quæ regularia eſſe probat Eccleſia, ſatagat, quatenus dotis immunitatem, ſicut cæteræ Eccleſiæ, authoritate Regia habent, & ipſæ ab eiſdem liberis hominibus potiantur. Talemq; ſe cooperante Domino in cunctis exhibeat, ut ſacrum miniſterium non uituperet: qui etiam ab his qui foris ſunt, teſtimonium bonum, iuxta Apoſtolicam doctrinam, habere debet. Nam cuius uita deſpicitur, reſtat ut & prædicatio contemnatur. Et cum paſtor per abrupta graditur, ſolet fieri, ut tandem ad præcipitium grex ſequatur.

Et ne quẽquam Eccleſiaſtici ordinis miniſtrum occaſione turpis lucri, ut ali-
C quid ab eo abſoluto capiat, contra ſacras regulas excommunicet, inhibemus. Quia ut ſanctus Auguſtinus, exponens ſententiam Pauli Apoſtoli, Auferte malum ex uobis, demonſtrat: non temerè & quomodolibet, ſed per iudicium auferendi ſunt mali ab Eccleſiæ communione: multò magis autem cauendum eſt, ne ſine regulari iudicio miniſtri Eccleſiæ officio ſuo priuentur. Quapropter ſicut beatus docet Gregorius, ſi quid de quocunq; clerico ad aures ſuas peruenerit, quod eum iuſtè poſſit offendere, facilè non credat. nec ad uindictam illum res accendat incognita, attendens quod ſcriptum eſt: Cauſam quam neſciebam, diligentiſsimè inueſtigabam. & præſentib. ſenioribus Eccleſiæ ſuæ diligenter ueritatem perſcrutari modis omnibus ſtudeat: & tunc, ſi qualitas rei poposcerit, canonicè diſtrictio culpam feriat delinquentis, ſecundum ordinem à ſacris regulis propoſitum. Et ut cuncta breui cingulo perſtringamus, nihil per contemptum contumaciter faciat, uel fieri in parrochia ſua permittat, quantum ex ipſo fuerit, quod ſit Euangelicæ ueritati & Apoſtolicæ traditioni atq; ſacris re-
D gulis inimicum.

Si autem factum contigerit, arguendo, obſecrando, increpando, ſecundũ quod cuiq; uiderit expedire, iuxta traditionem maiorum, quantũ potuerit, emendare procuret. Paſtoralem ſiquidem regulam beati Gregorij mente, ore, ac manu, quantum ſibi Dominus ſcire ac poſſe contulerit, in cunctis ſequi procuret. Miniſterium itaq;, ornatum, uel patrimonium atq; redditus uel facultates Eccleſiæ, prout leges diuinitus promulgatæ præfigunt, ſtudeat conſeruare, ampliare, augere uel diſpenſare. Et monaſterijs in parrochia ſua ſitis canonicam prouidentiam gerat: & quantum ex ipſo fuerit, debita priuilegia & antiquam ac regularem conſuetudinem ſeruet. Ordinationes uerò presbyterorum & diaconorum, & ſacroſancti baptiſmatis ſacramentum, ſecundum traditionem Eccleſiaſticam, ſtudeat agere. Cui etiam licet inſpirante diuina gratia abundans adſit doctrina, tamen pro noſtri officij debito, ex ſcrinio ſanctæ metropolis Eccleſiæ Remorum, documentũ dare ſtudebimus, qualiter ſe cooperante Domino motum probitate & doctrinæ ſtudio debeat gerere. Ipſum uerò non neſcium, quòd totius prouinciæ cura per ſacros canones ſit Metropolitano commiſſa, ad eam

dem Metropolim suam sicuti ad matrem, ut ex eius catholicis uberibus salubrem sugat doctrinã, humiliter ac sedulò atq; obedienter monemus recurrere, & non amplius quàm sibi per sacras regulas est concessum, indubitè usurpare, cum tanto charitatis ac humilitatis glutino præceptis salutaribus ad inuicem simus connexi, ut dicente sibi mandato diuino: Interroga patrem tuum, & annunciabo tibi maiores tuos, & dicent, tibi & nobis rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex ipsis: & qui maior est uestrum, erit minister uester: obedientibus scilicet ministrando paternam doctrinam, & in obedientibus (quod maioris est) regularem charitatis correptionem: nos fratrum ac consacerdotum nostrorum salubribus debeamus uti consilijs, & ipsi obedire paternis ac regularibus monitis. Huic ergo & hæc & alia præcepta salubria obseruanti deuotis animis uos obsequendo obedire oportet, ut irrepre hensibile placidumq; fiat corpus Ecclesiæ, per Christum Dominum nostrum, qui uiuit & regnat cum Deo Patre omnipotente in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia s secula seculorum, Amen.

Hincmarus sanctæ Metropolis Ecclesiæ fauente Christi gratia ordinator, his literis canonicis & ordinato & electoribus ipsius, datis anno incarnationis Dominicæ, ill. ill. Kalend. ill. indict.

Sed addamus sanè adhuc pauca ex Agendis uetustioribus, & primùm de ritu electionis, quoniam ea de re potissimum in præcedentibus actum est. De qua re licuit Moguntina quadam manuscripta Agenda habetur.

Rubrica ex pontificali Moguntino, de ordinatione Episcopi.

ITa quoque examinatus, & plenè instructus, cum consensu clericorum & laicorũ, ac conuentu totius prouinciæ Episcoporum, maximeq; Metropoltani authoritate aut præsentia ordinetur. Nullus inuitis detur Episcopus. Cleri, plebis, & ordinis consensus, & desiderium requiratur. His ita peractis, duo Episcopi cooperatores ordinis sacri, reducunt electum in sacrarium.

Et paulo pòst sequitur sermo Metropolitani ad plebem & clerum: Seruanda est, dilectissimi fratres, in excessu sacerdotum lex, & antiqua Ecclesiæ consuetudo, ut decedentibus alijs, quiq; dignissimi subrogentur, per quorum doctrinam fides catholica et religio Christiana subsistat, ne in ouile Domini prædo uiolentus irrumpat, & dispersas absque pastore oues fur nocturnus inuadat. Recepto itaq; dispensatione Dei sacerdote nostro, solicitè uobis agendum est, ut in locum defuncti talis succedat præparetur Ecclesiæ, cuius peruigili cura & instanti solicitudine, ordo Ecclesiæ & credentium fides in Dei timore melius conualescat, qui (præcipiente Apostolo) in omni doctrina formam boni operis ipse præbeat: cuiq; habitus, sermo, uultus, incessus, doctrina, uirtus sit, qua nos ut pastor bonus instruat, exemplo patientiæ doceat, doctrina religionis instituat, & in omni opere bono confirmet charitatis exemplo. Secundum igitur uoluntatem Domini, in locum sanctæ memoriæ illius, nomine uirũ uenerabilem illustri testimonio presbyterorum & totius cleri, consilio CIVIVM & consistentium, credimus eligendum uirum, ut nostis, natalibus nobilem, moribus clarum, religione probum, fide stabilem, misericordia abundantem, humilem, castum, pacificum, patientem, charitatem habentem, tenacem in cunctis, quæ in sacerdotibus eligenda sunt, bonis operib. exuberantem. Hunc ergo, dilectissimi fratres, testimonio boni operib. electum, dignissimum sacerdotio consonantibus laudibus clamate & dicite, dignus est.

Petrus Damiani.

PEtrus Damiani Episopus Ostiensis, & etiam Cardinalis, floruit circa 1050. Domini annũ. Is in multis locis abusus Ecclesię suorum temporũ taxat. Scripsit inter alia libel-

A alia libellum, titulo De correctione Episcopi ac Papæ: ubi multis rationibus, & in primis ipsius Petri exemplo probat, omnes superiores Prælatos ac Episcopos, suorum inferiorum reprehensionem ac correctionem patienter & cum gratiarum actione accipere debere. Verùm adscribam totum eum libellum, quoniam nondum est quicquam huius autoris, quod quidem ego sciam, editum.

De correctione Episcopi & Papæ.

ILlud quod dicitur, Non licet cuiuslibet Ecclesiæ filium, ad maiorem Ecclesiam proprij reatus Episcopi, & quæcunque sunt corrigenda deferre: nimis absonum, & prorsus Ecclesiasticæ disciplinæ probatur aduersum. Nam cui melius dicitur quòd delinquit, quàm ei qui magistri officio fungitur? & ideo inter reliquos fratres præminet, ut quod alijs non licet, ipse solus per propriæ sedis priuilegium errata corB rigat sacerdotum? Quis est enim hic arrogantiæ tumor, qui elationis fastus, quæ demique tanta superbia, ut liceat Episcopum per fas & nefas ad propriæ uoluntatis arbitrium uiuere: & quod insolenter excessum est, à subiectis suis dedigneturaudire? præsertim cum illi non adierint tribunalia Præsidum, nec forensium pulsauerint examina cognitorum: sed Ecclesiam potius adeant. & sacerdotibus iudicabilia sui sacerdotis exponant, ut quod secularibus euenire poterat in derisum, grauiter & honestè per sacerdotale corrigatur officium. Vbi profectò dignum est, utis qui impetitur, uel ex ratione se exhibeat innocentem, uel confiteatur humiliter peccatorem, nec his allegationibus utendum est, ut dicat, se non debere ab his qui sibi subiecti sunt accusari, ne uideatur excessibus suis uelamen obtendere & iudicium subterfuC gere, dum conatur in alium montem quæstionis iniuriam retorquere, Quis enim nesciat, quòd princeps Apostolorum Petrus potestatem regni cœlestis accepit, uirtutem ligandi siue soluendi quæ uellet in cœlis ac terris obtinuit. supra mare pedibus ambulauit, sola sui corporis umbra ægrotantes erexit: mentientes, iaculo nudi sermonis occidit: oratione mortuos suscitauit.

Hic itaque tam sublimis meriti uir, cum exadmonitione sancti S. ad Cornelium, gentilem uidelicet hominem, fuisset ingressus, aduersus eum quæstio facta est, ab his qui erant ex circumcisione: cur ad alienigenas introisset, atque cum eis manducare præsumpsisset, insuper & in baptismate recepisset? Hic inquam tot donorum cœlestium incomparabili uirtute suffultus, tot miraculorum ostensione conspicuus, querelæ subiectorum non ex potestate restitit, sed rationem reddendo humiliter satisfecit, causamq; per ordinem ueridicus relator exposuit: quomodo uidelicet uas quoddam uelut linteum, in quo quadrupedia terræ, reptilia atque uolatilia inerant, de cœlo submitti uiderit, uocem audierit: Surge Petre, macta & manduca. qualiter etiam tres uiri uenientes, eum ad Cornelium uocauerint, qualiter postmodò S. sanctus eum cum illis ire præcepit. Et quemadmodum idem S. sanctus, qui D superuenire iam baptizatis consueuerat, in gentiles & ante baptismum uenit. Si igitur iste cum à discipulis culparetur, authoritatem quam in Sancta fuerat sortitus Ecclesia uoluisset obtendere, respondere potuerat, ut pastorem suum oues quæ sibi commissæ fuerant, reprehendere nõ auderent. Sed si in querela fidelium potestatis suæ titulum obiecisset, doctor profectò mansuetudinis non fuisset. Non ergo eos priuilegij sui authoritate repressit, sed humili potius satisfactione placauit: & tanquam solus ipse ad faciendam fidem non sufficeret, etiam testes adhibuit. Venerunt, inquit, mecum & sex fratres isti.

Discat ergo cum de suis actibus conuenitur Episcopus, rationem humiliter reddere, non de sui primatus eminentia superbire: nec sibi fieri credat iniuriam, cum à iuniore corripitur, sed consulentem potius uel medicum sui uulneris arbitretur. Nunquid enim Nathan Propheta cum Dauid tam austeræ seueritatis inuectione corripuit, indignationem Regij motus incurrit? Nunquid ille Regalis excellentiæ culmen opposuit, ac uelut illatam à subiecto

ſuo contumeliam propulſauit? Sed mox ut ſe cognouit ægrotum, ſuſcepit libenter antidotum, detexit uulnus, & ſectionis ſuæ non horruit ferramentum. Vide humilem languidum. Peccaui, inquit, Domino. Audi etiam uelox medicinæ remedium: Tranſtulit Dominus peccatum tuum, non morieris. E contrà Rex Achab, qui correptionem ſe Prophetam audire deſpexit, ultionis gladium, quem ille minatus eſt, non euaſit. Quia dimiſiſti, inquit, uirum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Dauid ergo culpam ſuam æquanimiter audiens, ſententiam mortis quam merebatur euaſit: Achab autem correptionis impatiens, impiæ pietatis, quoniam indigno Regi contulerat, ueniam non inuenit. Nunquid & mulieres illæ hoſpitæ uidelicet Saluatoris, inuicem inter ſe litigauerunt, dum altera queretetur aduerſus alteram, quia ſolam ſe miniſtrare compelleret? poterat enim Maria dicere noſtrorum more Pontificum: Accuſaſti me, & torporis ac negligentiæ condemnaſti. Non ſanè omnis querela protinus accuſatio dicenda eſt.

Nam aliud eſt querela compaſsionis, aliud accuſatio ſimultatis & odij, iſta nimirum fit, ut offenſio corrigatur: illa uerò, ut is qui offenderat, condemnetur. Petrum planè in faciem reſiſtens Paulus obiurgat, & coram omnibus reprehenſibilem indicat. Quod ille in accuſationis non tulit iniuriam, ſed benignè & patienter accepit, quod non ex liuore, ſed ex charitate procedere perſpicuè recognouit. Sed ecce dicitur: Ego ſum Epiſcopus, ego ſum paſtor Eccleſiæ, non debeo à commiſſis ouibus accuſationem pati: moleſtus, & niſi in cauſa fidei, dignus ſum etiam in prauis moribus æquanimiter ferri. Sed dic mihi, quiſquis es: Nunquid non legiſti quod in Euangelio ſcriptum eſt, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus es fratrem tuum: ſi te non audierit, adhibe tecum duos uel tres teſtes, ut in ore duorum uel trium teſtiũ ſtet omne uerbum: ſi autem eos non audierit, dic Eccleſiæ, ſi Eccleſiæ ergo referenda eſt cauſa quorumlibet fratrum, quomodo non etiam ſacerdotum? porrò ſi ſacerdos qui in Eccleſia peccat, dedignatur in Eccleſia diſcuti, quis iam ferat Eccleſiæ ſe legibus coerceri? porrò ſi Eccleſiæ tuæ filijs, ut aſſeris, aduerſum te mutire non liceat, nunquid aliunde producendi ſunt teſtes, qui & facta tua per abſentiam domeſticæ cohabitationis ignorant? Beatus Iob dicit: Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo: & tu dicis, abſit ut digner ad examen uenire cum clerico meo? Deus omnipotens per Eſaiam clamat: Iudicate pupillo, defendite uiduam, & uenite & arguite me. Si is qui iudicat omnia, non dedignatur aſſeruis arguí: tu ſuperbus utiq; cum conſeruo in iudicium uenire faſtidis? & cum ſis terra & cinis, uermis & puluis, humiliare te deſpicis ad imaginem conditoris? præſertim cum Scriptura dicat, Ducem te conſtituerunt, noli te extollere, ſed eſto in illis quaſi unus ex illis. Quis planè neſciat, quia Samueli Iſraelitica plebs præiudicium intulit, eumq; de principatu iniuſtè deiecit? Et cum eos arguere meritò potuiſſet, ultro ſe arguendum nullius accuſationibus obtulit: & utrum eos in aliquo uiolenter oppreſſerit, inquiſiuit. Ecce præſto ſum, inquit, loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto eius, utrum bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum: ſi quenquam calumniatus ſum, ſi oppreſsi aliquem, ſi de manu cuiuſpiam munus accepi, & contemnam illud hodie, reſtituamq; uobis. Cum ergo tam incõparabiles, tam eminentes atq; ſublimes uiri, ſubiectis ſuis rationem reddere de proprijs actibus non deſpiciant: quis arrogantiæ typus, quis eſt iſte tantæ ſuperbiæ faſtus, quo ſacerdos huius temporis intumeſcens, titulum ſui præſulatus opponat, & Eccleſiæ ſuæ filijs qui ſe grauatos aſſerunt, æquo iudicio non reſpondeat? Excludatur ergo ab Eccleſiaſtica diſciplina pernicioſæ conſuetudinis regula, tollatur hæc ſubterfugij uerſuta calliditas, ut is qui tam peruerſis audacis ſuperbiæ allegationibus utitur, immunitatem commiſsi piaculi non lucretur. De Vigilio quoque Papa, qui ſedit circa 535. Domini annum ſcribit in quodam opuſculo. Quid dicam de Papa Vigilio? qui ſceleratus & impius prius Bonifacio Papæ eſt molitus inſidias, poſtmodum Syluerinum Papam aggreſſus nequitiæ

A nequiter condemnauit,& demum data pecunia in Papam assumptus est: De simonia quoque suorum temporum grauiter questus est, & proprium de ea re libellum scripsit. Indicat etiam in quodam libello, suo tempore fuisse Mediolani Episcopum Auxentium, qui coniugio sacerdotum sit patrocinatus.

Annonius.

HIc Benedictinus monachus paulò ante milesimum annum Dom. uixit. Scripsit historiam Regum Gallicorum. In ea quædam memorabilia ad nostrum quoq; institutum facientia narrat, ut quòd Gregorius III. adiuuerit seditionem, quam filij contra Patrem Ludouicum Pium mouerant. Vbi simul etiam Epi-
B scoporum Gallicorum cõstantia contra Papam inducitur. Sed adscribam ipsius uerba, tametsi hæc historia melius fuisset posita supra in Ludouico Pio.

Humano generi pacíq; contrarius diabolus nequaquam ab infestatione Imperatoris feriabatur, sed per satellitum suorum uersutias filios solicitabat, persuadens illis quòd pater eos ultro perdere uellet non considerantes, quòd qui mitior omnib. esset externis, immanis non poterat effici suis. Sed quia corrumpunt mores bonos colloquia praua, & lapidum etiam duriciem mollis aquæ guttula sæpius illisa terebrare solet, tandem ad id uentum est, ut filios Imperatoris in unum cum copijs quib. poterant, & coire facerent, Gregoriumq; Papam aduocarent sub ornatu, quasi qui patri solus filios reconciliare deberet, ut posset, rei tamen ueritas pòst claruit. Imperator è contrario mense Maio Vvarmatiam uenit cum ualida manu, ibiq; quid agendum sibi foret diu deliberauit. Missisq; destinatis Bernardo scilicet Episcopo cum reliquis, filios hortabatur ad se redeundum. Sed et Papam Romanæ sedis cõueniebat:
C ut si more præcessorum aderat suorum, cur tantas necteret moras non sibi occurrendo. Cum uerò rumor usq; quaq; diffusus fereret de cæteris quid uerum erat: de Papa uerò Romano, quòd ideo adesset, ut tam Imperatorem quàm Episcopos excõmunicationis irretire uellet uinculis, si qui inobedientes essent suę, filiorumq; Imperatoris uoluntati: parum quid subripuit Episcopis Imperatoris præsumptio audaciæ asserentibus, nullo modo se uelle eius uoluntati succumbere, sed si excommunicatus aduenisset, excommunicatus abiret: cùm aliter se habuit antiquorum authoritas Canonum. Tandem ergo uĕtum est in festiuitate sancti præcursoris Christi Ioannis in locum, qui ab eo quod ibi gestum est, perpetua est ignominia nominis notatus, ut uocetur Campus mentitus. Quia enim ij qui fidem Imperatori promittebant, mentiti sunt, locus in quo id contigit testis nequitię in suo nomine remansit. Cùm autem haud procul inde ordinatis aciebus consisterent, iam iamq; ruendum in arma putaretur, nunciatum est Imperatori aduenire Papam Romanum. Quem uenientem in
D ipsa acie Imperator consistens suscepit, licet indecentius quàm debuit: imputans ei quòd ipse sibi talem susceptionem præparauerit, qui inusitato modo ad se ueniret.

Ductus autem Papa in habitationem castrensem multis assertionib. perdocuit se tantũ iter non ob aliud suscepisse, nisi quia dicebatur quòd inexorabili cõtra filios discordia laboraret. Ideoq; pacẽ in utramq; partẽ serere uellet. Audita uerò parte Imperatoris, mansit cũ eo aliquot diebus. Remissus autẽ ab Imperatore ad filios ut pacẽ mutuã necteret, cũ penè omnis populus partim donis abstractus, partim promissis illectus, partim minis territus ad eos, populumq; cum eis consistentẽ more torrẽtis defluueret, nequaq; ut fuerat iussus, redire permissus est. Tot ergo copijs sibi adductis, et Imperatori subductis, adeò defectio indies inualuit: ut in festiuitate S. Pauli, plebei contra Imperatorẽ adulando filios eius irruptionẽ facere minarentur. Quib. Imperator uirib. obniti nõ ualens, filijs mandauit, ne se populari exponerẽt direptioni. Cui remandãtur castris relictis ad se ueniat: te autẽ maturrimè obuiam ipsi processuros. Quib. altrinsecus sibimet occurrentib. Imperator filios admonuit equis desiliẽtes et

sibi occur

sibi occurrentes, ut promissionis suæ memores tam sibi quam filio & uxori illibata, quæ olim promiserant, cõseruarent. Quos congruè respondẽtes osculatus est, & ad castra illorum est profectus.

Quo peruenienti uxor subducitur, & ad Ludouici tabernacula conuertitur. Ipsum uerò Lotharius ad sua cum Carolo admodum puero deduxit, & cum pauissimis in Papilione ad hoc deputato consistere fecit. Præter hæc autem iam populo iuramentis obstricto Imperium inter fratres terna sectione partitur. Vxor patris à Ludouico Rege recepta exilio iterum deportatur in ciuitatem Tartonam. Restituit tamen Deus singulari misericordia hunc Regem paulo pòst in suum locum.

Idem etiam sensit imagines adorandas non esse, & liberè quadam de octaua Synodo narrat. Hæc enim sunt eius uerba.

Adrianus Papa, secundum quod Nicolaus prædecessor eius disposuerat, legatos suos, Donatum scilicet Hostiensem Episcopum, & Stephanum Nepesinum Episcopum, & Martinum diaconum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius Constantinum & Leonem Augustos Constantinopolim direxit, cum quibus & Anastasius Bibliothecarius Romanæ sedis, utriusque linguæ Græcæ scilicet & Latinæ peritus perrexit. Et synodo cõgregata, quam octauam uniuersalem synodum illuc conuenientes appellauerunt, exortum schisma de Ignatij depositione & Photij ordinatione sedauerunt, Photium anathematizantes & Ignatium restituentes. In qua synodo de imaginibus adorandis aliter quam orthodoxi doctores ante diffinierant, statuerunt, & quædam pro fauore Romani Pontificis, quæ eorum uotis de imaginibus adorandis annuit, & quædam contra antiquos Canones & contra ipsam synodum suam constituerunt: sicut qui eandem synodum legerit, patenter inueniet.

Denique etiam idem narrat, quod Papa anno Do. 876. uoluerit primatum dare in Gallia Ansegiso Senensi Episcopo, eumq; suum perpetuum legatum constituere, atque res sit diu acta in synodo apud Pontigonem, sed constanter repugnantibus Episcopis nihil planè sit à Papa effectum. Vnde apparet quanta adhuc tum fuerit libertas, & constantia fuerit in Ecclesia contra Papas perpetuò, tyrannidem super totam Ecclesiam affectantes.

Sed adijciam & alias duas eius historias, alteram quomodo Reges Francorum nomen Augusti multò ante Carolum M. obtinuerint. Nactus enim est id Chlodoueus, qui est primus inter eos Reges baptizatus. De qua re sic præsens ut breuiter scribit libro suæ historiæ 1. Cap. 22.

Brumali autem recedente rigore, uernalique succedente temperie, Clodoueus Tolosam petit: inde thesauros Alarici auferens ad Engolismam properat: in cuius aduentu murus urbis diuino nutu sponte ruens, aduenienti Regi apertum præbuit iter. Qui uniuersos Gothos quos inibi reperit, gladio interemit, pari etiam modo per uicinas urbes aduersarios interficiens, suosq; constituens, eas sibi parere compulit. Rebus ergo cunctis ex sententia compositis Turones, iter dirigit. Vbi dum statuarum gratia aliquantisper moratur, legationem suscepit Anastasij Constantinopolitani principis, munera epistolas q; ei mittentis. In quibus uidelicet literis hoc continebatur, quod complacuerit sibi & senatoribus eum esse amicum Imperatorum, Patriciumq; Romanorum. His ille perlectis consulari trabea insignitus ascenso equo in atrio, quod inter Basilicam S. Martini, & ciuitatem situm erat, largissima populo contulit munera. Ab illa die Consul simul & Augustus meruit nuncupari.

Altera historia est de Symmachi & Laurentij schismate, quam etiam adiungam ut perpetua Ro. Pontificũ ambitio cognosci etiam hinc possit. Eo tempore defuncto Anastasio Papa Romano, pro eius successore, fœda in clero simul & populo erat dissensio. Quædam etenim pars in personam cuiusdã Laurentij cõsensum præbebat. Maior uerò & ut post patuit, saniori utens cõsilio sanctissimũ sibi elegerat Symmachũ. Ordinãtur ergo una die ambo, & Symmachus quidã in Basilica Cõstantiniana: Laure-

A ana: Laurentius uero in Ecclesia S. Mariæ. Sed cum neutra pars alteri cederet, constituerunt, ut lis cœpta iudicio supra memorati Regis Theoderici finiretur. Qui Rauennæ positus dum legatos utriusq; partis audiuisset, decreuit, ut qui prior ordinatus esset, aut quem maior pars cleri simul & populi elegisset, in sede Apostolica resideret. Vnde Symmachus Pontifex factus constituit Laurentium in Nuceriana ciuitate Episcopum intuitu misericordiæ. Hęc autem plenius in gestis Pontificalibus, qui scire uoluerit inueniet. In hac uerò dissensione ut B. scribit Papa Gregorius, sanctissimus Paschasius Ecclesiæ Romanæ diaconus partibus fauit Laurentij. Qui dum contemptor sui atq; amator esset pauperum Christi, eleemosynarumq; sedulus dispensator, nunquam tamen flecti potuit ut Symmacho communicaret, illum diligens, illum semper præferens, quem Ecclesia iusto Episcoporum iudicio sibi præesse repudiauerat. Hic ergo Paschasius dum tempore Symmachi Pontificis terminum huius esset sortitus uitæ, ad Ecclesiam est delatus mandandus sepulturæ. Cuius dalmaticã quæ supra feretrum eius posita erat, cum quidam dęmoniacus tetigisset, statim liberatus est.

B

In fœlices Cæsares. Platina & historici.

NArrat Platina, alijque plurimi historici, ingentia fuisse certamina longo tempore Papis cũ Imperatoribus, alijsq; Regibus, Principibus & ciuitatibus, multumq; Christiani sanguinis fusum, dum subinde Papæ crescere, pluraq; ad se rapere, & orbem terrarum sibi in seruitutem uendicare conati sunt.

Deficiente iam debilitatoq; regno Romano, cœperunt Papæ crescere: quod & Paulus futurum prædixerat 2. Thess. 2. Primùm rapuerunt sibi Romam, (quam tamen admodum serò, nempe circiter ante annos 500. & ægrè sua libertate, teste Sabellico, protsus spoliarunt) & circumuicina loca. Ac, quò facilius illa retinere possent, C commenti sunt fictitiam (ut multi postea probarunt) donationem Constantini. Nec eo contenti, cum uiderent Gallicorum Regũ potentiam sibi ad augendas opes usui esse posse, conati sunt Imperatoriam dignitatem à Constantinopolitanis Imperatoribus ad eos transferre. Verùm Carolus magnus pro sua modestia noluit eum titulum recipere (uidebat nimirum transferri eam dignitatem ab eo, qui tale ius non haberet) priusquam ei Orientalis Imperator concederet.

Cum deinde Carolus in Italia ui Reges Longobardorum, & alios quosdam dominos oppressisset, partim imperito quodam Zelo Romanensibus artibus excitatus permotus, partim etiam ut gratitudinem suam testaretur, multas ciuitates, magnamque Papæ largitus est potestatem.

Remansit tamen adhuc aliquandiu uetus ius, (firmissimo Papæ Cardinalium-que iuramento & decreto denuò firmatum) penes Imperatores, confirmandi Romanos Pontifices, conferendiq; Episcopatus, Archiepiscopatus & Abbatias. D

Postea ambitionis furijs extimulati Papæ, statuerunt contra priorum Paparum sanctissima iura, mentisq; firmata decreta, ut liceat Romanensibus curtisanis eligere Papam, quem uelint, sine Cæsaris consensu.

Deinde ne hoc quidem contenti, decreuerunt, ne ullius Imperatoris electio rata sit sine ipsorum comprobatione, ut scilicet uice uersa, sicut antea Papa pietatis confirmationem à Cæsare, sic iam Cæsar à Papa eam emendicare cogatur.

Quartò, extorserunt permulta & tristia ac plusquam ciuilia bella Imperatoribus, ius conferendi Episcopatus, Archiepiscopatus, Abbatias, et alias Prælaturas: quas non nisi suis mancipijs, aurumq; afferentibus contulerunt. Atq; ita orbis terrarũ opes ac potentiam ad se pertraxerunt.

Deniq; & ueluti infimæ sortis subditos suos iuramento sibi obstrinxerunt: iusq; creandi & deponendi pro libitu Cæsares, tanquam suos uilissimos famulos, sibi rapuerunt: adeò, ut cum uel in parua re Imperator aliquis peccauit (ut quòd Fri-

dericus

dericus primus siniſtrum fulcrum ephippij tenuit) aut ipſis obedire noluit, protenus eum tanquam hæreticum Papa excommunicauerit, depoſuerit, & alium in locum eius ſubrogauerit.

Hanc tyrannidis ſuæ arcem Papa dum occuparet, nihil penſi habuit, clauibus abuti, infinitum ſanguinem Chriſtianum fundere, ciuilibus bellis populum Dei affligere, fratres ac filios contra parentes incitare, ſubditos iuramentis fidelitatis ſoluere, Eccleſias miniſterio uerbi et ſacramentorũ per ſua impia interdicta priuare, & denig cœlum terrę miſcere, omniaq; humana & diuina iura furẽter uiolare & prophanare.

Longũ nimis eſſet cõmemorare, quas nam turbas conciuerint, & quæ bella geſſerint Papæ cum Cæſaribus, Henricis, Fridericis, cum Ludouico Bauaro & aliis, ut hæc imperij uel Eccleſiarum potius iura ad ſe raperent, orbem terræ ſibi ſubiugarent, Cæſares ad oſculandos ſibi pedes cogerent, & Eccleſiam in ſeruitutem redigerent. Quare ea ex hiſtoricis lectores petere poterunt, et à pluribus etiam hoc tempore ſunt collecta: ut ab Hutteno, Carione, & Franco. Breuiter tamen quoſdam Imperatores recenſebo, eorumq; certamina ac ſententias contra Papas annotabo.

Henricus IIII.

ACerrimæ fuerunt contentiones Cæſari Henrico IIII. qui cœpit imperare circa annum Domini 1060. cum Gregorio VII. antè Hildebrando uocato, eiusq; ſectatoribus, de iure conferendi Epiſcopatus, Abbatias & Prælaturas. Nam uſq; ad id tempus penes Cæſares fuit, conſtituere quos uellent, Papam, Epiſcopos, Abbates & Prælatos per Imperium, aut ut minimum confirmare eos. Nec ratione res ea caruit: quippe cum & dotauerint ampliſsimis opibus ac reditibus Epiſcopatus Cæſares, & Epiſcopi ac Abbates Germanici magis prophani principes quàm Eccleſiæ doctores ſint. Quis uerò ſapiens Princeps aut Rex, ita alteri in ſuo regno prouinciam aliquam, aut etiam ſolum unã potentiorem ciuitatem attribuere uelit, utille prorſus omni iure ac obligatione eius, qui ei tantum beneficium largitus eſt, omni momento bellum ſuo domino inferre, & hoſtib. eius ſeſe coniungere poſsit? Hoc ſanè nihil aliud eſſet, quàm alium in ſuam perniciem gladio armare.

Sed hoc tempore Papæ, & potiſsimum hic Gregorius tum ipſe inconſulto Cæſare electus eſt: tum ne porrò Imperatores Epiſcopos conſtituere poſſent, maximo niſu, horribilibus tumultibus, ſeditionibus, & plus quàm ciuilibus. uel etiam patricidialibus bellis agere cœperunt, & tandem etiam perfecerunt.

Obiecit quidẽ & alia crimina Papa cũ ſuis mancipijs huic Imperatori, ut eam tantò facilius opprimere poſſet. Sed omnino hæc fuit illa Helena, de qua tã atrociter & diu certatũ eſt: nempe ut Papæ Regibus & Cæſaribus colla calcarent. Verè autem omnino dici poteſt, hucuſq; aliquas uires aliquamq; libertatem & maieſtatem Imperij Romani fuiſſe: ſed in hoc Cæſare, ac eius filio, expugnatam à Romano Pontifice, oppreſſamq; eſſe. Sed adſcribam quædam ex Auentino, de hoc exitiali diſsidio, quò maior ſit narrationi fides.

Eadem tempeſtate, dum talia fiunt, Alexander Pont. Max. moritur, ſubſtituitur à Senatu populoq; & ſacerdotibus Romanis Hildebrandus, qui & Gregorius ſeptimus, iſq; ſtatim Præſidi Italiæ Cęſario ſe lectum literis aperit. Scripturusq; iam Reip. Chriſtianę Occidẽtalis Eccleſiæ, Romanicq; Imperij bella, cædes, homicidia, parricidia, ſimultates, odia, ſtupra, furta, peculatus, ſacrilegia, diſsidia, ſeditiones plus quã ciuiles, plus quàm domeſticas, præfandũ operæpreciũ duximus, quemadmodũ decet hiſtoricum ſolam ueritatẽ ſpectare, & ab omni odio atq; amore uacuũ eſſe, ſcribemus. Quippe cui Hildebrandus & Henricus, quos narrabo, nec beneficio nec malefício noti, ut qui ante quadringentos annos, quàm ego naſcerer, mortui ſint. Legimus tos, præſertim Paulũ Bernriedtenſem, Gerochũ Reicherſpergenſem antiſtitẽ, Auguſtinianos myſtas in Boiaria ortos: uterq; de huiuſcemodi diſcordia perniciosa libros edidit, uterq; pars huius tumultus fuit: ille Reginoburgij, hic Auguſtæ primarię ædis ſacerdos;

A sacerdos: ambo rebus Hildebrandi studuere. Quamobrem sedibus pulsi, in exilium acti sunt.

Extant præterea in bibliothecis nostris epistolæ, diplomata, edicta, rescripta Henrici & Hildebrandi ultro citroq; missa. Ego horum instrumentorum publicam sequar autoritatem, utriusq; causam sedulò & ex fide perorabo: uicijs utriusq; (ut homines fuerunt) notandis, amicis: in uirtutibus prædicandis, hostibus credam. Nam Henricum stupris, amoribus impudicitiæ & adulterij flagrasse infamia, ne amici quidem negant. Cæterùm in pauperes, monachos, sacerdotes munificentissimum, constantia in aduersis, fide in dedititios, clementia in hostes, pietate, prudentia ciuili & militari, eximia specie, ac maiestate corporis magnorum operum capaci, quibus eum natura dignata, omnes antecessisse, hocq; fastigio dignissimum fuisse, etiam inimici
B fatentur. Et Gregorium uirum sanctissimum, peruicaciorem extitisse, Paulus Bernritensis, qui eius uitam libris duobus complexus est, & reliqui eius partium acerrimi propugnatores produnt. Gerochus quoq; (quo nemo acrius scriptis libris Hildebrandum tutatus est, utpote qui crimina Cæsari obiecta, quæ apud nullum alium legerim, explicat) tandem suæ partis pertinaciam, ne dicam tyrannidem, hisce uerbis coactus ueritate notat: Romani (inquit) sibi diuinum usurpant honorem, rationem actorum reddere nolunt: nec sibi dici æquo animo ferunt, Cur ita agis? illud Satyricum inculcant:

Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas.

Quænam fœlicitas eius temporis fuerit, uel hinc existimari licebit, quòd eius tempestatis illustris & grauis in primis ac eloquentissimus scriptor, nomẽ suum prodere non audet. Et admodum scitè acriterq;, Ad factiones, ad fraudes, ad scelera (inquit) peruentum est: uera scribere periculum, falsa crimen. Hactenus Pontifices Rom.
C comitijs curiatis, calatis, à sacerdotibus, equitatu, plebe, senatu, per omnium genetum suffragia electi fuerant: id tum ratum fuisse reperio, si Imperatores Romani auctores fierent, qui illos, sicuti alios Episcopos, ad concilia iure suo euocabant. Cæteros quoq; uniuersos Pontifices monachorum mystarum magistros, ex consilij decreto, comitijs centuriatis per suffragia purpuratorum, more maiorum, Imperatores per Germaniam, Galliam, Teutonicam, Italiam, Romanum orbem, sicuti in Carolo Magno commemoraui, capiebant. Sanctissimi patres, quemadmodum Christus Dominus & Deus noster, comites & legati eius fecerunt, & alios docuerunt, Cæsares in terris à Deo secundos, ante omnes mortales primos, à supremo numine datos, diuinitus constitutos, ab immortali Deo electos, & (ut illi uocant) coronatos, uenerabantur, dominosq; suos uocare solebant. Eisdem tributum, censum, non denegabant: pro eorum salute quotidie comprecabantur. Imperata detrectantes, tanquam cœlesti prouinciæ resistentes, uideri contra pietatem Christianam fecisse decernebant.
D Grande nomen esse Imperatoris, à Deoq; tradi prædicabant. Reipublicæ turbellis nedum armis, ut milites Christi, se non immiscebant: paupertate & modestia cum cæteris Christianis decertabant: quo quisq; submissius se gereret, hoc maiorem esse sentiebant, Ensem ancipitem, gladium duplicem, Christianæ ciuitati datum ad secuandum, uiuificandumq;, non occidendum esse putabant: eundemq; spiritalem appellabant, qui est sermo Dei, uita & lux hominum, & mortuos ad uitam reuocat, ex hominibus Deos, ex mortallib. æternos facit: tantum abfuit, ut illi uel Regum quem piam, uel impium, uel Arrianum regno pellere, eidem sacrificijs interdicere, populum sacramento soluere tentarent, atq; regna euertere, sanguine humano se polluere, pro principatu cum Christianis decertare sibi permitterent. Vicissim hos principes, sicuti principes animorum communes amabant.

Gregorius septimus, qui & Hildebrandus, fretus armis Nordmannorum, quitum per Apuliam, Calabriam, Campaniam, quas ui occuparant, debacchabantur, confisus etiam opibus Machtyldæ mulieris impotentis, & discordia Germanorum, primus contra morem maiorum, cõtempta Imperatoris authoritate, Pontificatum

Maximum occupauit. Vtramq; personam sibi impositam esse à Christo, se quodcun
que, ut liberet ligare, soluere posse, iactitare: utramq; personam agitare, Occidentem
adserere, omnem potestatem in se transferre: neminem parem, nedum superiorem
ferre: iusta aliorum diminuere, cæteris ius atq; honorem præripere, cuncta in se trans
ferre: Cæsares, Reges, Augustos, ut precario regnantes, floccifacere: Pontifices, Episco
pos in ordinem redigere, deuouere, capite diminuere: lites, bella cõcitare, discordias
serere, factiones confirmare, iusiurandum, pacta, sacramenta soluere cœpit. Etiamsi
iniuria uel ipsum Cæsarem affecerit, tamen se metui oportere, in quadam gloriatur
epistola: utpote qui errare non possit, & à Christo Domino Seruatore nostro, Petro
que acceperit potestatem ut soluat, ligetq; utcunq; libeat. Sacerdotes illa tempestate
publicè uxores, sicuti cæteri Christiani, habebant, filios procreabant: sicuti in instru
mentis donationum, quæ illi templis, mystis, monachis fecere, ubi hæ nominatim
cum coniugib. testes citãtur, et honesto uocabulo presbyterissę nuncupãtur, inuenio. q

Cæsar tum, quemadmodum in Carolo Magno & iam explicaui, Episcopos,
Pontifices, Antistites, monachorum magistros, uirginum maximas, suo iure capie
bat. Et ut homines, non dij sumus, nihilq; est ex omni parte beatum, eueniebat inte
rim, ut & honorarium scribis pro diplomate, xenium suffragari, condonare necesse
foret: sacerdotes illos Nicolaitas, hos simoniacos appellat: eosdem deuouet ambi
tus, incestus condemnat, cura sacerdotum mouet. Scribit deinde Cæsari, Ducibus,
Principib. dynastis, tetrarchis, maximè Berchtoldo à Zaringen, Rudolpho Sueuo,
Vvelphoni Boio, Adalberoni, & uxoribus horum, atq; mulieribus, cæterisq; quos
cunq; idoneos credidit, item Episcopis, præcipuè Otthoni Cõstantiensi, sacrificulis,
populo, ut superiores Mystas uelut sceleratos atq; impios deuitent: eorum sacrificia,
colloquia, sermones, conuiuia, haud aliter quàm contagionem fugitent: illos saluta
re, resalutare ue, maximam impietatem esse docet: ijsdem parere, si sibi non pareant,
æs Ecclesiasticum reddi uetat. Grauissima itaq; seditio gregem Christi perculit, nec q
unq; talis lues populum Christi afflixit. Mystæ aduersus Pontifices, populus aduer
sus sacerdotes, prophani aduersus initiatos sæuire, omnia diuina humana permisce
re cœperunt. Viri, mulierculæ, ut quisq; maximè auarus, ambitiosus, aut inuidus erat,
bella, lites & odia amabat, leui admodum suspiciuncula excitatus, sacerdoti suo tesa
stendi, bona templi diripiendi ansam præripiebat: populares sacerdotulos, qui uxo
res habebant, flocci faciebant: religionem polluebant, sacra temerabãt, lustrica aqua
passim expiabant, de cimas igni concremabant: sacrosanctam hostiam (horresco re
ferens) à mystis, qui coniuges habebant, consecratam, in lutum abijciebant, pedibus
que conculcabant. Tales enim non esse sacerdotes, neque sacrificare, Hildebrandus
docebat.

Hincq; occasione arrepta, multi falsi Prophetæ nebulas offundunt, fabulis, mi
raculis (exempla uocant) à ueritate plebem Christi auertunt: sacras literas incerpre
tando, suo negocio seruire cogunt. Porrò paucissimis Veneri bellum indicentibus, q
quibusdam castitatem iactantiæ, quæstus ergo simulantibus, maxima pars sub hone
sto castimoniæ nomine stupra, incestus, adulteria, passim & impunè committunt.
Alij uerbis quidem ambitus crimen abominabantur, sed plus auri sub magna pie
tatis superficie, dum se gratis dare cuncta iactant, corrasere, plurisque sacra uenun
dedere.

Grata admodum Gregorio, alioqui faciles aures uituperantibus atq; criminan
tibus Cæsarem, præbere solito, istæc fuere: qui tanto cardine rerum nequaquam ced
sandum arbitrabatur. Quippe sibi persuaserat, tempus opportunum ueniisse, quando
Romanos flamines à seruitute uindicaret, Imperatoris iugum eius opibus diminu
tis excuteret, authoritatem antiquaret, omnem potestatem in se transferre liceret:
itaq; principatum Põtificalem confirmaret. Nil speciosius uidebatur, quàm sublato
metu, neminem mortalium formidare, & ut liberet libertate Ecclesiastica perfrui:
atque esse Imperatorem, cuius arma, uis, non metuerentur, ut qui arbitrio Romani

Pontificis

A Pontificis precario duntaxat regnaret. Gregorius ergo hæc mente obseruans, Saxonum animos uerbis confirmat, sibi hanc rem curæ fore respondet, se propediem in Germaniam profecturum, concilium totius Imperij in certum diem indicturum, ubi communi consensu de huiusmodi rebus agitetur, pollicetur. Itaque dimissis Saxonibus, ipse plenus spei, haud tamen insciꝰ quid incœptaret, quàm difficilem rem moliretur, Machtyldam, primariam Italię fœminam, filiam Bonifacij locupletissimam, crebris colloquijs familiaritáq; consuetudine sibi deuouet. Deinde Nordmannos, quibus formidolosa potentia Cæsaris erat, socios sibi asciscit. Nempe hi Campaniam, Calabriam, Apuliam, magnam Græciam ui occuparant, ne hisce locis à Cæsare armis pellerentur, metuebant: ne cœptum in neruum erumperet, sensim fortunam Hildebrandus tentare statuit.

Primò Hagnam Augustam (quæ in paucis diebus obijt, & sepulta est Romæ in templo diuæ Petronellæ) deinde eius prolem Machtyldam, matrem & cognatam Cæsaris adhibet. Hisce præsentibus, foricęs, tineas, purpuratos aulicos, uniuersos à consilijs Henrici fulmine suo afflat, tonitru suo attonitos facit. Idem Cæsari, nisi hosce omnes aula procul à se eliminet, sermones, aditus eorum deuitet, interminatur. Nuncios Cæsaris obiecta crimina à Saxonibus confutaturos, conatibusq; eius obstituros, in uincula conijcit, frigore, fame, siti excruciat, per urbem circumductos Roma pellit.

Hæc Cæsar refert in epistola, quam ad Archimystam Agrippinensem dedit. Idque facinus plerisque mystis, senatui populo que Romano displicuit.

Quamobrem Hugo flamen Romanus, cum literis in Germaniam mittitur. Is ubi eò uenit, uoluntate Cæsaris, & Sigefridi Moguntini Pontificis, in Vangionum urbe quinquagenalibus concilium cogit. Interfuere omnes Episcopi Galliæ, Germaniæ, præter Saxonas. Lectæ sunt frequenti senatu epistolæ flaminum primorum populi Romani, in quibus Hildebrandum ambitus & periurij accersunt, eundem plera
B que auarè, superbè facere conqueruntur: hocque reiecto, alium pastorem postulát. Fit patrum consultum huiusce modi: Hilbebrandus, qui se Gregorium nuncupat, primus sine consensu nostro aduersus Imperatoris Romani, rerum Domini à Deo constituti, uoluntatem, contra morem maiorum, contra leges, contra auspicia, Pontificatum maximum, quem pridem ambiuit, & iudicio conuictus perpetuò abiurauit, inuasit, Monachus desertor est, nouis dogmatibus sacrosanctam philosophiam adulterat, diuinas literas falsò interpretando suæ causæ seruire cogit, concordiam collegij
C scindit, sacra, prophana, diuina, humana commiscet, utrunque iuxta polluit. Diabolis, hoc est, acerbissimorum hostium spurcissimis criminationibus, iniquorum maledictis autem commodat & credit. Testis, iudex, accusator, inimicus idem est. Maritos ab uxoribus separat: scorta pudicis coniugibus, stupra, incestus, adulteria casto præfert connubio: populares aduersus sacerdotes, uulgum aduersus Episcopos con-
D citat. Neminem initiatum ritè esse docet, nisi qui ab eo sacerdotium emendicauerit, aut ab eius auri fugis mercatus fuerit: uili plebeculæ, gratificari studet, uulgi imperiti auram captat, simulata religione decipit, defraudat, circumuenit: in senatulo mulierculárum de sacratissimis religionis mysterijs pertractat: supremi numinis legem, quam se idem quoque ligauit, soluit: utrunque & imperium & pontificatum, sicuti Decij & falsorum deorum cultores factitare consueuerunt, usurpat.

Hasce ob causas, sanctissimus Imperator, Pontifices, senatus, populusque Christianus, illum Hildebrandum abdicandum, sibi eundem non placere, neque oues lupo committendas censent. Huic que, non solum Germaniæ Galliæq;, sed Italiæ quoque Episcopi, conuentu Ticiniacto, subscripsere: iuraruntq;, se nunquam Pontificem maximum istoc nomine recepturos. Cæsar quoq; & Hildebrando & sacerdotibus populoq; Romano binas scribit literas, imperat ex consilij decreto, ut ille ad priuatam redeat uitam. Hi deserto Hildebrando, pastorem more maiorum sibi deligant: at-

que manus quidem ab Hildebrando abstineant, supremique Prætoris tribunali relinquant.

Inter hæc Gregorius, ubi ista agitari per Saxonas, & eos qui rebus suis studebant, comperit, (cognita ipsis erat Romani Pontificis infirmitas, & quòd auidus nouarum rerum esset) Romæ concionem in templum uocat cum sacerdotibus, equitatu, plebe, senatu agit. Caput mundi (inquit) Romani rerum domini, uictor gentium populus, & imperium & Pontificatum, in quos libuerit, transferre potest, sicuti ante ducentos & septuaginta quinque annos à Græcis in Germaniam transtulit. Quemadmodum militem ignauum Imperator exautorare potest, ita militem Ducem iniustum deserere licet. Vestrum munus est, Quirites, uestrum est beneficium, uestro sanguine atque sudore partum, tantum Imperium: quod bonum, faustum, fœlixq; sit, Mecum (filij charissimi) decernetis, quinam Romæ posthac regnarit: nec, me superstite, Rex libero populo, quem non creârit, imponetur.

Post hæc Gregorius millia talentorum quindecies uiritim distribuit. Eaà Normannis & Machtylda contributa fuere. Opes quoque Ecclesiasticas, quibus hactenus pauperes alebantur, militibus & rebellicæ peritis largitus est. Quod & Hildebrandini Gerochus & Paulus non inficias eunt: & hic tanquam benè factum excusat, & id licere defendit. Romanos ergo hoc donatiuo oppigneratos, specioso nomine libertatis inescatos, Gregorius facilè ad se deficere persuasit. Dum autem talia fiunt, Rulandus sacerdos Parmensis literas Imperatoris, consilij decretum deferens, ædem sactam ingreditur, & absque omni salutationis honore: Tibi (ad Hildebrandum inquit) Cæsar noster Christianissimus, sanctissimi Italiæ, Germaniæ, Galliæ Episcopi, sacer ordo Christianus præcipiunt, ut te munere, quod astu, pecunia, gratia occupasti, confestim abdices. Nec enim fas est, inuitis illis te aduersus auctoritatem Imperatoris, contra Christianæ Ecclesiæ decretum, ouilí Dei ultrà incubare. Deinde ad cæteros uersus: Pientissimi (inquit) fratres, pastorem iure uestro delígite, deinde sacratissimus consul, tribunus & princeps uester more maiorum authorsiat. Iste enim Hildebrandus neque pastor, neque pater, neque Pontifex, sed fur est, lupus, latro, atque tyrannus. Vix hæc fatus erat, & Iohannes Portuensis prosilit: Capiatur capiatur, ingeminat. Fit tumultus. Vrbis præfectus & cæteri Parmensem gladijs strictis circumsistunt, in temploq; confodere parant. Ille uix ope Gregorij (ita Paulus refert) euasit.

In hoc suo conciliabulo Papa Cæsarem excommunicat, proscribit, Cæsarea dignitate priuat, idq; per orbem terrarum omnib. Christianis atrocissimis bullis denunciat: omnes cõtra eum sub religionis prętextu instigat, etiam subditos eius, quos à præstito iuramẽto omniq; obligatione soluit. Quare sequitur paulo pòst in Auctino,

Plerique tum priuatim, tum publicè indignum facinus clamitant, pro concione Gregorio maledicunt, Hildebrando malè precantur, ipsum odio atque libidine dominandi præcipitem agi uociferantur, Antichristum esse prædicant, pietatis sub specie (inquiebant) debacchatur, honestis nominibus bonum publicum simulat, titulo Christi negocium Antichristi agitat. In Babylonia, in templo Dei sedet, supet omne id quod colitur, extollitur, quasi Deus sit, se errare non posse gloriatur: in exolenda gloria sua, pertinaci spei atque concupiscentiæ Imperatoris suo arbitrio constituendi, se deuouit. Homines non peccatis, sed lege Christi atque sacramentis soluit: pacem atque pietatem religionis nostræ labefactat: bella, seditiones concitat: stupro, cædi, periurijs, perfidiæ, rapinis, incendio indulget. Non solum ad ambitionem suam occulendam fabulas comminiscitur, annales corrumpit, res gestas inuertit, sed etiam cœlestia oracula adulterat. Diuinas literas falsò interpretando, suæ libidini seruire cogit: sacram historiam lacerat: inter mulierculas de lacteris philosophatur literis. Quicquid dixerit, legem Dei putat, ad auiditatem suam incongrua conquirit testimonia, sententias deprauat, ad uoluntatem suam

scripturam

A scripturam trahit repugnantem. Nimium sibi de Pharisæorum supercilio sumit, ut quosque damnare uel soluere arbitretur: cum apud Deum non sententia sacerdotis, sed uita hominis quæratur.

Præterea Hildebrandus ille diuinæ maiestati refragatur, Christianissimo principi diuinitus constituto, & à Deo inaugurato resistit: uersutus, fallax, obscurus, callidus, imperium orbis titulo Christi sub ouina pelle ambit. Alios, pecudes ignauas, stultos, stipites, caudices, asinos, qui eius sycophantias uaframenta q̃ nõ intelligant, putat. Hucomnes neruos intendit, ut duce gregis oppresso, in ordinem q̃ redacto, in oues desertas præsidio Imperatoris licentius impunius q̃ grassetur. Si omnis potestas à Deo est, maxima quoq;, nempe Cæsarea, ab eo sit necesse est. Christus, cum eum populus rebus imponere conaretur, aufugit: & duos de hæreditate ambigentes, qui eum arbitrum cœperant, ad Cęsarem, cui imperium orbis terrarum commissum est, ablegauit. Pontificibus quoq; Iudæorum præcipit, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: cui uectigal soluit, tributum pendit, censum dedit. Idem nos D. Petrus docet: Deum timete, Regem honore afficite. D. Pauli præceptum est: Fidem Regi seruate. Quòd si quispiam cælitum aliter docuerit, deuotus esto. Flagitium huiusce modi Hildebrandi inexpiabile, scelus hactenus inauditum, procul ab orbe Germano abigendum, ense (quem Imperator supremus ad uindictam malorum Cæsari tradit) resecandum: lupus sub ouina pelle sæuiens, ferro tollendus. Septimus ille non uerbis & disputationibus, sed uinculis & carcere fatigandus est. Nempe dictum est à Christo, Deo optimo Max. Petro & eius successorib. Romanis Episcopis: Vade retro satana, offendiculum mihi es: &, Qui gladium acceperit, gladio pereat.

Appendix de Hildebrando, seu Gregorio VII. ex Fasciculo rerum sciendarum Coloniæ 1553. impresso descripta.

Qua occasione Hildebrandus ab Imperatore abiectus, & Guibertus in locum eius surrogatus sit. Caput I.

C Vm sub Imperatore Henrico, qui inter Reges quartus, inter Imperatores tertius huius nominis inuenitur, imperium grauissimè scissum fuisset, parte q̃ maxima optimatum Principi suo rebellante, tota penè regni latitudo ferro flammáq; fœdaretur, Gregorius septimus, qui tunc urbis Romæ Pontificatum tenebat, eundem Imperatorem tanq̃ à suis destitutum, anathematis gladio feriendum decernit. Cuius rei nouitate eo uehementius indignatione motum suscepit imperium, quo nunq̃ antè hæc tempora huiusmodi sententiam in principem Romanorum promulgatam cognouerat. Eapropter pluribus ex Italia, Gallia, Germania, apud Batoriariæ ciuitatem Brixinoram in ipso Pirenæo, haud procul à ualle Tridentina situm, coadunatis Episcopis, Princeps curiam magnam celebrauit, ubi omnibus aduersantibus iniurias sibi à Romana Ecclesia irrogatas affectuose conqueritur, quòd uidelicet ipso inconsulto, qui tanquam Rex & patricius, primus in electione suæ urbis Episcopi esse deberet, Romani sibi Pontificem præfecissent, cum à patre suo Imperatore plures ibidem quasi sine electione inthronizati fuerint. Hac querimonia omnium animi eo facilius contra Romanam Ecclesiam inclinari poterant, quo & laici secularis honoris consideratione accensi, & Episcopi consilio clericorum suorum, quibus recenter connubia ab eodem Pontifice inhibita fuerant, inflammati, uoluntati principis accedebant. His igitur acclamantibus, prefata electio ab eis cassanda iudicatur, Guibertusq; Rauennatensium Archiepiscopus, Clemens uocatus, assensu principis urbis Episcopus creatur: Gregoriusq; septimus, ab ipsis pseudo monachus uel necromanticus appellatus, exufflatur. Vnde communi consilio prænominato Pontifici scriptum conuicijs & detractionibus plenum dirigere præsumpserunt, in-

ter cætera dicentes: Sicut hactenus solebas dicere, quòd nullus nostrum esset Episcopus: ita scias, quòd nullus nostrum deinceps erit Apostolicus. Hæc Otthо Frisingensis.

Literæ, quibus uocati sunt Hildebrandini ad audientiam.

ADalbertus Episcopus sanctæ Rufinæ Syluæ candidæ, Ioannes Episcopus Hostiensis, Hugo Episcopus Prænestinus, Albertus Episcopus Nephesinus, Benno Cardinalis presbyter urbis Romæ, Romanus presbyter urbis Romæ, Guido Cardinalis presbyter urbis Romæ, Octauianus Cardinalis presbyter designatus, Paulus primicerius Romanæ Ecclesiæ, Nicolaus electus Abbas sancti Syluestri urbis Romę, N. Abbas sancti Pancratij urbis Romę, & clerus, & clarissimi principes laici, Theobaldus Chinebij, & Vdalricus de sancto Eustachio, & populus Romanus, omnibus Deum timentibus, & salutem Romanæ reipublicæ diligentibus.

Nolumus ignorare prudentiam uestram, quòd ad destruendas hæreses nouiter ab Hiltebrando inuentas, & antiquas sub nomine pietatis impiè ab ipso renouatas, & ad defensionem fidei catholicæ, & ad exterminandam impietatem eorum qui nouiter ipsam fidem catholicam (quantum in ipsis erat) scindere non timuerunt, Deo authore, Nonis apud S. Blasium conuenimus, octauo Idus apud S. Celsum, septimo Idus apud S. Mariam, in Ecclesia quæ uocatur Rotunda consedimus, ipsas hæreses damnatas, sic ut maiores nostri, & nos damnamus: omnes sectatores, communicatores, complices semel damnatæ prauitatis, pari sorte censemus, nec uel paululum taceamus, consentire uideamur. Eos uerò qui authoribus errorū communicant, data securitate liberè ueniendi & abeundi uocamus, & ut per maiores suos, D. Raynerium & Ioannem Burgundionem causam suam agant, admonemus: securitatem integram, in quantum possumus, usque ad festum omnium Sanctorum proponimus, etiam cum in causa sua defecerint, neminem circumuenientes, nullius sanguinem, sed omnium uitam & honorem sitientes, nec seditiones in populo commouentes. DE CAVSA enim sua diffidere uidetur, quisquis author est seditionis. Pacem ueram, dilectionem synceram, proponimus omnibus pacem, & ueritatem, & unitatem Ecclesiæ catholicæ amplectentibus, ut simus filij patris nostri qui in cœlis est. Qui enim ex patre Diabolo sunt, opera patris sui faciunt: conspirationibus, seditionibus, cuius filij sint, manifestè ostendunt. Nos uerò illius discipuli esse desideramus, cuius doctrina etiam inimicis sanè est intelligenda. Orent pro nobis Ecclesiæ filij, ut crescat sermo Domini, &c. Datæ Romæ contra schismaticos, in sacro conuentu: Anno ab incarnatione Domini Millesimo nonagesimo octauo, in dictione sexta, septimo Idus Augusti.

His literis uocati sunt. Declinauerunt autem audientiam schismatici per sedecim annos, per obsides potentes & clarissimos, & sacramenta sibi oblata inuitati, ne caperentur suis mendacijs, ne suis libellis conuincerentur, quibus authores eorum corruperunt terram hæresibus uarijs, longè lateq; dissemínatis per Apostolos multiplicis erroris. Sacer enim conuentus, toties deprehensa eorum uersutia, in conspectu Ecclesiæ coram multitudine Romanorum ait: Eos qui sanctam Ecclesiam scindere non timuerunt, iterum uocamus ad synodum, quam (Deo authore) celebrare disposuimus circa Calend. Nouemb. In præsenti tamen, quia uenire renuunt, testes inuocamus contra eos cœlum & terram, quòd nullum consensum adhibemus eorum peruersitati: & in testimonium illius, in medio Ecclesiæ, in conspectu Angelorum & hominum, incendio tradimus decreta eorum hæretica, quibus orbem terræ peruerterunt, Verbum Dei adulterantes sub ementito colore pietatis, quærētes plus se quàm fidem catholicam amari. Qui per sedecim annos nullum dederunt locum ueritati, fugientes lucem examinationis, tenebris erroris assueti, falsis expositionibus intorquentes

A quentes ſcripturas, in adiumentum nefandiſsimis ſchiſmatis. Hildebrandus in extremis ſuis uocauit ad ſe unũ de Cardinalib. duodecim, quem multum diligebat præ cæteris: & confeſſus eſt omnipotenti Deo, & toti Eccleſiæ, ſe ualde peccaſſe in paſtorali cura, quæ erat ei ad regendum commiſſa. Atq; hunc confeſſorem ſuum miſit ad Imperatorem, & totam Eccleſiam, ut optarent illi ueniam. Hanc culpæ confeſsionem etiam Siggibertus teſtatur.

Hactenus appendix, cui uiſum eſt addere ex Abbate Vrſpergenſe, decretum celebris ſynodi prælatorum & politicorum procerum, Brixiæ Noricæ contra Hildebrandum congregatæ. Hæc autem eius uerba ſunt. Quia (inquiunt) non à Deo electum illum conſtat, ſed à ſeipſo in fraude ac pecunia obiectum, qui Eccleſiaſticum ſubuertit ordinem, qui Chriſtiani imperij perturbauit regnum, qui Regi catholico ac pacifico corporis & animæ intentat mortem, qui periurum defendit Regem, qui inter concordes ſeminauit diſcordiam, inter pacificos lites, inter fratres
B ſcandala, inter coniuges diuortia (diſtrahebat enim ſacerdotum coniugia, teſte Henrico Mutio) & quicquid quietè inter piè uiuentes ſtare uidebatur, concuſsit: Nos autore Deo congregati in unum, legatis ac literis freti 19. Epiſcoporum, die S. Penteco-ſtes Moguntiæ congregatorum, contra eundem Hildebrandum procaciſ. ſacrilegia ac incendia prædicantem, periuria ac homicidia defendentem, catholicam & Apoſtolicam fidem de corpore & ſanguine Domini in quæſtione ponentem, hæretici Berengarij antiquum diſcipulum, diuinationum ac ſomniorum cultorem, manifeſtum necromanticum, Pythonico ſpiritu laborantem, & idcircò à uera fide exorbitantem, iudicamus canonicè deponendum & expellendum: & niſi ab ipſa ſede, his auditis deſcenderit, in perpetuum condemnandum. Facta autem ſunt hæc 7. Calend. Iulij, feria 5. indictione 3.

Hoc decretum ad Papam miſerunt, & epiſtolam, teſte eodem Vrſpergenſe, in
C qua poſt multa crimina ipſi Papæ obiecta, ſic concluſerunt: Quia ergo & introitus tuus tantis periurijs eſt initiatus, & Eccleſia Dei tam graui tempeſtate per abuſionem nouitatum tuarum periclitatur, & uitam per conuerſationem tam multiplici infamia dehoneſtaſti, obedientiam, quam tibi nullam promiſimus, nec de cætero ullam ſeruaturos eſſe renunciamus. Hactenus Vrſpergenſis.

Iam addam pauca ex quadam epiſtola Friderici primi, ubi inter alia & hæc quoque ad Adrianum 4. ſcribit: Cardinalibus ueſtris clauſæ ſunt Eccleſiæ, & non patent ciuitates noſtræ: quia non uidemus eos prædicatores, ſed prædatores: non pacis corroboratores, ſed pecuniæ raptores: non orbis reparatores, ſed auri inſatiabiles corraſores. Epiſtolam eam concludens dicit: Superbiæ deteſtabilem beſtiam uſq; ad ſedem Petri reptaſſe uidemus. Narrat Gebuilerus, noſtri temporis & quidem Papiſticus ſcriptor, fuiſſe tempore Henrici quarti in Germania & Gallia circiter uigintiquatuor Epiſcopos, qui una cum clero ſuarum diœceſium coniugati fuerint, coniugiumque ſacerdotum conſtanter defenderint, Vnde apparet, coniugium
D ſacerdotum tunc temporis nondum fuiſſe penitus abolitum: tametſi hoc ex Herfeldenſi alibi clarius ſit monſtratum. Verùm de hoc Cæſare & Pontifice etiam in ſequentibus titulis dicetur.

Rudolphus Dux Sueuiæ.

TEſtatur Vrſpergenſis, & alij quidam hiſtorici, Rudolphum Ducem Sueuiæ, qui primum fortiſsimè contra omnes ſeditioſos, pro Henrico IIII. Imperatore pugnarat, demum à Papa & Epiſcopis, qui ſubinde alium poſt alium extinctis prioribus aduerſarium illi optimo Cæſari excitabant, perſuaſum, ut coronam Imperij ſibi uendicaret, demumque poſt aliquot cruenta Germaniæ ciuilia prælia, iuxta Mersburgum ei manum abſciſſam eſſe: ac eum fugiente exercitu, uix Mersburgum cum ſeditionis complicibus Epiſcopis aufugiſſe, ibique ad-

uocatis illis, abscisam eis dexteram monstrasse, ac grauiter gementem dixisse: Ecce manum, qua domino meo Imperatori fidem dedi, quòd ei subditus esse, fidelissime que tanquã meo ordinario magistratui seruire, & nunquã resistere uelim: & uos me cum Papa persuasistis, ut moto cõtra eum bello, regnũ ei & uitã eripere conarer. Ecce nunc ego morior, regnumq; eius relinquo. Vtinam me peruenam Christianamq; uitam duxissetis. Dignissima planè memoria est hæc historiola, quòd furorem Antichristi eiusq; sacrificorum tristissima bella, seditiones & periuria inter Christianos excitantium, & iram pœnasq; Dei contra tam nefarios conatus demonstrat. Liber de Vnitate Ecclesiæ, de quo mox dicam, eodem anno necis Rodolphi conflagrasse, tum baltenbergense summum templum, ubi fuit electus, tum et Moguntinũ ubi est inauguratus. Miserat huic Rudolpho Papa dono diadema Cæsareum, inscripto hoc uersiculo:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.

Quo indicate uoluit, omnia regna ac dominia mundi Petro, Papis ac sibi à Christo commendata esse, ut ipse ea cui uelit, pro suo arbitrio tradat. Vide extremam audaciam impudentiam & impietatem Romani Antichristi.

De unitate Ecclesiæ.

EDidit Huttennus anno 20. librum prolixum, titulo de Vnitate Ecclesiæ, scriptum ante annos 470. contra Gregorium VII. eiusq; complices, qui horribiliter tum excommunicationibus & interdictis, tum etiam armis, Henricũ IIII. persequebatur. Probat in eo prolixè author, quicunq; demum est, tum argumentis ex Scriptura & aliunde desumptis, tum etiam historiarum commemoratione, Papas & Episcopos non tantum nullas iustas causas habere, quòd Cæsarem persequantur: sed etiam in ipsa persequutione adeò modum excedere, ut planè scelerատè ac impiè contra omnia humana ac diuina iura furant. Nullam pacem ferre posse, cum toties eis sit æquissima oblata: imò, si quando simulant se pacem expetere, omnia tamen agere eo fine, ut nouis maioribusq; turbis dent occasionem.

Sanè tuncabundè res ostendit, uerum esse prouerbium Germanicum, cum sacrificulis non aliter posse componi semel susceptas inimicitias, nisi ut eos iugules. Locos porrò communes, qui quidem à nobis in hoc libro annnotantur, potissimum hosce duos tractat: Papam non habere politicum gladium, multo minus aliquod dominium super Imperatorem: Nullo iure posse eum subditos Imperatoris aut aliorum dominorum, iuramento fidelitatis soluere. Diligenter deniq; inculcat illud Pauli præceptum, Omnis anima sit subiecta superioribus potestatibus: atq; ideo etiam spirituales summos & infimos, politicis magistratibus obedire debere docet. Adscribam unum aut alterum eius dictum:

Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes, quoniam maius iudicium sumitis: sicut dixit Iacobus Apostolus ex doctrina Domini, & Saluatoris nostri. Vos, inquit, nolite uocare rabbi. Vnus est enim magister uester. Vnde Augustinus in libro qui prætitulatur, de Magistro disputans, querens, & inueniens, Magistrum non esse, qui docet hominem scientiam, nisi Deum. Magistros, inquit, tunc plures fieri existimo, cum diuersa, atq; inter se aduersa sentiunt: cum uerum id ipsum dicunt, omnes & uerum dicunt, ab unius ueri Magistri, Magisterio non recedunt. Qui enim, inquit Christus, maior est uestrum, erit minister uester. Qui enim se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltauerit. Sed cum ipse unus magister CHRISTVS idemq; Deus mutet tempora, & transferat regna, tenens corda Regum in dextera sua: Legimus docuisse Hildebrandum Papam quod potestatem ipse habuerit super Reges & super regna, & posse, id facere quod per Deum tantum fieri dicit Psalmista: Hunc humiliet, & hunc exaltat. Nam reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Quam certè regulam proprio confirmauit exemplo dicens Petro Apostolo: Vt non scandalizemus eos, id est, ne nos Cæsari contradi-

A tradicentes tumultuandi eis occasionem præbeamus, uade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens da eis pro me & te: Et discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

Qui etiam docuit Apostolos Ecclesiam non Regnum disponere, uel ordinare, quod necipse legitur affectasse: qui fugit in montem solus orare, cum turbæ uenissent rapere eum, & Regem constituere. Quoniam cum in forma Dei esset, formam serui accipiens, uenit non ministrare: iuxta quod etiam Paulus Apostolus, cùm liber esset ex omnibus, omnium se seruum fecit, ut plures lucrifaceret. Vnde & Gregorius Papa, cum esset summus Pontifex, & uirtutum artifex, in tantum se infra omnes humiliauit, ut primus ipse in epistolis suis seruum seruorum Dei se appellauerit, & hoc humilitatis nomen ad posteros quoq; transmiserit.

B

Item paulo pòst.

ECce quomodo ille ministet diaboli, ecce quomodo insanit? quomodo nos secum in foueam perditionis mittere quærit? qui apud XIII. tantum, aut paulò plures Episcopos Hildebrandi Papæ scribit, sancta Dei esse sacerdotia: cæterorum autem qui sunt per orbem terrarum, sacerdotia, ab Ecclesia Dei esse separata. Cùm certè non solum Gregorij atque Innocentij testimonium, sed omnium sanctorum Patrum iudicium concordat cum sententia beati Cypriani Episcopi, qua testatur in libro de Vnitate Ecclesiæ, quòd alienus sit, prophanus sit, hostis sit, quòd Deum patrem habere non poterit, qui non tenet unitatem Ecclesiæ, quam consequenter etiam describit unum sacerdotium habere. Nam ut unitatem, inquit, manifestaret Dominus, unitatis eius originem ab uno incipientem sua authoritate
C disposuit, & quia erant utique & cæteri Apostoli quòd fuit Petrus, pari consortio prædíti & honoris & potestatis, exordium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesia una monstretur: quam scilicet unitatem tenere firmiter & uindicare debemus: maximè nos, inquit, Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus ut Episcopatum quoque unum atque indiuisum probemus.

Sed Hildebrant Papa, sic diuisit etiam sacerdotia, quemadmodum Ecclesiam Dei, atque Rempublicam imperij, quoniam partes inde segregauit sibi. Inter ipsum namque & inter Regem Henricum, graues ortæ sunt atque inexorabiles discordiæ: Papa plurimum annitente, ut Rex deponeretur à Regia potestate pariter & dignitate: Rege uerò contra nitente ut defenderet se ab hostium suorum circumuentione: qui pro parte eiusdem Papæ certant, quærebant eum opprimere. Exinde diuisa est Ecclesia, & diuisa sunt Ecclesiæ sacerdotia: atque omnia scandalorum orta sunt genera. Exinde creuit graue & diuturnum bellum, & non solum ciuile, sed &
D plusquam ciuile bellum, & factæ sunt absque diuino pariter atque humano respectu uastationes Ecclesiarum, & cædes hominum. Exinde etiam corruptæ sunt diuinæ pariter & humanæ LEGES sine quibus non subsistit uel Dei Ecclesia, uel Imperij Respublica. Exinde uiolata est fides & publica & catholica: Exinde etiam creuit illa iniustitia, ut pro ueritate falsa testimonia, & pro fide catholica abundent periuria. Vt postquam leges bello siluere coactæ, impleatur iam ista Domini sententia, per Oseam Prophetam: Non est, inquit, ueritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra, maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.

Hæc nunc abundant & superabundant, propter doctrinam Hildebrandi Papæ, qua diuisit corpus uel Ecclesiæ, uel Reipub. Nunquid hoc est Apostolicum esse? & Gregorium, id est, benè uigilantem esse? & in doctrina & in conuersatione catholicum esse secundum sententiam scriptoris propositæ epistolæ? Atque cum tali Hilde-

tali Hildebrando partes habere, & eiusmodi, qualia supra dicta sunt, flagitia nutrire, fouere, uel defendere, nunquid hoc est filios DEI esse, & spirituales, & cœlestes esse, iuxta sententiam scriptoris eiusdem epistolæ? Absit hoc, &c.

Item de monachis.

NEmo existimet bonos de Ecclesia posse discedere, sed qui iactantur, sicut inanes paleæ tempestate, quorum peruersa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet unitatem. Ergo longum est inter monachos certamen atque discordia de ueste monachia: & apud eos qui religiosiores uidentur pro sua iactantia: apud eos inquam tam solenne est & celebre, tamque sanctum & uenerabile nomen, quod est duplex uestis, ut reliqui per monasteria monachi nullius meriti uel momenti æstimentur ab eis, nisi induantur hac dyploide confusionis. Sed duabus, inquit Dominus, tunicis ne induamini, & habentes uictum & quibus tegamini, his estote contenti.

Contra hæc etiam diuina mandata affectant laxas uestes, qui sunt sibi in hoc quoque placentes, cum superbi secundum Scripturas sanctas, alio nomine appellentur sibi placentes. Sed per naturale ingenium, quo illi minus sapiunt, intellexit Lucanus quidam gentilis poeta, quod laxæ uestes prætendant teporem quendam & molliciem eorum, qui desides ac pigri uidentur ad uirtutum exercitia.

Quicquid ad hos (inquit) tractus mundiq; teporem,
Labitur, emollit gentes clementia cœli:
Illic & laxas uestes & fluxa uirorum
Velamenta uides.

Sed sanctissimus pater Benedictus describens quatuor genera monachorum, tertium inquit monachorum teterrimum genus est Sarrabattarum, id est, sibi uiuentium, qui nulla regula approbati, experientia magistra, sicut aurum in fornace: sed in plumbi naturam molliti adhuc operibus seruantes sæculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur: quibus pro lege est desideriorum uoluptas, cum quicquid putauerint uel elegerint, hoc dicunt sanctum, & quod noluerint, hoc putant non licere. Vnde & per Salomonem dicitur: Sunt impij, qui ita secuti sunt, quasi iusto rum facta habeant.

Sed uos qui secuti estis me, ait Dominus, intrate per angustam portam, quia lata porta, & spacioſa uia est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta inquit, porta & arcta uia, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

Ad hanc uerò qui difficilis est ascensus, ideo sanctus Hieronymus inter alia institutionis monita proponit monacho mysterium sui habitus, Vis inquiens, scire, quales Dominus quærat ornatus? habeto prudentiam, iustitiam, temperantiam, fortitudinem.

His inquit cœli plagis includere, hæc te quadriga in altum uelut aurigam Christi ad metam concitum ferat. Ergo sancti Patres qui uerè erant monachi, non uestibus, sed factis ita constituerunt & tenuerunt modum, atque regulam monasticæ uestis, ut esset ad ædificationem ea utentibus: & ad uenerationem foris eam aspicientibus.

Item.

Sed quia ociositas inimica est animæ, ideo propter opera tantum constituit S. Benedictus alteram cucullam, quę dicitur scapulare, eò quod eiusmodi uestis apta sit caput tan-

A caput tantum et scapulas tegere. Sic enim scribit et docet beatus Basilius in regula sua de institutione monachorũ: Reuera, inquiens, necessarium uidetur, eum qui manuum opere uti in aliquo debet, expeditum esse, & in omnibus præparatum, ac sine ullo impedimento inueniri ad omne boni operis ministerium. Vidimus nos aliquando uestem cucullatam, paruam quidem, sed ita moderatam, ut desuper usque ad renes tantum deflueret, & utrinq; usq; ad humerorum confinia pertingeret: qualis certè forma atque mensura propriè dicitur scapulare, quod monachis propter opera tantum assignatur, ex mandato regulæ: quia ibi exprimitur utrunq;, ut & monachus singularitatis suæ custodiam per uestem cucullatã attendat: & per breuitatem eius simul acper brachior nuditatẽ magis explicitus, & impiger ad opera fiat.

Rara autem est nunc apud monachos & inusitata eiusmodi uestis: quia pauci aut omnino nulli istius temporis monachi student more patrum labori, aut exercitio operis. Cum apud antiquos patres fuerit usitatum, ut nullum susciperent in consortium suum, nisi probatus hoc meruerit per operis exercitium, quod post orationum studia atq; lectionum, præcipuè ualet contra impugnationes uitiorum. Vnde & Sarrabattas, hoc est, sibi uiuentes appellat sanctus Benedictus tertium genus monachorum. Quoniam nulla, inquit, regula approbati experientia magistra, sicut aurum in fornace, sed in plumbi naturam molliti, adhuc operibus seruantes seculo fidem, mentiri Deo, per tonsuram noscuntur, quibus pro lege est desideriorum uoluptas, cum quicquid putauerint uel elegerint hoc dicant sanctum, & quod noluerint, hoc putant non licere.

Hinc beatus Hieronymus scribit ad sacram uirginem Eustochium: Tria, inquiens, sunt genera monachorum, ex quibus tertium est deterrimum atque neglectum, & quod in nostra prouincia aut solum est, aut primum, apud quos, inquit, affectata sunt omnia, laxæ manicæ, caligæ follicantes, uestis grossior, crebra suspiria, detractio clericorum, & si quando dies festus uenerit, saturantur ad uomitum. Sed quia sciunt monachorum nomen gloriosum, sub ouium pellibus lupos tegunt, Christum mentitur Antichristus: & turpitudinem, inquit, uitæ falso nominis honore contuestiunt, qui etiam dum erubescunt pro Christo gloriosam suscipere cum Apostolo nuditatem, incidunt in tẽtationem, & laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia, & noxia quæ mergunt homines in interitum & perditionem.

Considerandа sunt hæc, quæ sancti Patres conscribunt super eo genere monachorum, quod nunc in nostra quoque prouincia aut primum est, aut solum, quales etiam in publicũ iam emerserunt exitium, concitantes regnum aduersus regnum: qui non ab Apostolica sede quidem abstinuerunt, sed multa contra eam gesserunt, scripserunt, & docuerunt, ideoq; etiam à catholica Ecclesia apostatauerunt, qui in cathedra pestilentiæ sederunt, & supra altitudinem nubium sedem suam posuerunt: quale scilicet mysterium iniquitatis prætendunt in ueste sua, utentes capitio tunicæ
D pro cuculla, quæ dicitur minor cella, & habet speciem crucis, sicut dictum est supra.

Valtramus Niemburgensis.

VAltramus Episcopus Niemburgensis, floruit ante 450. & amplius annos, scripsit pro Henrico IIII. contra Papam. Suspicor huius authoris esse præcedentem librum de unitate Ecclesiæ. Testatur certè Trithemius, eum contra Papam scripsisse.

Venericus Vercellensis.

CIrca idem tempus scripsit & Venericus Vercellensis Episcopus librum ad Papam, in quo eum reuerenter monet de ijs omnibus, quæ contra fas acius, præsertim contra Henricum IIII. fecit. Libri est titulus, De discordia regni & sacerdotij.

Sigisbertus

Sigisbertus.

SIgisbertus monachus Gemblacensis, floruit ante annos 440. Defendit Henricum IIII. & scripsit contra Gregorium septimum, & epistolam Paschalis Papæ. Quos nam porrò præcipuè errores oppugnauerit, ignoro. hæc enim tantum ex Trithemio descripsi. A Vincentio sæpe citatur: multa enim scripsit. Facile tamen est ex scopo conijcere, eum asseruisse, Papam non habere utrumq; gladium, nec aliquod ius supra Imperatorem. Molinæus testatur, eum multa tetra facinora Papæ Gregorio obiecisse. Trithemius dicit, eum plures epistolas & opuscula contra Gregorium scripsisse: quæ extare, ualde optandum esset. Sed adscribamus quædam ex Auentino de Sigiberti dictis, deq; Henrico IIII. cui pleraq; omnia hæc capita coniuncta sunt.

Sacerdos expiranti similis triduò in Saxonia decubuit. Is ubi ad se rediit, apud inferos Hildebrandum, Rudolphum, Hermannum, tyrannos æternis mactari supplicijs, reuelauit. Falsi tum prophetæ, falsi apostoli, falsi sacerdotes emersere, qui immutata religione populum deceperunt, magna signa atq; prodigia ediderunt, & in templo Dei sedere atq; extolli super omne id quòd colitur cœperunt. Dumq; suam potentiam, dominationem stabilire conantur, charitatem, simplicitatem Christianam extinxerunt.

Sigebertus horum temporum scriptor, uir alioquin etiam, ut quisq; illa tempestate poterat, omnis diuini humaniq; iuris consultissimus: Pernicioſissima (inquit) seditio, & ut pace bonorũ dixerim, hæresis omnium pestilentissima, populum Christianum percellit. Sacrificuli illius, qui se dixit pueros effeminatos, falsos prophetas, tyrannos (qualis Imperator noster princeps optimus non est) populo ob scelera imponere, his à Deo datis, non solum non parendum esse, uerùm etiam fraude, ui, quouis modo tollendos, populum Christianum docere audent: periuria, homicidia, ciuilia bella, cædes, perfidiam, pietatem uocant: huiusce modi Deo placere prædicant: sacramento rogatos, religione iusiurandi Cæsari astrictos, exaurorant: fidem frangentes, fœdera dissoluentes, pactum præuaricantes, iuramentum uiolantes, perfidos atque periuros non esse, sibi credi postulant. Quin eos qui fideles sunt, qui rebellioné, incendia facere, stupra, incestus committere, prædas agitare, proximos opprimere, occidere, compilare, sanguinem Christianũ effundere summo opere cauent, in numero sceleratorum arque impiorum computant. Ceu uerò non extet perpetuũ immotus talis prætoris edictum: Qui pactum soluit, non effugiet: &, Periuri regnum Dei nó possidebunt. Plerique omnes boni, aperti, iusti, ingenui, simplices, tum imperium Antichristi cœpisse, quòd ea quæ Christus Seruator noster tot annos antè nobis cauit, euenisse eo tempore cernebant, memoriæ literarum prodidere. Hactenus Auentinus. Testatur Sigisbertus etiam in suo Chronico, Gregorium VII. seu Hildebrandũ, tandem scelus suum agnouisse in extrema hora, pœnitentiam egisse: aduocasseq; ad se quendam suum intimum sacrificum, quem ad Cæsarem, ut sibi ueniam peteret, ablegauerit.

Idem Sigisbertus in Chronico suo dicit, anno 1088. esse non tantum errorem, sed & hæresim, quòd Papa auderet absoluere subditos iuramẽto Imperatoris, aut aliorum politicorum dominorum. Dicit etiam, eum malè abuti iure, clauiumq; potestate, causamq; præbere contemptui religionis, quòd tam temerè ac sine causa Imperatores excommunicet. In expositione suorum temporum narrat quædam mira, uel potius miraculosa, de muliere quadam, quam dicit Romam ad Alexandrum tertium ueniisse, ac inter alia indicasse, quòd Romano clero graues calamitates ac pœnæ immineant, nisi ab exercitio doli (ut ipse loquitur) discederent, sub quo à multis retro temporibus usq; in eam diem laborauerant. Narrat sanè crebrò terra Paparum ac cleri facinorum exempla, quæ hic commemorare nimis longum esset. Trithemius testatur eum plures epistolas & opuscula scripsisse contra Gregorium: quæ extare uehementer optandum esset.

Leodien-

Leodiensis Ecclesia.

CIrca annum Christi 1100. & paulo antè aliquot Papæ atroces inimicitias cum Imperatore Henrico IIII. & V. cum maxima Christianorum, & præsertim Germonorum calamitate, & sanguinis effusione gesserunt. Quo tempore multa scripta contra Paschalem II. nam Paschalis crudeli epistola hortatus erat Robertum comitem Flandrensem, ut Leodiensem Ecclesiam & prouinciam ferro ac igni uastaret, eo quòd adhuc suo Imperatori Henrico obediebat. sicut paulo antè Cameracensem crudeliter uastauerat, cuius miserabilem faciem admodum deplorant.

Respondet ergo Ecclesia Leodiensis Papæ piè ac eruditè: indicat se diuinum mandatum habere, ut suo politico magistratui obediat, datumq; semel iuramentum seruet. Objcit Papæ crudelitatem & malitiam, fraudesq; eius complures. Hoc
B scriptum in secundo Conciliorum tomo editum est: quare ibi à Christiano lectore legi potest. Referam tamē aliqua inde, quo ijs inseruiam, quibus uel libri uel tempus deest. Vocant Romam Babylonem, dicuntq; eam à Petro sic prophetico spiritu uocatam esse, quòd Romanis turbinibus & procellis Ecclesia esset perturbanda. Accusant uehementer, quòd Papa bella contra Ecclesiam Christi excitet. Adscribam uerò & uerba aliqua inde, amplioris fidei causa.

Nos attoniti hac nouitate rerum, quærimus unde sit hoc nouum exemplum, ut prædicator pacis, suo ore & alterius manu inferat Ecclesiæ bellum. Contra Barbarorum & inimicorum Dei assultus, concedunt Canones etiam clericis arma, ad defensionem urbis & Ecclesiæ. Bella uerò indici Ecclesiæ per authoritatem Canonicam, nusquam scripturarum legimus. Item aliquanto pòst.

Quis Pontificum Romanorum suis decretis unquam authorizauit, ut debeat
C Pontifex gladio belli in peccantes uti? Et iterum: Cur pro malis Regibus orari debere Paulus dicit? scilicet ut tranquillam uitam agamus. Esset Apostolicum, imitari Apostolum: esset Propheticum, imitari Prophetam. Sed peccatis nostris merentib. Apostolicus, qui etiam iam orare deberet pro quamuis peccatore, ut tranquillam & quietam uitam agamus: agit bellando, ne tranquillam & quietam uitam agamus. Item obijciunt Papæ, quòd propter suas traditiones & Dei mandata uiolari uelit. Inquiunt enim.

Nobis legem tenentibus obijciunt, quòd transgrediamur eorum nouas traditiones. At illis dicit Deus: Quare uos transgredimini mandatum Dei, propter traditiones uestras? Iubet Deus, ut quę sunt Cæsaris, reddamus Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. In hanc sententiam Petrus & Paulus pedibus eunt. Item.

Quis iure reprehendet quòd Episcopus partibus domini sui fauet, cui promissam cum iuramento fidelitatem debet? Periurium, nemo dubitat esse grande peccatum. Deus ipse iurat, & non pœnitet eum: Quia sapientia custodit præcepta iuramenti Dei. Sed nos, quos iurasse sæpe pœnitet, iurare prohibemur. Si iurat homo, iubet Deus ut reddat Domino iuramentum suum. Hoc nec ignorant illi, quòd regnum & sacerdotium scindentes nouello schismate, & nouellis (ut quibusdam placet) traditionibus illos qui Regi periurant, se à culpa periurij absoluere promittunt: non attendentes, quòd Ezechiel ex ore Dei dicat de Sedechia, qui periurauit domino suo Regi Nabuchodonosor: Qui soluit, inquit, pactum, nunquid effugiet? Item.

Hinc omnes perpenditis, quòd sit reus capitis, qui non reddit Cæsari quæ sunt Cæsaris, secundum decretum Dei: uel qui Regem inhonorat, contra decretum Apostoli: uel peierando assumit nomen Dei in uanum, per quod iurauit Regi fidelitatem. Ecce, quare excommunicari dicimur. Item.

Petrus Apostolus docet: Non dominantes in clero, sed forma facta gregis. Paulus Apostolus ad Galatas delinquentes ait: Filioli, quos iterum parturio in Domino. Hos igitur attendat D. Paschasius, pios admonitores, non impios conuiciato-

res. Maledictum excommunicationis D. Paschasius nobis improperat: sed illud ante omnia timemus, quod S. sanctus per os Psalmistæ dicit: Maledicti omnes qui declinant à mandatis tuis. Maledictum excommunicationis, quod ex nouella traditione Hildebrandus, Odardus, & iste tertius indiscretè protulerũt, omnino abhĩcimus, & priores sanctos patres usq; nunc ueneramur, & tenemus, qui dictante Spiritu sancto non animi motu, in maioribus & minoribus potestatibus grauiter delinquentib. quædam dissimulauerunt, quædam correxerunt, quædam tolerauerunt. Dominus noster Episcopus cõmunicat Regi & Imperatori suo, cui ex Regalibus eius acceptis fidelitatem iurauit. Nimium effluxit tempus, quo hæc consuetudo incœpit: & sub hac consuetudine migrauerunt à seculo sancti & reuerentes Episcopi, reddentes Cæsari ea quæ erant Cæsaris, & Deo quæ erant Dei.

Sed quid dicit Ambrosius super Lucam? Si Christus (inquit) non habuit imaginem Cæsaris, cur dedit censum? Non de suo dedit, sed reddidit mundo quod erat mundi. Et tu, si non uis esse obnoxius Cæsari, noli habere quæ mundi sunt. Sed si habes diuitias, obnoxius es Cæsari. Si uis igitur nihil debere Regi terreno, dimitte omnia, & sequere Christum, &c. Item.

Ecce quare excommunicati uocamur, eo quòd sanctos, & moderatos, & antiquos patres tenemus, & pro posse imitamur. Episcopum, Archiepiscopum, nostrum prouincialem et comprouincialem synodum ex antiqua traditione tenemus: & quicquid ibi de Scripturis sanctis diffinitum fuerit, Romam non refertur, usque ad grauiora negocia, de quibus non inuenitur in Scripturis sanctis authoritas. Illos uerò legatos à latere Romani Episcopi exeuntes, & ad ditanda marsupia discurrentes, omnino REFVTAMVS: sicut temporibus Zosimi, Celestini, Bonifacij, concilia Aphricana probauerunt. Etenim ut à fructibus eorum cognoscamus eos, non morum correctio, non uitæ emendatio: sed inde hominum cædes, & Ecclesiarum Dei prouenient deprædationes. Quia igitur antiquæ regulæ inhæremus, & non omni uento doctrinæ circunferimur, ecce unde excõmunicati dicimur. Item aliquãto pòst.

Cur ergo dominus Paschasius uult, ut exoluamus quod nõ rapuimus: ut pseudoclerici uocemur, ubi rectam lineam tenemus? Potius deposito spiritu præsumptionis, cum suis consiliarijs soleter recolligat, quomodo à beato Syluestro usq; ad Hildebrandum, sedem Romanam Papæ obtinuerint, & quot & quanta inaudita ex ambitione illius sedis perpetrata sint, & quomodo per Reges & Imperatores diffinita sint, & pseudopapæ damnati & abdicati sint: & ibi plus ualuit uirtus imperialis, quàm excommunicatio Hildebrandi, Odardi, Paschasij.

Dominus in Euangelio dicit: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo. Et Paulus Apostolus in faciem Petro principi Apostolorum restitit. Ergo remoto Romanæ ambitionis typo, cur de grauibus & manifestis non reprehendantur & corrigantur Romani Episcopi? Qui reprehendi & corrigi non uult, pseudo ei, siue Episcopus siue clericus.

Grauiter item accusant Papam, quòd prædicto comiti remissionem peccatorum, propter atrocem persecutionem Christianorum, sit policitus. Sic enim Papa in sua bulla blasphemat: Vbicunq; poteris, Henricum hæreticorum caput, & eius fautores persequaris. Nullum profectò grauius Deo sacrificium offerre poteris, quàm si eum impugnes, &c. Hoc tibi & militibus tuis in peccatorum remissionem & Apostolicæ sedis familiaritatem præcipimus, ut hisce laboribus & triumphis ad cælestem Hierusalem Domino præstante peruenias. Quare illi contra ita scribunt.

Hactenus Euangelicis, Apostolicis & Propheticis testimonijs innitebamur, & quod minus habebat materia, augebat exemplorum copia. hic uerò quid dicam nescio: quòme uertam, non uideo. Si enim utriusq; legis totam bibliothecam, si omnes totius bibliothecæ ueteres expositores reuoluam, exemplum huius Apostolici præcepti non inueniam. Solus Hildebrandus Papa ultimam manum sacris Canonibus imposuit, quem legis præcepisse Mathildi Marchionissæ, in remissionẽ peccatorum suorum, ut

A suorum, ut debellaret Henricum Imperatorem. Quod iustè, nec ne, ipse uel alij fecerint, nulla authoritate discimus. Hoc solum discimus, Quia non potest aliquis aliquem indiscretè soluere uel ligare. Demùm uerò concludunt illo Micheæ dicto: Seducunt populum Dei, qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem. Et: Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum bellum. Clarè indicantes, Papas & eorum curtisanos esse seductores Ecclesiæ, ore loqui pacem, dentibus uerò mordere, & tristia bella excitare contra Christianos, si ea omnia quæ cupiunt, non ultro eis largiuntur.

Beno Cardinalis.

BEno Cardinalis floruit fermè ante 500. annos. Scripsit uitam Hildebrandi Papæ, qui Gregorius VII. est uocatus. In ea horribilia scelera Papæ illius, & quorundam aliorum enumerat, quæ alioqui ab alijs perscripta non sunt.

B Primùm prolixè recenset, quæ nam sceleta, antequam fieret Papa, perpetrauerit. Postea docet, qua arte sibi Episcopos, præsertim Germaniæ, deuinxerit. Dicit pertisse à Cæsare Henrico amicè, ut quosdam Episcopos tanquam simoniacos expelleret. quod cum ille (dolum non intelligens) bono zelo feciſſet, Hildebrandus eosdem illos tanquam ab Imperatore insigni iniuria affectos, maximis prius sibi iuramentis adstrictos, ac contra Imperatorem irritatos, restituit.

Deinde cum hoc modo Episcopos ab Imperatore abalienasset, sibiq; obstrinxisset, subitò sine ulla iusta causa, imò & neglecta omni legitima citatione, multo magis accusatione, Imperatorem & excommunicauit & deposuit: aliumq; quendam Imperatorem esse, & seditionem contra Cæsarē mouere iussit. Narrat quoq; sedem, in qua sedens Cæsarem prædictus Papa excommunicauerat, cum quidem esset ex nouis lignis fabricata, statim sua sponte discissam dissectamq; esse: fuisseq; id signum, eum sua illa iniquissima excōmunicatione horribiliter Ecclesiam dissipaturū esse: sicut etiam postea accidit. Nam quatuor seditiosos tyrannos ordine excitauit, qui grauissima & planè exitiosa Christianitati bella contra Henricum IIII. gesserunt.

C Quartò narrat, eum fuisse Magum: solitumq;, cum adhuc monachus esset, concussis manicis proijcere scintillas, quò multitudini suam eximiam pietatem persuaderet. Narrat quoq;, quid postea duobus eius ministris acciderit, librum eius magi cum ei afferentibus, ac in itinere legentibus.

Quintò narrat, eum consecratam Eucharistiam in ignem proiecisse, consulentem dæmones contra Henricum IIII. Imperatorem.

Sextò dicit, eum in Pascha Pontificalib. ornamentis indutum, post Euangeliū suggestū ascendisse, ac coram Cardinalib. toto clero et populo Rom. prædixisse: Imperatorem ante Petri festum moriturum, aut certè omni dignitate priuandum: idq; si non accidat, iussit se non pro Papa haberi, sed ab altari abstrahi. Intra illud uerò tempus submisit Imperatori coniuratos sicarios. Aliquando etiam curasse lapides,

D ait, sub tecto templi aptari, qui Imperatori statō tempore ac loco pro suo more oranti, supernè immitterentur: sed insidiatorem, dum aptat lapidem, ab eo detractum & contritum esse.

Deniq; multa crudelia facta Hildebrandi commemorat. Verùm de hoc Papa alibi: nam hic quoq; uel maximè sacerdotum coniugia in Germania distraxit, & fermè penitus aboleuit. Ac ob hæc aliaq; eius flagitia & errores à plerisque tum aulicis prælatisq; suis (fuerunt enim adhuc tunc aliqui inter eos boni) tum etiam uniuersitatibus desertum esse.

Narrat etiam idem Beno Cardinalis, Syluestrum secundum, Benedictum nonum, & Gregorium VI. & Gregorium VII. de quò suprà dictum est, fuisse magos.

Illud uerò uel maximè in hoc scriptore obseruandum est, quòd disputat, eos se ipsos ex Ecclesia Dei eijcere, qui de sua potestate confidentes, alios respondere paratos, ac se excusare, inauditos excommunicant. Quod & nos hoc tempore rectè nostris Papistis respondemus. Non est profectò dubium, quin si historias Paparum

synceri homines,& non adulatores,ut Platina & similes fuerunt,perscripsissent, plerosq; Paparum istis similes fuisse intelligeremus. Sicut & Vesellus testatur inquiens,

Summorum enim Episcoporum pleriq; pestilenter errauerunt, ut nouissimis diebus nostris in Constantiæ celebri concilio claruit. Benedictus, Bonifacius & Iohannes 23. quàm grauiter fidem lacerarunt? Et nostris postremis diebus Pius secundus,& Sixtus quartus? quorum alter patentibus bullis regna terrarum sibi uendicauit: alter turpissimas dispensationes non solum de præstito in ciuili causa iuramento,sed etiam de præstando de plenitudine potestatis plumbatas bullas emisit, in abusu potestatis Apostolicæ. Quicquid frater Petrus, uel comes Hieronymus insolenter aut auarè gesserint,ipse postea,cum resciret,ratificauit,etiam bullis plumbatis.

Talibus atris (ut ita dicam) coloribus pingit & Theodericus Nyem, Episcopus Verdensis, aliquot Papas, quorum quidem intimus Scriba seu Cancellarius antea fuerat: ut nec inimicus eorum fuisse, nec res ipsorum, facta, mores ue ignorasse, uere dici possit.

Sed adscribamus sanè totam Bennonis huius historiolam, quoniam & dignissima lectu est, & à nostro instituto non aliena.

VITA ET GESTA HILDEBRANDI, QVI ROmanus Pontifex factus, Gregorius septimus dictus est, descripta per Bennonem Cardinalem, archipresbyterum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, qui eo tempore uixit. Vbi narratur, cur fuerit depositus: & miranda referuntur de alijs Pontificibus Romanis, uidelicet Benedicto nono, Gregorio sexto, Syluestro undecimo, Iohanne uigesimo, Leone nono, Alexandro undecimo, & alijs, quæ nullus historicorum adhuc prodidit, neque Platina, neque quisquam alius.

Reuerendissimæ matri S. Romanæ Ecclesiæ, deuotus filius eius, & humilis seruus Beno, Cardinalium archipresbyter.

QVum de omnibus Romanę Ecclesiæ Cardinalibus, ferè solus Eusebius Liberium Papam declarauerit hæreticum, & clerici Romanæ Ecclesiæ Anastasium secundum, duas Ecclesias excommunicatis communicando facientem damnauerint: non absurdum existimaui, maiorum nostrorum nomina atq; dignitates memoriæ commendare, qui Hildebrandum reliquerunt, cuius intolerabiles & grauissimos errores publicè detestati, nunc̄q; ad eum reuersi sunt. Diuersas etiam scholas Romanæ Ecclesię literis adnotauimus, quæ ab eius cõmunione recesserunt. Leo tunc temporis archipresbyter Cardinalium, & Beno, & Vgobaldus, & Ioannes Cardinalis, & Petrus Canceliarius & Cardinalis, ordinati ante tempora Hildebrandi: Natro, Innocentius, Leo, hi tres ab eo consecrati, deseruerunt eum, errores eius execrati. Similiter Theodinus archidiaconus, quem ipse constituit archidiaconum, & alij Cardinales diaconi: Ioannes modò archidiaconus, & Crescentius, Ioannes primicerius scholæ cantorum, cum omnib. suis: Petrus oblationarius cum omnib. suis, excepto uno: Papa prior scholæ Regionariæ, cum omnib. suis Subdiaconis, Archicolythus & subpulmentarius cum suis, Cencius iudicũ primicerius, cũ alijs iudicib. & cuncti milites signabanda gestantes, Ptior scrinariorũ cum plerisq; suis. Ipsi etiam Episcopi cum iam uellent eum deserere, Hildebrandus cõuocatis ad se laicis, eis consilium suum aperuit, & quòd Episcopos à colloquio Cardinalium uellet separare, indicauit. Posthæc ipsos Episcopos conuocauit: & turbis laicorum stipatus, sacramentum ab ipsis Episcopis cum terrore & minis exegit & extorsit: & in manu sua iurare coegit, ne unq̄ ab eo dissentirent, nunc̄q; Regis causam defenderent, nunc̄q; superordinato sibi Papæ fauerent, uel obedirent. Quo facto, eos per principem Salernitanũ in Campaniam misit: & sic eos à cõsortio Cardinalium, et à Romana urbe separauit.

Non solum

A Non solum Episcopos, sed etiam urbis presbyteros, & inferioris ordinis clericos, in super & laicos, iuramentis alligauit, ne ulla ratione, ullo tempore condescende-rent in causa Regis.

Alexandro Papa iuxta uespertinam horam defuncto, eadem die contra Cano-nes à laicis electus est. Sed Cardinales non subscripserunt in electione eius: sub ana-themate enim Canones præcipiunt, neminem eligi in sedem Romani Pontificis ante diem tertium post sepulturam ipsius prædecessoris. Postquam aliunde ascen-dit, à consilio remouit Cardinales sacræ sedis.

Cum quib. personis, consilia sua dieb. ac noctib. habuit, Roma uidit & audiuit. Electis à consilio & à custodia eius Cardinalibus, uita eius & fides & doctrina sine testibus fuit: cum sacri Canones præcipiant, ut in omni loco tres Cardinales presbyteri, & duo Diaconi Papam non deserant, propter testimonium Ecclesiasti-
B cum, & propter stylum ueritatis.

Scripturas sacras uiolenter intorsit in adiutorium falsitatis: quod genus idolo-latriæ quantum sit, latè patet in Scripturæ sacræ campis spaciosis.

Præter uoluntatem & consilium Cardinalium, extra ordinem iudicandi sacris Canonibus determinatum, Imperatorem in nulla synodo canonicè accusatum, præcipitâter excõmunicauit, in qua excõmunicatione nullus Cardinaliũ subscripsit.

Vt primùm ad excommunicandum Cæsarem de sede surrexit, sedes ipsa no-uiter lignis fortissimis composita, subitò Dei nutu terribiliter scissa est in plures par-tes: ut manifestè daretur intelligi, sessor ille, tam periculosa excommunicatione, tan-ta præsumptione, quanta, quamq; terribilia schismata seminaret contra Ecclesiam Christi, contra sedem beati Petri, quàm crudeliter dissiparet cathedram Christi, in-culcando leges Ecclesiæ, imperando cum potentia & austeritate.

In descriptione eiusdem excommunicationis ea interseruit, in quibus manife-
C stè à fide catholica erauit, cum iniustè excommunicatum Imperatorem, & Episco-pos communicantes ei, excepit ab excommunicatione: & tertio gradu communi-cantes eis, & unitatem Ecclesiæ scindens (quantum in ipso fuit) duas Ecclesias fecit.

Idem præsumptor ieiunium indixit Cardinalibus, ut Deus ostenderet, quis re-ctius sentiret de corpore Domini: Romana ne Ecclesia, an Berengarius. Per hoc ma-nifestè probatus infidelis, cum in Nicæno concilio scriptum sit: Quia dubius in fide, infidelis est.

Et de corpore Domini signum quæsiuit, quod petente beato Gregorio ad fir-mandam mulieris fidem contigit, quando panis Christi formam accepit digiti. Et misit duos Cardinales, Attonem & Cunonem ad sanctam Anastasiam, ut cum Sup-pone eiusdem Ecclesiæ Archipresbytero triduanum ieiunium peragerent, & illis tri-bus diebus singuli per dies singulos Psalterium & Missas decantarent, ut supradi-
D ctum signum eis Christus ostenderet: quod minimè contigit.

Imperator solitus erat frequenter ire ad orationem, ad Ecclesiam sanctæ Ma-riæ, quæ est in monte Auentino. Hildebrandus autẽ cum per exploratores suos om-nia eius opera sollicitè inquireret, locum in quo frequentius Imperator uel stans uel prostratus orabat, notari fecit: & quendam, promissa pecunia, ad hoc induxit, ut su-pra trabes Ecclesiæ, occultè lapides magnos collocaret, & ita aptaret, ut de alto su-per caput orantis Imperatoris dimitteret, & ipsum contereret. Quod minister tanti sceleris, cum festinaret implere, & lapidem magni ponderis super trabes aptare uel-let, lapis pondere suo eum traxit: & fracta sub trabibus tabula, & lapis & ille miser ho-mo Dei iudicio in pauimentum Ecclesiæ cecidit, & eodem lapide contritus penitus est. Huius rei gestæ ordinem postquam Romani cognouerunt, pedem illius miseri fune ligauerunt, & triduò per plateas urbis ad exemplum trahi fecerunt. Imperator autem solita clementia iussit eum sepeliri.

Ioannes Portuensis Episcopus, qui intimus fuerat à secretis Hildebrandi, ascen-dit in ambonem B. Petri, & inter multa, audiente clero & populo, ait: Tale quid fe-

cit Hildebrandus & nos, unde deberemus uiui incendi: significans de sacramento A
corporis Domini, quod Hildebrandus, responsa diuina quærens contra Imperato-
rem, fertur iniecisse igni, contradicentibus Cardinalibus qui assistebant ei.

In Pascha Domini, feria secunda, cum ad Ecclesiam S. Petri ad Missam clerus &
populus conuenisset, post Euangelium in ambonem ascendit, sicut erat indutus pon
tificalibus indumentis. Et in præsentia Episcoporum & Cardinalium, in frequentia
cleri & senatus & populi Romani publicè clamauit, inter multa suæ diuinationis uer
ba: Regem Henricum usque ad proximum sancti Petri festum, sine dubio morituru,
aut à regno penitus deijciendum, in tantum, ut ulterius nõ posset congregare quàm
sex milites. Prædicauit etiam Episcopis & Cardinalibus, & omnibus qui aderant, de
ambone clamans: Nullo modo habete me pro Papa ulterius, sed ab altari me auelli
te, si usq; ad prædictum festum prophetia hæc effectum non habuerit.

Eisdem diebus parauit Imperatorem perdere per occultos proditores. Deus au g
tem eum custodiuit. Et eodem tempore fuerunt nonnulli, qui existimauerunt ipsum
Hildebrandum conscium extitisse, & ordinatorem proditionis: quia eisdem diebus i
paulò ante proditionem de morte Regis falsò prophetata præsumpsit. Quod uero
bum uehementer percussit corda multorum. Et palàm factum est, Hildebrandum
uoce propria in conuentu Ecclesiæ esse damnatum, qui (ut dictum est) iudicauerat se
nullo modo esse Papam, neque pro Papa ulterius habendum, sed proditorem &
mendacem esse credendum, nisi usq; ad proximũ festum sancti Petri Imperator mo
reretur, aut omni honore spoliaretur, adeò ut ultra sex milites congregare non posse
set. Et diuino nutu actum est, ut à se ipso quoq; damnaretur hæreticus. Sic ait Apostolus. Dominus ipse inquit: Propheta qui arrogantia deprauatus uoluerit loqui in no
mine meo, quæ ego non præcepi, ut diceret, aut ex nomine aliorum deorum, interficietur. Quòd si tibi tacita cogitatione responderis, Quomodo possum intelligere
uerbum quod Dominus non est loquutus? Hoc habebis signum, quod in nomine D
Domini propheta prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non est loquutus, sed
per tumorem animi sui propheta confinxit, & idcirco non timebis eum.

Tempore autẽ transacto, quod Hildebrandus in diuinatione sua præfixit, Rege
uerò neq; mortuo, neq; militib. suis imminuto, timens se suis uerbis deprehensum, &
ore proprio condemnatũ, ad callida argumenta se conuertit, persuadens uulgo indo
cto, nõ de corpore Regis sed de anima Regis prophetasse: quasi anima Regis milites
omnes prẽter sex perdidisset, uel illo spacio mortua esset. Et his uerbis uulgus indoctũ
delusit. Contra huiusmodi prophetas beatus Gregorius super Ezechielẽ ait: Inter pro
phetas ueros & falsos ista est distantia: quia prophetæ ueri, si quid aliquando per su
um spiritum dicunt, citius corriguntur: Prophetæ autem falsi, & falsa denunciant, &
alieni à sancto spiritu in sua falsitate perdurant.

Tres homines non conuictos, non confessos, absq; secularibus iudicibus, Hilde
brandus morti adiudicauit: & eos in patibulis iuxta Ecclesiam sancti Petri, in loco qui d
dicitur Palatiolum, interfici suspensos coegit, sine dilatione, sine discussione, contra
leges, quæ præcipiunt, etiam manifestos reos intra spacium & retractionem trigina
dierum non interfici. Quæ etiam apud Paganos uigent, & seruantur, sicut docet au
thoritas beati Ambrosij, & passio sanctorum Marceliani & Marci.

Centium filium præfecti Stephani, prius fidelem suum, in carcerem misit, & in
uase undiq; aculeis uestito, mille & mille mortibus cruciauit. Qui postquam euasit,
ipsum Hildebrandum cœpit. De cuius captione antequam euaderet, omnibus qui
captionis illius cooperatores fuerant, hoc debitum publicè remisit, quod postea infi
deliter uindicauit. Centium, cui omnia remiserat, persequi cœpit: & nouem de ho
minibus Centij in patibulis suspendio interfecit, ante portas sancti Petri.

Filius cuiusdam uiduæ, captioni eius interfuit: cui cum multis alijs pœnitentia
am & exilium unius anni indixit. Quo expleto, uidua ampliori satisfactione uolens
placare animum Hildebrandi, funem immisit collo filij sui, & fune filium trahens,
pariter

A pariter cum filio ad pedes Hildebrandi protulit dicens: Domine Papa, de manu tua uolo recipere filium meum, qui exilium unius anni,& pœnitentiam à te iniunctam portauit. Adhæc Hildebrandus,in præsenti propter eos qui aderant, iram dissimulans, filium ei reddidit, cum austeritate dicens: Vade uade fœmina, dimitte me in pace. Postea missis apparitoribus suis, filium uiduæ apprehendit, & iudicibus, ut eum morti damnarent, præcepit. Qui uno ore responderunt, se ulterius non posse illum condemnare, qui ad iudicium Papæ confugisset, & pœnitentiam & exilium unius anni ab ipso Papa iniunctum iam impleuisset. Ad hæc gloriosus Hildebrandus iudicibus iratus, præcepit abscindi pedem filio uiduæ, quæ frustra apud Hildebrandum existimauerat pœnitentiam,& leges,& iura ualere. Et pede truncato, dolore illo post triduum mortuus est. Multa quidem alia fecit Hildebrandus, in quem clamat sanguis Ecclesiæ, gladio linguæ eius miserabili proditione effusus, propter
B quæ à communione eius iustissimè Ecclesia recessit, sicut fecerunt Imperatores nostri temporibus apostatarum Liberij & Anastasij.

Vt Liberij festum celebraretur, iussit. Hoc præcepto eius hæresim firmauit, qui ex laudabilibus meritis damnabiles exitus habuit.

Die quodam, cum de Albano Romam ueniret, oblitus est secum ferre familiarem sibi librum necromanticæ artis, sine quo nusquam aut raro incedebat. Quod cum in itinere ei ad memoriam rediisset, in introitu portæ Lateranensis festinanter uocauit duos de familiaribus suis assuetos,& fidos ministros scelerum suorum, & ut eundem librum citissimè sibi afferrent præcepit: & terribiliter interminatus est, ne librum in uia aperire præsumerent, ne ulla curiositate secreta libri inuestigarent. Sed quantò amplius inhibuit, tantò uehementius eorum curiositatem ad inuestigandum eiusdem libri arcana accendit.

Igitur dum in reditu librum referassent, & diabolicæ artis præcepta curiosè legerent, subitò adfuerunt angeli satanæ, quorum multitudine & horrore duo illi iu-
C uenes propè effecti amentes, uix ad se reuersi sunt. Et (ut ipsi retulerunt) maligni spiritus instabant, dicentes: Ad quid nos uocastis? quare fatigastis? citò præcipite quod nos agere uultis, alioquin insurgemus in uos, si nos diutius tenueritis. Ad hoc alter iuuenum: Festinanter (inquit) muros illos deijcite. Et hæc dicens, manu ostendit muros altos uicinos Romæ, quos in momento maligni spiritus deiecerunt. Et iu-
uenes sanctæ crucis signo se signantes, tanto terrore exterriti, trementes & palpitantes, uix Romam ad dominum suum peruenerunt.

VEnerandis Ecclesiæ Romanæ patribus, & dilectis in Christo, & semper dilegendis fratribus, Beno Cardinalis Romanæ Ecclesiæ fidele seruitium, & salutem, seruantibus Ecclesiæ catholicæ communionem. De cuius communione & disciplina, uel potestate, frustra sibi applaudit, quisquis iniustè ex potestatis præsumptione quenquam ligauerit, uel soluerit. Iniustè autem ligat, quisquis aliquem
D paratum satisfacere, & audientiam implorantem, neq; conuictum, neq; sponte confessum, anathematizat: imò seipsum frustra maledicēdo, quasi proprio iaculo in se intorto maledicit,& condēnat. O noua proditio, procedēs de sanctuario: imò de eo qui ut summus sacerdos uidebatur Ecclesiam regere,& senioribus iudicibus præesse.

Hildebrandus instabat Imperatori, ut eijceret Episcopos simoniacos. Imperator credens, quasi ex zelo legis, quasi à throno Dei procedere hæc mandata, sine mora obediebat: sine mora, sine dilusione, sine iudiciario ordine Episcopos eijciebat: dum per hanc obedientiam se Deo sacrificare existimabat, dum adhuc uersutias Hildebrandi minus intelligebat.

Hildebrandus uerò expulsos à Rege simoniacos, relocabat: & quos Regi infestos reddiderat, eos sibi familiari amicitia reconciliabat: & multis & magnis iuramentis sibi fidos & obnoxios efficiens, præ alijs exaltabat. Et modico tempore ijs artibus Regia domo perturbata, & penè amicis destituta, sibi uerò amicitia maiorum Principum comparata, ex improuiso sine legitima accusatione, sine canonica

uocatione, ſine iudiciario ordine, obedientem ſibi Imperatorem excommunicauit, A
& regni principes ab eo ſeparauit. Et cum Apoſtolus præcipiat, ne quis in negotio cit
cumueniat fratrem ſuum: quantum in eo fuit, mortificauit potius quàm caſtigauit.
Sic autem Imperator multimodè circumuentus, præter canonicum ordinem excom
municatus, & conſenſu Hildebrandi, & conſilio, magna ex parte Imperij honore exo
poliatus, & bellis & cædibus immenſis fidelium ſuorum prægrauatus, fruſtra cano
nicam audientiam implorauit, & extortam confeſsionem inuitus ac coactus apud
Canuſium in præſentia Hildebrandi protulit.

Dicite quæſo, qui iuſtitiam diligitis, qui ad dextram uel ſiniſtram fauore alicuius
perſonæ declinare non noſtis, dicite quæſo, ſi confeſsio tanto tẽpore extorta cuilibet
pauperi, nedũ Cęſari, præiudicare debuit: ſi ex confeſsione extorta potius nõ exticitre
us canonũ hic qui extorſit, quàm qui peruerſè iudicatus peruerſoris iudicis iniuriã &
uiolentiam patienter & publicè, et cũ lachrymabili afflictione, nudis pedibus, in lane B
is ueſtibus, hyeme præter ſolitum aſpera, apud Canuſium, ſpectaculum angelorum
factus & hominum, & Hildebrandi ludibrium triduò pertulit? Dicite quæſo, ſi quis
quam ſanctorum Pontificum, quenquam plebeium, niſi aut ſponte confeſſum, aut in
ſynodo conuictum, nec in eadem prouincia, ſed in longinquis terrarum partibus le
motum, tam præcipiti iudicio damnare præſumpſit? Si quis tam audacter abuſus eſt
poteſtate ligandi & ſoluendi? Equidem Ambroſius Theodoſium ligauit, ſed præſen
tem, ſponte confeſſum. Maximus, Salonitamus Epiſcopus, per plures annos extra
prouinciam ſui Epiſcopatus, apud Romam, apud beatum Gregorium, de ſymonia-
ca hæreſi, de diuerſis adulterijs accuſatus: uno tandem anno deficientibus accuſato-
ribus, ſacramento ſola manu præſtito, purgatus eſt, ſicut in regiſtro eiuſdem beati Gre
gorij legitur.

Et beatus Auguſtinus in libro de Pœnitentia: Satis (inquit) oſtendit Apoſto-
lus, non temerè & quomodolibet, ſed per iudicium auferendos eſſe malos ab Eccle- C
ſiæ communione, ut ſi per iudicium auferri non poſsint, tolerentur potius, ne peruer-
ſe malos euitando, ab Eccleſia ipſe diſcedens, eos quos fugere uidetur, uinciat ad ge-
hennam. Multi (inquit) corriguntur, ut Petrus: multi tolerantur, ut Iudas: multi ne
ſciuntur, donec ueniat Dominus, qui illuminabit abſcõdita tenebrarum. Et quidem
(inquit) metuentes præcepta ſeueritatis, quibus admonemur corripere inquietos,
non dare ſanctum canibus, ut Ethnicum habere Eccleſiæ contemptorem, à compa-
ge corporis membrum quod ſcandalizat euellere, ita perturbant Eccleſiæ pacem, ut
conentur ante tempus ſeparare zizania: atq; hoc errore cæcati, ipſi potius à Chriſti uni
tate ſeparentur. Qualis nobis cauſa eſt aduerſus ſchiſmata Donati, & nõ cum illis qui
nouerunt Cecilianum non ueris, ſed calumnioſis criminibus appetitum, & pernicio
ſam ſententiam ſuam mortifero pudore non deſerunt: ſed cum illis, quibus dicimus,
etiam ſi mali fuiſſent, propter quos in Eccleſia nõ eſtis uos, tamen eos ferendos, quos
emendare aut ſegregare minimè poteratis, in Eccleſia permanere debuiſtis. Et paulo p
pòſt: Nos (inquit) ad ſanam doctrinam pertinere arbitramur, ex utriſq; teſtimonijs
uitam, ſententiamq; moderari, ut canes in Eccleſia propter pacẽ Eccleſiæ toleremus:
& canibus ſanctum, ubi Eccleſiæ pax tuta eſt, non demus.

Hildebrandus autem non ſolum Eccleſiæ perturbauit pacem, ſed etiam Eccle-
ſiaſticam ſcidit unitatem, & unicæ fidei ueſtem inconſutilem, dum Cæſarem & Epi
copos communicantes Cęſari, abſque iudiciario ordine excommunicabat: & tertio
gradu communicantes eis, ab excommunicatione noua pietate excipiebat: quos hu
iuſmodi artibus & Regi ſubducere, & ſibi allicere feſtinabat.

Dicant nunc Hildebrandi diſcipuli, quibus commentis, quibus coloribus
deaurare poſsint, quod ipſe Hildebrandus in ſynodo generali hæretica prædi-
cauit, prædicando excommunicatis communicare conſenſit, prædicata ſcripſit:
prædicatione & ſcriptis alteram catholicam, alteram excommunicatorum Eccle-
ſiam faciens, unitatem ſcidit, & ſcripta per orbem terrarum diſſeminauit: prædi-
cando,

A cando, scribendo, scripta disseminando, seipsum hæreticum manifestauit, & ore proprio, & confessione hæreseos non extorta, diuino urgente iudicio condemnauit, dum uulgus erroneum sanctum existimaret, & Apostolis exæquaret spiritum tanti erroris, cum etiam prudentiores eius laqueis caperentur, & inducerentur in tentationem si fieri posset etiam electi.

Mentimur, nisi tredecim Cardinales, sapientiores & religiosores, ipse archidiconus, & ipse primicerius, & multi alij Lateranensium clericorum, quorum iudicio ex priuilegio sanctæ sedis totus subiacet mundus, apostasiam eius intolerabilem perpendentes, ab eius communione recesserunt.

Dicant (oramus) Hildebrandi discipuli, qua præsumptione magister eorum unitatem Ecclesiæ in duas uel plures partes diuisit? Si enim Cæsarem iniustè, & absq; iudiciario ordine damnauit, seipsum potius ab Ecclesia separauit. Si uerò iustæ ex-
B cõmunicationis gladium in Cæsarem uel Episcopos cõmunicantes Cæsari exeruit, quare communicantes ipsis Episcopis tertio gradu per scripturam excipiendo absoluit? Nunquam etiam unius diei infans ab excommunicatis conceditur aliqua necessitate baptizari: uel ab excommunicatis baptizatus, & continuò mortuus, creditur saluari. Equidem facer Chalcedonensis Canon prædicat, apud hæreticos non posse ad salutem baptizari: & damnat eos, qui paruulos extra Ecclesiam baptizandos obtulerint. Quid propriè de paruulis apud excõmunicatos baptizatis B. Augustinus scribat Bonifacio Episcopo, in serie eiusdem epistolæ facilè & lucidè potest reperiri.

Reperitur & hoc ipsum in epistola beati Gregorij, quam pro paruulis solicitus Episcopus Longobardię misit. Reperitur etiam multipliciter in campis sacrę Scripturæ latis & spaciosis, Glorioſus autem Hildebrandus, & pedissequus eius Turbanus, noua potestate soluentes decreta Chalcedonensis concilij, non solum uerbis,
C sed & scriptis publicis consenserunt, extra Ecclesiam cõmunicare & baptizare: quàm cæci essent, quàm hæretici, scriptis proprijs deprehensi. Proh nefas: ij præsumpserunt de Ecclesia iudicare, qui nusquam reperiuntur non errasse, quibus etiam ipsa ueritas reputatur in mendacium: quam solo fallendi studio uerbis & scriptis suis, ne ueneno erroris eorum perciperentur, quasi mel ueneficorũ more admiscuerunt. Mendaciũ enim est (ut B. Augustinus ait) omnis enunciatio prolata intentione fallendi.

Vterque autem, Hildebrandus scilicet, & Turbanus, in hæresim Liberij recidit: qui postquam publicè communicauit excommunicatis, duas Ecclesias faciens, unitatem scidit. Sed non tacuit beatus presbyter Eusebius, quo legitimè defendente unitatem usque ad mortem, & uita & morte eius clarificante doctrinam catholicam, Liberius declaratus est hæreticus.

Liberium unus Eusebius, communionem eius deserendo, & iuxta Euangelium tanq; ethnicum & publicanum deuitando, ligauit, uno spiritu cum B. Augusti-
D no, magis opere quàm uerbo dicens: Cœpisti habere fratrem tanq; publicanum, ligas illum in terra, sed ut iustè facias, uide: nam iniusta uincula iusticia disrumpit.

Vnus Eusebius Liberium recedendo à communione eius ligauit: quanto magis Hildebrandus in errore perseuerans, cum Angelis suis apostatis damnatus in abyssum relegatus est, Romanæ Ecclesiæ patribus ab eius communione recedentibus, & eius hæreses & ligandi & soluendi abusionem execrantibus?

Anastasius Papa canonicè intrauit: sed quia uni excommunicato sine satisfactione publica communicauit, quidam Romanorum clericorum ex potestate & priuilegio sanctæ sedis communionem eius deserentes, eum ligauerunt, quia communicando excommunicato Ecclesiam diuidere præsumpsit. Hildebrandus uerò à discipulis suis sanctus prædicabatur, quasi æqualia & longè deteriora non commisisset, quasi Romanæ Ecclesiæ clerici & laici publicè ab eius communione non recesserint.

Sileant hypocritæ (sicut ait beatus Petrus) piratis similes, beati Petri nomen, ignè maliciæ sub nomine catholico, sub obtentu iustitiæ artificioſe suppoſito, de-

struentes,

ſtruentes,& ferè demergentes. Obſtupeſcant pſeudoprophetæ ad uocem Petri, in fa-
cie humani,in cauda ſcorpiones,lupi ſub ouina pelle latentes,corpora trucidantes in
oris gladio, & animas pariter deuorantes : quorum religio nihil aliud redolet, niſi
proditionem & auaritiam : penetrantes domos uiduarum, captiuas duxerunt muli-
erculas oneratas peccatis,ſub occaſione impacati temporis,attendentes ſpiritibus er-
roris,& doctrinis dæmoniorum,quas accepit Hildebrandus magiſter eorum,à ma-
giſtris ſuis : à Theophylacto, qui cognominatus eſt Benedictus Papa nonus : à Lau-
rentio,à Malſitano Archiepiſcopo,à Ioanne Archipresbytero ſancti Ioannis de porta
Latina,qui poſtea cognominatus eſt ſextus Gregorius Papa.

Theophylactus ſacrificijs dæmoniorum deditus,in ſyluis & montibus mulie-
res poſt ſe currere faciebat,quas magicis artibus ad ſui amorem coegerat. Teſtantur
hoc libelli ipſius,inuenti in domo eius,poſtquam uitam malè finierat. Et hæc fabula
adhuc ruſticis Romanorum eſt notiſsima. Is dum ad Eccleſiam rediret de ſyluarum
ſecretis, ubiq; ſecum habens prædictum Laurentium principem maleficiorum, cum
eo etiam publicè de Matheſi diſputabat : & uulgus auidum nouarum rerum, nouis
diuinationibus in ſui admirationem excitabat. Nomen autem Laurentij apud ſim-
plices pro eo habebatur celebre, quia uidebatur aliquando ex improuiſo prophetæ-
re. Et de complice & diſcipulo ſuo Papa ſecurus gaudebat, etiam publicè in conuentu
Epiſcoporũ & Cardinalium & Senatorũ auguria ſua magnificare, et ad cantũ auium
ſubitò auguria denunciare, quid ipſo die, uel heſterno, uel nudius tertius factũ eſſet in
oriente & occidente, in meridie, in ſeptentrione, & in remotioribus uel extremis terra-
rum partibus, ſiue de bellis, ſiue de morte principũ. Ad quem tentandũ cum die quo-
dam multi conueniſſent, ſubitò audita eſt auicula, quæ uulgò paſſer dicitur, dulces
uoces frequentare. Et Laurentius ſubitò interrogatus, in præſentia Theophylacti &
Epiſcoporum, qui conuenerant, quæ auis illa caneret : ſubitò reſpondens : Auicula
hoc (inquit) alijs canit auiculis, ut citò conueniant ad portam maiorem, ubi modò
fractus cuiuſdam ruſtici currus, & effuſum eſt milium, quod ſuper illo ferebatur. Inui-
tat autem frequenti cantu, ut illuc citò conueniant, & ſaturentur. Quo audito, plures
aſtantium concito curſu ad maiorem portam, alius alium certatim præuenerunt, &
ſicut dixerat inuenerunt.

Auguria eius nullo diuino legis zelo uindicabantur, inſuper à complice ſuo Pa-
pa ſemper magnificabantur. Vnde factum eſt, ut aliqui curioſa ſectati, publicè & libe-
rè frequentarent contuberimum & magiſterium eius. Morabatur autem in domo
prædicti Archipresbyteri Ioannis de porta Latina, qui ſtudioſè eius magiſterio adhæ
rebat, & imbuebatur artibus illius.

Theophylacto autem & Laurentio adhuc iuuenibus, infecerat urbem ijs maleſ
cijs Gerbertus ille, de quo dictum eſt.

Tranſit ab R. Gerbertus ad R. poſt Papa uiget R. Et Gerbertus quidem paulo
pòſt completum millenarium, aſcendens de abyſſo permiſsionis diuinæ, quatuor
annis ſedit, mutato nomine dictus Sylueſter ſecundus. Et per quæ multos decepit,
per eadem dæmonum reſponſa deceptus, morte improuiſa, Dei iudicio eſt intercep-
tus. Hic reſponſum à ſuo dæmone acceperat, ſe non moriturum, niſi prius in Hieru-
lem Miſſa ab eo celebrata. Hac ambage, hac nominis æquiuocatione delusus, dum
ciuitatem Hieruſalem prædictam ſibi credit, Romæ in Eccleſia quæ uocatur Hieruſa-
lem, Miſſam faciens in die ſtationis, ibidem miſerabili & horrida morte præuentus,
inter ipſas mortis anguſtias ſupplicat, manus & linguam ſibi abſcindi, per quas ſacri-
ficando dæmonibus, Deum inhonorauit. Et hic quidem dignum ſuis meritis exitum
inuenit. Sed diſcipulos illius Theophylactum & Laurentium, magiſtri mors teteri-
ma à ſtudijs idololatriæ non abſterruit, quibus ultio diuina (ut paulò poſt dicendũ
eſt) non defuit.

Igitur poſt infœlicem exitum Gerberti, certamen erat inter diſcipulos ipſius, dum
quiſq; anhelaret ad rapiendũ Papatũ ſibi. Sedit aũt poſt eũ octauus decimus Ioannes,
& quin-

A & quinto mense ueneno suffocatus dicitur à suis. Huic successit nonus decimus Iohannes, & uix annum peregit. Cui successit unus Sergius, & sedit tribus annis. Anno quinto post Gerbertum, sedit octauus Benedictus laicus, frater Albrici Tusculanensis, patruus Theophylacti, & undecimo anno decessit. Huic successit frater eius carnalis, & patruus Theophylacti, uigesimus Ioannes neophytus, et sedit annis nouem. His duobus suis patruis successit Theophylactus, & anno uigesimo quinto post Gerbertum, magistrum suum, sedem fraudulenter obtinuit, Theophylacto in syluis à demone suffocato, Archipresbytero in exilium abducto, Laurentio in fugam præcipitato. Anno igitur post Gerbertum uigesimo quinto, Theophylactus discipulus eius sedem uiolenter obtinuit, & condiscipulum suum Laurentium, & Archipresbyterum Ioannem Gratianum, intimos & secretorum conscios habuit.

B Eodem tempore Hildebrandus derelicto monasterio, prædicto Archipresbytero adhæsit, & Archiepiscopi Laurentij magisterium sequutus, in breui factus est utri usque magisterij egregius imitator. Qui cum uellet, manicas suas discutiebat, & in modum scintillarum ignis disiliebat: & ijs miraculis oculos simplicium, uelut signo sanctitatis ludificabat. Et quia Diabolus per paganos Christum publicè persequi non poterat, per falsum monachum, sub habitu monastico, sub specie religionis, nomen Christi fraudulenter subuertere disponebat. Sed quamuis peccatis exigentibus talia fieri permitteret dispensatio diuina, tamen tempus retributionis propinquabat.

In diebus illis, defuncto Conrado, legis & religionis cultore fidelissimo Romanorum Imperatore Augusto, Theophylactus, qui & Benedictus nonus, habito consilio cum familiari suo Laurentio, & alijs suis complicibus, molitus est filium Imperatoris Conradi, Henricum Imperatorem, successione Imperij exturbare, & in Ec-
C clesia schismata diuersa seminare. Hoc enim est quod amplius exigitur à mundi principio, à tenebrarum principe. Misit igitur coronã Romani Imperij Petro Regi Vngarico. Sed ad Petrum expugnandum direxit Imperator Henricus Ducem Lotharingiæ Godfridum, uirum fidelem, & bello strenuum, & inter regni principes clarissimum. Qui primo conflictu, Petrum bello captum, et omnes uicinas nationes, ne in eum ali-
D quid præsumerent, deterruit: & ut digna factis tanti schismatis authori Theophylacto redderet, Romam uenire disposuit.

Quo audito, Theophylactus timore perterritus, uendidit papatum complici suo, prædicto Archipresbytero Ecclesiæ sancti Iohannis de porta Latina, magistro Hildebrandi, acceptis ab eo libris mille quingentis. Qui ascendens sacram sedem tantæ iniquitatis gradibus, nomine mutato dictus est sextus Gregorius. Igitur Hildebrandus in schola tam profundæ peruersitatis, usu & arte edoctus, erat tantorum fidus minister maleficiorum, & pessimis magistris peior discipulus. Quod ex fructibus perspicuum est. Nam primo Ecclesiam, per eum sub obtẽtu catholici nominis graui schismate lacerata: percepit & mundus, bellis feralibus & immensis cædibus ipso authore laniatus, & sub colore mellis ueneno propinato hæresibus nefandissimis propè suffocatus.

Eisdem diebus superpositus est in Papatum prædicto Archipresbytero Sabinensis Episcopus, qui mutato nomine dictus est Syluester tertius: & factum est, ut Romana Ecclesia in partes diuersas scindi uideretur. Cum autem tanta peruersitas Romam ludificaret, diuino nutu adfuit Imperator Henricus, & (ut multa breuiter concludã) religiosorum Cardinalium precibus efflagitatus, ipsis authoribus, Romanam Ecclesiam pro loco officij sui, pro officio Imperiali, pro potestate sibi à sacris canonibus concessa, ad purgandam Ecclesiam, ad exturbandum & ulciscendum ui sacrilegos, deuotum se præbuit. Theophylactum in fugam coegit. Sextum Gregorium in custodiam recluſit, quem postea in exilium misit. Sabinensem Episcopum quem non ambitio, sed uis ad Papatum coegerat, ad sedem propriam redire compulit. Ro-

mana

mana uerò Ecclesia eius respirans auxilijs, secundum clementem Papam elegit, sub quo Ecclesiæ unitas: à quo & subsequenter Romanorum Imperator Augustus, uenerandæ memoriæ Henricus, coronatus est: & pro tantis meritis unicè glorificatus, triumpho singulari, unici amoris priuilegium, pellendo idololatras, symoniacos, & unitatem Ecclesiæ defendendo, promeruit.

Quibus strenuè peractis, sextum Gregorium (ut suprà dictum est) cum Hildebrando discipulo suo in Teutonicas partes deportatione damnauit. Nimia tamen pietate deceptus, nec Ecclesiæ Romanæ, nec sibi, nec generi humano prospiciens, nouos idololatras nimis laxè habuit: quorum memoriam æterno carcere à contagione hominum remouere debuit.

Defuncto autem in exilio sexto illo Gregorio, Hildebrandus perfidiæ simul & pecuniæ eius hæres extitit.

Eodem tempore Clemens Papa defunctus est. Huic successit Damasus, & sedit uiginti tantum & tribus diebus, ueneno (ut dicitur) propinato suffocatus.

Theophilactus enim magister Hildebrandi, post fugam reuersus Romam, cum familiari suo Laurentio, multis maleficijs sacram sedem uexabat: & per literas discipuli sui Hildebrandi, ea quæ in palatio Imperatoris gerebantur, resciebat. Eo igitur immaniter uexante, iterum Romana Ecclesia legatum ad Imperatorem dirigit, & ut consilio Cardinalium Papam eligendum Romam mittat, exposcit.

Bruno igitur, qui & Leo, ex consilio Cardinalium Romam inuitus & coactus dirigitur. In cuius comitatu nimia Imperatoris indulgentia permissus est reuerti Hildebrandus, hac permissione sacerdotium pariter & regnum sub specie religionis euersurus, & iuramenta Imperatori præstita non diu seruaturus.

Brunoni igitur, multa loquendo in itinere se supposuit. Et, ut Romam uenit, ab eo obtinuit, ut fieret unus de custodibus altaris beati Petri. Et in breui oculos imp[leuit]: & cui pecuniam illam committeret, filium cuiusdam Iudæi nouiter qui[dem] baptizatum, sed mores numulariorum adhuc retinentem, familiarem sibi fecit. Et iam diu conciliauerat sibi quendam alium, incomparabilibus maleficijs assuetum, Gerhardum nomine, qui cognominabatur Brazutus, amicum Theophilacti, qui subdola familiaritate dicitur sex Romanos Pontifices intra spacium tredecim annorum ueneno suffocasse, quorum nomina hæc sunt: Clemens, qui sexto Gregorio damnato, & Theophylacto expulso, sedit mensibus nouem, & diebus septem: post Clementem Damasus, qui sedit dies uiginti tres: post Damasum Leo, qui sedit annis quinque: post Leonem Victor, qui sedit annis duobus, mensibus tribus, diebus septem: post Victorem Stephanus, qui sedit menses septem, dies uiginti octo. post Stephanum Benedictus, qui sedit menses septem, dies uiginti. hic non ueneno, sed ui & dolis Hildebrandi fuit eiectus. Post Benedictum Nicolaus, qui sedit annis duobus, mensibus sex, diebus uiginti quinque.

Huius tempore Hildebrandus prædictis duobus familiaribus suis pecuniam [suam], & consilia sua communicauit, & per eos uenales linguas multorum sibi comparauit. Et post hæc Theophylactum antiquum dominum suum, & magistrum, simulantem pœnitentiam, Leoni Papæ in dolo reconciliauit, & Theophylacti consilio & factione ipsum Papam Leonem contra Normannos animauit.

Igitur Leo Papa eorum dolos minus intelligens, & Romam deserens, alpes transiuit, & multis Teutonicis sibi aggregatis ad expugnandos Normannos, deinde Romam rediit: & Hildebrando & Theophylacto instigantibus, in Apuliam contra Normannos transiuit. Et quia Theophylactus manifestè eum lædere non audebat, simulato obsequio cum eo manens, & ingressus & egressus eius explorans, singula per secretos nuncios intimabat Normannis: & in manus eorum, Hildebrando distante, ipsum Papam tradidit. De quorum manibus, uix Papa (interfectis per proditionem Teutonicis) desolatus euasit.

Leone post modicum defuncto, Theophylactus de parentum potentia præ-

sumens,

A sumens, Romanam Ecclesiam, quam prius toties uexauerat, iterum uexare non desistit.

Interim Hildebrandus nouus Proteus, nouis præsumens tergiuersationibus, de Roma ad Imperatorem, de Imperatore ad Romam, absque consilio Romanæ Ecclesiæ discurrebat. Et si quis alius in Papatum eligeretur quàm ipse, prædictus Gerhardus, cognomine Brazutus, familiaris eius, in breui illum ueneno suffocabat.

Postquam autem sedit Nicolaus Papa, Hildebrandus, quia Papatum adipisci non potuit, ad archidiaconatum quoquo modo inuadendum se conuertit, Et Mancium tunc archidiaconum Romanæ Ecclesiæ multis iniurijs afflixit & circumuenit. Qui uictus contumelijs & dolis, & pecunia deceptus Hildebrandi ad ultimum concessit, ut Hildebrandus uice eius archidiaconatu fungeretur.

B Hac concessione Hildebrandus arrepta, Nicolaum Papam eximprouiso aggressus, coegit inuerecundis precibus & minis militum, quos pecunia collegerat, metum etiam mortis quibusdam terribilibus significationibus incutiendo, ut eum archidiaconum ordinaret & constitueret. Et post paucos dies ipse Nicolaus defunctus est, ueneno (ut dicitur) suffocatus.

Cardinales autem ambitionem Hildebrandi non ignorantes, Imperatorem multis precibus coegerunt, ut eis in electo suo Parmensi Episcopo Cadolo fauorem & auxilium præstaret. Quod factum, cor Hildebrandi altius percussit. Et manifestè factus est Imperatoris inimicus. Omnia iuratæ fidelitatis uincula disrupit: & facta conspiratione cum inimicis Imperatoris, & cum Normannis, quem Parmensi Episcopo Cadalo à Cardinalibus electo apponeret, Anshelmum Lucensem Episcopum decepit, & eum in Papam eligi à quibusdam Romanis fecit. Et ipsum Anshelmum, muta
C to nomine, Alexandrum uocauerunt.

Igitur Anshelmum, quem in dolo elegerant, pariter & Parmensem Episcopũ, quibus poterat artibus uexabat: quia utriq; succedere anhelabat.

Igitur ubi Alexander intellexit, se dolis & arte ab Hildebrando & inimicis Imperatoris electum, & inthronizatum, die quodam, cum intra Missarum solennia sermonem haberet ad populum, prædicauit, se nolle sedere in sede Apostolica, absque licentia & gratia Imperatoris. Et publicè dixit, se literas huius rei gratia missurum ipsi Imperatori. Quo audito, Hildebrandus uix manus, multa murmurãdo, donec Missa compleretur, abstinuit. Missa expleta, ipsum Alexandrum cum militari manu abstari duxit in cameram, & nondum exutum pontificalibus indumentis, pugnis durè colaphizauit, increpans & improperans, quòd uellet inquirere gratiam Imperatoris. Et statuit, ut ex eo die non daretur ei amplius quàm quinq; solidi Lucensium de-
D nariorum. Et ex tunc ipse Hildebrandus omnes redditus Romanæ Ecclesiæ sibi retinuit, & immensam pecuniam congregauit.

Alexandro igitur sub miserabili iugo Hildebrandi quodam uespere defuncto, eadem hora Hildebrandus à suis militibus, sine assensu cleri & populi est inthronizatus, timens ne alius per moram eligeretur. In cuius electione nullus Cardinalium subscripsit. Ad quam cum ueniret Abbas Casinensis, ait ipse Hildebrandus: Frater nimium tardasti, Respondit Abbas: Et tu Hildebrande nimium festinasti, qui nondum sepulto domino tuo Papa, sedem Apostolicam contra canones usurpasti. Hoc modo inthronizatus Hildebrandus, qualiter uixerit, qualiter à se Cardinales, qui testes uitæ & doctrinæ eius esse debuerant, remouerit, quàm miserabiliter uexauerit, quantis hæresibus mundum corruperit, quanta periuria, quàm immensas perditiones cõsecrauerit, uix à multis describi potest. Clamat tamen altius sanguis Christianorum, eo auhore & incentore miserabiliter effusus.

Hoc est decretum Hildebrandi, in quo à doctrina & fide catholica aberrauit.

GRegorius Papa Romanæ synodo præsidens dixit: Nos sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes, eos qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constricti sunt, Apostolica authoritate à sacramento absoluimus: & ne sibi fidelitatem obseruent, omnibus modis prohibemus. Item: Et quoniam multos, peccatis nostris exigentibus pro causa excõmunicationis, perire quotidie cernimus, partim ignorantia, partim etiam nimia simplicitate, partim timore, partim etiam necessitate de uictu, unà anathematis sententiam ad tempus, prout possumus, temperamus opportunè. Apostolica itaq; autoritate ab anathematis uinculo subtrahimus, ut delicet uxores, liberos, seruos, ancillas, seu mancipia, nec non rusticos & seruientes, & omnes alios qui non adeò curiales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur: & illos qui ignoranter excommunicatis communicant, seu illos qui communicant cum eis qui communicant excommunicatis. Quicunq; autem aut orator, siue peregrinus, aut uiator in terram excommunicatorum deuenerit, ubi non possit emere, & non habet unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Etsi quis excommunicatis non pro sustentatione superbiæ, sed humanitatis causa aliquid dare uoluerit, non prohibemus.

PRo ampliori declaratione illius, quod de Syluestro secundo dictum est, qui priusquam per artem diabolicam Pontifex fieret, Gebertus siue Gibertus est appellatus, ita scribit Iohannes Stella Venetus, ad Patriarcham Aquilegiensem, Romanæ Ecclesiæ tituli sancti Marci presbyterum Cardinalem. Illius ergo uerba hæc sunt, ut sequuntur.

Syluester Papa eius nominis secundus, natione Gallicus, Gibertus antea uocatus, hoc anno Gregorio Pontifici surrogatus, sedit annis quatuor, mense uno, & diebus octo. Hic malis artibus pontificatum obtinuit, eo quòd ab adolescentia cum monachus esset, relicto monasterio, se totum diabolo obtulit, modò quod optabat obtineret. Et ut bonis artibus operam daret, primò ad Hispalim Hispaniæ urbem accessit: ubi cum doctrinæ admodum cupidus esset, ea in re tantum profecit, ut breui optimus doctor euaserit: & Othonem Augustum, atq; Robertum Regem, & nonnullos alios insignes præclarosq; uiros habuerit discipulos: quorum opera primò Remensis, deinde Rauennatis Archiepiscopus fuerit factus: postremò Romanus Pontifex diabolo adiuuante fuerit constitutus, hac tamen lege, ut post eius obitum totus illius in anima & corpore esset, cuius fraudibus tantam adeptus esset dignitatem. Post hoc quæsiuit Gibertus à diabolo, quàm diu in pontificatu uicturus esset: Respõdit: Quamdiu, inquit, in Hierusalem celebrabis, uiues. Postremò, quarto sui pontificatus anno, dum quadragesimali tempore in basilica sanctæ Crucis in Hierusalem Romæ sacrificaret, fato se moriturum statim cognouit. Vnde pœnitentia ductus, errorem suum coram populo confessus est. Rogauitq; omnes, ut corpus suum diabolicis artibus seductum, membratim detruncarent, dissectumq; ac laceratum super currũ imponerent, & eo loci sepelirent, quo sponte ab equis foret uectum. Ferunt itaque Dei nutu (ut sic ierati discant, apud Deum ueniæ locum sibi relictum esse, modo in uita pœnitueriint) equos ipsos sponte ad Lateranensem Ecclesiam peruenisse, ibidemq; sepultum fuisse.

Lambertus Schafanaburgensis.

LAmbertus Schafanaburgensis, qui ante 500. annos floruit, & monachus Hirsfeldensis fuit, scripsit Latinè ac eruditè chronicõ, quod uulgò Hirsfeldése appellari solet. In eo quædam digna notatu cõtra inolitos Papatus abusus dicit. Narrat se Hierosolymam religionis causa peregrinatum esse, magno quidem zelo, sed sine scientia: ubi peregrinationum stultitiam damnare uidetur. Testatur item in narratione synodi

A synodi Erfurdensis & Moguntinæ, ubi Archiepiscopus nomine ac iussu Papæ sacerdotum coniugium abolere est conatus longo tempore in Germania, sacerdotum coniugium in usu fuisse non tantum in Germania & Gallia, sed & in quibusdam locis Italiæ. Narrat idem, plures Pontifices ab Henrico IIII. Romæ morientibus alijs constitutos: quin & Benedictum quendam ab eo depositum esse, sed Hildebrandum primum inconsulto Cæsare Papam factum esse. Narrat item, cruentum certamen bis accidisse Goslariæ in templo, de superiori loco sessionis, inter Heceloncm Hildesheimensem Episcopum, & Vuederadum Fuldensem: id q; inspectante Cæsare, qui eos cohibere haud quaquam potuerit.

Simile quid & antè sub Henrico III. Moguntiæ, inter Moguntinum & Fuldensem accidisse, Nauclerus affirmat. Sed posteriore ualde multos in templo, atq; adeò ad ipsa altaria, fœdè trucidatos esse. Narrat item, inter duos Papas Romæ suo tem-

B pore atrociter armis depugnatum de Pontificatu esse. & addit epiphonema, inquiens: Sic deprauata Ecclesiastici rigoris censura, homines non ut quondam, ut præessent Ecclesiæ Dei, iniecta manu præliabantur, fundebantq; sanguinem, non pro ouibus Christi, sed ut dominarentur ouibus Christi. Sæpe alioqui grauiter conqueritur, monachos penitus suam disciplinam corrupisse: & alios clericos, præsertim q; prælatos, penitus neglecta omni pietate, ac Ecclesiæ Dei cura, ambitioni & turpibus lucris & alijs sceleribus penitus deditos fuisse. Postquam prolixè narrauit, quomodo ingentibus pecunijs monachi & alij clerici Abbatias alios q; Episcopatus liceri & emere soliti sint, subiungit: Mirabatur mundus, unde tantus pecuniarum scateret fluuius, unde Cœsi & Tantali opes congestæ fuissent in priuatos homines, & eos potissimum homines, qui crucis scandalum & paupertatis titulum præferrent, & præter simplicem uictum & uestitum nihil rei familiaris habere se mentirentur, &c. Pulchrè etiam narrat, quomodo Papa Germanorum Episcoporum simoniam corrige-

C re norit. Dicit Alexandrum II. aduocasse simul plures Germaniæ Episcopos huius criminis causa. Sed satis fuerit ipsius historici uerba adscribere.

Episcopus Moguntinus & Colonienſis & Babenbergenſis à Domino Apostolico euocati, Romam uenerunt. Ibi Episcopus Babenbergensis accusatus, quòd per simoniacam hæresim, data pecunia, Episcopatum inuasisset, multa & preciosa munera Papæ dedit: & per hæc efferatam aduersum se mentem eius ad tantam mansuetudinem reduxit, ut qui non sine periculo honoris & gradus sui euasurus putabatur, non solum impunitatem criminis, quod obiectum fuerat, consequeretur, sed etiam pallium & alia quædam Archiepiscopatus insignia ab sede Apostolica pro benedictione perciperet. Ecce sic norunt Pontifices simoniam corrigere triplicata simonia.

Conradus Traiectensis.

D Scribunt quidam historici, Conradum Traiectensem Episcopum acriter defendisse causam Henrici IIII. tum uoce tum scriptis. Quæ extare ualde profectò optandum esset. Verùm cum ea haberi nequeant, adscribam ex Auentino tantum summam unicæ eius concionis, in conuentu quodam procerum Germaniæ habito, unde summa eius sententiarum ac cogitationum in hac materia utcunque animaduerti poterit.

Sublatis itaque Gregorio & Victore capitibus pernicioſæ dissensionis, fesso tot cladibus orbe Romano, placuit utriusque partis Episcopis, iure atq; literis, non armis atq; ferro more barbarorum disceptandum esse. Fit igitur conuentus Garstungi, tertio decimo Calendas Februarij, conueniunt Episcopi Germaniæ, Galliæ, utriusq; partis. Vbi consedere, Conradus Episcopus Traiectensis ita uerba fecit: Ad pacem, quam uobis patres consulti Seruator noster abiturus reliquit, stabiliendam conuenimus: uim, temeritatem, uiolentiam, errores pestiferos eorum, qui cœleste do-

num contaminare non erubescunt, gladio duplici, ense ancipiti ad uiuum resecare,

utriusque instrumenti testimonijs iuxta præceptum Christi refellere, operæprecium A
duximus. Iosues hostibus astutis fallacibus iuramentum, quod mendaciter extorse-
rant, seruauit. Nabuchodonosoro impio Regi Iudæos Reges, eorum fidem stangen
tes, immortalis cœli maiestas per Hieremiam atque Ezechielem uates suos coargua-
it, seq; spretum testatur. Qui iuramentum contemnit, fœdus spernit, pactum soluit,
sedem frangit, illum despicit per quem iurauit: illi facit iniuriam, cuius nomini aduer
sarius credidit. Viuo ego, dicit Dominus: iuramentū quod spreuit, fœdus quod præ-
uaricatus est, ponam in caput eius. Nunquid soluens pactum effugiet? Non confide
randum cui, sed per quem iuraueris. Multò enim fidelior est ille, qui propter nomen
Dei tibi credidit, quàm tu, qui occasione diuinæ Maiestatis hostí tuo, imò iam amico,
molíris insidias.

De Tiberio & Nerone, non solum leuissimis tyrannis, sed impurissimis quoq;
monstris, præceptum legimus: Reddite Cæsari, quæ Cæsaris sunt: &, Deum time-
te, Regem honorate. Principibus, qui nō sine causa gladium portant, etiamsi malis fie
rint, non modò dicto audientes estote: uerùm pro ipsce supremum Deum deprecā-
mini, quò tranquillam quietamq; uitam agamus. Omnis enim potestas à Deo est.
Qui potestati resistit, diuinæ prouidentiæ repugnat. Idcirco ambitiosi & superbi sunt,
qui illud Domini Deiq; nostri elogium (quodcunq; solueris super terram, erit & solu
tum in cœlis: & quodcunq; ligaueris super terram, erit & ligatum in cœlis) perfrica-
ta fronte interpretando adulterant, suæ libidini seruire cogunt, & nobis ceu puerisin
que omnium rerum imperitis astu illudere studeant. Quasi uerò nesciamus, peculiare
esse sacris uatibus diuinæ sapientiæ consultis, pro capacitate auditorum diuersis no
minibus idem appellare, eandem rem pro diuersitate affectuum modò proprijs no
dò translaticijs uerbis, quod idem ualet nunc figuratè nunc simpliciter dicere, crē
bris similitudinibus, frequentibus prouerbijs atq; exemplis, aptis comparationibus,
& huiusce modi tanquam luminibus rem illustrare, animum atq; aures tanquam ſti
mulis ferire, & ut sunt uaria ingenia, uaria orationis sententiarumq; supellectile homi
nes instruere, docere, recreare, rapere, trahere, mouere, oblectare.

Et ut D. Aurelius Augustinus docet, ueritas diuina ita tradita, ita ornatu tecta
plus mouet, plus delectat, plus honoratur, quàm si nuda absque ueste prosit ueritas.
Nempe animus noster quamdiu mortali carcere clausus detinetur, nolit uelit, rebus
fluxis, fragilibus, quę uideri, tangi solent, nimium addictus est, ad æterna & clara, quę
cerni, tactu sentiri nequeunt, cæcutit atq; hebebatur, nisi igniculus ingenij hisce sopi-
tis motus excitetur. Proinde Pontifex æternus, id quod subobscurè de uinculo dix-
Pax uobis, inquit: Sicut me misit pater, & ego uos mitto: Accipite Spiritum sanctum.
quibus remiseritis peccata, remittuntur: & quorum retinueritis, retenta sunt. Et
concordiam affereret, ut unum se uerum pastorem esse indicaret, uni dixit: Si quidem
amas me, pasce oues meas, id est, Ite in mundum uniuersum, prædicate Euangelium
omni creaturæ: atque, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: ite ergo, do-
cete omnes gentes. Hanc ob causam aperuit discipulis mentem cœlestis doctor, ut in
telligerēt Scripturas, Mosen, Prophetas & Psalmos. Iussitq; eos in nomine suo pœni
tentiam & remissionem peccatorum prædicare apud omnes gentes, testes quę hor
rum esse.

Has ergo ob causas Hildebrandus ambitione in præceps abiuit, cum potestatem
immortalis Dei, cuius nuncius duntaxat est, sibi usurpauit. Ita mores, ita tempora, ita
homines sunt. Malè consuluisset rebus humanis suprema illa Maiestas, si ita gladium
in manum mortalis cuiusquam traderet. Quis concupiscentiæ humanæ finem statue
ret? aut quis moderaretur? Ne sapientissimus quidem æquo animo tantum onus su
lerit. Non necesse habemus, ut quispiam nos doceat, quonam pacto spiritali potesta
te, uel, ut uerius dicam, dispensatione atque procuratione diuini peni (oraculorum
enim cœlestium promi atq; condi duntaxat sumus) Petrus eiusq; collegę usi fuerint.

Clarius

A Clarius luce, in libro quem de gestis Legatorum Christi Lucas Medicus scripsit, li-
quet: arma nostræ militiæ, spiritus, non ferrum, neq; rapinæ, cædes, homicidia, periu
tia sunt. nimirum lorica, thorax, galea, baltheus, ensis, scutum, sunt: pax, amor, iusti-
cia, spes salutis, ueritas, sermo Dei, fides. Quæ munera diuina sæpius Imperator no-
ster Christianissimus ultro Hildebrando obtulit: sed ipse recipere recusauit. Non in-
ficias imus, homo est ille, peccare solet. Nam nemo uicijs sine nascitur, optimus ille
est, Qui minimis urgetur. Nulla tamen illi, nisi ex permisso, uoluptas Veneris, iuxta-
que naturale desiderium usus, quæ sicut iuuenta irritari, ita senectute mitigari solent.

Iam id fateor, peccatum primum quidem magnum, at humanum tamen: fece
re alij sæpe, item boni. Et profectò rectè æstimantibus principem nostrum, liquet bo
na natura eius esse, uitia uel fortunæ uel ætatis ingentia animi bona, illa indoles in re
B bus moliendis, conficiendis uelocitas, periculisq; subeundis fortitudo, uis incredibi-
lis animi, laboris patientia, consilium per magnitudinem animi, & quantam uix po-
natum q; rerum peritia, fortitudo propemodum nimia, non modò inter Reges excel
lens, sed inter illos quoq; quorum hæc sola uirtus fuit. Iam perpetuum pacis pietatis
atq; religionis studium, in pauperes liberalitas, maiora tribuentis quàm à Deo petun-
tur: clemẽtia in deuictos, benignitas in amicos, erga milites beneuolẽtia, in nullo un-
quã Germano Romano ue tanta fuere principe. Quòd si flagitiosissimus is foret tyrã
nus, tamen ei obtemperandum, nequaquam resistendum esset. Prohibent humanæ
leges, decretaq; patrum, aduersarios, hostes, inimicos, accusatores, testes atq; iudices
esse. Augustus tum in Italia, tum Hildebrando pacem facit, paucorum scelere atque
perfidia Saxonia excidit: perfidus tyrannus, qui perfidiæ graues pœnas reddidit, spre
ta religione iureiurandi, uiolata affinitate, necessitudine eam inuasit. Nemini priua-
C to, nisi ante in integrum restitutus fuerit, dica scribi potest.

Hæc ubi dixit, librum dat pontificalem Vueziloni archimystæ Moguntino, re-
citatiq; legem iubet, qua non licet spoliatum rebus suis respondere, accusari, nedum
condemnari. Eundem codicem deinde Vuernherus Mersburgensis Pontifex accipit.
De fœminis quoque idem cautum legit, ne scilicet eæ prius in ius ambulare cogan-
tur, quàm familiarem rem domi composuerint. Posteaquam hæc ita dicta factaque
sunt, Gebhardus Salisburgensis Boiorum primarius Episcopus, ætate, eloquentia,
scientia egregiè præter cæteros Hildebrandi nos uenerabilis, cui socij respondendi
prouinciam demandarunt, omnino obmutuit, ne hiscere quidem potuit, etc.

Verùm age adijciamus & epistolas quasdam ex uetusto manuscripto codice,
de prædicto dissidio, ex quibus etiam magis, quàm iniustè Papa egerit, pateat.

D HEnricus Dei gratia Rex, gratiam, salutem, dilectionem non omnibus, sed pau
cis eandem. In maximis negocijs, maximis maximorum opus est consilijs,
qui & facultatem habeant exterius, & uoluntate non careant interius, ut rei
cui benè cupiunt consulere & uelint & possint. Quia in cuiuslibet rei profectu nec fa-
cultas sine uolunte, nec uoluntas sine facultate proderit. Quod utrunq; tu fidelissime,
ut arbitramur, æqualiter possides: uel ut uerius dicamus, licet maximo tibi maxi-
ma non desit facultas, maior tamen adhuc maxima facultate, si benè te nouimus, in
nostram & regni utilitatem exuberat uoluntas. De præteritis enim fideliter exhibi-
tis, in futuris crescit spes fidelius exhibendis. Tuæ autem dilectioni committimus, ne
spe nostra sit fides tua, quia de nullius regni principum fidelitate, quàm tua, maiora
speramus: sicut hactenus non modò in præteritarum rerum exhibitione, uerùm eti-
am in sperandarum promissione tua gauisi sumus.

Adsit ergo in tempore hoc opportuno tua cum facultate uoluntas, quam non
modò nostra, uerùm etiam omnium coepiscoporum fratrum tuorum in uno totius
oppressæ Ecclesiæ exoptat uoluntas. Non enim oppressionem ignoras, tantum ne

oppreſſæ Eccleſiæ ſolatium ſubtrahas: ſed regno & ſacerdotio condoleas, quo utro-
que ſicut Eccleſia eſt exaltata, humiliata, heu utroq; uiduata. Nam unus dum utrun-
que ſibi uendicauit, utrunque diſsipauit: nec in uno profuit, qui in neutro prodeſ-
ſe uoluit, nec potuit. Et ne diutius notati nomine te ſuſpendamus, accipere
quem dicimus, Hildebrandum ſcilicet, monachum quidem dictum Apoſtoli-
cum, non paſtoris cura, ſed inuaſoris uiolentia Apoſtolicæ ſedi præſidentem, &
de ſede pacis catholicæ, pacis unicæ uinculum diſsipantem, ut tibimet ipſi in promp-
tu eſt ſcire. Vt enim de pluribus pauca referamus, regnum & ſacerdotium Deo
neſciente ſibi uſurpauit. in quo piam Dei ordinationem contempſit, qui non in
uno, ſed in duobus duo, id eſt, regnum & ſacerdotium principaliter conſiſtere uo-
luit: ſicut ipſe Saluator in paſsione de duorum gladiorum ſufficientia typica intelli-
gi innuit. Cui cum diceretur: Domine, ecce duo gladij hic: reſpondet, Satis eſt: ſigni-
ficans, hac ſufficienti dualitate, ſpiritualem & materialem gladium in Eccleſia eſſe
gerendum, quibus omne nociuum fore amputandum, uidelicet ſacerdotali, ad obe-
dientiam Regis pro Deo: Regali uerò, ad expugnandos inimicos exterius, ac obe-
dientiam interius: omnes homines docens, fore conſtringendum, ut ita de alio in
alium tenderetur, dum nec ſacerdotij regnum, nec ſacerdotium regni honore pri-
uaretur: Hanc Dei ordinationem qualiter Hildebrandica confuderit inſania, tu ipſe
noſti, ſi ſcire nouiſti, uel uoluiſti. Vuormaciam uenias, & ibi plura, quorum pauca
docet chartula, cum centum principibus audias, & quid agendum ſit doceas, rogā-
tus per dilectionem coepiſcoporum, moratus per utilitatem Eccleſiæ, obligatus per
uitæ noſtræ regni totius honorem: Valete.

DIlectis in Chriſto fratribus & Dominis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Principibus
Romani Imperij ducibus, Marchionibus, Comitibus, maioribus & minori-
bus clero & populo ſanctæ Eccleſiæ cultoribus N. Verdunenſis Epiſcopus
Dei gratia, id quod eſt, fraternam dilectionem, debitam ſeruitutem, perpetuam in
Domino ſalutem. Regni noſtri perturbatio, & ut uerius dicam, niſi Dominus auer-
tat, proxima nimis annulatio, in maximum dolorem nos excitat, in lachrymas no-
cat, in miſerabilem querimoniam coram Deo & hominibus nos animat. Hildebran-
dus, qui dicitur caput, iam eſt cauda Eccleſiæ: qui fundamentum, iam detrimentum
eſt Eccleſiæ. Hic diſpergit, qui dicebatur congregare: hic Eccleſiam odit, qui diceba-
tur diligere: iam uſq; ad omnimodam hæreſim infirmat, qui dicebatur Eccleſiam
ſanctam confirmare. O inaudita arrogantia hominis, ſupra omnem Eccleſiam in ſe
gloriantis, ſupra omnem malicíam malè agentis, unitatem Eccleſiæ ſcindentis: quod
inauditum eſt, regnum & Regem catholicum deſtruere præſumentis: impios iuſti-
ficantis, pios iniuſtiſsimè damnantis, decreta patrum peruertentis, Regem adulteri-
num extollentis, Regem liberum & legitimum etiam cum memoria nominis Re-
gij extinguere meditantis. Periuria fidelitatem dicit, fidem ſacrilegium facit: imoq;
ab initio fuit mendax patet eius, per omnia mentitur, & in omnibus ueritati contra-
dicit: Videat Deus & iudicet, uidete uos & iudicate: Hominem impium, hominem
abominatum, membra Eccleſiæ ſubuertentem, caput noſtrum faceremus? nos omni
Eccleſiaſtico honore ueriſsimè deſtituentem, patrem nobis conſtitueremus? Vita ſua
illum accuſat, peruerſitas damnat, obſtinatio maliciæ illum anathematizat. In qua
re uobiſcum eſſe, uobiſcum facere, uobiſcum laborem ſubire, aſſenſus conſilium, au-
xilium ueſtrum non recuſat. De eligendo autem Pontifice, qui errata corrigat, qui
deſtructa reſtituat, qui huiuſmodi fortia confundat, Deo cooperante uobiſcum ope-
rabimur, Deo conſentiente uobiſcum ſentiemus, & pro honore Eccleſiæ, & procu-
peratione Regis & regni, in nullo uobis deerimus: Valete.

PAtribus, non fratribus, dominis, non amicis, N. deſignatus Treuerenſis Epiſco-
pus, Eccleſiæ deuotiſsimas orationes in Chriſto. Ferre ſententiam contra Apo-
ſtolicum, non eſt tutum: imò inſanum, & omnino nefarium, aliquid audere in
illum, qui in uice S. Petri fungitur legatione ipſius Chriſti. Iſte autem, qui inuaſit ſe-
dem Apoſto-

A dem Apostolicam, qui inaudita elatione effertur, qui prophanis nouitatibus studet, amplo nomine delectatur, quem neq; Christianum appellem, quia non habet characterem, id est, pacem & charitatem, quam Christus suis militibus impressit, qua Christus suos notauit: non occurrere contra hunc, non insurgere, magnum sanctæ matris Ecclesiæ est periculum, & planè est contra Deum. Quis enim nescit, ex hoc quasi fonte omnis dissensionis, & capite omnis schismatis, excluſa pace Ecclesiæ, discordiam totius mundi emersisse? Quis inquam non uidet, per hunc quasi significatur Christum, nequeo uerè appellare Christianum: ita certè nec Papam, quem uideo toties & tam manifestum homicidam. En bonus & sanctus Papa, cuius cõsilijs, cuius instinctu & ductu, membra Christi tot & tam perditis modis sunt dilacerata.

B En bonus pastor, qui in illos tanta crudelitate grassatur, pro quibus Christus in cruce pependit, quos ipse proprio sanguine redemit. En uerus Pontifex, & iustus sacerdos, qui sicut dubitat, si illud quod sumitur in Dominica mensa, sit uerum corpus & sanguis Christi: ita non pœnitentibus etiam ea, quæ iustè fracta sunt cõdonat sacramenta. Nihil certè ita est impium & nefarium, nihil ita est detestabile & execrabile, quòd ipse curet, dum alios contra Regem armet: dum alios ad bellum, quod ipse omnib. intendit, excitet. Inter has multiplices calamitates & miserias, quas patiatur & conqueritur sancta Ecclesia, mihi quoq; illata est ab eo tam superba quàm uiolenta iniuria. Cum enim Treueris pari consensu tam cleri quàm plebis essem electus Episcopus, tamen eo impediente, nullam culpam obtendente, ferè per biennium consecrationem obtinere non potui, omnibus eiusdem Ecclesiæ filijs & suffraganeis intercedentibus, & inusitatam suæ Metropoleos uiduitatem multum querentibus. Nihil mihi profuit syncerus introitus, & legitima mea electio apud illum, nihil ualuit consona authoritas Episcoporum, & studiosa loci intercessio. Vt taceam mea, ut prætermittam priuata, Quia malus, & non purus eius introitus, quæ minatus est, peruenit

C ad perditissima exempla: ne plus per hunc sancta, quæ modò extremum trahit spiritum, periclitetur Ecclesia: ex me dico, quòd nullam ei obedientiam posthac seruabo: nec meo iudicio amplius sedebit in loco & in uice sancti Petri, quem ipse non sequitur obstupenda abusione nouitatis suæ, & inauditi decreti.

Sententia Episcoporum Germanicorum, damnans Hildebrandum.

CVm primùm Ecclesiæ gubernaculum inuasisses, etsi benè nobis cognitum esset, quàm illicitam & nefariam rem contra ius & fas familiari tibi arrogantia præsumpsisses: dissimulanda tamen, dispensatoria quadam taciturnitate, tam uitiosa introitus tui exordia putauimus, sperantes uidelicet, tam criminosa principia consequentis regiminis tui probitate & industria emendata, & aliquatenus oblitterata. Verùm nunc ut lamentabilis uniuersalis Ecclesiæ status clamat & deplorat

D malis initijs tuis peiores actionum decretorumq; tuorum progressus, infœlici respondes tenore & pertinacia. Cum enim Dominus & redemptor noster, pacis & charitatis bonum quasi singularem fidelibus suis characterem impresserit, cuius rei testimonia plura existant, quàm ut epistolari breuitate comprehendi ualeant: tu è contrario, dum prophanis studes nouitatibus, dum magis amplo quàm bono nomine delectaris, dum inaudita elatione distenderis, uelut quidam signifer schismatis, omnia membra Ecclesiæ, quę secundum Apostolum quietam & tranquillam uitam ante hæc tua tempora agebant, superba crudelitate, crudeliq; superbia laceraſti: flammasq; discordię, quas in Rom. Ecclesia diris factionib. excitasti, per omnes Ecclesias Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & Hisp. furiali dementia sparsisti. sublata enim quantũ fuit, omni potestate ab Episcopis, quæ eis diuinitus per gratiã S. spiritus, qui maximè in ordinationib. operatur, collata esse dinoscitur, omniq; rerũ Ecclesiasticarũ administratione plebeio furori per te attributa, dum nemo iam alicui Episcopus aut pres-

byter est, nisi qui hac indignissima assentatione à fastu suo emendicauit, omnem A
Apostolicæ institutionis uigorem, illamq; pulcherrimam membrorum Christi di-
stributionem, quam doctor gentium toties commendat & inculcat, miserabili con-
fusione miscuisti: sicq; per hæc tua glorioſa decreta (quod sine lachrymis dici non
potest) Christi ferè nomen perijt. Quis autem illud pro indignitate rei stupear, quòd
nouam quandam, indebitamq; potentiam tibi usurpando arrogas, ut debita uniuer-
sæ fraternitati iura destruas? Asseris enim, cuiuscunq; nostrum parrochiani aliquid
delictum ad te uel sola fama perueniat, ultra iam non habere quenquam nostrum
aliquam potestatem uel ligandi uel soluendi extra, præter te solum, aut eum quem
tu spiritualiter ad hoc delegeris.

Quæ sententia quod omnem insaniam excedat, quis in Sacris literis eruditus
non uideat? Quia ergo per hos aliosq; præsumptionum tuarum spiritus Eccleſiam
Dei tam grauiter periclitantem, imò ferè pessundatam, diutius tolerare, omni malo g
deterius iudicauimus: placuit, ut communi omnium nostrum consilio, tibi, quod ha
ctenus tacuimus innotescat: quamobrem nec modò possis, nec unquam potueris
Apostolicæ sedi præesse. Tu ipse bonæ memoriæ N. Imperatori teipsum corporali
sacramento obstrinxisti, quòd nunquam uiuente ipso Imperatore, aut filio eius do-
mino nostro glorioso Rege, qui modò summæ rerum præest, Papatum aut ipse sus-
ciperes, aut alium quantum in te est, suscipere patereris, absq; assensu uel laudamen-
to patris, dum uiueret. Ad hoc sacramentum, sunt hodie testes plerique Episcopi,
qui hoc tunc & oculis suis uidere, & auribus audiere. Illud etiam recordare, quomo-
do tu ipse aliquos ex Cardinalib. cum ambitio Papatus titillaret, ad tollédam æmu-
lationem hac occasione & conditione, ut ipsi hocidem facerēt, sacramento te obli-
gasti, quòd nunquam Papatum habiturus esses. Vtraq; hæc sacramentorum, quàm
sanctè quàm cautè obseruaueris, tu uideris. Præterea cum tempore Nicolai Papæ II.
nodus celebraretur, in qua centum uiginti Episcopi confederant, sub anathemate
hoc statum & decretum est, ut nullus Papa fieret, nisi per electionem Cardinalium
& approbationem populi, & per consensum & authoritatem Regis. Atque huius
concilij seu decreti, tu ipse author & persuasor subscriptorq; fuisti: atque hoc quasi fœ-
tore quodam grauissimi scandali, totam Ecclesiam repleſti, de conuictu & cohabi-
tatione alienæ mulieris familiariori quàm necesse sit. In qua re uerecundia nostra
magis causa laborat: quamuis hæc generalis querela ubique personuerit, omnia iu-
dicia, omnia decreta per fœminas in sede Apostolica actitari, denicq; per eas totius or-
bis & Ecclesiæ iura administrari. Nam de iniurijs & contumelijs Episcoporum, quos
filios meretricum, & cætera id genus indignissimè appellas, nulla querimonia suf-
ficit. Quia ergo & introitus tuus tantis periurijs initiatus est, & Ecclesia Dei tam gra-
ui tempestate per abusionem nouitatum tuarum periclitatur, & uitam & conuersa-
tionem tuam tam multiplici infamia dehonestasti, obedientiam quam tibi nullam
promisimus, nec de cætero ullam seruaturos esse renunciamus: & quia nemo no-
strum, ut publicè declamas, tibi hactenus fuit Episcopus, ita nulli nostrum amodò
eris Apostolicus.

Helmoldus.

MVlta hactenus de Henrico IIII. dicta sunt, partim ex Auentino, partim alijs
Henrici coætaneis, in cuius rebus ac controuersia tametsi supra modum lu-
gubri & miserabili, ideo libentius sum immoratus, quòd in hoc potissimum
corruisse Imperium, ac fermè tota Christianitas, sub iugumq; ab Antichristo missa esse
uidetur. Verùm de eius fine ac ultimo casu nihil dum dictum est. Eum uerò cogno-
ce, quàm miserabilis sit, ex uita Henrici iam olim descripta, & ex eius epistolis, in qui
bus de suis difficultatibus, suorum subditorum proprijsq; filij perfidia, quos Papa
in suum exitium instigarat, conqueritur. Nam hic ea omnia adscribere nimis lon-
gum esset,

A gum esset. Quare nos pauca tantum ex Helmoldo sacerdote, quæ & Henricus de Erfordia suo Chronico inseruit, adscribemus.

De hoc quoq; Henrico IIII. uulgariter & mythologicè dicitur in Chronicis Sclauorum, cap. XIX. Quòd Vuigberto Papa, Henrici, qui & Clemens, mortuo, sopita sunt schismata, & Paschalis nihilominus excommunicauit Imperatorem: & eò usq; sententia illa inualuit, ut collecta generali curia principes Teutoniæ Henrico diadema tollendum, & ad filium eius æquiuocum transferendum decernerent: quòd iamdudum per patrem fuit in Principem designatus. Igitur Moguntinus, Colonien
sis, Vuormacien sis, à Principibus missi, uenerunt ad Regem in turri Regia Hilgeest
heim, dicentes: Fac nobis reddi coronam, annulum & purpuram, cætera q; ad inue
stituram Imperialem pertinentia, filio tuo deferenda. Imperator quærit causam. At
B illi: Quid quæris, ea quæ optimè nosti? Scis de schismate longo: scis qualiter Episco
patus, Abbatias, & cætera omnia feceris uenalia, & quomodo sit electionis facultas
in rectorib. quibuscunq; constituendis, sed sola pecuniæ ratio. Pro ijs et similib. sanxit
authoritas Apostolica, & fauit Principũ unanimitas, te & regno & cõmunione fide
lium priuandum. Quibus Imperator: Vestra potestas est, hæc mihi imponere, & cri
men impingere. Dico Moguntine, adiuratus per nomen æterni Dei: Quid exegimus
uel recepimus à te, cum te Moguntiæ præfecimus? Tu quoq; Colonien sis similiter?
Illis autem fatentibus, nihil pecuniæ aut oblatum, aut requisitum, aut acceptum hu
ius rei gratia: Rex ait, Gloria Deo. Similiter & de Vuormacien si: & iterum Rex: Di
gnam ergo pro beneficijs uestris nobis rependitis gratiam. Nolite ergo illorum par
ticipes effici, qui leuarunt manus suas contra Dominum & Regem suum, & uiola
uerunt fidem, & iuramentorum sacramenta. Parum uobis superest æui, senio & la
bore confectis. Non ponatis maculam in gloria nostra. Si uerò sententia uestra fixa
C manet, ut cedamus, constituatur dies placiti. Et si curia adiudicauerit filio nostro co
ronam, manibus nostris imponemus. Illis autem è contrariò nitentibus, Rex pa
rumper auulsus ab eis, uidens quòd uenissent militia stipati, ipseq; omni malicia &
armis esset pro tunc destitutus, Principibus ipsis hoc uersutè procurantibus. Regali
bus ergo indutus Rex, & in sedem regni receptus, dixit: Hunc imperialem honorem
præstitit mihi Deus, & concors principum electio. Potens est autem mihi Deus con
seruare, quod præstitit. Hactenus actore Deo, bellisq; uicimus impugnantes. Hoc au
tem intestinum malum, sed nec suspectum habuimus, nec peccauimus. Quis enim
in orbe Christiano tantum nefas consurgere crederet, ut iurata Principi Sacramenta
fidelitatis irritentur, suscitetur filius contra patrem? Postremò nulla beneficijs gratia,
honestati reuerentia exhibeatur? Certè maiestas Imperialis in proscribendis inducia
rum remedia consueuit non negare, prius præmuniens quàm feriens, prius inuitans
ad gratiam quàm damnans per sententiam. Nobis autem audientia denegatur:
D ideoq; præfamur, ne audiamur. Quis tantam mentis alienationem à fidelibus ami
cis, & à Pontificibus maximè, procedere posse conciperet? Quod si nec Deum nec
honestatem nostram reueremini, ecce præsentes sumus, uiolentiam explodere non
possumus, militibus & armis destituti.

Pontificibus ergo hæsitantibus quid agerent (magnatum enim rerum in
gressus difficilis est) dixit Moguntinus ad socios: Quò usque trepidamus? Nonnè
officij nostri est, Regem consecrare, consecratum inuestire? Nunquid ergo Princi
pum decreto impendere licet, eorundem authoritate tollere non liceat? Quem me
ritum inuestiuimus, quare immeritum non diuestiamus? Coronam ergo de capite
eius abrumpunt, deinde purpura & Imperialibus omnibus exuerunt. Quibus Rex
confusione circundatus, ait ad eos: VIDEAT DEVS, & iudicet. Ego quidem luo
peccata adolescentiæ meæ, sed uos immunes non eritis iurisiurandi præuarica
tores, & portio uestra cum Iuda traditore est. Non consurgatis. Illi uerò obtu
rantes aures suas, imperialia deferunt ad Henricum quintum filium eius firmantes
eum in Regem. Filius ergo patrem expulit de regno. Qui uitis nouem comita
tus, fugiens

tus, fugiens peruenit ad Ducatum Limborgenſem, de quo principem nobilem A
Rex, cum adhuc potens eſſet, deſtituerat, & eum alteri tradiderat. Ipſe autem prin-
ceps deſtitutus, caſu, cum nunc Rex fugeret, uenationi deditus erat, propè uiam, per
quam Rex ipſe filium fugit: animaduertitq; rem, quia iam fama diffundebatur. Inſe-
quitur ergo cum militibus Regem uelocius. Quod uidens Rex, de uita timuit, & uo-
ce magna ueniam poſtulauit. Cui Princeps: Malè, inquit, domine ueniam demeruiſ-
ſtis, licet poteſtate ueſtra in me abuſus fueritis: tamen, Deus nouit, quod uobis com-
patiar, attendens iniquitatem circa uos maximè eorum, quibus beneficus ſemper
extitiſtis. & aſſumpſit Regem in caſtrum, miſitq; circumquaq; pro militibus, collegit
quaſi D C C C. loricatos. Quibus perduxit Regem in Coloniam ciuitatem ma-
gnam. Colonienſes receperunt eum. Filius obſedit Coloniam. Cæſar nocte elapſus,
fugit Leodium: & conuenerunt ad eum illuc omnes uiri conſtantes, & quorum cor-
da miſeratio tetigerat: proſpectoq; auxiliatorum numero, dimicare ſtatuit. rogauitq; B
principes & omne robur exercitus ſui, dicens: Si fortiſſimus Deus hodie nos iuuerit,
ſeruate mihi filium meum, & nolite eum interficere. Prælium ergo committitur, pa-
ter uincit, filius fugit, multis interfectis. Prælium autem inſtauratur: pater uincitur, &
comprehenditur. Quantas autem contumelias uir ille magnificus diebus illis pertu-
lerit, ſicut relatu difficile, ita auditu lamentabile eſt. Inter amicos & inimicos inſul-
tantes, quidam pauperculus coram omnibus dixit eidem: Inueterare dierum malo-
rum, nunc uenerunt peccata tua, quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniuſta, op-
primens iuſtum, & dimittens noxios. Cui cum quidam plus cenſati iraſcerentur, di-
xit Cæſar: Nolite quæſo iraſci in eum, ſinite eum: uoluntas Dei eſt, ut maledicat.
Erat ibi Spirenſis Epiſcopus, Regi dilectiſsimus: quo agitante, templum ingens Dei
genitrici apud Spiram conſtituerat, ciuitatemq; & Epiſcopium multum promoue-
rat, ad quem Rex ait: Decidi à ſpe, Da ergo mihi præbendam apud Spiram, ut ſeruiã C
am ſanctiſsimæ genitrici Dei, cui deuotus ſemper extiti. Noui enim literas, & pſal-
ſum adhuc ſubſeruire choro. Ad quem Epiſcopus: Per matrem Dei, non faciam
quod petis. Tunc Cæſar ſuſpirans & illachrymans, ait: Miſeremini mei, &c. uſque
manus Domini tetigit me. mortuus'que eſt Cæſar Leodij, ſteteritq; corpus eius in-
humatum in capella quadam deſerta quinque annis. O magna Dei iudicia, quæ
completa ſunt in tam præpotenti uiro.

Sperandum eſt autem, quòd Dominus ille tribulationis decoxerit in eo ſcori-
am, & rubiginem omnem abſtulerit. Quotiens enim in præſenti iudicamur, à Do-
mino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Hæc Helmoldus.

Henricus quintus.

HEnricus V. ſeductus à Papa & ſacrificis, adiuuit opprimere patrem, pro liber-
tate ac iuribus Imperij, imò & pro communi omnium bono decertantem. C
Mortuo tamen patre, ibi ſepoſitis dulcibus uerbis cœpit ſeſe Paparum rapa-
citas exerere. Quare cum & ipſe iam uideret, quorſum demũ euadere Paparum tyran
nis conaretur, cœpit quoq; tueri ius conferendi Epiſcopatus, Abbatias & prælaturas:
ac capto, propter non ſeruatã (ut Friſigenſis lib. 7. cap. 14. teſtatur) fidem, Papa Paſcha
li, ei omnia iura Imperij, quæ pater alijq; prædeceſſores habuerunt, extorquet. Con-
firmat omnia Papa literis, ſigillis, iuramentis: & contrà ab Imperatore eſt amplisſi-
mis donis ornatus. Sed fidem non diutius, quàm Cæſar adfuit, ſeruat. Mox ubi ille
in Germaniam redit, omnia mutat ac inuertit. Quare denuò nouæ excommunica-
tiones, bella ciuilia, nouæ ſeditiones excitantur. Tandem poſt multa bella, atrociſsi-
masq; calamitates Germaniæ componitur cauſa, ea (teſte Vrſpergenſi) ratione, ut Pa
pa quidẽ inueſtiat & confirmet Epiſcopos, uerũ illi ſint contenti Eccleſiaſtica tantum
iuriſdictione, politico gladio careant, & ex oblationib. ac decimis uiuant. Verùm ad
eam rationem Epiſcopos Germanicos reformare, eosq; ſua politica potentia pri-
uare fuit

A uare fuit impossibile. Quare retinuerunt illi quidem suas opes & regiones: sed Cæsar suo ueteri iure eos inuestiendi & confirmandi est priuatus.

Mortuus est hic Henricus sine liberis penitus, quod tunc plerique non immeritò ratiocinati sunt, esse pœnam Dei: propterea quòd ille parum rectè secundum Dei: mandatum coluerat optimè de se meritum patrem.

Successit Henrico v. Lotharius secundus, qui hunc opprimere adiuuerat. Venit is ad Innocentium, alicubi in Gallijs commorantem: à quo petit Innocentius opem contra suum Antipapam Petrum Leonis, qui se Roma extruserat. Pollicetur quidem Cæsar, sed tamen simul queritur, Imperij uires grauiter attenuatas esse, cum ei Papa ius conferendi Episcopatus & Abbatias ademerit. De quo quis dubitare queat, cum maxima imperij pars in Episcopatus Abbatiasq; districta sit?

B

Ottho Constantiensis Episcopus.

SCribit Nauclerus, Otthonem Constantiensem, qui circiter ante 500. annos sedit, Episcopum repugnasse Gregorio septimo, sacerdotum coniugium abrogauit: ac recenset etiam partem epistolæ Gregorij, in qua ille accusat Otthonem apud suos clericos, quòd iussus priori epistola ut sacerdotum coniugium aboleret, non tantum id facere neglexerit, sed insuper permiserit, ut & alij uxores ducant. Quare citat eum Romam, & ei terra minatur: prohibetq; clericis seuerissimè, ne ullam suo Episcopo porrò obedientiam aut reuerentiam præstent. Vtinam haberemus eius, aliorumq; scripta ac defensiones, quas ille, proculdubiò pro sua innocentia ac coniugij sacerdotum iustitia, Papæ tyrannidi opposuit. Sed adscribam illam epistolam Hildebrandi, quam Nauclerum recensere dixi.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, clericis & laicis, maioribus atq; minoribus in Constant. diœcesi constitutis, salutem & benedictionem. Misimus fratri C nostro Episcopo uestro Otthoni literas exhortatorias, per quas pro nostri necessitate officij Apostolica autoritate iniunximus illi, ut simoniacam hæresim de Ecclesia sua penitus excluderet, & castitatem clericorum studiosè prædicandam susciperet. Sed Episcopus uester neque beati Petri reuerentia præcepti, neque officij sui solicitudine attractus, ut nobis relatum est, quæ paternè suaseramus, perficere curauit: & ut non solum inobedientiæ, uerùm etiam rebellionis offensam contraheret, quemadmodum accepimus, palàm clericis suis iussioni nostræ, imò uerius beati Petri, omnino contraria permisit, ita ut qui mulierculas habuerant, renuerent: & qui non habebant, illicita temeritate subintroducerent. Quod ut audiuimus molestè ferentes, alteram ei scripsimus epistolam, indignationis nostræ motus ostendentes: quin etiam ipsum ad synodum Romanam aduocauimus, ut rationes reddat, & inobedientiæ causas, si rationabiles fuerint, in audientia totius S. conuentus exponat. Hæc ideo, filij charissimi, uobis nota facimus, ut saluti uestræ consulamus. Si enim fronte aperD ta Episcopus uester repugnans & contumax esse studuerit, indignum est ut præsit, &c. Quapropter omnibus sicut prædiximus, Deo & beato Petro obedientibus, Apostolica authoritate præcipimus, si in obdurationè persistere uoluerit, nullam ei obedientiæ reuerentiam exhibeatis, neque id animæ uestræ perniciem esse putetis. Nam si præceptis Apostolicis uoluerit esse contrarius, ab omni illius subiectionis iugo B. Petri authoritate uos absoluimus: ita ut si etiam sacramenti obligatione quilibet ei fuerit obstrictus, quam diu Deo ac sedi Apost. rebellis extiterit, nulla illi fidelitatis exhibitione fiat obnoxius.

Hildebertus Episcopus Cenomanensis.

HIldebertus Episcopus Cenomanensis, uir pius ac eruditus, floruit circa annum 1115. Hoc disticho suum iudicium de Papa, eiusq; curia expressit.

Vrbs felix, si uel dominis urbs illa careret,
Vel dominis esset turpe carere fide.

Testatur

Testatur id Vincentius in Speculo historiali. Suspicor eum esse authorem Rhythmicorum uersuum, de quibus modò. Scripsit enim ipse tales Rhythmicos, & tamen benè Latinos uersus. Valde multa autem est istis duobus uersibus complexus. Primùm indicare uoluit, Papam cum suis esse egregiè sceleratos tyrannos, utpote quorum dominatio redderet urbem Romam infœlicem. Deinde affirmauit, eos non tantum perfidos, impios, uanissimosq; nebulones esse: sed etiam ita perfrictæ frontis, ut sibi non turpe esse carere fide ac pietate putent. Multas tribulationes bonus ille Episcopus Romæ, quin & uincula ac carceres (teste Supplemento historiarum) pro Christo & eius Ecclesia passus est. Quæ porrò fuerit causa, quale ue negocium, non ascribit.

Percurri quasdam manuscriptas epistolas, quæ partim huic Cenomanensi, partim nescio cui innominato Turonensi tribuebantur. Ego eundem esse opinor. Quod si diuersi sunt, circa idem tamen tempus eas epistolas scriptas esse apparet. Recensebo autem quædam ex eis epistolis, nostro instituto utilia. Reprehendit Comitem quendam quod religionis causa D. Iacobum inuisere uelit: & dicit eum rectius facturum, si domui ac regioni suæ benè præsit. Vbique eum Deum rectè colere posse. In alia epistola reprehendit consuetudinem quandam, ubi intinctus panis dabatur: & ostendit utramq; speciem seorsim dandam esse. In alia epistola grauiter admonet Honorium Papam, ne quasuis appellationes ex ultra montanis locis admittat: alioqui eum & Episcoporum potestatem omnem annihilaturum, & amplissimam fenestram uitijs aperturum. In alia conqueritur de exactionibus Romanę curiæ, ac dicit, Omnes calamitates & aduersitates orationibus uinci ac repelli, præter Romanas expilationes.

In alio eiusdem epistolarum exemplari, hæc inueni, quæ hic ad uerbum subijciam: Romani sunt quos timent & qui timentur. Hi sunt, quos hæc peculiariter procuncia manet inferre calumnias, deferre personas, afferre minas, auferre substantias. Hi sunt, quorum laudari audis in ocio occupationes, in pace prædas, inter arma fugas, inter uina uictorias. Hi sunt, qui causas morantur adhibiti, impediunt prætermissi, fastidiũt admoniti, obliuiscuntur locupletati. Hi sunt, qui emunt lites, uendunt intercessiones, deputant arbitros, iudicanda dictant, dictata conuellunt, attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos, trahunt addictos, retrahunt transigentes. Hi sunt, quod si petas & nullo adulante beneficium promittunt pudet negare, pœniter præstitisse. Hi sunt, qui negant reuerentiam clericis, originem nobilib. confessum prioribus, congressum æqualib. cunctis iura. Nullum illis genus hominum ordinum temporum cordi est. In foro Scythæ, in cubiculo uiperæ, in conuiuio scutræ, in exactionibus harpyiæ, in collocutionibus statuæ, in quæstionibus bestiæ, in tractatib. cocleæ, in contractib. trapezitæ. Ad intelligendum saxei, ad iudicandum lignei, ad succendum flammei, ad ignoscendum ferrei, ad amicitias pardi, ad facetias ursi, ad fallendum uulpes, ad superbiendum tauri, ad consumendum minotauri. Spes firmas in rerum motib. habent, dubia tempora certius amant, & ignauia pariter conscientiaq; trepidantes. Cum sint in prætorijs leones, in castris lepores, timér fœdera nec dilcutiantur, bella ne pugnent. Quorum si nares afflauerit rubiginosi aura marsupij, confestim uidebis illic & oculos Argi & manus Briarei, & ingenium Sphyngis.

Hildeberti Cenomanensis Episcopi contra peregrinationes.

IN memoria B. Iacobi, strenuissime Comes, & prędicanda uirtute sublimis, iter, ut fertur, sumpsisti. Quod nos bonum quidem non negamus sed quisquis administrationē suscipit, alligatur obedientiæ. Qui enim ad maiora uocatur, & utiliora, si relinquit, delinquit. Vnde te, fili charissime, culpa inexcusabilis expectat, qui necessarijs non necessaria, dispensationi otium, debitis indebita præponis. Inter tarlenta, qui

A lenta, qui ſeruis ſuis paterfamilias diſtribuit, circuire uagum orbem terrarum nullus doctor, nulla omnino ſcriptura commemorat. Hieronymi teſtimonio B. Hilarion cum eſſet proximus ciuitati Hieruſalem, ſemel eam uidit, ne loca ſanctorum contemptiſſe uideatur. Porrò præter ſolitum mentis tuæ oculus caligauit, ſi non uides plenam periculoſis caſibus aſſumptam tibi peregrinationem. Præmunitiones Ducis Aquitanorum tranſiturus es, cuius tibi inuidiam ſuſcitaſti: factus eſt expugnatione toarci ſuperior. Ferè apud omnes diuturnior eſt iniuriarum memoria, quàm beneficiorum. Præterea neſcis, ſi renata ſit in filio paternæ nota perfidiæ. Quippe plures hodie generantur iniquitatis hæredes quàm uirtutis. Tuis itaque timorem relinques & tremorem, ſi te iuueni committis, in quo neceſſe eſt uerearis ex parte perfidiam, leuitatem ex annis, ex iniuria ultionem. Audiuimus enim uenerabili Anglorum Regi, tuoq; auunculo, id quòd te facturũ ſignificas, diſplicere altius, id ferre B grauiter, id conſtanter improbare. Sanè eorum aſpernari conſilium uicina demen-tiæ pertinacia eſt. Hi nimirum tuis prouidere commodis & affectu uoluerunt, & ſenſu potuerunt.

Fortaſsis autem dicis: Votum uoui Domino, tranſgreſsionis arguar, ſi irritum facio uotum. Agnoſce, ò Principes, quia tu quidem alligaſti te uoto, ſed Dominus officio: tu uiæ, ſed Dominus obedientiæ: uiæ, qua ſanctorum memorias uideas: obedientiæ, qua ſanctorum memorijs prouideas. Appende ergo ſi tantus ſit fructus itineris, ut ſupplere poſsit intermiſſæ diſpendium obedientiæ. Quod ſi ita eſt, ſcutum depone, pro pera, baculum ſume pro gladio, feſtina egredi, & facundis adhere comitibus, qui iuxta Salomonem per uehiculo in uia tibi ſint. Si autem bonum adminiſtrationis longè maius eſt, & elegantius, quod inficiari nemo prorſus audebit, ſede in palatio, diſpone de ſuffragijs afflictorum, & ut omnes tibi uiuant uiue omnibus: Viue reipublicæ, noctes illi præſtans & dies: iudicium curiæ tuæ dictet æquiC tas, non acceptio perſonarum. Teipſum legibus amore ſubiectos rege. Eſto tuorum cenſor, cum ignoueris exceſsit alienis. Inſontes minimè patiaris impunè lædi, tu impunè læſus. Iniquitatis ultionem inter ſplendidiores triumphos enumeres: ſanguinem nec ſine cauſa, nec libenter effundas: dole & quoties illum effuderis, quem lex iudicat effundendum. In omnibus reuerenter exerce poteſtatem. Da gloriam Deo, cum feceris aliquid glorioſum, Super omnia pauperibus adeſſe memineris, & Eccleſijs, quibus plerunque boni Principes proprio ſanguine quietem emerint & pacem. Ex tuis autem miniſtris neceſſe eſt diuinam metuas indignationem, qui circa eoſdem pauperes et ſanctuariũ Dei quicquid impiè uolunt, impunè agunt. Per huiuſmodi bonos Principes, ſed prauos habentes miniſtros, Scriptura nunc Scyllam, nunc Harpyias appellat. Etenim Scylla facie humana, ſed caninis capitibus accincta deſcribitur, Harpyiæ uultum habent uirgineum, ungues rapaces. His quidem D boni Principes comparantur, ipſi crudelitatem abhorrentes, de iniurijs proximorum conquerentes, hominem manſuetudine & miſericordia exprimentes. Cæterũ miniſtri eorum odoratu, prædæ canib. rapacitate ſimiles ſunt, unguinib. Harpyiarũ.

Tu itaq; pro uoto rapacitatem atq; exactiones tuorum compeſce, quos paupertum clamor, & orphanorum gemitus, & lachrymæ comitantur uiduarum. His tibi, ſi neſcis, theſaurizatur ira in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua. Qui enim malum cum poſsit nõ corrigit, quia malefactoris conſors eſt, in culpa, conſors erit & in pœna. Sicut ergo præſenti pagina commonere ſiſtens, utere tuorum conſilio amicorum, utere meo domi ſedens pauperum ſubſidijs intuendo, loca ſanctorum non deſiderans intueri, ſed tueri ſatagens, nec circumferri per memorias lapidum, ſed circumferre memoriam uirtutum.

Hildebertus monet Papam, ne temerariè quaſuis appellationes accipiens uim iudiciorum & authoritatem Epiſcoporum imminuat.

HOnorio Dei gratia excellentissimo ac reuerendissimo patri suo, sanctæq; Ro. Ecclesię summo Pōtifici Hildebertus humilis Turonorum minister debitę integritatem obedientię. Philosophus ait, colere officijs, non exasperare uerbis omnē potestatem, ideo cumulatis precib. exoro, ne uos, reuerende pater, pręsens scriptum exasperet, aut uelitis de necessitate præsumptionē figurare. Etenim necessitate scripsi, eodem quo sum læsus iaculo, lædi metuēs Ecclesię sospitatē. Bonam spem gero in sinu meo, quia scribens pro iustitia, gratiā patris nō amittā. Quaslibet ergo appellationes in Rom. uigere uel suscipi Ecclesia, cis Alpes auditum nō est, nec in sacris traditum institutis. Quid si fortè huiusmodi emiserit nouitas, ut placeat omnē indifferenter admittere appellationē, Pontificalis peribit censura, et omnimodę cōminuetur Ecclesiasticę robur disciplinę. Quis enim raptor ad solam anathematis cōminationem nō statim appellabitur? Quis clericus aut quis presbyter frustratorię appellationis refugio non patrabit, aut etiam sepelietur in stercore suo? Quis Episcopus habebit in promptu, non omnē dico, sed aliquam ulcisci inobedientiam? Eius uirgam quæuis appellatio grassabit, soluet cōstantiam, seueritatem emolietadducés & illis lentium, & reis impunitatem delictorum: Sic fiet, ut sacrilegia rapinę, fornicationes, & adulteria pernicioso inundent incremento, cum præsul ad superfluas appellationes clauserit ora, & desierit persequi peiorum persecutiones locorum, cū punite manifestum sacerdotum immunditiam, cum uiduarum iniurias ulcisci & orphanorum. Dilatione nimirum censurę facinora fouebuntur, & uenient in profundum iniquitatis impunè delinquentes.

Præterea, quis Euangelicum illud implebit præceptum? exi citò in plateas & picos ciuitatis, & paupetes, ac diuites, cæcos & claudos, compellet ut intrent. Quis cæcum uel claudum intrare compellet, si cæcus uel claudus dum compellitur appellat? Deniq; pro delicto Heli nullus Pontificum punietur, quomodo appellationis excusationem suam quisque defendet offensam? Hinc erit qui Saulum sæuientem percutiat, qui Mosis animaduersionem imitetur, qui gestet gladium Phinæes, qui misericordiam Domino cantare prævaleat? Exempla quidem censuræ semper iuuere: æmulatores eius quælibet appellatio sepelier, & uiuos. Sanè parua est mihi scientia, & exilis: quæ si, iuxta Iob, inter aquilas in præruptis habitantes cum pullis eorum sanguinem lambit, satis est. Non erubesco meam uel accendere, uel profiteri mensuram.

Inter cæteros tamen sacerdotes ad me peruenit, quas appellationes cisalpina suscipit Ecclesia, quas etiam sine offensione sedis Apostolicę renuit & abierit. Accepi enim, & uniuersitas Ecclesiæ prædicat, quod grauatis iudicio subuentus appellationis debeatur. Accepi quòd suspectos habens iudices aut infestos, quòd formidans temerariæ uim multitudinis eodem remedio possit ac debeat subleuari. Vnde & in Decretis Cornelij Papæ capitulo ultimo taliter Ecclesiæ traditum est: Si quis iudicem aduersum sibi senserit, uocem appellationis exhibeat, quod nulli oporteat negati. Item in eodem: Nullus sacerdotum causam suam alieno committat iudicio, non ad Apostolicam sedem fecerit appellatum: sed unusquisq; cum prouinciales iudices ac notos habeat, nisi aliquam uim temerariæ multitudinis illic timuerit, aut infestos uel suspectos iudices habuerit, pro quibus causis ad minoris authoritatis iudices & ad alias prouincias appellare & uenire concessum est.

Audiui etiam alias quoq; appellationes esse, sed moratorias, nec omnino recipiendas, de quibus in sacris legibus his legimus uerbis. Quicunq; enim confidentis iustæ causæ, sed causa afferendæ moræ, ne contra eum sententia proferatur, appellauerit, uel si de facto, consensus ne abdicatur, appellare uoluerit, huiusmodi appellationes non recipiuntur. Et quidem uidentur mihi plures talium species appellationum, quas sic prudens iudex, ita ut necesse est, discernat, ut circa iudicandos inominibus debitam seruet æquitatem.

Porrò ea quæ prærogatiuam obtinent, sicut paruitati meæ ministrauit authoritas pro-

A titas perstrinxi. Quæsi plura sunt etiam usq; ad tempus cathedræ uestræ sub Apostolica cucurrere uigilantia. Confiteor non transgrediendum quidem esse terminos, quos posuerint patres nostri. Moratorias autem appellationes & superfluas omnino elongandas esse à nostra audientia: non sustinendum in horto Domini plantari toxicum mortis, quo subuentus afflictorum motietur, quo Pontificialis rigor elanguebit, quo iusticiæ parsimonia in nihilum reuertetur, incrementum suscipiet ubertas delictorum.

Calixtus Papa.

CAlixtus Papa sedit circa annum Domini 1120. Hunc non ideo adscribo, quòd boni aliquid fecerit (extorsit enim omnino coniugium concionatoribus Germanicis & Anglicis) sed quòd contra hunc alij scripserunt, quos nominare B non possum: carmina tamen uetusta inuenio, quæ hic ordine adscribam.

O bone Calixte, mundus totus perodit te.
Quondam presbyteri poterant uxoribus uti:
Hoc destruxisti, postquam tu Papa fuisti.

Item.

Prisciani regula penitus cassatur,
Sacerdos per hic & hæc olim declinatur:
Sed per hic solummodo nunc articulatur,
Cum per nostrum præsulem hæc amoucatur.
Ita quidam presbyter cœpit allegare,
Peccat criminaliter qui uult separare,
C Quod Deus coniunxerat, fœminam amare.
Tales dignum duximus fures appellare.
O quàm dolor anxius, quàm tormentum graue,
Nobis est dimittere, quoniam suaue.
O Romanæ Pontifex statuisti pra è,
Ne in tanto crimine moriaris caue.
Non est Innocentius, imò Nocens uerè,
Qui quo facto docuit, uerbo uult delere:
Et quod olim iuuenis uoluit habere,
Modò uetus Pontifex studet prohibere.
Gignere nos præcipit uetus testamentum:
Nouum quod non retinet, nusquam est inuentum:
Præsul qui contrarium donat documentum,
Nullum necessarium his dat argumentum.
Dedit enim Dominus maledictionem.
Viro, qui non fecerit generationem.
Ergo tibi consulo per hanc rationem,
Gignere, ut habebas benedictionem.
Nonne de militibus milites procedunt,
Et Reges à Regibus, qui sibi succedunt?
Per locum à simili, omnes iura lædunt
Clericos, qui gignere crimen esse credunt.
Nobis adhuc præcipit uetus testamentum,
Quod nostræ iam legis est uerax fundamentum,
Vt mares & fœminæ sciant instrumentum
Tale, per quod habeant prolis incrementum.
Zacharias habuit prolem & uxorem,
Per uirum quem genuit adeptus honorem.

Baptizauit etiam nostrum Saluatorem,
Pereat qui teneat nouum hunc errorem.
Paulus cœlos rapitur ad superiores,
Vbi multas didicit res secretiores:
Ad nos tandem rediens, instruensq; mores,
Suas (inquit) habeant quilibet uxores.
Propter hæc & alia dogmata doctorum,
Reor esse melius, & magis decorum,
Quisq; suam habeat, & non proximorum,
Ne incurrat odium, uel iram eorum.
Proximorum fœminas, filias & neptes,
Violare nefas est, quasi nil deceptes:
Verè tuam habeas, & in hac delectes
Diem ut sic ultimum tutius expectes.
Ecce iam pro clericis multum allegaui,
Nec non pro presbyteris multa comprobaui:
Pater noster nunc pro me, quoniam peccaui,
Dicat quisq; presbyter, cum suaui.

Hinc igitur, tametsi aliunde longè melius, apparet, fuisse olim non paucos, qui pro sacerdotum coniugio pugnauerint: sed frustra, uincente tandem ira Dei, & Romano Antichristo, cum suo Sodomitico cœlibatu.

Theodoricus Abbas S. Trudonis.

THeodoricus S. Trudonis Leodiensis Abbas, floruit circa annum Domini mo, infectatus multum est Romam, præcipuè ob Simoniam: non solum quòd ob pecuniam dantur honores, sed etiam pro indignissimis dantur. Dicit, iam Romæ Simonem Magum pro Petro regnare. Sed adscribam paucos quosdam eius uersus, sparsim excerptos.

Ecce domum pacis, auis quatit impietatis.

Item.

Malleus argenti confringit ouilia Christi.

Item.

Res nimis iniusta, fit nummis Præsul & Abba.

Item.

Cerne lupum monachum.
De prauo regimine Ecclesiæ inquit:
Vt Mopso Nisa, coruo datur ecce columba:
Qualis pullus erit, quem fert commixtio talis?

Et paulo pòst.

Quid non speremus, si nummos posideamus?

Item.

Roma caput mundi, tu quondam talibus ultrix,
Aut citius uenias ultrices reddere pœnas:
Aut caput ut fueras, modò caudæ uictima fias:
Si sis uenalis, quod quondam Numida risit.
Emptor non deerit: tu uendes, atq; peribis.
Talibus ipse Deus quondam cum reste minatur.

Mensa

Mensas & sedes de sacris ædibus arcens,
Dic, sint Maranatha, Deus, hi: dic, sint anathema.

Hinc apparet, hunc bonum uirum miserandum Ecclesiæ regimen & animaduertisse, & deploraſſe, unà cum multis alijs bonis ac doctis,

Hugo de sancto Victore.

HVgo de sancto Victore, dictus natione quidem Saxo, sed Abbas sancti Victoris Parisiensis, floruit circa annum Domini 1130. id est, ante 424. annos. Multa scripsit, multumq; & eruditionis & pietatis nomine à Trithemio laudatur. Is alicubi ita de clericorum perditissima uita scribit: Clerici nostris temporibus legem nesciunt, nec discunt, sed uanitates: ocio, commessationibus, ebrietatibus student: terrena capiunt: assiduè in plateis, rarò in Ecclesijs: tardi ad inuestigandum culpam
B peccatorum, parati ad insequendum uestigia leporum: uelociores sunt ad congregandum canes, quàm ad conuocandum pauperes: citius porrigunt panem canibus, quàm pauperibus: citius extendunt manum ad taxillum, quàm ad Missæ librum. Ii sunt quorum thalamus ornatior quàm altaria, scyphus pulchrior calice, equus catherior quàm Missale, mappa pulchrior casula, camisia delicatior quàm alba: imò quod horrendum est dicere, & nefarium, femoralia pulchriora quàm corporalia. Item Augustinus: Plus placet Deo latratus canum, & rugitus boum, grinnitus pecorũ, quàm clericorum cantus, lasciuè & luxuriosè cantantium, ut placeant amasijs suis. Videte quam iniuriam faciunt hi in templo Dei. Faciunt enim ex eo tabernam & domum tripudij, ubi solent lasciui cantus exerceri. Item: Restat ut prædicatio eius contemnatur, cuius uita despicitur.

Vnde licet agnoscere, qualis iam tum cleri status moresq; fuerint. Sed frustra
C est à tam multis doctis pijsq; uiris reprehensus, quippe qui corrigi planè non uelit.

Haymo.

HAymo archidiaconus Cantuariensis, teste Balæo, restitit quæstuosis Papistarum traditionibus, religionemq; ad Apostolicam puritatem reuocare uidetur conatus. Differere enim solitus est, nouos illos pseudoprophetas iterum uelle captiuos ducere, in seruituteмq; redigere pios, semel à Christo Iudaica seruitute liberatos. Qua ratione grauiter offendit Papisticos Pharisæos. Floruisse putatur circa 1040. Domini annum.

Romani.

ROmani diu & acriter suam libertatem contra Papam defenderunt, nec libenter turpissimis Curtisanis paruerunt. Hortati sunt etiam Cæsares: Germanicos, ut ius urbis à Papis extorquerent. Nam prius non tantum Græci, sed &
D Franci Imperatores, quin & Saxonici Otthones eam in sua potestate habuerunt. Extat eatum epistola in Frisingensi, ad Conradum Imperatorem & Fridericum circa 1140. Domini annum, qua cum ad recipiendam Romanæ possessionem hortantur: dicunt, Papas semper Cæsaribus rebellare: dicunt æquum esse, ut quæ Cæsaris sunt, Cæsari reddantur. & quæ Pontificis, Pontifici. Sed adscribam ipsam epistolam.

Excellentissimo atq; præclaro urbis & orbis totius domino, Conrado Dei gratia Romanorum Regi semper Augusto, Senatus populusq; Romanus S. & Ro. Imperij fœlicem & inclytam gubernationem.

REgali excellentiæ per plurima iam scripta, nostra facta & negocia diligenter exposuimus, quomodo in uestra fidelitate permaneamus, ac pro uestra Imperiali corona exaltanda & omnimodo augenda quotidie decertemus. Ad quæ, quia Regalis industria, ut postulauimus, rescribere dignata non fuit, planè tanq; filij & fideles de Domino & patre, satis miramur. Nos enim quicquid agimus, pro

uestra fidelitate & honore facimus. Et quidem regnum & imperium Romanorum, uestro à Deo regimini concessum, exaltare atque amplificare cupientes, in eum sta-
tum, quo fuit tempore Constantini & Iustiniani, qui totum orbem uigore senatus et populi Romani suis tenuere manibus, reducere, senatu pro his omnibus Dei gratia restituto, & eis qui uestro Imperio semper rebelles erant, quiq; tantum honorem Rom. Imperio subripuerant, magna ex parte conculcatis, quatenus ea quæ Cæsari & Imperio deberentur, per omnia & in omnibus obtineatis, uehementer atq; unanimiter satagimus, atque studemus. Et ob huius rei effectum, bonum principium ac fundamentum fecimus. Nam pacem & iusticiam omnibus eam uolentibus obser-
uamus: fortitudines, id est, turres & domos potentum urbis, qui uestro Imperio una cum Siculo & Papa resistere parabant, cœpimus: & quasdam in uestra fidelitate re-
nemus, quasdam uerò subuertentes solo coæquauimus. B

Sed pro his omnib. quæ uestræ dilectionis fidelitate facimus, Papa Franci pa-
nes, & filij Petri Leonis homines & amici Siculi, excepto Iordano nostro, fidelitate in uestra uexillifero & adiutore, Tolomæus quoque & alij plures undiq; nos impu-
gnant, ne libere, ut decet, Imperialem Regio capiti ualeamus imponere coronam. At nos, quoniam amanti nullus labor grauis est, licet inde plurima damna sustine-
mus, pro uestro amore & honore gratanter patimur. Scimus namque, nos à uobis proinde præmium, sicut à patre accepturos: uosq; in eos, sicut in Imperij hostes, uindictam daturos.

Cum tanta igitur nostra in uobis fidelitas sit, tantaq; pro uobis sustineamus, precamur, ne spes ista nobis deficiat, ne Regia dignitas nos uestros fideles & filios despiciat. Neque si in Regalibus auribus aura siniſtra de senatu & nobis flauerit, in eam in tendat aut respiciat: qui enim de nobis uestræ altitudini mala suggerunt, de uestra & nostra (quod absit) dissensione lætari uolunt, & utrosq; (ut soliti sunt) calli- C
dè opprimere moliuntur. Sed circa hæc, ne fiant, Regalis prudentia, ut decet, solicita sit, & prouida: reminiscaturq; uestra solertia, quot & quanta mala Papalis curia, & dicti quondam ciues nostri, Imperatoribus, qui fuerunt ante uos, fecerint: & nunc deteriora uobis cum Siculo facere tentauerunt. Sed nos Christi gratia in uestra fide-
litate uiriliter eis restitimus, ac plures ex illis ab urbe, sicut pessimos hostes Imperij, ut sunt, pepulimus.

Appropinquet itaq; nobis Imperialis celeriter uigor, quoniam quicquid uo-
lueritis, in urbe obtinere poteritis, & ut breuiter ac succinctè loquamur, potenter in urbe, quæ caput mundi est, ut optamus, habitare, toti Italiæ ac regno Teutonico, omni clericorum remoto obstaculo, liberius & melius quàm omnes ferè anteceſſores ue-
stri, dominari ualebitis. Sine mora ergo precamur, ut ueniatis: & interim de statu ue-
stro, quem semper desideramus salubrem & prosperum, de his Regalibus literis ac nuncijs nos lætificare dignemini. Sumus enim per omnia uestræ uoluntati semper D
obtemperare parati.

Sciatis præterea, quia pontem Myluiũ extra urbem parum longè per tempora multa pro Imperatorum cõtrario destructum, nos ut exercitus uester per eum transire queat, ne Petri Leonis per castellum sancti Angeli uobis nocere possint, ut sta-
uerant cum Papa & Siculo, magno conamine restauramus, & in paruo temporis spacio muro fortissimo & filicib. iuuante Deo complebitur. Concordiam autẽ inter Siculum & Papam huiusmodi esse accepimus. Papa concesserit Siculo uirgã & annu-
lum, dalmaticam & mitram atq; sandalia: et ne ullum mittat in terram suam legatũ, nisi quem Siculus petierit, & Siculus dedit ei multam pecuniã pro detrimẽto uestro & Rom. Imperij, quod Dei gratia uestrum existit. Hæc omnia solicitè uestra animad-
uertat optime Rex prudentia. Rex ualeat: quicquid cupit, obtineat: super hostes Im-
perium teneat: Romæ sedeat, regat orbem.

Princeps terrarum ceu fecit Iustinianus
Cæsaris accipiat Cæsar, quæ sunt sua præsul,

Vt Christus

Vt Christus iussit Petro soluente tributum.

Nos de cætero legatos nostros precamur, ut benignè recipiatis: & quod uobis dixerint, credatis: quia scribere cuncta nequiuimus. Sunt enim nobiles uiri, Guido senator, Iacobus filius Sixti procuratoris, & Nicolaus eorum socius. At Christianissimus Princeps, huiusmodi uerbis siue uenijs præbere aures abnuit. quin imò uenientes ad se ex parte Romanæ Ecclesiæ uiros magnos & claros, quorum unus Guido Pisanus, eiusdem curiæ Cardinalis & Cancellarius erat, renouationem & antiquorum priuilegiorum suorum postulantes, honorificè suscepit, & honestè dimisit.

Idem & coràm per legatos, coràm cum Friderico primo Romani egerunt. Verùm cum uiderent se frustra Cæsarum iam per ciuilia Germaniæ bella ac per Episcopos domitorum opem implorare, ipsi per semet nihilominus idem sedulò egerunt. Quare creato Patricio, institerunt acriter apud Lucium & Eugenium Papas, ut sibi
B sua uetera iura restituerent. Ipsum enim more antiquorum sacerdotum, de decimis & oblationibus sustentari oportere, asseruerunt. Nec tantum disputationibus, sed & armis certatum est duriter. Sed Papa tandem, adiuuantibus eum Tiburtinis, & alijs Romanorum hostibus, prævaluit, Sic Papæ, & eorum Episcopi, gregem Christi pascere sunt soliti.

Fridericus primus.

Circa annum Domini 1154. cœpit regnare Fridericus primus, qui & Barbarossa est uocatus. Conatus est is quoque libertatem imperij à Pontificis tyrannide asserere: ac longo tempore, nempe fermè 30. annis, satis est eam fœliciter tutatus. Verùm tandem transegit mediocribus conditionibus cum Papa Alexandro. Operæprecium uerò est, impudentiam Papæ Adriani, ex eius propria bulla contra
C hunc Cæsarem scripta cognoscere, quam Auentinus suo operi inseruit. Sic enim inquit Aug.

Interim Vuilhelmus Rex Siciliæ, Dux Apuliæ, Princeps Calabriæ, cui suspecta erat uirtus Imperatoris, scilicet metuens ne id mali nanciscereturquod olim euenerat Rogerio patri suo, Hadriano Episcopo Romano clientelam sacerdotiorum, ob quæ cum Innocentio, Eugenio, atque cæteris Romanis pastoribus ipse & maiores sui hactenus armis decertarant, concedit. Ambo deinde aduersus Imperatorem sofficium Romani sacerdotis, Augustum precario duntaxat regnare asserit. Extat eius ad Hillinum Treuerorum, Arnulphum Moguntinum, Fridericum Agrippinensem archimystam, epistola, ex qua uerba ipsius Hadriani subtexere operæprecium esse duximus. Romanum (inquit) Imperium à Græcis translatum est ad Alemannos, ut Rex Teutonicorum non antè, quàm ab Apostolico coronaretur, Imperator uocaretur. Ante consecrationem Rex, pòst Imperator.

D Vnde igitur habet Imperium, nisi à nobis? Ex electione Principum suorum habet nomen Regis, ex consecratione nostra habet nomen Imperatoris & Augusti & Cæsaris. Ergo per nos imperat. Recolite antiqua. Zacharias promouit Carolum, fecit ei nomen grande, ut esset Imperator: & ut posthac perpetuò Rex Teutonicus esset Imperator, & aduocatus sedis Apostolicæ, ut Romano Episcopo Apulia per eum paccata, esset subiecta, quæ nostra cum urbe Romana est, non Imperatoris. Romæ nostra sedes est, Imperatoris est Aquis in Arduenna, quæ est Sylua Galliæ. Imperator quod habet, totum habet à nobis: Sicut Zacharias transtulit Imperium à Græcis ad Teutonicos, ita nos possumus ab Alemannis transferre ad Græcos. Ecce in postestate nostra est, ut demus illud, cui uolumus: Propterea constituti summus à Deo super gentes & regna, ut destruamus & euellamus, & ædificemus & plantemus, &c. Deinde Germanos imbelles uocat: imbecillitatem illis obijcit, qui Rogerium Italia pellere, Danos, Frisios perdomitare nunquam uoluerint.

Et paulo pòst idem Auentinus
de eadem re.

MOrtuo igitur Victore, Alexandro Romam tenéte. Imperator mense Maio, at que quinquagenalibus apud Vuirzburgum, conuentum Episcoporum sena tusq; Imperij cogit. Coeunt frequentes archimystæ, minores Pontifices, Præsi des, Duces, Præfecti, Vidonem Pontif. Max. legunt, Paschalemq; uocant. Fit senatus cõ sultũ, nullum posthac fore Pontif. Max. nisi qui more maiorum consensu Imperato ris creetur, atque nuncius duntaxat Christi, successorq; Petri, non etiam Cæsareæ po tentiæ pertinax æmulus esse uelit. A singulis exactum iuramentum, haud aliùm aut recepturos aut passuros Pont. Max. perpetuò, etiam mortuo Imperatore.

Sed dicamus sanè aliquid ex Radeuico, qui appendicem Frisingensis scripsit, de huius diſsidij origine, quo res tota melius intelligatur. Non enim tantum hic Fri dericus, sed & maiores eius qui Imperatores non fuerant, quod Frisingensis prolixè ostendit, semper Papatum furiosæ ambitioni Cæsares oppugnanti restiterant. Nam & tempore Henrici IIII. & V. soli fermè illi in extremis difficultatibus fidi Cæsari per manserant. Quare cum hic Fridericus aliquando Romam uenisset, coronæ, ut opi nor, causa, monstrataq; ei à suis esset pictura in Laterano palatio, quomodo Lotharius secundus à Papa coronaretur, cum horum uersuum adscriptione:

Rex uenit ante fores, iurans prius Vrbis honores,
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam:

ægerrimè eam picturam tulit, Nam Papæ hominem fieri, idem ei est, ac seruum uel subditum. Quare egit sedulò cum Adriano, ut ea pictura tolleretur, ne causa alicuius diſsidij esset. Verùm postea Papa, cum Cæsar in Germaniam discessisset, re cum suis deliberata, metuensq; ne hic Cæsar nolit esse mancipium Papæ, ut proximi duo (Lotharius secundus, qui primus penitus se Papæ sedibus subiecerat, uir alioqui nec malus nec ignauus, & Conradus) c statuit, eum ab illis suis generosioris animi motibus obducere, & monstrare eum re uera suum subditum esse, & à se coronam ac Imperialem dignitatem accipere. Quare nactus occasionem captiuitatis Leodiensi Episcopi, quem nescio quis cæperat, mittit ad eum superbam legationem: simulat que se expostulare cum illo, quòd non libe ret Episcopum ex captiuitate, sed tamen interea sedulò & in literis & uoce legatorũ ei inculcat seruilis conditionis uerba. Nam ipsa primùm salutatio talis fuit: Salutat uos beatissimus pater noster Papa, & uniuersitas Cardinalium: ille ut pater, hi ut fra tres. Quo ipso uolebant legati iudicare, eum perinde Papæ seruum ac subditum esse, ac Cardinales. Deinde in literis ei obijciens enumerat Papa, quàm multa beneficia à Romana Ecclesia susceperit. & inter alia dicit quoq;, quòd plenitudinem dignitatis & honoris ab ea susceperit.

Cæsar & principes facilè scopum legationis cernentes, impatientissimè ambi tionem tyrannidis Papæ tulerunt. Orta est de ea re acris contentio cum legatis in con sessu principum. Ibi exclamat unus ex legatis: Vnde ergo habet Cæsar imperium, si non à Papa? Qua uoce ita commoti sunt Imperij proceres, ut uix eos Cæsar cohibe re, ne manus in legatos inijcerent, potuerit. Quare legatos illos parum honorificè ha bitos, mox dimittunt, seueriter interminantes, ne usquam ad quenquam de uia di uertant. Ne uerò quis putaret aliquid eis præter meritum accidisse, indeq; motus ali quis oriretur, mittit Cæsar cum proceribus literas per totum Imperium, quibus reite riem indicaret. Sed adscribam eas literas: sunt enim in primis dignæ quæ cognoscantur.

CVm diuina potentia, à qua omnis potestas in cœlo & in terra, nobis Christo eius, regnum & imperium regendum commiserit, & pacem Ecclesiarum im perialibus armis conseruandam ordinauerit, non sine maximo dolore cordis conqueri cogimur dilectioni uestræ, quòd à capite S. Ecclesiæ, cui Christus pacis ac dilectio-

A dilectionis suę characterē impressit, causę dissensionum, seminarium malorum, pesti
feri morbi uenenum manare uidentur. De quibus, nisi Deus auertat, totum corpus Ec
clesiæ commaculari, unitatem scindi, inter regnum & sacerdotium schisma fieri pera
timescimus. Cum enim nuper in curia Bisuntij essemus, & de honore Imperij & salu
te Ecclesiarū debita solicitudine tractaremus, uenerūt legati Apostolici, asserentes se
talem legationem nostræ afferre Maiestati, unde honor Imperij non paruum accipe
re deberet incremētum. Quos cum prima die aduentus sui honorificè susceptissemus,
& secunda (ut mos est) ad audiendam legationem eorum cum principibus nostris
consedissemus, ipsi quasi de mammona iniquitatis inflati, de altitudine superbiæ,
de fastu arrogantiæ, de execrabili tumidi cordis elatione, legationem Apostolicis lite
tis conscriptam nobis præsentauerunt, quarum tenor talis erat: Quòd præ oculis mē
B bis semper deberemus habere, qualiter dominus Papa insigne imperialis coronę no-
bis contulerit: neq; tamen pœnitentia moueretur, si maiora excellentia nostra ab eo
beneficia susceperit.

Hæc erat illa paternæ dulcedinis legatio, quæ unitatem Ecclesiæ & Imperij cō-
fouere debuit, quæ uinculo pacis utrumq; colligare. Ad uocem illam nefandam, &
omni ueritate uacuam, non solum imperialis maiestas debitam indignationem con
cepit: uerùm omnes principes qui aderant, tanto furore & ira sunt repleti, quòd sine
dubio illos duos iniquos presbyteros mortis sententia damnassent, nisi hoc nostra
intercepisset præsentia. Porrò quia multa paria literarum apud eos reperta sunt, &
schedulæ sigillatæ, ad arbitrium eorum scribendæ adhuc, quibus sicut hactenus con-
suetudinis eorum fuit, per singulas Ecclesias Teutonici Regni conceptum iniquitatis
suæ uirus respergere, altaria denudare, uasa domus Dei asportare, cruces excoriare ni-
C tebantur, ne ultra procedendi facultas eis daretur, eadem qua uenerāt uia ad Vrbem
eos redire fecimus. Cumq; per electionem principum à solo Deo regnum & imperi-
um nostrum sit, qui in passione Christi filij sui duobus gladijs necessarijs regendum
orbem subiecit: cum quę Petrus apostolus hac doctrina mundum informauerit, DE-
VM TIMETE, REGEM HONORIFICATE: quicunq; nos imperialem coronam
pro beneficio à Domino Papa susceptisse dixerit, diuinæ institutioni & doctrinæ Pe-
tri contrarius est, & mendacij reus erit.

Quia uerò hactenus honorem ac libertatem Ecclesiarum, quæ iam diu indebi-
tæ seruitutis iugo depressa est, à manu Aegyptiorum studuimus eripere, & omnia eis
dignitatum suarum iura conseruare intendimus, uniuersitatem uestram super tanta
ignominia nobis & imperio condolere rogamus: sperantes, ne honorem Imperij,
qui à constitutione Vrbis, & Christianæ religionis institutione, ad uestra usq; tempo
ra gloriosus & imminutus extitit, fidei uestræ indiuisa synceritas tam inaudita nouī-
tate, tam præsumptuosa elatione imminui patiatur: sciens omni ambiguitate remo-
D ta, quòd mortis periculum antè uellemus incurrere, quàm nostris temporibus tantæ
confusionis opprobrium sustinere.

Ea (ut putabant) iniuria Cæsaris Papa commotus, furere, ac Cæsarem insectari
cœpit. tuncq; ut opinor, illas literas, quas suprà ex Auentino apposuimus, scripsit. Ra-
deuicus alias itidem ad Episcopos scriptas recitat, in quibus accusat Cæsarem & iu-
bet Episcopos eum cohibere. illi contrà respondent humiliter quidem Papæ: sed ta-
men simul & Cæsarem diligenter excusant, & Papam accusant, eumq; ad scribēdum
alias molliores literas, mittendam q; modestiorem legationem hortantur, quod &
fecit Papa, quandoquidem uidit se tunc haud facilè prævalere posse. Sed adscribam
& alium locum ex eodem Frisingensi, unde appareat, eum satis libere ac seueriter cū
Romanis harpyis egisse.

Idem etiam Cardinales, permissu principis Burchhardum Eistetensem senio
grauem de inutilitate causantes, itidem submouere. Dumque post hæc in Magde-
burgensem & quosdam alios sententiam ferre cogitarent, à principe inhibiti, & ad
propria redire iussi sunt.

Ea tem-

Eà tempestate Eugenius Papa, uir iustus & religione insignis, ab hac luce transi-ens, Anastasio homini ueterano, & in consuetudine illius curiæ exercitato, sedem re-liquit. A quo dum Cardinalis quidam Gerardus nomine, ad terminandam Magde-burgensis electi causam missus fuisset, ac principem in eadem ciuitate natale Domini celebrantem adijsset, cum quædam ibi secus illius nutum tractare ueller, indignatio-nem eius incurrens, infectis negocijs pro quibus uenerat, mandatis sæuioribus inglo-riè redire coactus, in uia etiam uita decessit. Verùm princeps missis ad Anastasium cum Guicmano nuncijs, non sine quorundam scandalo, qui ne unquam id fieret, im-mobiliter fixum Romanos tenere, à proprio ipsorum ore audierant: Exhinc non solum in secularibus, sed & in Ecclesiasticis negocijs disponendis, authoritas Prin-cipis plurimùm creuit.

Sed adscribamus sanè ex eodem Radeuico & alia quædam eius dicta. Sunt enim admodum memorabilia, & digna scitu.

Ex appendice Radeuici ad Otthonem Frisingen-sem. Lib. 4. Cap. 34.

LEgatos (Cæsar Fridericus inquit, Papæ legatis respondens) ab Imperatore ad urbem non esse mittendos Papa affirmat, cum omnis magistratus inibi beati Petri sit, cum uniuersis regalibus. Hæc res, fateor, magna est & grauis, grauioriq; & maturiori egens consilio. Nam cum diuina ordinatione ego Romanus Impera-tor & dicar, & sim, speciem tantum dominantis effingo, & inane utiq; portò no-men, ac sine re, si urbis Romæ de manu nostra potestas fuerit excussa.

Ex eodem libro, Cap. 68.

Deinde conuocato in unum concilio, cum resedisset Augustus, ait ad Episco-pos: Quamuis nouerim, officio ac dignitate Imperij penes nos esse potestatem cogen-dorum conciliorum, præsertim in tantis Ecclesiæ periculis (hoc enim & Con-stantinus, Theodosius, nec non Iustinianus, seu recentioris memoriæ Carolus Ma-gnus & Ottho Imperatores fecisse memorantur) authoritatem tamen diffiniendi huius maximi & summi negocij uestræ prudentiæ, uestræq; potestati committo.

Hactenus de Friderico I. seu Aenobarbo adnotasse, contra Romanistarum furores, satis sit: neq; enim historiam eius texere, nostri instituti est.

Fridericus II.

FRidericus secundus Imperator, omni planè laude tum forensi tum bellica testi-monio multorum scriptorum dignissimus, cœpit imperare circa annum Do-mini 1213. Is non tantum in Europa, sed & in Syria, recuperata Hierosolyma, & multis alijs circumuicinis locis præclarè se gessit. Verùm tanta uirtus à Romanista-rum dolis, impietate, ac nefarijs consilijs tuta ac libera minimè esse potuit, quin re-petitis uicibus oppugnaretur. In Vrspergensi, quædam eius scriptoris testimonia de hac re sunt recitata. Verùm nunc & ex Auentino aliquot loca, ac præsertim ea quæ non tantum impios Papæ conatus indicat, sed & sententias Episcoporum, aut alio-rum de illis nefarijs Antichristi conatibus recensent, adscribemus.

Vbi anno eodem Augusta filium peperit, cui aui Friderici nomen parentes di-xere, Albertus à Bogen, qui in Apulia exulabat, posteaquam hoc accepit, ad Imp. obrecens natum hæredem lætabundum cum supplicijs se confert: ueniamq; non solum sibi impetrat, sed & dignitatem & honorem, & sibi & Ottocaro Boiemo re-cuperat: ambo edicto restituuntur. Philippus cum spõsa sua in Germaniam migrat, Augustæ in Rhetia regio cultu magnificè nuptias facit. Conuenere frequentes Prin-cipes Imperij, filium Augusti in cunis adhuc uagientem Cæsarem declarant, eidem fidem tabulis signatis astringunt.

Eadem tempestate plerique Principes finem uiuendi faciunt. Henricus Bransu-uicensis,

A uicensis, nepos Imperatoris Lotharij, Saxonia atque Boiaria pulsus: Fridericus Bardus, patruus Ludouici Boiorum Ducis, apud Natiscos in Ensdorf sepultus: Henricus ex Machtilda Anglia tres mares tulit, Henricum, Otthonem, & Vuilhelmum, authorem regulorum Brunonis uici. Haud ita longo tempore in Sicilia mortem obijt Imperator, relicto filio impubere, confestim parricidiali discordia orbis Christianus affligitur: duo pro imperio, authore & Antesignano primario sacerdote, decertant: Philippus frater Imperatoris, tutor nepotis impuberis, à Ludouico Boio, socijs eius Sueuis, Noricis, Vindelicis, Cæsar salutatur. At Saxones, Boiemi, instigante Innocentio tertio Romano Episcopo, qui eos sacramento, quo Friderico infanti authoritati erant, soluit, præterea Richardi Regis Angli pollicitis inescati, amitimum eius Otthonem, filium Henrici undecimi, Saxonia atque Boiaria exacti, nepoté Henrici Noni,
B itidem Boiariæ atque Saxoniæ regno deturbati, pronepotem, ex filia, Imperatoris Lotharij, rebus imponunt. Eum Angli pecunia adiuuãt. Philippo Rex Occidentalis Francię fautor adest. Ita Germania ciuilibus armis, Pontifice Max. classicum tenente, atrita est. Et paulo pòst:

Hactenus Episcopi, sacerdotes, monachi, sacratæ fœminæ, ocio literario addicti, scribendis libris, uti apparet in bibliothecis, operam nauarant. Prophani, qui sacerdotes collocupletarant, prædia sacerdotalia administrarant, eos Conradus quoque Reginoburgensis Episcopus ex Asia reuersus, à curatione Ecclesiasticarũ opum Deo dicatarum, deuotarumq; superis, amouere uiconnititur. Eberhardus archimysta Boiorum, ob clientelam & parochiam Vtinensem cum Duce Boiorum digladians, socia arma collegis suis iungit, atque de improuiso coniunctis copijs, nemine resistente, fines Boiariæ inuadunt, castella expugnant, omnia cæde, incẽdijs complent, templa expilant: necab aris atque sacris manus sacrilegas, egregij sanè pastores, abstiC nent: oues quas pascere deberent, more luporum sub magna superficie pietatis deuorant. Et ne omnino res diuinas floccifacere uideantur, magno religionis superciIio Chunegundam Augustam albo superum ascribunt.

Mox uetus & æternus pastor gregrem suum ulciscitur, Fruxinum atque Iuuauia cum templis conflagrant. Conradus Reginoburgij eodem anno animam efflat. Ludouicus Teispach inferioris Boiariæ regiam, quæ Episcopo Reginoburgensi parebat, obsidet, oppugnat, insidijs capit, mœnia solo æquat, fossam explet. Philippus Episcopos ab armis discedere iubet. Conradum filium, Conradi Phrothusij atque Medulli oppidorum Boiariæ dynastæ, Pontificem Reginoburgensem: Eckbertum ab Andechs, adhuc impuberem, fratrem Henrici Histriæ atque Carnotum præfecti, Episcopum Bambergensem legit: deinde aduersus Otthonem pugnat. Spectante itaque atque concitante Romano Sacerdote, Philippus & Ottho cognatas acies committunt, frater aduersus fratrem, filius aduersus parentem confligere cogitur, atq; inuicem sanguine se polluunt.

D Argentoratum, Aquæ Graneæ, Agrippinensis Colonia, Erdfurdia, pleraque alia oppida obsessa: cuncta luctu, cæde completa sunt. Quis aliam tantæ discordiæ inter Christianos causam attulerit, nisi Romani Episcopi spectaculum quasi pariscomponentis? Populus Christianus mutuis se uulneribus cohortantibus flaminibus Romanensibus, contrucidauit.

Item paulo pòst:

Dum hæc in Asia geruntur, Gregorius nonus Pontifex max. qui Honorio tertio successerat, suspectã habens potentiam, prudentiã, fœlicitatẽq; Friderici (sicuti in quadam Epistola refert) aduersus Augustũ cum Italis ac Longobardis cõspirat, Imperatorem deuouet. Romani indignitate rei cõmoti, Pontificẽ urbe pellunt, qui triplici agmine fines Cãpaniæ hostili animo inuadit. Nec hoc contentus, Henricum Cæsarẽ missis legatis aduersus patrem conspirationis ualentissimę principẽ facit. Henricus

sub idem

sub idem tempus Haganoiæ brumales ferias celebrabat. Ludouicum Boiorum Du-
cem, Rhenanumq; præfectum (inuidia semper uirtutum comes est) quòd eloquen-
tia & prudentia, pietateq; in Augustum nulli secundus foret, hactenus omnium con-
siliorum secretorumq; participem, curatoremq; à patre sibi quasi ad regendum pue-
rum datum, curia atq; senatu amouet.

Is ubi animum Cæsaris abs se alienatum esse, & iniqua agi, parricidialiaq; initi
consilia sentit, cum Otthone filio clam secedit, in Boiariamq; migrat. Subsequitur
Cæsar, Boiariam ferro, igne depopulatur, Ludouico nequaquam ne minimo quí-
dem digitulo cõtrà nitente. Interim Augustus pacata Syria atq; Palestina, quas quin-
decim annis possedit, in Apuliam redit, ubi fines regni ab Episcopo Romano armis
occupatos, seq; per omnium flaminum religiones deuotum offendit. Quamobrem
literis per uniuersum orbem Christianum missis, acriter in Romanum Pontificem in-
uehitur: fraudes, astutiam, acerbitates, iniuriam, tyrannidem eius commemorat, in-
iustitiæ, impietatis eundem accusat. Germaniæ, maximè Boiorum & Noricorum
principes atq; Episcopi, Berchtoldus patriarcha Aquileiæ ex Boiaria ab Andechs &
Damasia oriundus, frater eius Ottho Dalmatiæ atq; Histriæ regulus, Eberhardus ar-
chimysta Boiorum, Sigefridus Reginoburgensis Pontifex, Bernhardus Charionum,
Luitpoldus Austriacorum atq; Stiriorum rector, Venetias, inde Romam proficiscun-
tur, sacerdotem primarium appellant, modestiæ Christianæ bonique pastoris officij
commonefaciunt, eundem & Augustum in gratiam redigunt. Item paulo pòst:

Rursus crimina, factiones, fraudes, scelera, cædes, bella ciuilia, (quibus omnia
diuina humana commixta, Respublica Christiana discordiæ malis contusa, prædæ
paucorum libidini facta est) commemorare cogor. Quod quàm molestum, quàmar-
duum mihi sit, quisq; ueritatis amator, Christianæq; simplicitatis cultor, rerumq; hu-
manarum peritus, suo ingenio metiatur. Equidem nullius obtrectator, aut adulator
sum: sicut lex historiæ postulat, libero ore loquor: id quod non fecisse L. Sisennam,
primus Romana Crispus in historia carpit. In libera ciuitate, inquibat Imperator Ti-
berius, licet mortalium tristissimus, linguam, mentes liberas esse debere. Hoc profe-
ctò magis in historia, quæ ueritatis scrinium atque interpres est, exigitur. Haud un-
quam mihi credibile fuisset, tantam uecordiam cuiquam hominum inesse, nisi auro-
grapha nactus forem, pudet explicare uerbis, quæ illos non puduit facere. Quàm
paucissimis potero, & quatenus ad Boiariam (in qua hæc primùm scintilla Landshu-
hutæ exarsit) attinet, summis duntaxat (ut aiunt) digitulis rem attigero.

Imperatorem Fridericum secundum Cæsarem Augustum, haud dubiè secun-
dum Carolum Magnum, potentissimum utilissimumq; reipublicæ Christianæ, atq;
sine controuersia sapientissimum principem fuisse, Nicolaus Cusa, Episcopus Brixi-
nensis flamen Romanus, uir undecunq; doctissimus testis est: atq; Egidius Roma-
nus, Bituricensis in Gallia Pontifex, philosophus atq; Peripateticus insignis, qui in li-
bris quos scripsit de institutione regia ad Franciæ Occidentales Imperatores, hosce
ad illius exemplar properare cohortatur. Idem Fridericus libros Aristotelis omnes,
pleraq; alia in sacris prophanis literis, uniuersam supellectilem philosophiæ (quam,
ut ait Albertus Magnus, inopia linguæ Latinæ à diuitijs aliarum linguarum emendi
care cogitur) ex Græco atq; Arabico sermone per interpretes doctissimos uertendam
curauit, Athenæis legendam exhibuit. Quibus rebus se à teneris unguiculis oblecta-
tum fuisse profitetur. Leuonijs, Aestrijs, Pintzijs, Sennogallijs, accolis Venedi atq; Da-
dani in Germania atq; Sarmatia Europæa, quòd explosa falsorum deorum cultu pie
tatem Christianam receperint, priuilegia, immunitates, ciuitatemq; Romanam do-
nat. Eius potentia, uires, prudentia, magnitudo animi, rerum bellicarum peritia, uici-
nitas (nam in Italia contra morem ueterum Imperatorum habitabat, Germaniam
per filium administrabat, bis duntaxat ex Italia in Germaniam egressus) formidolo
sa atque suspecta fuere Romano sacerdotum senatui.

Quod

A Quod Gregorius nonus Pontif. Maximus non it inficias, sed ingenuè fatetur. Visum est flamminibus Romanensibus, Imperium Germanũ magis florere, quàm ipsis utile foret. Placuit id contundere, atq; discordia non solum debilitare, sed in cineres quoque atque fauillas redigere, & Fridericum huncce à fastigio rerum humanarum deturbare. Quod haud temerè per Pontifices Germaniæ, tum longè Reipublicę literatum q; studiosiores, proinde prudentiores, fieri licebat. Etenim eadem adhuc tempestate Episcopi, atq; in uniuersum sacerdotes amantiores artium atq; boni publici, ac nondum seruituti obnoxij erant, non ita (ut nunc) fugitantes laborum, socordiæ, inertiæ, ocio atq; uoluptatibus deuoti erant: sapientiæ operam dabant libris incumbendo, Christum amando, oues sedulò pascendo, Remp. procurabant, Christianæ concioni consultabant. Ipsi sacra cuncta atq; munia obeuntes, populum docebant. Atq; huiuscemodi sacerdotia atq; pontificatus fuisse primum beneficia Cæsa-

B rum atq; Imperatorum & principum nostrorum: deinde ab Imp. Henrici V. tempore comitijs calatis atque curiatis uiritim suffragijs latis, lectos esse communiter à populo sacerdotibus q; uniuersis communes animarum pastores: demum Friderici huius ætate, excluso populo, cæteris q; sacrificulis duntaxat à Mystis imponi Pontifices cœptum esse, suprà explanauimus. Eas ob causas illius tempestatis Episcopi in tutis, initijs epistolarum atque decretorum, non, uti nunc fit, asscribunt, Apostolicæ sedis gratia nimirum fauore humano, sed more Pauli, clementiæ duntaxat diuinæ id munus atq; donum acceptum referunt. Ita enim cœpisse epistolas, senatusconsulta, placita, rescripta, exempli gratia, reperio: Sigefridus sola miseratione diuina Regi

C noburgensis Episcopus.

Non licebat tum Romano Pontifici, absq; illorum, utpote uenerabilium fratrum suorum, consilio, in cuiusquam prouincia quicquam attentare: nempe illi meli us sui gregis mores cognoscebant, à Deo q; se, non ab hominibus destinatos existimabant. Si quippiam peccatum aut temerè actum fuerat, quod coarguendum foret, id primum ad suum gregis pastorem referebatur, isq; primùm cognoscebat, Romanus duntaxat admonebat: cuncta iure, lege, bonorum uirorum ex prouincia arbitratu, & more maiorum, ex communis consilij popularium sacerdotum decreto agebantur. Nihil tumultu, armis, ui, dolo malo, potentia, seditione, unius paucorum ue, pessimorum etiam temeritate atque libidine gerebatur. Hoc institutum tollere & antiquare, Episcoporum authoritatem labefactare, ad unius cuncta potestatem redigere complacitum est. Nec enim aliter Fridericus opprimi poterat, quem illi suum charissimum atque pientissimum principem propalàm prædicantes nequaquam saluo rerum statu deserturi uidebantur. Primus enim Imperatorum, sicuti & in libris pontificalibus legimus, & diplomata ostendunt, Fridericus ille secundus tanta immunitate sacerdotum genus condonauit, qua mox aduersum eum abusi sunt Romanenses.

D

Item paulo pòst.

Hæc ubi ritè peracta sunt, tribus diplomatibus (hoc est, ut uocant, bullis) nouus ille instruit. Primum dat ad uniuersos Christianos, bestiam Fridericum appellat, parricidij, mendacij, crudelitatis, periurij, sacrilegij, impietatis perfidiæ accusat: nihil prætermittit, quod ab hoste proficisci, & irato animo dici potest, ut Augusto inuidiam concitet. eundem malè sentire de Christo Domino Deoq; nostro, de mysterijs religionis nostræ asseuerat: Sacramentorum eidem consuetudinem obijcit, eiusdem triumphos atq; uictoriam calumniatur. Huc omnes uersutissimum neruos intendere afferit, ut Romano Pontifice atq; flaminibus ad summam inopiam atq; egestatem redactis, & ita omnino oppressis, philosophiam Christianam penitus exibilet atque explodat. Ideo indignum esse, cui Christianus pareat. Eundem more maiorum per omnium sacerdotum religiones deuotum, eidem sacris interdictum: uniuersos sacramento, quo ei astricti fuere, ex consilij decreto, sententia sanctissimorum Eccle siæ

magistratorum exautoratos esse declarat: donec ille resipiscat, atq; secum in gratiam re deat. Item paulo pòst:

Porrò Ranerius inter hæc, aduersus Cæsarem diplomata Sigefrido Episcopo Reginoburgensi, Imperatoriæ aulæ cancellario mittit, præcipit ut renunciet. Ille sata da aure transit. Mox Ranerius D. Hemerani, Pruueniæ, atque Prulæ, quæ in agro Re ginoburgensi cubant, imperat, ut Episcopum cum Symmistis deuotum pronuncia ent, & hi parere recusant. Omnes impudentiam hominis irrident, & quid omnino leuissimo & superstitiosissimo Gallo in Germania negocij sit, aut etiam Romano Pó tifici, inconsultis collegis suis Episcopis Germaniæ, rogant, stomachantur, ita scuntur tantas turbas concitari, discordias seri uociferantur, libertatem Christianam oppri mi: gregem sanguine Dei redemptum, in seruitutem à falsis pastoribus redigi. Rane tius ultrò citrò missis nuncijs, sumptus fecerat, mutuo pecuniam à mercatoribus Se nensibus iussu Pontificis acceperat, æs alienum conflauerat. Sigefridum superiorem, eius mystas, ad urbem Trecalsiorum in Galliam haud longè à Lutetia Parisiorum edicto euocat: atq; ubi præstò non fuere, condemnat: & ut æs alienum à se contractũ, Ranerio, Orlando, Bartholo, Leoni, ciuibus atq; negociatoribus Senensibus dissol uant, pronunciat. Quod cum facere superfederent, à præposito Aichstetensi & Reb dorffensi, iussu Otthonis regulí Boiorum, instigante Alberto deuouentur Kal. No uembribus.

Item paulo pòst:

Hisq; ita instructis, omnes regiones tonitru concutit: Boios Sueuis, Boiemos Misnensibus, Austriacos Morauis, Saxones Turogis, uniuersos inter se quoq; uicissim comittit, diplomata omnibus Episcopis Germaniæ mittit: nemo Episcoporum pa ret. Iubet monachorum patribus, ut Episcopos deuoueant. Necilli dicto audientes sunt. Imperat, ut mystæ alios Episcopos, monachi alios præsules ex se suoq; consilio, nisi hi obtemperarent, legant. Nemo non miratur nouitatem exempli, nunquam an tehac tentati, nedum facti. Nusquam benignè audita est legatio. Cuncti fremere, in dignari, stomachari cœperunt: hominis temeritatem, cuius uitam ac mores probè nossent, detestabantur. Omnia tumultu in Germania complentur: indignissimum facinus fas atq; æquum clamitant, Romanum incœptare Episcopum. Conradus Fruxinensis Episcopus ad Imperatorem prouocat, nullum ius Romano Flamini ab que consensu pontificum Germaniæ esse in Germania propalàm docet: Suos, in quit, Romanensis sacerdos pascat Italos, nos à Deo constituti canes, à nostris ouibus lupos ouina pelle tectos arcebimus. Quid alijs facturus sit, hinc discite, si nos fratres suos & collegas, ille personatus uicarius ita accipiat.

Item paulo pòst.

Episcopi non solum eius mandata in dubium reuocarunt, sed ipsum etiam ue lutiosorem Christianæ concordiæ, hæresiarcham perniciosissimum, per omniam sa cerdotum & monachorũ religiones deuouerunt: deteriorem Turcis, Iudæis, Sarace nis, Tartaris, prædicabant: ea fieri auspicio Romani Pontificis apud Christianos, præter fas & æquũ, contra leges contra intercessiones, aduersus auspicia, ius gentiũ, doctrinã Christi, quæ ne apud immanissimos Tartaros committerentur, uociferabantur. Re ginoburgensis atque Batauensis Episcopus cruce signatas copias aduersus Albertum ducebant. Augustus ubi hæc rescíuit, principibus cunctis, maximè Otthoni Boiorum regulo, præfectoq; prætorio Rheni, literas mittit.

Illarum literarum hæc sententia fuit: Pleraque crimina sibi obiecta à Roma. Pontifice negando diluit, alia in illum retorquendo confutat: Pontifices Romanos auctos diuitijs & dignitate à se atq; cæteris Imperatoribus, æmulos esse pertinacissi mos

A mos omniũ Regum atq; ptincipum, neq; parem ultra ferre posse. Manibus pedibusq;
noctes diesq; id eos conari, ut non tam se quàm sacrosancto Romano imperio, tan-
quam capite oppresso, facilè cæteris membris omnib. seruitutem imponant, affecta-
te eos dominationem atq; diuinitatem, nempe ut ab omnibus, haud aliter, imò ma-
gis quàm Deus timeantur. Nam multos Antichristos ineſſe Romanensibus illis, nec
ullos alios (quemadmodum opera ostendunt) exitio Christianæ religioni esse. Se
quidem optimè sentire de Christo atq; eius religione prædicat, nihilq; magis cupere,
quàm ut suo tempore Respublica Christiana pristinam maiestatem, simplicitatem,
& pacem recuperet. Quod fieri nequaquam potest, nisi spinæ eradicentur: hoc est,
ambitio, superbia, fastus, luxus sacerdotum Romanorum, subtractis opibus atq; diui-
tijs, extirpentur radicitus. Copia rerum sapientissimos quoq; corrumpere solet, in re-
B bus diuinis non solum Ro. Episcopum, sed unumquemq; sacerdotem sibi patrem fo
re, modò rebus profanis sibi commissis abstineat, proponit. Imperium Christianum,
cuius ipse caput constitutus sit à Deo, non armis, non ui opprimi posse: sed luxuria,
cupiditate, quæ radix omnium malorum est, eneruari, adulterari, corrumpi. Quod
ne fiat, se obuiam iturum: se summopere pro commisso sibi à Deo negocio, potesta-
te, ensecq; diuinitus tradito contrà enisurum, ut ouili pastorem, populo pontificem,
mundo parentem, detracta persona lupi, tyranni, atq; domini restituat: ut eundem
abdicata regnorum, humanarum litium cura, prophanorum negociorum adminis-
stratione, quibus illi interdictum sit, ad æmulanda pauperis Christi, cuius uicarium
se iactitat, uestigia cogat: se amplius neq; passurum, ut Christianæ plebi lupus ouina
pelle tectus, diutius imponat. Opus uel maximum pietatis esse, atq; charitatis, gratissi
mum Deo immortali, opes & aurum irritamenta malorum sacerdotibus auferre.
Namq; hæc (inquit) perniciem esse religionis, adeò ut homo ille qui dicitur Papa,
C diuitijs nimium auctus, maximo pietatis Christianæ detrimento omnia sibi licere,
more tyrannorum pessimorum putet, rationem actuum nemini (quasi sit Deus) red
dere uelit. Id quod soli Deo conuenit, usurpet: se errare, ulla ue mendacij religione
astringi non posse, credi sibi impudentissimè, simulq; imperiosè postulet: fraudes, do
los, commenta, fucum taceri: sibi, ut uicino, eum intus & in cute notum esse, Proin-
de quicunque rem Christianam saluam esse uelint, faueant, adsint, & causam Christi
seruatoris nostri, omnium deniq; Christianorum agenti, benè precentur. Datum in
obsidione Aesculi, Julij duodeuicesimo die, indictione tertiadecima.

Cum hac quoq; epistola legatos conuentu in Boiaria indicto ad Vuenzeslaum
Regem proficisci iubet, qui illum officij admoneant, beneficia à maioribus Imp. in
gentem Bohemiæ collata commemorent. Duces Bohemię ab auo patruoque Imp.
regio diademate donatos esse, quorum tertius sit Vuenzeslaus: spectandam esse au-
daciam Romanorum flaminum, ne horum fallacia seductus, se atq; rempub. disco-
diæ malis perditum eat. Pontificem Rom. insidiari nationi orbis Reginæ. Ideo dare
D illum operam, ut eius ualentissimas gentes Boiemos, Teutonas, Venedos, Sclauos,
Danos, Cimbros, Vngros, committere quouis queat modo. Ciues aduersus ciues,
monachos aduersus mystas, hos in Episcopos ab eodem concitari. Præsules Pontifi
cibus, diuendito illis cultu, mitra, pedo lituoq; Pontificio æquari: prophanos, aua-
tissimum quemq;, atq; pecuniæ maximè studiosum, decimis distributis contra sacer-
dotes benè sentientes solicitari. Qui sint Romanenses illi, opera eorum ostendere.
Christum mundo pacẽ dedisse, illos bella ciuilia propinare. Duces, Regulos, tetrar-
chas, eisdem falsis Christis cohortantibus, inuicem sæuire, & uelut membra Augusto
capiti suo repugnare, atq; diuinæ maiestati resistere: Gregorium nonum captum Im-
perij consuetudine, ut solus regnet, omnia perturbare atq; commiscere: cuncta tumul
tu complere, ut sursum deorsum uniuersa ferantur. Iampridem eos qui Babyloniæ,
hoc est, Romæ, templo Dei incubent, diuinitatem affectare, & astutè id dissimu-
lare: solas que Germanicas uires ab his timeri, quas ut spectaculum sibi parare compo-
nant, uulpeculas illas conari: ut Germania illa uictrix terrarum, eius bellicosissimi

populi, Venedi, Sclaui, Vngri, Dani, Teutones suis uiribus mutuis uulneribus corru- A
ant, summopere illos studere. Ita exangues atq; defessos prædæ effœminatis illis, li-
bidini atq; seruituti primarij sacerdotis procul dubiò obnoxios fore. Aliter non or-
bem terrarum, neq; cunctas gentes conglobatas, robustissimis Germaniæ gentibus
quicquam officere posse. Omnes homines natura proclíues ad mala, omnia mala
exempla ex bonis initijs orta esse: ubi semel Romanus sacerdos gladium nactus
eduxerit, neminem licentiæ eius atq; furori finem aut modum statuere ausurum: neq;
illum cessaturum, donec omnes iuxtà bonos ac malos in seruitutem redigat. Acnos
tandem serò euentu rerum malis'que nostris edocti, sapere cogamur. Hæc ubi di-
cta sunt, &c.

Item paulo pòst.

Annuit Ottho postulatis. Vbi Reginoburgium uentum est, & proceres con- B
sedere, literæ Alberti legati Papæ, quibus Otthonem Boiorum Ducem de fide sus-
pectum Romano Episcopo facit, recitantur. Deinde huiuscemodi orationem Ar-
chimystam habuisse reperio: Christus Seruator Dominus & Deus noster, relicto
ætherio solio, atque (ut ita loquar) immortalitate, mortalis pauperq; effectus est, ut
nos immortales atq; diuites efficeret. Cum'q; deuictis inferis triumphabundus rur-
sus in cœlum rediturus esset, pacem suam nobis reliquit, concordiam atq; mutuum
amorem tanquam notam atq; tesseram', qua ciues sui à militibus inferi Iouis discer-
nerentur, assignauit. Summopere quoque admonuit, uti falsos Christos, falsos pro-
phetas uitaremus, qui tecti pelle ouina, nimirum Christiano nomine atque Pontifi-
cio titulo, nobis dominari atque illudere cuperent. Quos ex spinis atque operibus,
nempe auaricia, luxu, contentione, odio, inuidia, bellis, discordiæ malis, libidine do
minandi, ambitione, cognosci oportere docuit. Quid'nam apertius hisce uerbis, C
quàm Babylonis Pharisæos atq; Scribas, cœlestis Imperator indicauit: sub Pontifi-
cis maximi titulo, pastoris pelle lupum sæuissimum, nisi cæci sumus, sentimus. Ro-
mani flamines arma in omnes habent Christianos: audendo, fallendo, & bella ex
bellis serendo magni facti, oues trucidant, occidunt: pacem, concordiam terris de-
pellunt: intestina bella, domesticas seditiones ab inferis eliciunt: indies magis atque
magis omnium uires debilitant, ut omnium capitibus insultent, omnes deuorent,
uniuersas in seruitutem redigant. Non Pontificis more gregi consulunt, sed potius
immanitate tyranni licentia debacchantur, iustitia raresit: impietas, auaritia, cupidi-
tas honorum, pecuniæ studium, libido crebrescit. Inopes & boni prædæ sunt scelera-
tis, ac diuexantur undiq; ab iniustis: soli autem mali opulenti sunt. Christus inimicos
odio habere uetat, eosdem amari præcipit: de hisce promereri, fidem hostibus serua-
re, beneficijs maleficia expiare docet. Romanenses contrà, sancta uiolare, fœdere no-
mine Dei sacrato ad fallendos homines abuti, benemeritis ingratos esse, malefactis
beneficia compensare, bellare, litigare, defraudare, prodere, decipere, sub magna pie- D
tatis superficie iubent: diuinæ maiestati, cœlesti prouidentiæ, naturæ repugnare. su-
premæ maiestati à Deo Opt. Max. constitutæ resistere nos uolunt.

Hildebrandus ante annos centum atq; septuaginta primus specie religionis, Antichristi imperij fundamenta iecit. Hoc bellum nefandum primus auspicatus est, quod per successores hucusq; continuatur.

Primò illi Imperatorem à comitijs Pontificalibus extrusere, ea ad populum & sacerdotes transtulere. Deinde & his ludibrio habitis atque explosis, nunc & nos in ordinem redigere atq; seruitutem conantur, ut soli regnent. Captiam impe-
rij consuetudine, pensitatis suis & aduersariorum uirib. occasione rapiendæ domina-
tionis & opprimendæ libertatis Christianę, specioso Ecclesiasticę constituendę liber-
tatis fuco utentur. credite experto, non cessabunt, donec Imperatore in ordinem reda-
cto, Romani Imperij honore soluto, pastorib. ueris, qui pascant, oppressis, canib. qui
latrare queant sublatis, per hunc morem omnia extinguant aut occidant. Ideo
omnia tuta

A omnia turbare atq; permiscere uolunt. Sed dominati uel ingratis contendunt.

Paulus, armarium philosophiæ diuinæ, præcipit: Subiecti inuicem in timore Christi estote. Hoc interesse inter Christianorum & prophanorum Principes, cœlestis doctor & præceptor noster, summus q; atq; immortalis Pontifex docet, quòd hi dominantur subditis, illi seruiunt. Formam serui suprema Maiestas suscepit, ut discipulis suis seruiret, eorumq; pedes lauaret. Flamines illi Babyloniæ soli regnare cupiunt, ferre parem non possunt: non desistent, donec omnia pedibus suis conculcauerint, atq; in templo Dei sedeant, extollanturq; supra omne id quod colitur. fames opum, sitis honorum inexplebilis est: quò plura auido concesseris, eò plura appetit, porrige digitum, & manum concupiscet. Licentia omnes sumus deteriores. Qui seruus seruorum est, dominus dominorum, perinde ac si Deus foret, esse cupit. Sacros cœtus, atque concilia fratrum, imò dominorum suorum aspernatur. Timet, ne eorum quæ aduersus auspicia, leges, intercessiones in dies magis atq; magis gerit, ratiB onem reddere cogatur. Ingentia loquitur, quasi uerò Deus esset. Noua consilia sub pectore uolutat, ut proprium sibi constituat imperium: leges commutat, suas sancit, contaminat, diripit, spoliat, fraudat, occidit, perditus homo ille (quem Antichristum uocare solent) in cuius fronte contumeliæ nomen scriptum est, Deus sum, errare non possum: in templo Dei sedet, longè lateq; dominatur.

Sed sicut est in arcanis sanctarum literarum, Qui legit, intelligat: Docti intelligent: omnes impij impiè agent, neq; intelligent. Quemadmodum longo antè tempore Sibyllæ, apertè Hydaspes Rex antiquissimus sub interpretatione uaticinantis pueri ad memoriam posteris tradidit: nomen Romanum multo antè præfatus, quã illa Troiana gens conderetur. Conciones Prophetarum sub ambage aliorum nominum, ne quis facilè intelligat, denunciarunt: Romani maiestas populi, qua olim orbis regebatur, sublata est de terris, & imperium in Asiam reuersum est: rursus Oriens C dominabitur, seruiet Occidens. Regnum multiplicatum, summa rerum potestas per plures dissipata, concisa, minuta, ne dicam dilacerata: discordiæ ciuiles in perpetuum seruntur, nec ullam requiem bellis exitialibus esse sentimus. Imperator, uana appellatio, & sola umbra est. Reges decem pariter existunt, qui orbem terræ, Romanum quondam Imperium, non ad regendum, sed ad consumendum partiti sunt. Decem cornua (id quod D. Aurelio Augustino incredibile uisum est) Turcæ, Græci, Aegyptij, Afri, Hispani, Galli, Angli, Germani, Siculi, Itali, Romanas prouincias possident, Romanosq; in his excidere colonos. Cornuq; paruulum sub his succreuit, quod oculos habet, & os loquens grandia: tria potissimum, Siciliæ, Italiæ, Germaniæ regna in ordinem redigit, sibiq; seruire cogit, insustentabili dominatione populum Christi sanctosq; Dei uexat, diuina humana miscet, infanda, execrabilia moliD tur. Quid hac prophetia apertius? &c. Hactenus ex Auentino.

Hic rectè omnes Friderici huius epistolæ apponi possent, in quibus piè, eruditè & grauiter de summa Antichristi iniustitia ac iniuria queritur. Sed nos uitandæ prolixitatis causa, tantum initium unius, & alteram perbreuem adscribemus.

Fridericus II. omnibus Christianis.

LEuate in circuitu oculos uestros, arrigite filij hominum aures uestras: orbis scandalum, dissidia gentium, generale iustitiæ doleatis excidium: exeunte nequitia à senioribus Babylonis, qui populum hactenus regere uidebantur, dum iudicium in amaritudinem, & fructum iustitiæ in absynthium conuertunt. Sedete Principes, & intelligite populi causam nostram: de uultu Domini iudicium prodeat, & oculi uestri uideant æquitatem. Scimus enim, & in supremi iudicis uirtute confidimus, quod cum apud uos pondus & mensura fuerit, profectò modestiam & innocentiam uestram in iudicij nostri libra præponderare uidebitis, calumnijs detrahentium labijs & uenenosis adinuentionibus factionum, &c.

Fridericus Regibus & Principibus mundi, ut non obediant Papæ & Cardinalibus, eo quòd sunt eleemosynis pauperum impinguati, & contra eos recalcitrent.

ILlos fœlices describit antiquitas, quibus ex alieno præstatur cautela. Status namque sequens formatur ex principio præcedentis: & ut impressionem cera recipit ex sigillo, sic humanæ uitę formatur mortalitas ab exemplo. Hanc utinam fœlicitatem nostra serenitas præguſtasset, ut cautelæ solertiam, quam uobis ò Christiani Reges & Principes ex nostra maiestatis nimia læsione relinquimus, nobis Christiani Reges & Principes reliquissent. Porrò, quia clerici censentur pauperũ eleemosynis impinguati, filios opprimunt: ipsíq; nostrorum filij subditorum paternæ conditionis obliti, nec Imperatorem nec Regem aliqua uenerationè habere dignantur, quoties in patres Apostolicos ordinantur. Quod autem ex circumlocutionibus nostris innuitur, ex Innocentij Papæ quarti præsumptione probatur: quia uocata synodo, ut asserit, generali contra nos non uocatos, nec super aliqua fraude uel prauitate conuictos, ausus est sententiam depositionis statuere, quam præter omnium Regum enorme præiudicium non poterat stabilire. Quid enim uobis & singulis Regibus singularum regionum à facie tanti Principis sacerdotum timendum? Non superest, si nos ex Principum electione solenni, & adprobatione totius Ecclesiæ, ac in Christianæ fidei religione uiuentium, Imperiali diademate diuinitus insignitos, & alia regna nobilia magnificè gubernantes, deponendos aggreditur, & cuius, quo ad Imperiale diadema, non interest, aliquid in nos exercere rigoris, etiamsi causæ legitimæ probarentur: uerùm quod sacerdotalis sic infestat abusio potestatis, à summo nos conatur præcipitare deorsum, nec primi sumus, nec ultimi.

Et hoc quidem uos facitis obedientes, religionem simulantes sanctitatis, quorum sperat ambitio, quòd totus mundus defluat in os suum. O si uestræ crudelitatis simplicitas à scribarum & pharisæorum fermento, quod est hypocrisis, iuxta sententiam Saluatoris, sibi curaret aduertere: quot illius curiæ turpitudines execrari posſetis: quas inhonestas & pudor prohibet nos effari. Sanè redditus copiosi, quibus ex plurium depauperatione regnorum ditantur, quemadmodum ipsi nostis, ipsos faciunt insanire. Apud nos Christiani mendicant, ut apud eos Patereni manducet: ibi uestras domos obstruitis, ut illic aduersariorum oppida construatis. Sicq; deuestris eleemosynis impinguati, tales Christi pauperes sustentantur, qui beneficij compensatione, qua saltem gratitudinis exhibitione uobis se præbent obnoxios, qui quantò manus eis indignantibus libeſaliores ostenditis, tantò non solum manus, & cubitos auidius adprehendunt, suo uos laqueo detinentes, sicut auicula, quę quantò ad euasionem fortius nititur, tantò firmius alligatur.

Hæc uobis ad præsens scribenda curauimus mittere, insufficienter exprimentia uotum nostrum. Cætera uerò secretius intimanda decreuimus, uidelicet in quos usus diuitias pauperum expendit prodigalitas auarorum. Quid super Imperatore competimus eligendo, nisi pax, quam per magnos mediatores intendimus reserare, ut inter nos & Ecclesiam saltem superficialiter reformetur. Quid de Regum omnium communibus specialibusq; negocijs disponere intendamus. Quid super insulis Oceani fuerit ordinatum. Quid contra Principes uniuersos quibusdam consilijs uel negocijs, quæ nos, qui nonnullos ibidem habemus familiares & subditos, licet clandestina latere non possint, illa curia machinatur: quòd omnes tot uiribus, tot uirorum insidijs, quos habet instructos ad bella in hoc ipso iure, quod instat, qui nunc uos & nos opprimunt, & opprimere posse speremus.

Quod autem tales & tales fideles nostri latores præsentium uobis retulerint, certè credatis, ac etiam, si sanctus Petrus iuraſſet, firmissimum habeatis: nec propter hoc, quod

A hoc,quod à uobis petimus, uideatur uobis,quod propter in nos latam ſententiam depoſitionis,ueſtra magnanimitas noſtræ maieſtati aliquatenus incuruetur. Habemus enim conſcientiæ puritatem, ac per conſequens Deum nobiſcum, cuius teſtimonium inuocamus:quia ſemper fuit noſtræ uoluntatis intentio, clericos cuiuſq; religionis ad hoc inducere, & præcipuè maximos, ut tàles perſeuerent in fide, quales fuerant in Eccleſia primitiua, Apoſtolicam uitam ducentes, & humilitatem Domini eam imitantes. Tales namq; clerici ſolebant Angelos intueri, miraculis coruſcare, ægros curare,mortuos ſuſcitare, & ſanctitate,non armis, ſibi Principes ſubiugare. At iſti ſeculo dediti, ebriati delicijs Deum poſtponunt: quorum ex affluẽtia diuitiarum religio ſuffocatur. Talibus igitur ſubtrahere nocentes diuitias, quibus damnabiliter onerantur,opus eſt charitatis. Ad hoc uos omnes Principes unà nobiſcum,ut cuncta
B ſuperflua deponentes,modicis rebus contenti,Deo ſeruiant,cui ſeruiunt omnia,omnem debetis diligentiam adhibere.

Huic Friderico & hoſce duos ſanè non inuenuſtos uerſus attribuunt:

Roma diu titubans,uarijs erroribus acta,
Corruet,& mundi deſinet eſſe caput.

Quo carmine Imperator & multi alij boni uiri prudentesq; eius conſiliarij manifeſtè declararunt, quid de Papa ſentirent: nempe eum uarijs erroribus agitari, & ueluti ebrium titubare(ſicut & Apocalypſis facit iſtam meretricem Babyloniam pio rum ſanguine ebriam) nec poſſe diu tam corruptum impiumq; ſtatum permanere, ſed de hoc Imperatore aliquid in cap. Petri de Vineis paulo pòſt dicetur.

Henricus VII. Luceburgenſis.

C POſt Fridericum ſecundum, & Henricus ſeptimus cognomento Luceburgenſis,ſe nonnihil Romanæ tyrannidi oppoſuit:ſed breuitas imperij ac uitæ, fortè eius pium inſtitutum impediuit. Quid uerò ſit hic Imperator conatus,ex Auentino & Sledano indicabimus. Auentinus enim lib.7. ſic habet.

Henricus ſeptimus perluſtrata circumquaq; Italia Romam proficiſcitur. Rupertum & Iohannem fratres Reges Campaniæ, Vrſinos bis ſecum congredi auſos, bis profligauit. Rudolpho Boio, Ludouico Otingenſi, quorum uirtus ijs prælijs enituit,palmam tribuit. Deinde à Nicolao Hoſtienſi, Arnulpho Sabonenſi Epiſcopo, Friſchone diacono, flaminibus Romanis: quos eò Clemens V. Pont. Max. miſerat,conſecratur: ſuſceptoq; cognomine Auguſti, rogantibus ſuperioribus ſacerdotibus,non ſolum indignum maieſtate Auguſtali, uerùm etiam contra maiorum morem libertatemq; religionis Chriſtianæ,principem principum,orbis terrarum Dominum,ſeruo ſeruorum ſacramentum dicere exiſtimauit. Vnde Clemens odio incenſus, ad Campaniæ Apuliæq; principes hoſtes Auguſti deficit, Rupertum aduerſus
D Cæſarem concitat. Auguſtus ſæpius ab hiſce uenenis appetitus, Rupertum crimine læſæ maieſtatis ex conſilij decreto condemnat, Romaq; in Tuſciam migrat.

Et paulo pòſt.

Inter hæc in Italia Imperator Henricus ſeptimus Cæſar Auguſtus duodecimo Calend. Sept. celeberrimo Chriſtianorum die feſto in ſacra æde à Bernardo Dominicano (qui auto malè ab inimicis Cæſaris conciliatus fuerat) cœleſti uictima toxico oblita,atque polline Adamantino(quam præſens uenenum eſſe aiunt)ſacræ optimi principis potioni indito, nouo & inaudito exemplo extinguitur. Ita non ſolum in faſtos, annales, acta relatum eſt: ſed & Epigramma in eiuſdem cere-moniæ conſecraneos extat,& antiquis more maiorum celebratum eſt carminibus. Quamuis Romani flamines ægritudine animi, quòd homo uindictæ auidus de hoſtibus ut uellet ſupplicium ſumere non poſſet, animam ipſum efflaſſe, credi ſibi poſtulant. In paucis quoq; pòſt diebus. Quintus è medio tollitur.

Cæterùm Sledanus ſic de hac re ſcribit: Portò quod Moguntinus de Pontificis appro-

ficis approbatione dixit, moribus ita receptum est, & inoleuit conuerso rerum ordine. Nam olim Episcopi Romani solebant ab Imperatoribus approbari, cum essent tenuiores: amplificata uerò nõ solũ arbitratu suo regere cœperunt, uerùm etiá eòrem adduxerunt tandem post acerrimas cõtentiones, ut eligendi quidem ius Germaniæ septem uiris permittant, confirmandi uerò potestatem sibi propriam esse dicant. Et hac quidem authoritate sæpe sunt usi per omnia regna, maximè per Italiam, Germaniam, Galliam, quando designatis Regibus abrogato magistratu substituerunt alios. Etenim, ut reliqua iuris Pontificij loca prætream, in Gregorij noni decretalibus epistolis, Innocentius tertius affirmat, ius eligendi Cæsaris, beneficio Pontificum & Ecclesiæ Romanæ delatum esse à Græcis ad Germanos, & ad Carolum Cæsarem cognomento Magnum: & ipsorum esse cognoscere ac iudicare, num sit idonea persona. Nec eo contenti, fidem etiam exigerunt per iusiurandum à summo totius orbis terrarum magistratu. Quæ quidem res maximis offensionibus atq; bellis causam sæpe dedit.

Tandem uerò Clemens quintus, qui uixit ad annum salutis milesimum trecentesimum, legem hac de re tulit, insertam iuri Pontificio. Cum enim Henricus eius nominis septimus è familia Lucemburgica Cæsar, nollet ad hunc modum obligari, quòd diceret noui esse rem exempli, nec usurpatam ætate superiori: Clemens, ut in posterum caueret, copiosè rem explicat, & quid eo iureiurando contineatur demonstrat, nimirum ut Cæsar Ecclesiam Romanam defendat, ut hæreticos exterminet, neq; cum impijs ullum habeat commercium, ut Pontificum dignitatem modis omnibus tueatur, ut priuilegia quondam Ecclesiæ Romanæ concessa quocunque tempore conseruet, in primis ea quæ profecta sunt à Constantino, Carolo Magno, Henrico, Otthone quarto, Friderico secundo, Rudolpho, ne quid iuris in illas Ecclesiæ Romanæ facultates atq; possessiones quocunque titulo sibi uendicet, ut reliquas etiam ubiuis Ecclesias earum q; libertatem atq; iura protegat. His rebus deuinctum sibi Cæsarem esse dicit, & Henricum etiam per internuncios hæc sibi promisisse confirmat, utcunque postea dissimulauerit. Exijt autem hoc decretum Henrico iam mortuo. Clemens hic est, qui primus omnium Roma Cardinales euocauit Lugdunum, & in Gallia cum illis consedit. Inter Pontifices autem, qui Cæsaris nostrates uehementer exagitarunt, præcipui fuerunt: Gregorius VII. Alexander III. Innocentius III. Gregorius IX. Innocentius IIII. Nicolaus III. Bonifacius VIII. Clemens V. Hæc Sleid.

Habeo ueteres rhythmos, de huius optimi Imperatoris tristi casu, deq; monachi qui eum interfecit scelere, quos iam Basileæ una cum pluribus alijs eiusdem argumenti poematibus ab Oporino in communem utilitatem editi sunt.

Grauamina.

VIsum est omnia grauamina (ut ea olim uocarunt) id est politica onera, quibus se à Papis & prælatis sæpe gentes ac regna onerari questa sunt, quantum fieri omnino posset, in unum colligere, eaq; huic nostro operi inserere: quo à Christianis aliquatenus diuinari possit, quàm intollerabili, non tantum spirituali, sed & politica tyrannide gentes & regna oppresserit & euerterit. Tametsi paucissima ad huc supersint. nam talia cum primis diligenter suppressa sunt à clericis, magis etiam quàm alia scripta contra Papam, quòd hæc magis propalàm iniusta fuerunt, & magis clerici opum quàm religionis conseruationem spectarunt.

Distinctione 19. citatur decretum quoddam ex concilio Caroli, in quo patres concilij queruntur, imponi sibi uix tolerandum iugum à sede Apostolica. Non opinor esse Caroli Magni tempore factum, nam tunc temporis adhuc non nimium formidabilis erat potentia. Sed de hoc decreto supra dixi.

Ludouicus IX. Rex Gallorum, qui inter diuos relatus est, quilegem sanxit anno Domiñi 1228. contra fraudes Paparum, in qua queritur grauiter de nouis eorum ad-

inuentionibus

A inuentionibus, reſeruationibus & præuentionibus redituum & dignitatum Eccleſiaſticarum, quibus Papa omnem fermè collationem dignitatum Eccleſiarum ſibi rapuerat. Eodem anno idem Rex & cõtra Simoniam legem tulit, in qua queritur, uendi Eccleſiaſticas dignitates. Rurſus idem Ludouicus aliquanto pòſt, ſanctionem pragmaticam ſanxit, quæ adhuc hodie celebris eſt, qua prohibuit omnes curiæ Romanę exactiones impoſitas & imponendas. Sic uerò inter alia de rapacitate Paparum queritur: Item exactiones & onera grauiſsima pecuniarum per curiam Romanam, Eccleſiæ regni noſtri impoſitas uel impoſita (quibus regnum noſtrum miſerabiliter depauperatum exiſtit) ſiue etiam imponendas uel imponenda, leuari aut colligi nulla tenus uolumus, &c.

Pòſt hunc Ludouicum Philippus Pulcher, anno Domini 1303. euulgauit edictum, ne clerici nouas exactiones exigant, ſed ueteribus tantum contentiſint. Item
B Carolus Quartus, anno 1388. iuſsit bona collectorum Papæ detineri, eorum q̃ collectiones impediri. Quorum ſi omnium edicta & acta integrè haberemus, poſſemus in de graues querelas adſcribere. Nec enim ſine cauſa, tam ſeuera edicta promulgarũt.

Iam adſcribemus acta & articulos grauaminum à Rege & regno Galliæ prælatis & Epiſcopis ſuis Pariſijs, Anno 1329. propoſitos, & ex impreſſo libello Doctoris Petri Bertrandi & Cardinalis deſcriptos.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo uiceſimonono, die prima menſis Septembris, Dominus Philippus de gratia Dei Francorum Rex Chriſtianiſsimus, filius quondam claræ memoriæ Domini Caroli comitis Valeſij, mandauit Prælatos & Barones Regni Francię, ad diem Octouarum feſti beati Andreæ, proximo ſubſequentis Pariſijs conuenire per literas ſuas infrà aram incluſas: quarum quidem literarũ prælatis uidelicet directarum tenor ſequitur, & eſt talis:

Philippus Dei gratia Francorum Rex, dilecto & fideli noſtro Epiſcopo Eduen
C ſi ſalutem & dilectionem. Quantò magis ſcientiæ diuinæ diuinarumq̃ Scripturarum notitia, ac cæterarũ uirtutum magiſtra rerum experientia, uigent in uobis: tantò plenius noſtis, quantũ & qualiter omnes & ſinguli clerici & laici regni tanquã membra ſimul in uno corpore uiuentia, ſibi ad inuicem tenentur compati, mutuum q̃ præſtare conſilium & auxilium temporaliter & corporaliter, ad defenſionem & cuſtodiam unitatis, & optatæ pacis mortalibus cunctis & ueræ unionis contraria, ſuis quiq̃ contenti iuribus pro uiribus propulſanda. Cum igitur ad noſtram ductum fuerit notitiam, quòd uos gentesq̃ & officiales ueſtri aſſeritis per Balliuos & officiarios noſtros,
D & per Barones aliquos regni noſtri Francię, uobis ac ſubditis ueſtris, dictiq̃ Balliui & officiales noſtri ac barones prædicti aſſerunt, etiam per uos & officiales ueſtros ac per curiarum ueſtrarum ſatellites, & curſores nobis & ipſis, noſtrisq̃ & eorum ſubditis quàm plura fuiſſe retroactis temporibus illata, & in præſenti adhuc inferri hinc inde grauamina, inſolitasq̃ & indebitas nouitates, propter quæ illius ueræ unitatis connexio, quæ inter uos & ipſos uigere debet, ut eſt dictum, ſuæ quodammodo indiſſolubilitatis integritatem amiſit. Quòd ſi nobis, qui ſubditorum noſtrorum tam clericorum quàm laicorum concordiam & unitatem diligimus, diſplicet, non eſt mirum.

Et idcirco uolentes ſuper his de ſalubri remedio, quantum cum Dei adiutorio poſſumus, prouidere: requirimus uos nihilominus tenore præſentium mandantes quatenus ad diem octauarum feſti Andreæ proximè uenturum Pariſijs perſonaliter interſitis, ut admoneamini de grauaminibus & nouitatibus, quę & quas per prædictos aſſeritis uobis fuiſſe illata & illatas: nos autem prædictis Balliuis & officialibus noſtris atq̃ baronib. damus per noſtras alias literas in mandatis, ut dicta die Pariſijs ſimiliter interſint perſonaliter, adniſi ſuper grauaminibus, & nouitatibus, quas ſibi et ſubditis ſuis per uos & officiales ueſtros aſſerunt fuiſſe illatas, ut ſuper his & ſingulis hinc inde illatis grauaminib. per nos et cõſiliũ noſtrũ de tã ſalubri poſsit remedio prouideri, quòd inter uos & ipſos amoris uinculũ incorruptibile et ſyncerę charitatis affectio-

ctio indissolubilis futuris temporibus debeant obseruari Die Veneris, XV. Decemb. A

Die uerò superius in dictis literis contenta, prælati Parisijs conuenerunt in pa-latio Regali, & comparuerunt coram Rege ibidem prælati adinuicem, uidelicet Domini Bituricens. Auxitanus, Turon: Ro. Rhoma. Senon. Archiepiscopi, Belua-cen. Cathalanen. Landun. Parisiens. Nouiomens. Constant. Andegauens. Pictauens. Meldens. Cameracens. sancti Florij, Briocens. Cabilion. & Eduens. Episcopi. Qua die ipso Rege sedente, & consiliarijs suis, nec non aliquibus baronibus ibidem as-sistentibus, & facta dignitati Regiæ reuerentia per prælatos, nobilis & discretus vir Dominus Petrus de Cugnerijs, miles & consiliarius dicti domini nostri Regis, in præsentia omnium & in publico locutus est pro Rege, facto themate suo: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Et prosecutus est iuxta illud thema, materiam suam includendo ad duo. Primò, quòd Regi debeatur reuerentia & sub-iectio: secundò, quòd debeat esse spiritualium & temporalium diuisio, ut spiritualia ad prælatos, & temporalia ad Regem & barones pertinerent. Et hoc probauit per multas rationes facti & iuris, prout in responsionibus factis infrà sic per Senonens. electum & Episcopum Eduens. plenius continetur. Et finaliter concluſit, quòd præ-lati essent contenti spiritualibus, & in eis defenderet eos Rex.

Quibus sermonibus completis, dixit uerba quæ sequuntur in Gallico, quod intentio Regis erat reintegrare temporale. Deinde proposuit in Gallico articulos in-frà scriptos. Et postea tradidit in Gallico prælatis, licet sint trãslati in Latino: & propo-nendo eos probat, contenta in eisdem non pertinere ad prælatos, sed ad Dominos temporales, & qua iniustè procedebatur per prælatos super eis. Et nihilominus pro-positione facta, dixit idem Dominus Petrus, quòd prælati super his deliberarent & consulerent Domino Regi, tanquam eius fideles. Sunt autẽ hi articuli, & respon-nes super his factæ, nec non grauamina Regi tradita per prælatos, quorum quidem articulorum in Gallico traditorum, in Latino tamen translatorum, tenor sequitur, & est talis.

Hæc sunt grauamina & usurpationes, quæ & quas prælati & aliæ personæ Ec-clesiasticæ regni Franciæ, uel eorum officiales & iudices, pro ipsis fecerunt & faciunt, in præiudicium iurisdictionis temporalis Domini Regis & baronum, & aliorum subditorum suorum Dominorum temporalium.

Primò de iure communi cognitio causarum, qua tangunt realitatem, siue sint in possessione siue in proprietate, pertinet ad iurisdictionem temporalem: & offi-ciales prælatorum impediendo iurisdictionem temporalem, nituntur sibi attribuere cognitionem causarum realium, specialiter superpositione & super omnibus in-tertdictis.

Item quando laicus turbatur uel impeditur in possessione terræ per aliquem clericum, & propter hoc impetrat adiornamentum à iudice seculari in casu nouita-tis, uel aliàs: Officiales prælatorum impedientes iurisdictionem temporalem, fac-unt moneri ad instantiam clerici iudicem secularem, & partem, ut post adiornamen-tum cessent sub pœna excommunicationis, & certæ pecuniæ quantitatis.

Item cum cognitio personarum laicarum pertineat ad iudicem secularem, ex-ceptis casibus spiritualibus: officiales prælatorum faciunt eos citari coram se ad in-stantiam partis. Et si dictæ personæ laicæ declinent iurisdictionem dictorum offici-lium, uel Domini, quibus subijciuntur, requirunt eas remitti coram eis tanquam co-ram Dominis uel iudicibus suis temporalibus: dicti officiales renuunt hoc facere, & compellunt per excommunicationem partes ad procedendum coram eis.

Item officiales prælatorum faciunt sæpe moneri personas laicas ad instantiam clericorum, dicentium se esse impeditos in rebus hæreditarijs suis per laicos. Etsi ipsi laici asserant realitatem, & ita sit in ueritate, & super hoc petant remitti ad iudi-cem secularem, dicti officiales monent eos sub pœna excommunicationis, & sub magna pœna pecuniaria, ne propter hoc uadant coram iudice seculari.

Item officiales

A Item officiales prælatorum nituntur habere cognitionem contractuum inito-
tum, in curia seculari per literas aut sine literis, & per monitiones excommunicatio-
nis, sententias nituntur excõmunicationis facere talium contractuũ super obligatis.

Item prælati faciunt consilia prouincialia, & synodalia statuta, in quibus plura
faciunt & ordinant in grande præiudicium iurisdictionis temporalis, de qua non
spectat eis quoquo modo cognoscere, & uise intromittere.

Item prædicti officiales nituntur plures iuratos pro recipiendis obligationibus
suis, in contractib. in illis iurisdictionib. atq; locis dominorum temporaliũ super uen
ditionib. rerum hæreditate et alias, et sic nituntur impediri iurisdictionem tempora
lem, cum extra sedem suam obligationem recipere non debeant, uel contractus.

Item faciunt citari plures laicos ex officio suo super aliquibus, quæ sibi impo-
nunt maleficijs responsuros, de quibus impositis asserunt sibi cognitionem pertine-
B re. Et quando citati huiusmodi uenientes ad diem sibi ut præmittitur assignatã, ne-
gabant maleficia opposita contra eos: dicti officiales ipsos detinent captos, nec uo-
lunt eos recedere, licet in casibus eis impositis pertineat recredentia: & licet captio &
detentio ad eosdem officiales minimè pertineat, sed ad iudices seculares. Item in ca-
sibus supradictis, licet per inquestas & processus factos per officiales prædictos, con-
tra dictos laicos sic captos & detentos, ijdem laici reperiantur puri & innocentes, &
ab imposito sibi maleficio absoluantur: nihilominus dicti officiales nolunt eos expe-
dire, donec pro scripturis processuum, seu in questa prædictorum satisfactionem fe-
cerint de magna pecuniæ quantitate, licet de iure in tali casu eis expensas restituere
tenerentur.

Item memoria sit de loquendo super sententia excommunicationis, quæ da-
tur per solam citationem, quoties quis deficit.

Item loquendo super obligationibus de nisi per quas excommunicatur incon-
C tinenti si non soluat certa die, licet nequeat soluere die illa.

Item, quanquam aliqui, quicunq; sint, excommunicantur uirtute excommuni-
cationis curiæ prælatorum, & tales excommunicati non satisfaciunt de summis con
tentis in excommunicatione, in continenti re aggrauantur: & tunc ijdem prælati
uel eorum officiales faciunt moneri iudices seculares sub pœna excommunicationis,
compellant per captiones bonorum tales excommunicatos ad faciendum se absol-
ui, & ad debitum persoluendum. Et ubi iudices seculares non obediunt monitioni
huiusmodi, ipsi excommunicantur, nec possunt absolui nisi satisfaciant de debito,
pro quo personæ præfatæ excommunicatæ existunt.

Item si balliui præpositi uel seruientes Regi, aut alij subditi iudices seculares ta-
libus monitionibus inclinauerint, nec aliqua bona penes excommunicatos præ di-
tos inueniantur, oportet dictos officiarios Regis ire cum expensis suis ad curiam præ
latorum, & ibi iuramentum præstare, quòd nulla bona inuenerunt penes excõmu-
D nicatos. Alioquin in continenti denunciantur excommunicati, & per sententiam ex-
cõmunicationis depelluntur ad satisfaciendum de debito pro ipsis excõmunicatis.

Item si duo laici sint processu in curia alicuius Domini temporalis, super actio-
ne reali uel personali, & contingat quòd altera partium diffugiendo appellet ad cu-
riam alicuius prælati, coram officiali suo, post magnos processus factos, & litem con-
testatam: officiales dictarum curiarum nituntur retinere cognitionem talium causa-
rum, tam in reali quàm personali, & uirtute monitionum & sententiarum faciunt
desistere dominum temporalem, à cognitione causæ post appellationem, quod nisi
faciat, excommunicatur, & trahitur ad emendam: ex quibus temporalis læditur iu-
risdictio, & amittit resortum suum. Quia nullus à curia prælatorum appellat ad cu-
riam Regiam.

Item si quis laicus in uilla Regis, facit arrestari debitorem suum laicum per iusti-
tiam secularem loci, si arrestatus appellat, illos qui arrestant eum rei faciunt arrestari,
officiales uolunt habere cognitionem talem. Et si aliquid attentetur super

appellatione,

appellatione, ipsi nituntur exigere emendam à iusticia, sicut ab illo cui factum est are stum. Et si gentes Regiæ compellunt eos ad resistendum, ipsi excommunicant eos.

Item dicti prælati habent magnam multitudinem officialium, quos uocant Præpositos clericorum, qui quidem officiales faciunt communiter citationes una uoce contra quasque personas per dominium Regis, & alibi sine commissione: licet in qualibet diœcesi esse non debeat nisi sedes una duntaxat, ubi cognoscatur de causis. Et ex hoc accidit pluries, quòd multę personæ sine causa coram eis citantur ad finem, quod redimant se de magna pecuniæ quantitate: quod est in magnum præiudicium Regis subditorum ąque suorum, & iurisdictionis temporalis eorum.

Item dicti Præpositi clericorum sigillant domos clericorum in uillis Regis & aliorum dominorum temporalium, in præiudicium iurisdictionis domini Regis & aliorum secularium: licet in domibus & alijs tresfondis Regis uel aliorum secularium, dicti prælati exercere aliquam iurisdictionem possint.

Item dicti prælati uel eorum officiales, sigillant bona mobilia clericorum coniugatorum & mercatorem, licet in talibus eorum cognitio pertineat ad iudicem uel curiam secularem.

Item compellunt personas laicas ad dandum affecuramentum clericis coram eis, in curia Ecclesiastica, maximè Regis seruientes.

Item in iusticia & in dominio Regis & subditorum, faciunt gentes prælatorii inuentatoria de bonis laicorum decedentium.

Item ipsi cognoscunt de actionibus hypothecarijs, quæ sunt reales, uel saltem mixtæ.

Item dicti prælati nituntur habere cognitionem personarum laicarum, commorantium in domibus Dei, & leprosarum, uillarum regiarum & subditorum suorum, uel extra uillas, licet domino Regi uel eius subditis memoratis pertineat cognitio eorundem: & dant dicti Prælati uel eorum officiales monitiones cum magnis pœnis pecuniarum, & sententiæ excommunicationis, quòd nullus trahat illas personas mali à curia quàm sua.

Item ad finem, quòd dicta curia Ecclesiastica augmentetur, dicti prælati faciunt magnam multitudinem tonsuratum pueris ætate minoribus, quorum aliqui sunt seruorum filij, alij de illegitimo matrimonio procreati, ac hominibus coniugatis, insufficientibus & illiteratis.

Item faciunt contagiari & compelli per suos Præpositos clericorum mulieres uiduas, & nituntur habere eorum cognitionem, nec non pupillorum, & sibi applicare bona eorum, quando moriuntur: sicut de maioribus ætate, quando decedunt ab intestato, quorum quidem cognitio spectat ad Regem, quia tales personæ sunt cum bonis suis de gardia Regis.

Item faciunt capi per dictos Præpositos clericorum, & in dominio Regis & alibi, iuris ordine non seruato, plures personas laicas, imponentes eis, quòd in aliquo casu commiserunt aliquid contra fidem: & detinent eos in carceribus, licet eorum captio & detentio spectare debeat domino Regi, donec tales personæ super illo casu impositi sint conuictæ.

Item exercent suas iurisdictiones, currentes per uillas Regias subditorum, licet extra sedem suam non debeant iurisdictionem tenere.

Item quando isti Prælati uel eorum Officiales faciunt moneri Præpositos, seruientes & iusticiarios Regis super aliquo faciendo per eos, in suis monitionibus magnam pecuniæ summam apponi, applicantes Prælatis, nisi fiat, & compleatur, quod in monitionib. suis continetur: & cum hoc pœnam excommunicationis apponunt, & hoc est incœptum de nouo, in præiudicium Regis & subditorum suorum.

Item quando Prælati uel officiarij eorum prosequuntur aliquem laicum in curia sua ex officio, & in casu huiusmodi deficiunt, sibi testes, ipsi faciunt plures personas laicas ad ferendum testimonium in illa causa coram citari, siue sit Burgensis, Regius, &

A Regius, & alterius cuiuscunque & temporis testibus, nolunt aliquid constituere pro expensis eorum. Et nisi ueniant ad diem ad quam citantur, excommunicantur. Item si aliquis malefactor capiatur, per aliquem iusticiarium regium accusatus de furto suo: & ille cui res est furata, ueniat coram gentibus regijs, & probet rem huiusmodi furtiuam suam esse, & ideo expediatur eidem per gentes regias, si ex post facto dicant prælati uel eorum officiarij male factorem esse clericum, ipsi faciunt compelli per monitiones & citationes suas, prædictas gentes regias ad restituendum eis rem furtiuam prædictis: quod nisi fecerint, excommunicantur.

Item si contingat, quòd gentes regiæ capiant aliquem malefactorem pro crimine certo per eum commisso, & idem malefactor dicat se clericum esse, licet nec tonsuram, nec habitum deferat, clericales officiales prælatorum faciunt in continenti detinentes &
B capientes compelli per monitiones & sententias, ad restituendum sibi prædictum malefactorem tanquam clericum suum.

Item si gentes regię uel alij iusticiarij seculares cœperunt aliquem malefactorem, latronem, uel etiam homicidam, qui tonsuram deferat clericalem, eumque restituant prælatis: idem malefactor satis citò postmodum expeditur, licet cognouerint crimen: etiam licet aliqui laici, qui cũ eo fuerunt socij in maleficijs, propter hoc iusticiati fuerint, eumq; accusauerint de maleficio: & sic tales malefactores ad talia maleficia perpetranda facilius excitantur.

Item si quis dicat se expoliatum fuisse, officialis dabit sibi in continenti monitionem contra expoliatorem, & uirtute monitionis huiusmodi mouebitur per aliquem de præpositis clericorum, quòd restituat sibi contenta in monitione: aut quod iuret, si spoliauit conquerentem de his de quibus est conquestus, & sic iurare reuertit coram præposito, ipse præpositus in continenti monitionem sigillat, & excommunicat illum qui no-
C luit iurare: nec poterit postea absolui, donec satisfecerit de contentis in monitione, de quibus conquerens se prius dixerat spoliatum,

Item si quis pro delicto suo detineatur in carcere alicuius iudicis secularis, licet captus fuerit in habitu laicali & sine tonsura, & quòd gesserit se antea per totam uitam tanquam laicus, pro eo solum quod adnouabit se pro clerico: quia meliorem expedientiam habebit à prelato & officiarijs, quàm per seculares, & delictum manebit impunitum, dicti officiarij faciunt moneri iudicem secularem, ut citò malefactorem restituat eis, atque reddat: alioquin cessabitur eis à solennibus Ecclesiæ ritibus in continenti per totam uillam, ubi sic captus tenebitur malefactor. Et pro uitandis periculis, quæ uenire possunt
D occasione dicti cessus, oportet quòd ijdem iudices reddant malefactorem, in magnum præiudicium iurisdictionis regis & temporalis ad quem cognitio posset peruenire in casu refforti.

Item quando aliquis malefactor redditur iudicibus Ecclesiæ per iudices seculares tanquam clericus, amici ipsius malefactoris ueniunt ad officiales prælatorum, & concordant cum eis: & sic dimittunt sine punitione iræ, & sic peiora committunt quàm antè, licet crimina essent notiora.

Item quàm citius clerici coniugati, mercatores, uel alij clerici, cuiuscunq; ministerij existant, trahuntur in causam coram iudice seculari pro aliquo delicto, ipsi clerici impetrant ab officialibus quandam monitionem, & adducunt secũ quendam presbyterum, per quem faciunt moneri iudicem secularem sub pœna centum uel ducentarum marcarum argenti: & excommunicant, ne curiam uel cognitionem de talibus teneant, & ne molestent eos uel in corpore uel in bonis: et si dominus iudex eos postea, cessatur ibidem in continenti à celebratione missarum, licet hoc pro facto suarum mercaturarum existat.

Item dicti officiales concedunt citationes sine numero contra personas laicas, in casu affecurationi personaliter coram eis, ad affecurandũ personas taliter incognitas: & si cognitæ sint, in citatione continetur, quod ille qui citatus est, moneatur sub magna pœna, ne illũ qui sic citari eum fecerat, ipsum pendente citatione trahat ad iudicẽ secularem.

Item cum quis excommunicatus est in aliquo loco, dicti officiales dant citationes

personales super participibus, & faciunt citari totam patriam ad unam uel duas leucas circumquaq; & tales qui nouerunt excommunicatum, benè XL, LX, uel centum personæ, purgantur super participatione prædictorum. Ex quo sequitur, quòd probi homines antiqui & senes, redimunt se, quilibet de duodecim denarijs, uel de duobus solidis, pro uitandis pœnis: & multæ uineæ & terræ dimittuntur incultæ, & plures boni homines loca propria dimiserunt.

Item dicti officiales imponunt pluribus personis famæ laudabilis & honestę uitæ, quòd sunt usurarij: & oportet eos cum ipsis officialibus concordare, pro euitanda eorum infamia & labore.

Item dicti officiales faciunt citari aliquem bonum hominem coniugatum, & imponunt ei quòd adulteratus est cum aliqua. Et similiter mulierem aliquam coniugatam, imponendo sibi quòd adulterata est in perpetuam infamiam ipsorum coniugum, & cum hoc extorsionem pecuniarum recipiunt ab eisdem.

Item memoria sit de magna multitudine procuratorum, qui comedunt totũ mundum uirtute citationum, & recipiunt homines in gardia sua, & per uillas tenent placita & assisias suas, & authoritate sua relaxant citationes propter pecunias quas extorquent & recipiunt ob hoc ab eis citatis.

Item alia grauamina quæ capitula, abbates, priores, hospitalarij, & aliæ personæ Ecclesiasticæ regni Franciæ faciunt contra populum. Talia sunt, Quia faciunt citari plures burgenses Regis, et alios in pluribus & diuersis locis per priuilegia, uidelicet Baiocens. Nannectans. in Britannia, Lugduni, Masticoni, & alibi, specialiter hospitalarij magis utuntur istis communiter quàm alibi, ex quibus multum damnificatur populus, & grauabitur multipliciter in futurum, nisi remedium apponatur.

Item iudices Ecclesiastici quocunq; casu nituntur habere cognitionem iniuriarum, siue in uerbis siue in factis cõmissa sit iniuria: nec non uxores clericorũ, licet sint mercatrices, et eorũ mariti similiter mercatores. Et si aliquando tales cõiuges capiantur per iudices seculares, officiales faciunt cessum opponi in parrochia illa, uirtute cõsilij Siluanectensis.

Item uoluit habere cognitionem bonorum tam mobilium quàm immobilium, uiduarum. Et si contingat, quòd aliqua uidua mercatrix in uilla Regis per uiam arresti, laicam personam faciat conueniri coram iudice seculari, & iam sit processum, quòd persona illa laica fuerit per sententiam iudicis secularis in petitis uiduæ condemnata: si ueniat ad notitiam iudicis Ecclesiastici, quòd uidua illa in aliena curia suum conuenit debitorem, ipse iudex Ecclesiasticus trahet ipsum ad emendam, & compellet eum emendare per monitiones & sententias. & hoc sæpè contingit.

Item plures habitatores terræ dictorum prælatorum, uocant se inuicem ad curiam officialium ex quadam appellatione uologia, et nituntur officiales de talibus appellationibus cognoscere in præiudicium iurisdictionis temporalis Domini Regis.

Item si quis in Briga, ubi sanguinis effusio facta fuerit, capiatur, per aliquam iustitiam seculatem puniendus, si laicus restituendus iudicio Ecclesiastico, ac si clericus existat: si talis captus appellat ad curiam officialis, uolunt dicti officiales de hoc cognitionem habere, etiam de laico sicut de clerico. Et cum hoc nituntur exigere emendam à curia seculari, quæ prædictam fecit captionem: & si hæc permitterentur, nunquam malefactores punirentur. Quia in continenti appellarent, & post appellationem statim fugerent.

Item si faciant citari plures ex officio, ipsi non admittuntur per procuratorem: & si ad diem sibi assignatam accedunt, imponitur eis, quòd usurarijs: & nisi respondeant ad uoluntatem promotorum, detruduntur, licet sint puri laici: neque liberantur, donec finantiam fecerint pro uoluntate officialium, licet non sunt usurarij. & si qui sunt usurarij, officiales recipiunt ab eis emendans: & postea sicut prius permittuntur exercere usuras, ut in eis solitas emendas exerceant.

Item capi faciunt per suos seruientes, clericos in quocunque trelfundo, absque hoc quod iustitiam loci faciant appellari: & si per aliquos in hoc impediantur, ipsi compellunt eos per sententiam excommunicationis ab impedimento desistere. Item quotiens iudices tem-

A iudices temporales capiunt aliquem, qui postea requiritur, & redditur tanquam clericus iudici Ecclesiastico sine difficultate quacunque, nihilominus dicti officiales faciunt ipsos iudices excommunicatos à Canone nunciari.

Item faciunt prælati tonsuras hominibus XXX. annorum, & ultra, et etiam coniugatis aliquibus, quando ueniunt ad eos metu intrusionis carceris, et punitionis alicuius criminalis delicti, quod antea perpetrauit. et hoc pluries fuit factum.

Item si contingat, quòd aliquis homo Regis, uel alterius cuiuscunque excommunicatus existat, et uelit satisfacere, et facere se absolui: gentes prælatorũ exigent ab eo emendam ad ipsorum arbitrium, unde plures remanent in excommunicatione.

Item, postquam propter debitum duarum personarum ad inuicem contendentium, super possessione alicuius rei immobilis, res contentiosa posita in manu Regis per
B aliquem seruientem Regis, monent ipsum ne perturbent alteram partium in possessione: quod si fecerit, excommunicant eum.

Item dicti prælati, decaniq; & capellani, & aliæ gentes Ecclesiasticæ, tot & tantos labores dant officiarijs Regis, ratione iurisdictionis Regiæ, sicut prædicitur usurpatæ, quòd plures officiarij Regij expenderunt de suo pro iuribus Regis obseruari: & per uexationes & labores faciunt eis expendere quicquid habent.

Item si aliquis iusticiarius laicus, pro certa & iusta causa ad requestam partis apponat manum suam in rebus hæreditarijs clericorum, iudices Ecclesiæ & eorum ministri faciunt monitiones in scriptis contra dictum iusticiarium sub pœna excommunicationis, & sub pœna pecuniæ, ut manum suam leuet & amoueat, & iniungit eidem, ut alteram partem de prædictis rebus gaudere permittat: alias ipsum denunciant excommunicatum: à qua sententia absolui non potest, nisi redimat se ad officialis arbitrium, in præiudicium resorti domini Regis.

Item iudices Ecclesiastici quàm citius audiunt, quòd aliquis dives decessit, uel co-
C gitant quàm citò debet decedere, ipsi mittunt literas clausas capellano suo, quod nullatenus audeat inhumare ipsum, licet fecerit testamentum, & Ecclesiastica sacramenta receperit: & postmodum cum amici defuncti ad eos accedunt, scituri propter quæ faciunt hoc: dicti officiales asserunt, quòd dictus defunctus fuit usuratius, uel mandata Ecclesiæ non seruauit. Et tam diu faciunt corpus super terram teneri, quod oportet amicos redimere de magna quantitate pecuniæ, & per talem modum magnas pecunias habuerunt.

Item si in aliquo cœmiterio fiat effusio sanguinis uiolenta, propter quam ponatur interdictum, ipsi prælati faciunt impositionem fieri decem librarum super omnibus parrochianis pro salario suo reconciliationis cœmiterij memorati, licet aliqui parrochianorum à sua iurisdictione sint exempti: etiam licet illi tantum habeant, uel plus, de bonis illius, qui talem uiolentiam commisit.

Item aliqui capellani dicunt se habere priuilegia Apostolica, quorũ uirtute sibi con-
D stituunt iudices, quos uolunt, & aliquotiens de suo proprio collegio. Et sicut iudices in suis causis existunt, quod de iure non possunt: unde contingit quòd post magnos processus, & expensis factis in aliqua magna inquesta, sæpius super realitate quàm alias ad eorum notitiam per consiliarios uel procuratores suos peruenit, quod ipsi debent in causa succumbere, in continenti reuocant suos iudices memoratos, & sic sunt subditi Regis damnificati, nec possunt ius habere ab ipsis.

Item si laicus uocat clericum in causa hæreditaria coram iudice seculari, ipsi iudices Ecclesiastici faciunt cessare processus, sibi cognitionem attribuentes. Et cum hoc pro impetratione talium adiornatorum, trahunt laicos ad emendam.

Item cognitionem clericorum coniugatorum, mercatorum, qui sunt manu operarij, quorum cognitio pertinet ad iudices seculares, specialiter super facto mercaturarum suarum attribuere sibi nituntur Ecclesiastici iudices.

Item pluries posuerunt interdictum in pluribus uillis, castris Regis, & diuinum officium cessare fecerunt: contra priuilegia quæ habuit dominus noster Rex, à plurimis summis Pontificibus.

Item pro custodia temporalitatis sue, faciunt clericos suos balliuos & seruientes suos: & sic quando delinquunt, non possunt puniri, sicut decet, propter quòd iusticia non seruatur.

Item iudices Ecclesiastici habent procuratores, qui si teneant aliquem excommunicatum, siue iusta sit sententia, siue non, ipsi faciunt monitiones fieri, quòd nullus operetur uel faciat negocium qualecunque ei qui in tali statu consistit: propter quòd terræ & uineæ sæpè remanent incultæ, in præiudicium communitatis populi & Regis.

Item promotores prædicti faciunt fieri citationes, per quas citari faciunt uiginti, triginta, quadraginta personas uel amplius in citatione, imponentes eis quòd participauerunt cum talibus interdictis: & de uno capiunt decem, de altero uiginti solidos, secundum quod possunt, unde communis populus est multum oppressus & grauatus.

Item iudices Ecclesiastici faciunt iurare omnes aduocatos curiarum suarum, quòd nullus litigabit sine eorum licentia contra eos, propter quos ius pauperum multotiens perit, & causæ Regis retardantur: quia proprij pensionarij Regis non sunt admissi ad ipsorum consilium accedere, nisi de ipsorum iudicum licentia speciali.

Item uolunt inuentaria facere de bonis illorũ, qui ab intestato decedunt: uolunt q bonorum tam mobilium quàm immobilium possessionem habere, & ipsa per manus eorum destribui hæredibus, uel illis quibus uolunt conferre.

Item testamenta quique uolunt per manus suas executioni tradere, inuentaria facere bonorum defunctorum, eademq; seruare, & hæredibus distribuere: & habent officiales, qui super his exequendis duntaxat deputati existunt.

Item si aliquando testamentis coram tabellionibus factis nolunt adhibere fidem, nisi prius per ipsos officiales fuerint approbata.

His auditis, dixerunt prælati, quòd super his uolebant deliberare. & fuit assignata dies Veneris sequens, qua die respondit pro prælatis dictus dominus electus Senon. Et proposuit infra scripta apud Nicænas. ubi Rex tenuit dictam diem, dicens sic uidelicet: Quia dominus Petrus de Cugnerijs pridie proponens contra Ecclesiam Gallicanam, cœpit thema suum, quod scribitur Matth. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo. In quibus uerbis dicebat notari duo: Primò, prælatorum ad Regis obedientiam, reuerentiam & subiectionem: Secundò, iurisdictionis temporalis & spiritualis diuisionem. Et primùm probabat, per illud quod scribitur 1. Petr. 2. Subiecti estote omni creaturę propter Deum, siue Regi quasi præcellenti, siue Ducibus tanquam ab eo missis in uindictam malorum, laudem uerò bonorum. Luc. 22. cum dicerent Apostoli, Ecce gladij duo hic: dixit Deus, sufficit. Per duos gladios, intelligens duas iurisdictiones.

Item quòd Christus pro se & Petro uoluit soluere tributum, Matth. 17. ad dandum exemplum, quomodo Ecclesiasticę personæ tenebantur soluere, & reddere potestati temporali temporalia. Et hoc confirmabat per hoc quod scribitur 11. quæst. prima, cap. si tributum, & cap. magnum. Item quia hoc cauetur lege humana, cum dicitur: Magna duo dona collata sunt, sacerdotium & imperium. Sacerdotium, ut diuinis: imperium, ut humanis præesset. in corpore Autenticorum, Quomodo oportet ipsum & clericos ad ordines perduci, in principio collationis primæ. Ex quibus concludebat, quòd cum istæ iurisdictiones sint distinctæ à Deo, & una sit reddita siue credita Ecclesiæ, & alia dominis temporalibus, quòd nullo modo Ecclesia debeat intromittere se de iurisdictione temporali, cum scriptum sit Prouer. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Et benè signanter dicit Antiquos: quia consuetudines, si quæ essent ad oppositum introductæ, non ualerent: quinimo essent potius corruptelæ. Nec præscriptio potest habere locum nisi ius fisci sit impræscriptibile: nec Rex etiam posset à se tale ius abdicare, sicut probatur per multa cap. quæ sunt decima distinctione. Quare cum Rex in sua coronatione iuraret iura regni non alienare, & alienata ad se reuocare, si per Ecclesiam aut per quemcunque alium erant usurpata, tenebatur Rex per iuramentum, ad se illa reuocare.

Post propo-

A Post propositos prædictos articulos, ostensasq; rationes cur ferenda amplius talia cleri onera uel iniuriæ potius non sint, responderunt contrà Episcopi & prælati, quantum potuerunt, certatumq; est diebus aliquot ultro citroq;: cum & clerici peterent ne iura ac priuilegia Ecclesiarum imminuerentur, & procurator regni negaret, ea ad ipsorum privilegia ac iura pertinere. Sed adscribam aliquid de secutis dictis.

Post hęc die Veneris sequenti apud Nicænas uenerunt prælati coram domino Rege, ad audiendum responsionem suam, ubi dominus Petrus de Cugnerijs dictus proposuit pro domino Rege, sic dicendo: Pax uobis, ego sum, nolite timere. & prosecutus est, qualiter præfati non essent turbati de aliquibus quæ essent dicta: quia intentio domini Regis erat seruare iura Ecclesiæ prælatorum, quæ habebant tam de iure quàm de consuetudine bona & rationabili. & interseruit inter primam conclusionem & ultimam,

B quia talia erant temporalia, quæ debent pertinere ad temporales, & spiritualia ad spirituales. Et ultra propositiones, quas alias proposuit, allegauit 86. dist. ad uerum. Allegauit etiam, quòd propter hoc clericis radebantur capita, in signum, ut temporalia abijcerent. Et allegauit ad hoc 12. q. 2. Duo sunt genera. Item dicebat, quòd de iure habebant prælati cognitionem in certis casibus in iure expressis: unde isti casus faciebant regulã contra eos. Ad hoc allegauit de reg. iu. ca. 1. ff. de lega. 1. l. Titie textoris. Item dicebat, quòd ratione peccati non poterat ad eos pertinere: quia decret. Nouit. loquebatur de facto Regis Franciæ, qui superiorem non habet: sed in alijs dicebat secus. Cum istis allegatis dixit & conclusit, quòd dominus Rex paratus erat audire informationem eorum, qui uellent eum super aliquibus consuetudinibus informare, & illas consuetudines, de quibus esset informatus, quæ essent bonæ & rationales, faceret obseruari.

Postmodum die Dominica sequenti iteratò uenerunt prælati ad dominum Re-

C gem apud Nicænas, & proposuit dominus Senon. ultimam suppositionem factam per prælatos, & ultimam responsionem factam pro parte domini Regis. Quod cum dominus Bituticen. significasset prælatis, dominum Regem dixisse, Non timerent prælati, quia nihil suo tempore perderent, & quòd defenderet eos in suis iuribus & consuetudinibus. Quia nolebat tempore suo exemplum dare alijs Ecclesiam impugnandi. Quæ uerba asseruit ibidem se dixisse. De quibus uerbis idem dominus Senon. nomine prælatorum regratiatus est domino Regi. Secundò dicit idem dominus Senon. quòd quædam præconizationes factæ erant in præiudicium iurisdictionis Ecclesiasticæ, quas supplicabant renouari. Tunc dominus Rex respondit ore proprio, quòd non erant factæ de suo mandato, nec aliquid sciebat, nec eas ratas habebat. Tertiò dixit, quòd de aliquibus abusibus, de quibus temporales erant conquesti, taliter ordinauerant prælati, quòd dominus Rex & cæteri meritò deberent contentari. Quartò supplicauit sibi, quòd

D uellet eos consolari de benigna sua responsione clariori.

Tunc respondit dictus dominus Petrus pro domino Rege, quòd placebat Regi, si prælati emendarent ea quæ essent emendanda & corrigenda: & dominus Rex expectaret usque ad festum natiuitatis Domini proximè uenturum, infra quem terminum nihil innouaret. Et si infra dictum terminum prælati non emendassent emendanda, uel correxissent corrigenda, dominus Rex apponeret tale remedium, quod esset gratum Deo & populo. Et sic prælati receperunt licentiam à domino Rege, & recesserunt.

Sic re aliquandiu ultro citroq; agitata, cum Episcopi & prælati se suo solito more reformarent, ita nempe, ut specie ac uerbis iniuriarum quandam alleuiationem simularent, re autem ipsa eas potius augerent & aggrauarent quàm diminuerent: demum Rex seuetam quandam legem tulit, qua talem prælatorum audaciam & tyrannidem cohibuit, seq; ac suos in libertatem asseruit. Quid Carolus V. egerit in eadem causa postea in proprio titulo dicetur.

Item Carolus sextus Rex Galliæ, ita in quodam suo edicto de cur. Rom. ac Papæ tapacitate queritur,

CArolus Dei gratia Francorum Rex, uniuersis præsentes literas inspecturis salutem. A
Notum facimus, quòd cum nuper pro parte quàmplurimorum numero grandi
regni nostri prælatorum, Parisijs nunc existentium, nec non filiæ nostræ dilectæ
Vniuersitatis studij Parisiensis, nobis querulosè fuisset expositum, quòd Ecclesiæ nostro-
rum prædicti regni, & Delphinatus Viennensis pro magnitudine grauium exactionum
& onerum, eisdem Ecclesijs tam per Benedictum Papam XIII. quàm suos antecessores,
contra communis dispositionem iuris impositarum oppressę, atque in tantum grauatæ
hactenus fuerant & erant, quòd eædem in magnam pauperiem ac ruinam corruebant,
& in desolationem undequaque uergebant, nisi per nos de remedio subleuarentur: Fi-
nantiæ etiam superijsdem Ecclesijs exactæ, de eodem regno nostro in magnum & irre-
parabile Reipublicæ regni eiusdem nostri præiudicium, exportabantur à nobis.

Impressi sunt cum Clemange Apostoli, aut responsio nationis Gallicę in Concilio
Constantiensi. De non soluendis Annatis oblati: qui plurimum huic negocio lucis affe-
rent, & digniſsimi sunt, qui & alioqui legantur: Quare eos apponam.

Apostoli & Responsio Dati per Nationem Gallicanam dominis Cardi nalibus & cætera, appellantibus ab eiusdem conclusione, uoto, deliberatio-ne, ac declaratione Constan. captis & factis solenniter per eandem, quòd uacantiæ, ac minuta seruitia nullo iure sint debita, & de cætero nihil soluant.

CVm Euangelica ueritas dicat, nihil cum scandalo fiendum esse, subiungit tamen,
quòd necesse est ut ueniant scandala, sed imputet sibi per quem uenit scandalum,
maximè actiuum: quia passiuum uel defensiuum communiter non est in dolo,
nec in culpa. Cum autem uenerabilis natio Gallicana, & ipsius uenerabilia, ac honora-
bilia supposita, tam maiora, mediocria, quàm inferiora Constant. congregata, pro gene-
rali concilio inibi conuocato & debitè congregato, pro deducendo in eo id in quo ha-
bent uoces iudicatiuas, consultiuas, & querelosas, secundum materias suppositas, & re-
lationes debitas cogatur respondere, & apostolos (ad quos teneri posset) dare cuidam in-
terpositæ appellationi pro parte magistri Ioannis de Scribanis, asserentis se procurato-
rem, fiscalem, nomineq; cameræ Apostolicæ & sibi adhærere uolentium, & pro ipsius
nationis honore, & conclusionis in ea habitæ (ex qua oriri dicitur interposita appellatio)
iustificatione, ac ueritatis manifestatione, in responsione huiusmodi & apostolorum pe-
titorum datione ordinetur ueritas, quæ si scandalum generet apud aliquos, uel etiam ali-
cubi, hoc causam actiuam præstantibus, non autem uenerabili nationi Gallicanæ de-
fensiuam assumenti, suæq; Ecclesiarum, ac monasteriorum, cæterorumq; beneficiorum
apud ipsam portionem necessitatibus prospicienti, ascribatur.

Descendendo igitur ad materiam, nouerit idem magister Ioannes de Scribanis, do-
minique Cardinales, ac eorum collegium, & cæteri uniuersi, qui tunc & nunc pro genera-
li consilio sunt & fuerunt Constantini congregati, fuisse ordinatum, quot deputarentur
de singulis nationibus certi, qui cum deputatis dominis Cardinalibus conuenirent ad
aduisandum quæ essent reformanda in curia Romana, tam in capite, quàm in ipsius
membris, & de modo pro futuro prouidendi, sicut factum fuit & est inter sic deputatos
nationum, cum quibus fuerunt & tunc erant domini Cardinales Pisanus, Camerarien-
sis, & Florentinus, qui domini Cardinales contradicentibus deputatis nationis Gallica-
næ aperuerunt materiam annatarum, & iurium ac minutorum seruitiorum, & quan-
tum potuerunt, fundauerunt eas esse debitas, adducendo in medium rationes & iustifi-
cationes, quas per prius longè aduisauerunt. Discussione facta inter omnes, ualidiori-
bus rationibus & authoritatibus iuris diuini pariter & humani demonstratum est non
esse debitas, Et quamuis dedissent operam ad trahendum ad eorum opinionem quos
potuerant,

A potuerant, inductione tamen facta de singulorum deputatorum uotis, longè maior fuit pars quòd non debentur, nec ulterius tolerari deberet. Propter quod domini Cardinales concludere noluerunt, sicut & in alijs fecerant & sic fuerunt primi qui materiam promouerunt, & aperuerunt unde secuta sibi imputent, & nulli alteri.

Nouit etiam idem de Scribanis dominiq; Cardinales & cæteri alij, deputatos fuisse certos alios de singulis nationibus ad aduisandum de remedijs & modo procedendi, & prouidendi in exorbitantijs exorbitanterq;, ac indebitè factis de præterito in curia Romana per olim Ioan. tunc Papam, & alios de tempore suo, inter quos fuit aduisatum, quod dominus Ioan. præfatus, & curia sua Romana Apostolica, & domini Cardinales, & eorum collegij camerarius, siue pro camerario se gerens, à beneficijs prælatorumq; & prælaturarum uacantibus, & quotiens uacabant (etiam si ter aut pluries uacassent in anno) pro qualibet mutatione tituli uoluerunt habere & exigere fructus primi anni be-
B neficij, siue prælaturæ uacantis, & aliquando longè ultra, & quandoque Papa qualibet uice annatas uacantes habebat, & Cardinales nihilominus partem mediam, quodque propter uacantes fuerunt quandoque priuati prælati & translati inuiti, & quandoque propter plus offerre (sumptis alijs coloribus) assumpti & alij prælati, qui fortè non fuerunt præferendi: ex quibus sequutæ sunt strages, guerræ, scandala etiam nondum sopita.

Et quia exorbitanter factum fuerat, & contra ius & iusticiam, in oppressionem prælaturarum, Ecclesiarumq; monasteriorum, & beneficiorum, & etiam personarum quibus contigerat, & ita factum fuerat per eosdem deputatos, pluribus rationibus fuit concluſum, non debitum, & esse tollendum de præterito: & per aliquos ex eisdem fuit dictum, propter easdem rationes & infra dicenda esse extendendum ad futura, Et super hoc fuit composita schedula, & inter eos lecta: & sicut solet fieri, communicata. & deinde ad nationes singulas missa, saltem per deputatos dictæ uenerabilis nationis Gallica-
C næ fuit relata in eadem atque electa, & communiter super ea solenniter septem diebus deliberatum successiuè, scientе dicto de Scribanis, dominis Cardinalibus collegialiter ac singulariter, qui etiam in huiusmodi odium & uindictam, dixerunt aliquos notabiles prælatos excommunicatos, contra rei ueritatem, etiam ex ipsorum parte eorum nominibus non expressis. M. Io. Ponceti pro eorundem collegio clerico & promotore se gerenti, qui se interponere appellationem dixit, alijsque nationibus, & cunctis Constan. pro generali concilio congregatis scientibus, & debitè in ea concluſum fuit de præterito, præsenti, & futuro esse tollendum.

Causa uerò motiua rationes q́ue & iura recollecta (quantum fieri potuit) ex dictis diuersorum, qui in dicta natione deliberauerunt, & alias aperta fuerunt, subsequenter exprimuntur, & iuxta Gregorij responsiuum oraculum, & concilij Lateranen. prohibitiuum editum, initium & causam debendi istarum præstationum fructuum primi anni prælaturarum, dignitatum, uel beneficiorum uacantium, qui asseruntur debiti, &
D quos uolunt exigere, diligenter inquirentes, priuilegio, consuetudine, aut præscriptione non posse defendi certum est, sicut fuit obseruatum, & de non uacantibus in curia secundum antiqui iuris ordinem, nullum reperiri posse initium, præterquam reseruationem quandã temporalem, primo per Ioannẽ Papam XXII. factam pro certo passagio ultramarino, & quibusdam alijs necessitatibus suis de omnibus dignitatibus & beneficijs, exceptis Abbatialibus. Propter quod seruatum est in Anglia usque ad hodiernum diem, nihil sedi Apostolicę soluere pro huiusmodi Abbatialibus fructibus Abbatiarum uacantiũ. Excepitq; Episcopales, & etiam alias supra maiores per expressum, certasq; postmodum fecit super illis declarationes.

Deinde postmodum nonnulli Romani Pontifices ipsius successores, etiam certis temporibus similes fecerunt reseruationes certis causis expressis, quas clerus, Principes, & populus aliquo tempore tolerarunt, sed postmodum nimium grauati ex eis in aliquibus regnis & prouincijs recusauerunt soluere, prout fuit factũ in Anglia, & quibusdã alijs

eo quòd per modũ facultatis toleratum fuerat. Et sic quantumcunq; eis placuit, licitè po-
tuerunt, atq; possunt recusare, maximè quia cessant causæ, quæ tunc erant, eo quòd non
fit passagium ultra marinum, uel aliud uirtuosum ex talibus pecunijs. Et quia Italiæ, Gal
liæ, Alemaniæ, & Angliæ partes per Dei gratiam sunt unitæ ad inuicem propterea tole-
rari non debent, cum propter diuisionem temporibus retroactis aliquantulum diutius fu
isset toleratũ, nec sine reseruatione, aut contradictione (quæ impediunt & cessare faciunt
faciunt exactionem) reperitur talis præstatio decem annis continuata, & quando erunt
talia, præscriptionem non inducunt maximè de supremo ad inferiores, & minus con-
suetudinem, ut est iuristis notum, & infra expressius dicetur.

De uacantibus uerò & fructibus primi anni maiorum prælaturarum, Abbatialiũ
um, uidelicet Episcopalium, & supra nullum aliud initium fuisse inuenitur, quam uo-
luntaria & gratuita oblatio quorundam, qui in discordia electi ad Abbatialem, uel ca-
thedralem Ecclesiam, dum prosequerentur, in curia per appellationem ad eam factam,
per eum qui obtinebat finalem uictoriam, promouebatur siue eligebatur. Et talis ob-
latio & gratuita datio, iuxta uulgare italicum dicta fuit seruitium, & secundum Alema-
nos propina dicitur. Et dicta fuerunt seruitia communia: quia communiter inter eos
diuidebantur, eo quòd singulos quibus dare uolebat, non conuocabat, & singulis dare
fuisset nimium onerosum his qui tunc agebant in publico consistorio, sed postmodum
duductum est in consistorium secretum, quod tamen fuerat & simoniacum, uel mul-
tum de simonia suspectum, & species mali crudelis, etiam si prætextu consuetudinis.
Tum quia ante uel post promotionem ad huiusmodi dignitates, aliquod huius prætex-
tu dare uel recipere secundum sacros Canones est etiam prohibitum. Tum, quia alie-
natio est talis oblatio, datio, uel obligatio, quam etiam facere non potest talis electus uel
promotus. Et successiuo tempore uolentes gratuitè dare & uoluntariè conferre sum-
mam certam, uel aliquid, eo quòd tunc nulla certa taxa est in camera, quo ad aliqua, ad
tertiam partem ualoris Episcopatus, monasterij: aliqua uerò ad mediam, in aliquibus
etiam taxa dictum ualorem excedit, prout in libris cancellariæ scriptæ sunt: & ultra pro
minutis seruitijs compulsi sunt dare & offerre ad soluendum se & monasterium, siue eti-
am obligare per suarum literarum retentionem.

Et nouissimè additum est, & compelluntur per eandem retentionem se obligare
ad id, quod repetiretur esse debitum in libris eorum cameræ, siue dominorum Cardina-
lium per oblationem uel obligationem alicuius prædecessoris monasterij uel Ecclesiæ,
ad quam assumitur, uel transfertur. Ex quo resultat periculum & maxima absurditas,
propter diuersitatem librorum, in quibus diuersimodè possunt scribi solutiones, uel non
scribi, secundum diuersitatem uel obligationem, aut fortè malitiam officiariorum, qui
præsunt talibus, prout quandoque compertum est, quemadmodum de hoc per formas
obligationum, quas super hoc habent in cancellaria, & quas in talibus obseruant (quas-
rum copia inferius scribitur) poterit constare plenius. Et nullus talis modus inducit con-
suetudinem, præscriptionem, nec iustam causam talia exigendi, uel etiam obseruandi.
Tum quia gratuita uel uoluntaria oblatio unius uel plurium singularium, non inducit
consuetudinem uel obligationem ad quam teneantur alij, nisi uelint, cum hoc sit per mo
dum facultatis, quod præscribi non ualet.

Nec est ius continuum, quia respectu diuersorum & separatorum corporum obla-
tio, & datio perfecta est, quæ per successores continuata non est: & si continuata foret,
nihil refert ad alios: & quia etiam quamplures ex illis qui obtulerant & debebant, seq; ad
soluendum obligauerant, postmodum recusauerunt soluere tanquam indebitum, nec
etiam soluerunt. Tum quia nullo statuto, priuilegio consuetudine, præscriptione, aut alio
titulo potest induci, quod propter conferre, aut consentire promotioni, aut electioni alij
cuius monasterij, uel Ecclesiæ cathedralis, siue ut præficiatur administrationi prælaturę,
beneficij, siue Ecclesię, aliquid possit uel debeat peti uel exigi, eò quod secundum Apostoli
licas & Canoni

A licas & Canonicas traditiones, clarissimè foret simoniacum. Tum, quia non petuntur, neque exiguntur hæ annatæ per cameram Apostolicam & dominos Cardinales, ex eo quòd uacant: sed quia conferunt, seu quia collationi & promotioni, quæ fit per Papam, assentiunt. Et hoc est clarè secundum Canones simoniacum. Tum, quia constat, quòd propterea exiguntur quia conferunt, seu electioni uel promotioni consentiunt, & non quia uacant, eò quòd ab illis qui promouentur ad prælaturas huiusmodi extra curiam, & per alium quàm per Papam, nihil habent, uel exigunt. Et constat etiam ex eo quod nihil percipiunt in tali exactione, nisi domini Cardinales, qui actu sunt præsentes, & tamen de iure communi omnes Cardinales etiam absentes participarent, si quia uacant, deberentur uel exigerentur. Tum quia talis usus uitiosus, inhonestus, continens speciem mali, & de iure prohibitus: propterea nulla consuetudo potest super eo situari, & minus præscriptio induci.

B Violentantur enim qui in curia promouentur, ad dandum & offerendum, seq; & monasterium siue Ecclesiam, ad quod siue ad quam promouentur obligandum, ad soluendum taxam, siue quotam, quæ refertur eis esse in libris cameræ cum minutis seruitijs, & omne illud & quicquid reperitur, debitari per dationem uel obligationem consimilem factam cameræ Apostolicæ, & dominis Cardinalibus suorum prædecessorum, per literarum suæ promotionis retentionem & detentionem. Et tales modi nunquam inducunt consuetudinem, neque præscriptionem, cùm sint uiolenti: & cum hoc resultat alia uiolentia: quia quantumcunque promoti, benedicti, uel consecrati, & notum sit monasterijs uel Ecclesijs, quibus præficiuntur, sine literis huiusmodi non possunt intrare possessionem: propter constitutionem pœnalem factam in fauorem huiusmodi indebitarum exactionum, quæ incipit, iniunctæ. Tum simoniacum uel suspectum de simonia: quia petuntur fructus primi anni, & soluitur in curia realis pecunia pro fructibus

C colligendis in partibus: & quia soluitur ante tempus: & quia quandoque soluitur tum cameræ, & ante adeptam possessionem: & nihilominus Cardinales taxam requirunt, & per retentionem literarum exigunt re uel obligatione quando possunt. Tum quia ex præmissis infertur rationabilis diffamatoria murmuratio contra Romanam curiam, quam Deus seruare puritatem & iusticiam, & ab omni specie mali abstinere uolu-it, resultatq; infectio & nullitas omnium & singulorum quæ fiunt in præmissis datione, oblatione, obligatione, siue contra obligantes fulminationem & summissionem, propter modum & causam, ex quibus fit concurrentia in actu, qui non tenet.

Propterea qui dicuntur incidere in sententijs, quæ huiusmodi occasione feruntur, non debent eas tenere, nec timere, nec uidentur absolutione indigere. Propter enim prædictam concurrentiam continent errorem intolerabilem, & quia contra ius constitutionis. Nam uiderentur hominem obligare ad incidendum in hæresim, largo sumpto uocabulo, uidelicet quòd sit licitum spiritualia emere, uel pro spiritualibus pecuniam &

D temporalia dare. Tum quia talis consuetudo, præscriptio, seu priuilegium quando est sent, nimium foret Ecclesijs, clero & prouincijs onerosa, & substantiarum Ecclesiarum destructiua. Et propterea de iure nulla esset præscriptio, quæ nullatenus procederet, & priuilegium (si quod appareret) non solum de iure decurtandum, sed etiam totaliter submouendum, utroque iure hoc testante clarissimè. Tum, quia prælatus quilibet, qui in curia promouetur ad monasterium uel Ecclesiam cathedralem, antequàm suæ expeditis in cancellaria expeditis, & deinde bullatis, ac etiam registratis portantur ad cancellariam, à qua haberi non possunt, nisi primò se obliget, ut præfertur, quæ obligatio est alienatio clara.

Et sic promotus uidetur cogi committere simoniam & simul periurium. Tum quia non fuisset credendum, nec est, cameram Apostolicam, ac dominos Cardinales, aut quoscunque alios, propter quodcunque lucrum, siue temporale commodum, uelle sustinere, aut etiam defendere tantam inhonestatem, prætextu cuiuscunque consuetudinis, præscriptionis, aut priuilegij, etiam quando essent, in quibus includuntur labes

simoniæ &

simoniæ & clarum periurium, scandalumq; et damnatio animarum. Tum quia adhuc præmissis cessantibus, et supposito quod annatæ petitæ deberentur, tollendæ sunt ex toto causis et inconuenientibus ac scandalis sequentibus. Nam licet secundum Apostolicam doctrinam, Papæ potestas à Christo immediatè sit, tamen est ad Ecclesiæ ædificationem & non ad ipsius destructionem, quæ tamen resultaret in obseruatione prædictorum: estq; huiusmodi potestas ordinata ad iusticiam, & rectum judicium exercendum, quod non obligaret et cessaret in exactionibus præmissis, habetq; præsidere propter bonum publicum, & salutem animarum, & non propter seipsum, alias uideretur abusus.

Nec uidetur facultas Papæ, nec Ecclesiæ Romanæ concessa, neque eis competit pro libito uoluntatis, exactiones siue præstationes aliquas imponere Ecclesijs, aut personis Ecclesiasticis, cum eorũ non sit dominus, sed tantummodo Christus, maximè per quas cauetur ipsarum oppressio, uel inde oriatur scandalum, deturq; causa murmurandi, uel etiam resultet detrimentum animarum, aut frustretur, siue fraudetur intentio fundatorum Ecclesiarum cathedralium, monasteriorum, & aliorum inferiorum beneficiorum. Tum quia per exactionem prædictarum annatarum tam ardenter et inhonestè exactarum, sine cleri principumq;, in quorum dominio sunt, et eorum de genere, qui ea fundauerunt expresso consensu, et leuem decimæ impositionem sequutæ sunt oppressiones in clero & in Ecclesijs, et inde murmurationes graues exortæ, et apud Regem magnos que Principes, & alios nobiles et illos de populo usque ad plebeios scandala, quia uident pati ruinas Ecclesias cathedrales, monasteria, aliaque beneficia, quæ sui primogenitores & alij magnates fundauerunt et uberanter dotauerunt, et largiti sunt ducatus, comitatus, & alias dignitates temporales, baronias, castra, terras, iurisdictionem, et alia temporalia bona, pro sustentatione ministrantium in diuinis, et ad diuini cultus honorem et augmentum, suorum que peccaminum expiationem, alimentationem pauperum, redemptionem captiuorum, Ecclesiarum ipsarum ædificationem et reparationem, terrarum, & possessionum, Ecclesiarum et monasteriorum culturam, iurium ipsarum prosequutionem, conseruationem et defensionem, quæ omnia cessant, nec fieri possunt: sed numerum oportet, propter dictas intolerabiles exactiones. Tum quia scandalizantur, et inde murmuratur cum recurrunt ad causas, propter quas talia contigerunt, dicentes non fuisse intentionem fundatorum, nec eorum existere, quod propter tales exactiones, uel etiam similes, uel propter replere quadraginta aut etiam plures personas, deberent frustrari intentionibus suis fundatores, et ipsi in hoc pati uerecundiam, quod dotata per eos & largita tam exuberanter, deducantur ad ruinam, & patria reddatur infirmior ad se defendendum contra hostes, eò quòd castra & munitiones nec retinere, nec defendere possunt, quibus collata sunt, & propterea nolle pati omnino dicunt, cum talia & in nullo subdantur Papæ nec Cardinalibus, ut fiant eis tributaria, cum sint feudalia aut merè temporalia.

Tum scandala & murmurationes insurgunt, dum uident et sentiunt, exigi huiusmodi uacantias et præstationes sine pietate et misericordia, aut aliqua remissione, quantumcunque imporentes: & hoc notum fuit, sicut contigit in Abbate Saturnini Tholosani, compulso obligari ad taxam sibi relatam, quæ erat quatuor milium & ducentorum florenorum, & non ualet, annis omnibus (etiam uiuendo supra locum) quingentos, & tam ipse quàm plures alij compelluntur per exactores, deputatos usq; ad impignorationem terrarũ dotalium Ecclesiæ uel monasterij, et usq; ad uenditionẽ calicum, etiam non conflatorum, librorum, et aliorum ornamentorum, & bonorum aliorum Ecclesiæ, quæ petuntur soluere. Tum quia scandala, et murmurationes insurgunt, quòd propter huiusmodi exactionem prælati, et alij ministri reputantur per exactores excommunicati, & per processus ac literas, quas affigunt in locis publicis, eos denunciant, iniuriantur, etiam recundiam faciunt in diebus solennibus, nec corã alijs audent celebrare, licet in ueritate non teneant sententiæ. Inde scandalizantur Principes, & alij de populo, et in tantum

A arctantur ad soluendum, quod pro dilationibus non dantur nisi tres menses & pro litera & sigillo relationis sententiæ oportet soluere realiter tres uel quatuor florenos cum dimidio, si sit simoniacum uideat unusquisq;, & sunt in anno XX. floreni, sine eo quod dare oportet clericis ad huiusmodi prosequutionem deputatis, & quod expendit nuncius in eundo & redeundo, nec per hoc principale minuitur. Tum scandala sunt exorta, & non cessant propter exactiones prædictas, ex eo quod postquàm Ecclesia Romana continuauit tales exactiones, non cessauit à guerris, & maior solicitudo Romani Pontificis et suorum Cardinalium usq; ad Ioannem inclusiue nouissime depositum, fuit de guerrarum continuatione, in qua fit effusio humani sanguinis.

Et licet etiam habeat orientale imperium, non tamen cadunt honeste talia in uiris tam perfectis: & quia per humilitatem sanctimoniam, & deuotionem solebant iura Ec-
B clesiæ in esse conseruari, retineri, & acquiri sine artificiali gladio, aut alia uiolentia. Tum quia propter tam promptam numerationem huiusmodi uacantiarum & aliarum exactionum, camera ac alij domini Cardinales non curauerunt, neq; soliciti fuerunt de dote & patrimonio Ecclesiæ Romanæ, de quo uiuere possent & debent, neque de recolligendo tributa, pensiones, & debita, quæ rationabiliter eis deberentur, sed ea per expressum remiserunt & remittunt, prout fecerunt aliquibus communitatibus, etiam moderni domini Cardinales centum milia Florentinis, cum quibusdam alijs, Regi Apuliæ tributa pro quindecim annis, & cuidam Marchioni remiserunt: & ita fecerunt pluribus alijs, quibus concesserunt dari terras & castra patrimonij Ecclesię: de quorum fructibus uiuere habent, & uidentur quodammodo affectare occupationem dicti patrimonij, & non solutionem dictarum pensionum, & etiam tributorum: ut sub illo colore possint dictas uacantias & alias exactiones exigere, ac per hoc collationem beneficiorum et promotionem ad prælaturas retinere: ut inde magis ab illis de clero timeantur, et uniuersalius re-
C uereantur, & etiam honorentur, sicut de facto obseruant.

Tum scandala propter præmissas & similes exactiones, & ipsum modum exigendi in Gallijs exorta sunt, eo quod superstites de genere illorum, qui Ecclesias, monasteria, & alia beneficia dotauerunt: audientes referri quòd pro pecunijs beneficia habentur in curia Romana, & quòd propterea ruinæ & præmissæ beneficiorum destructiones sequebantur, querelam fecerunt fieri apud Regem Francorũ eorum summum Principem, in cuius parlamento & suo consistorio, auditis quæ fuerunt proposita pro parte cameræ Apostolicæ, & dominorum Cardinalium (quod benè sciunt aliqui ex eisdem) fuit clarè & ad plenum solenniter apertum, & euidenter monstratum, quod nullo iure deberentur, & quòd clara simonia in modo se habendi includebatur, quæ plurimum erat sibi periculosa, & ad ipsum spectabat (ut dicebant) in suo dominio reprimere tales abusus & uitiosos excessus: ne consentiendo iram Dei prouocare uideretur in seipsum, iuxta Gre-
D gorianam epistolam Theodorico & Theoberto Francorũ Regibus missam, in decretorum uolumine insertam. Fuitq; clarè demonstratum, quòd ultrà præmissa et multa alia inconuenientia, per tales exactiones uacuabatur regnum & dominium suum, pecunijs & diuitijs, quæ ad nullam pietatem applicabantur: sed postmodum malos & pessimos pariebant exitus, & causabant effectus, quodq; Romani Pontifices pluries fuerant moniti & requisiti, ut in his tam scandalosis & causantibus animarum damnationem prouiderent, & Canonicum ordinem darent, quod facere neglexerunt.

Certam igitur prouisionem tunc super his rationabiliter ædidit, quę per quoscunq; regnicolas & in dominijs suis domiciliatos, sub diuina & regia offensa seruanda est, & quando deberentur, propter tale scandalũ tollendæ sunt. Tum quia nec dicta prouisio taliter suffecit, quin per practicã Romanę curię aliqua pecunijs interuenientibus in dominijs suis beneficia cõferrentur, et resultaret quod prius per solennes suos ambasiatores adiunctis nuncijs notabilib. pro parte prelatorũ & cleri regni sui, atq; uniuersitatis Parisiensis destinatos ad Rom. urbẽ, inter cętera domino Ioanni tunc in sede Apostolica et Rom. sedenti proponi, eumq; requiri, exhortari et moneri fecit, ut tales exactiones, per quas tales abusus sequebantur, & perditio animarũ submouere curaret, & prouidere non tardaret:

Qui uerbo

Qui uerbo reſpondit hoc ſibi placere, & totaliter ſubmouere uelle: & ſuper hoc onerare A
legatum, quem deſtinaturus (ut dicebat) erat ad Franciam. Et quia nulla prouiſio ſecu-
ta eſt, licet iuſte potuiſſet, ac poſſet iuxta dicti Gregorij epiſtolam, & alias de iure per leip-
ſum prouidere, magis mite in fauorem & honorem Eccleſiæ uolens in hoc ſe habere du-
ſtulit: & ſuis ambaſsiatoribus & alijs pro prælatis atque clero regni ſui, & Delphinatus
deſtinatis ad pręſens generale concilium, iniunxit hanc prouiſionem & remediationem
proſequi: quam multipliciter conantur quidã impedire, plus curantes de quæſtu quàm
animarum profectu. Tum quia multiplicatum eſt ſcandalum, & cauſa noua adiuncta:
ex eo quod dominus Ioannes olim Papa nouiſsimè deſtitutus, teſtificatur & ſe publicè
facit audiri: quod unum millionem & ſeptingenta milia florenorum auri habet in di-
uerſis locis repoſita: & collegium dominorum Cardinalium ad medietatem ſummæ
tantundem præſumitur habuiſſe: quorum fortè maior pars de Gallijs proceſsit. Quod
principes, clerus, & populus attendentes, magis commouentur ad exquirendum remer
dium: cum dictæ pecuniæ nullum profectum fecerint: ſed plures arces & Eccleſias mu-
culatunt, & cauſa deſtitutionis dicti Ioannis atque magni ſcandali.

Fuit ergo talis exactio cauſa tollendi, ne ſimilia futuris temporibus euenìant aut eris
am contingant: & ſi prædicti locum non habuiſſent uel habere poſſent, ſicut tamen ha-
bent, adhuc dictę annatæ & uacantiæ & huiuſmodi indebitæ exactiones ſunt tollendæ
& totaliter ſubmouendæ: quia dant cauſam proximam ſimoniæ committendæ in cu-
ria diuerſimode, infamantq; curiam Romanam, & infinitorum malorum dant occaſio
nem: & ſunt & fuerunt cauſa, quòd uenderentur beneficia Eccleſiaſtica, prælaturę, & dig
gnitates: & mercarentur. Sicut factum fuiſſe reperitur cum domino olim Ioanne Papa:
quod quamuis ſimoniacum non eſſet, ſicut eſt, tamen turpiſsimum, abominabile, ſcan-
daloſum ualde eſt. Tum quia ſub prætextu & colore ſoluendi uacantias ſecundum ue-
rum laborem & taxam antiquam prætenſam, triplicatur & quadruplicatur iuxta uen-
tum quorundam dicentium: quod ſicut offert iuxta taxam, ita poteſt offerre, & dare to-
tum ualorem unius uel plurium annorum: & per hoc promouentur ambitioſi, & male
morigerati, illiterati, & quibus deſunt aliæ uirtutes: recurrunt ad pecunias: repelluntur
literati uiri uirtuoſi non habentes pecunias: & futurum eſt de proximo, quod ſi ſicut fa-
ctum eſt, ita continuaretur in promotionibus & beneficiorum diſtributionibus, ſtudia
efficerentur deſerta: nullusq; curaret ſcire uel etiam ſtudere: & poſſet inde pati fides & re-
ligio Chriſtiana propter defectum doctrinæ maximum detrimentum.

Sunt etiam tollendæ & remouendæ: quia iuxta taxam prælaturæ uacantis, cui
committitur inquiſitio & proceſſus, mercatur & uult limitare ſalarium, quod aſſerit ſibi
debitum ab illo, pro quo debet relationem facere: & in ſecuro uult habere antequam re-
ferat: prout in hac uenerabili natione Gallicana per egregium dominum Paulum docto
rem alterius nationis conquirendo fuit notabiliter propoſitum: & aliquantulum calos
unus apertus: uidelicet quod quia tunc erat conuentũ cum Papa aliquem debere ſoluere
tria milia: qui relationem facere pro uacantijs debebat: uolebat habere trecentos, quos
oportebat detrahere de prædicta ſumma: eo quod promouendus nihil plus habebat: &
tunc Papa de ſuo proprio ſoluit quinquaginta, & C. procurauit pars propria: & ſic pro
quolibet miliario habuit quinquaginta: ſi ſit ſimoniacum, iudicent audientes.

Idem facit notarius, qui ſcribit in proceſſu: ſcutifer Papæ, & ſcutifer domini Cardi-
nalis referentis: qui de more mittuntur ad promotum, ut plurimum ad intimandum
ſuam promotionem: qui ſua ſalaria dicunt eſſe limitanda ſecundum quantitatem uac
cantiarum, & idem trium portarum oſtiarij, & quàm plures alij conſimiles, qui non ex
primuntur de præſenti. Tum quia promotus in curia propter tales angarias cogitur eſſe
paſsiuè uſurarius: & intrare manus mercatorum: qui pro quingentis mutuatis uolunt
habere & recuperare mille cum ſuo intereſſe: quod clare expertum eſt. Et adhuc cogitur
fieri ſimonia propter huiuſmodi maculatas exactiones: eo quòd oportet ſecundum li-
mitationem taxę pro iure ſacrę uel benedictionis munere realiter pecunias ſoluere: quod
abhorrendum eſt. Tum quia etiam huiuſmodi uacantiarum inſurrexit quædam nu-
piſsima uena:

A pissima uenalitas: eo quòd licet fuerit commissum pro aliquo notabili promouendo ad prælaturam uacantem, quantumcunque notabilis & sufficiens fuerit: nihilominus pro omnibus alijs uolentibus concurrere similiter committetur: & quandoque eidem commissario, quandoq; diuersis, & qui melius soluere uacantias poterit, & se commissa tio gratum reddere: & apud campsores, quibus pecuniæ sunt numerandæ, de soluendo certos & cautos facere, ille sufficientior est, & prefertur alij secundum modum quandoq; obseruatum: Et inde sequuta sunt scandala diuersa, ut taceamus illa.

Rursusq; quia cum propter retinere solutionem uacantiarum & aliarum exactionum, huiusmodi decimæ & subsidia charitatiua quandoque inducantur: uenundatus est clerus, & libertas Ecclesiastica sublata & totaliter remissa: & est data & concessa Principibus & comitatibus, participatio in huiusmodi exactionibus: ne contradicerent, &
B tra illa tributa alia & exactiones aliquibus concessa sunt super clerum: ita quod in plerisque dominijs facti sunt prælati, clerus, & quicunque religiosi deterioris conditionis quàm laici: quod fortè Papa facere non potuit, neque potest: cum sit in subuersionem, & turbationem uniuersalis status Ecclesiastici, absoluere priuilegia & libertates eorum, qui seruare ea habent, ut in pace & quiete Deo ualeant famulari, & iram Dei populo placare. Præmissis igitur omnibus stantibus dicere eas debitas, & exigere posse, ut præfertur, & pertinaciter hoc tenere, esset fortè hæreticum & periculosum ualde.

Ex ipsis igitur & quibusdam alijs de præsenti non expressis, & ex causa & resultantibus ex eis & parte eorum, quæ sufficere ad hoc poterant & possunt, concluserit rationabiliter & de iure hæc uenerabilis natio, & supposita eiusdem, matura deliberatione præhabita, dictas annatas siue uacantias, & quas appellant communia & minuta seruitia de præsenti & de præterito, nec aliquo tempore, nec continuari, nec per modum tributi
C cis, non esse debitas: & quatenus de facto, prætextu eorum qui præterierunt nullus conaretur eas exigere uel leuare, totaliter esse tollendas, & resistendum.

Modò ad causas & rationes, quibus nititur iustificare & confirmare suam appellationem interpositam præfatus de Scribanis, & qui ea composuerunt, & sibi adhærentes, restat respondere.

Imprimis enim dicit idem de Scribanis, fuisse deliberatum in natione, procedendum esse in arduis per secretum scrutinium: & ita fuisse practicatum, etc. Respondetur, quòd in actibus particularibus, de quibus actum est, quòd per secretum scrutinium fieret deliberatio, ita obseruatum est. In alijs uerò, in quibus specialiter actum non est, nequaquam: quia repugnant honestati concilij & plenariæ libertati. Et quando ita ordinatum fuisset, non esset substantiale formæ, nec decretum irritans in contrarium. Et quia nationes singulæ deliberant apud se, quæ uidentur eis utilia uel necessaria, sine
D aliorum conuenientia: sicut factum fuit de procedendo in causis præcedentibus, & committendis superuenientibus in curia sede uacante, quòd non est de iure: in quo deliberatum fuit, & etiam conclusum in quibusdam nationibus, antequam fuisset datum uel bum in natione Gallicana: quæ quidem natio constringi non debet: nec plus ancillari cæteris nationibus: & ultrà quandoque fuit actum, ut in actibus certis per secretum scrutinium deliberaretur: in quo fuit solenniter & debitè oppositum: quare superfluo fundat se & nulliter præfatus de Scribanis.

Cum dicit ultra in ordine idem de Scribanis, appellans usque materiæ in nationibus deliberandæ primo deferri debent ad deputatos quatuor nationum. Respondetur, ita factum fuisse ut dictum est, & quando non esset factum, substantiale non est.

Cum dicit idem appellans esse Papæ subueniendum ab inferioribus Ecclesijs, quas asserit descendisse à Roma &c. Respondetur, quod quilibet Episcopatus debet certos suos habere reditus pro donatione & sustentatione sua siue Episcopi, sicut habet Episcopus Romanus, quæ sufficere & sufficere possunt cum industria, & alia quæ extraordinariè superueniunt. Nam Apostolus ex industria quærebat sibi uictum, ne quibus ministrabat, esset

nistrabat, esset nimium onerosus. Et si non sufficiant redditus Episcopi Romani de præsenti, primo habet requirere subsidium à clero suæ ciuitatis & diœcesis, deinde suæ prouinciæ, & per modum subsidij charitatiui temporalis, & non perpetui census, & post modum ab alijs Ecclesijs immediatè subditis potest subsidium benignè implorare, quæ causa necessaria supposita expressaq; & uera honestè non possunt denegare ad tempus. Nec tunc fortè uenit exactio subuentionis respectu datæ temporalitatis pro fundatorum Ecclesijs, ut certum onus supportetur, aut aliquid aliud fiat secundum eorum ordinationem, ne frustrentur ordinatione & intentione eorum: sed tantum respectu eorum, quæ proueniunt ratione spiritualitatis & dotis constitutæ à iure, ut sunt decimæ, oblationes, portio Canonica mortuariorum, & similia.

Quod autem Ecclesiæ aliæ descenderint à Roma, præcessit Ecclesia Græca, in qua primò sedit Petrus Antiochię, & Iacobus Hierosolymis, & fuerunt aliquæ, quæ contendebant de pari, & quæ præcesserunt, ab ea non uidentur descendisse: ueruntamen ab omnibus recognoscitur tanquam suprema domina & magistra omnium, propter uirtutes & merita eorum qui præfuerunt in ea: cuius ultima non correspondent primis. Subiunxit postmodum præfatus appellans, quod subueniendum est dominis Cardinalibus, qui coadiutores sunt Papæ, &c. Sicut dicit. Respondetur, quòd domini Cardinales duplicem habent statum primæuum: cuius retinent titulum, & principales dignitates in collegiatis Ecclesijs in curia Romana obtinent, uel sunt curati parochialium Ecclesiarum eiusdem: & illo respectu dicuntur Cardinales, id est, principales: quod non competit eis specialiter: sed multæ sunt Ecclesiæ sicut Rauennaten. quæ obtinentes dignitates, in ea nominant Cardinales: & ita est in plurib⁹ alijs Ecclesijs, in diuersis regnis, & prouincijs: & ex ista præsenti institutione eorundem primum officium fuit, & est, & esse debet, confessiones audire, prædicare, & etiam baptizare &c. quo ad presbyteros. Episcopi uerò Cardinales hæc habent facere & exercere in suis diœcesibus: & isti de suis titulis, et eorum emolumentis isto respectu debent & tenentur contentari: sicut alij de clero in singulis diœcesibus. Et si non ualeant quantum ualuerunt, limitent expensas, uel petant sibi prouideri debere & per modum canonicum. Et ille status fuit in charitate fundatus, & ualde humilis & benignus.

Alium statum assumpserunt: quando Constantinus imperium Occidentale contulit Ecclesiæ Romanæ: quam uoluit habere senatum, & quod senatores uestibus, honore, & ornatu decorarentur, qui statum illum repræsentarent. Et illum tenent & repræsentant domini Cardinales, ut dicit Innocentius: quorum officium est principi consiliere, scilicet Papæ: sicut consulebant principi temporali. Sciens Constantinus Ecclesiam non posse onera talis status sufferre, nec expensas sustinere, et quod statum eorum propter hoc nollet admittere, nisi aliter prouideret, contulit & dedit eis patrimonium & temporalia pro statu eorum. Quod postmodum augmentatum, & si illud occupatum fuerit, culpa & negligentia eorum factum est: sicut supra dictum est. Ideo recuperent uel sint contenti eorum primo statu, cum status eorum sit nimium Ecclesiæ onerosus: & non est necessarius, sicut prætendunt multi, maximè cum tanto Ecclesiæ onere.

Quod enim domini Cardinales sunt Papæ coadiutores, sicut dicit qui appellat, nihil est, super falso se fundat: quia Episcopi sunt Papæ coadiutores, & supra Cardinales de iure. Cardinales uerò sunt tantummodo Papæ consultores. Et patet, quia dudum Cardinales qui benè seruierant, in eorum remunerationem & pro quiete ipsorum promouebantur ad cathedrales Ecclesias. Patet etiam quod maiores esse uideantur Cardinalibus: quia cum florebat temporalitas eis data, Ecclesia & generale concilium statum eorum limitauit ad. XXV. familiares tantum: Episcoporum uerò ad. XXX. quos tamen contemnunt hodie: & per uiolentiam eos & alios de clero opprimere conantur, atque uolunt sibi facere tributarios, & per eos faciunt ui familiariter seruire: nec pro quocunque prælato etiam prono, adorante eos in terra ponerent manum ad capellam, & salutarent eum. Quod nunquam aliquis Rex aut princeps fecit, neque hodie permitteret, cum immediatè recipiant Episcopi potestatem & dignitatem à Christo: domini uerò Cardinales

A Cardinales ab homine, quo ad statum assumptum senatorum, dictum & futurum est, atq; necessarium in statu eorum prouidere, ut certus constituatur numerus, statusq; eorum limitetur: decernendo quod fierent tantummodo temporales, sicut aliqui dixerunt: & in quolibet generali concilio qui benè se habuissent, confirmarentur: qui uerò malè, eradicarentur, & domos suas remitterentur.

Cum ulterius subiungit, appellans quod Papa & Cardinales sunt in possessione percipiendi à prælatis annatas: præsertim in dominio Regis Franciæ. Respondetur prout supra, et ultra, quod nullus unquam competijt titulus percipiendi, et si aliquando perceperunt, hoc fuit per modum permissiuæ facultatis & benignæ tolerantiæ, quæ secundum Innocentium & quoscunq; doctores potest reuocari quandocunq;. Et est mirum literatos talia pro fundamento allegare, quod à cætero sufferre nõ intendunt: quia

B quandocunq; esset eis aliter subueniendum, contribuendum, esset æqualiter per nationes & prouincias, & talis prouisio annatarum nimium esset excessiua. Nam taxa uacantiarum secundum quod descriptum est in libris cameræ Apostolicæ, de Ecclesijs cathedralibus & abbatijs Galliarum taxatis, ascendit ad sexcenta nonaginta septem milia septingenta quinquaginta Francorum, sine prælaturis, quas non taxant, & alijs inferioribus dignitatibus et beneficijs, quæ ferè ad tantundē ascendunt: quæ summa prima sex annos (uelut clarè demonstraretur) integraliter soluitur: et singulis annis diuisa ascenderet ad ducenta milia, prelaturis & alijs minoribus beneficijs iniunctis. Quod si in singulis nationibus tantundē reciperetur & haberetur, ascenderet summa, & esset in uniuerso sex miliones nongenta septuaginta septemmilia, & quingenti floreni: quod esset excessiuum ualde, etiam quando non solueretur: nisi tota in decennio & ultra, domini

C Cardinales moderni obtinerent in Gallijs sex cathedrales Ecclesias, & alias dignitates, ac alia beneficia: de quo deberent contentari sine tanto quæstu uacantiarum, & recurre te ad alias nationes: tantundē eis facerent, quod esset rationabilius: quando omnes, Italica, Germanica, Hispanica, et Anglica nationes tantum facerent eis, essent ad minus trecenta & quinquaginta annis singulis. Detrahunt enim & obloquuntur uenerabili natiõi Gallicanæ: quæ sola plus facit quàm totum residuũ, & sustinet pondus & æstus diei.

Quod autē cõmunia seruitia, sicut dixit appellans, deberentur, propter seruitium, quod cõmunitati & reipublicæ impendit Papa & Cardinales, etc. Respondetur, quod Papa administrans iustitiam & regnans ad ædificationē Ecclesiæ et salutem animarũ, & non propter ipsum seruit quàmplurimum: et tali seruiendum esset etiam realiter quo ad dominos Cardinales: si non debeatur eis nisi quia seruiunt: quàm plures ex eis de nihilo seruiunt, imò nocent & officiunt supersedendo ab expressione causarum, quæ

D suo tempore locum habere potuerunt. Quando ulterius subiungit appellans, quòd sine uacancijs uiuere non possunt, attento quod patrimonium Ecclesiæ propter schisma & malum regimen Ecclesiæ Romanæ & præsidentium in ea, est occupatum, &c. Allegat suam turpitudinem: & deuorantibus substantiam suam non est dandus recursus ad alienas: & qui præsederunt in Romana Ecclesia, fuerunt Cardinales, & de illo statu assumpti: & eos qui præfuerunt, elegerunt domini Cardinales etiam qui sunt moderni, & præsumuntur elegisse meliores: qui, ut confitetur appellans, & sibi adhærentes totum destruxerunt. Imputent ergo sibijpsis.

Et cum ulterius appellans dicit, quod si remouerentur uacantiæ, Cardinales reipublicę seruientes, non haberent unde uiuerent, & sic eas non debere soluere nimia leuitate fuit conclusum in natione Gallicana. Respondetur, quòd ex supra dictis potest apparere si nimia leuitate uel digesta deliberatione processit conclusio, & si nimia cupiditate conetur eam impedire. Procedendo ulterius dicit idem appellans, quod procurantes fieri dictam conclusionem erant debitores cameræ Apostolicæ. Respondetur, quod si debitores reputet propter uacantias quas assetit debitas, patet per supradicta nõ esse debitores, nec etiam debitas: nec esse soluendum: si ex alia causa dicat eos debitores, iustificat actum. Quod sede Apostolica uacante, sicut dicit idē appellans, nihil sit innouandũ etc. Respondetur quod nihil innouatur, sed quod est uitiosum, scandalosumq; & in debitũ, tale esse declaratur & declarari petitur.

Quando ulterius progreditur idem appellans, ostendens, quòd inconsultis aliis nationibus ad conclusionem natio Gallicana processit &c. Respondetur quod per medium deputatorum aliarum nationum, quæ omnes consenserunt quod de præterito tollendę essent consultę satis nationes uidentur, & quod super illis natio Gallicana deliberaret, omnes sciuerunt nationes: & etiam domini Cardinales ultra deliberationem, motiua, & conclusionem suam uoluerunt cõmunicare aliis nationibus ad effectum concurentinæ & prouisionis dandæ. Quod domini Cardinales per exquisita media impediuerunt, & inter nationes non est, quæ tantũ fuerit grauata sicut Gallicana in istis exactionibus, et propterea magis sollicita esse debet. Et cõstat quia in Anglia nihil percipit nisi de Episcopatibus (qui sunt pauci) camera uel domini Cardinales. Nec pateretur quòd interea Cardinales obtinerent beneficia, & in certis regnis Hispaniarum ordinatum est, quòd camera nihil totaliter recipiat. In Italia uerò beneficia, prælaturæ, & dignitates modici sunt ualoris, & cum hoc domini temporales & comitates prohibent, quando uidetur eis atq; placet, quòd dicta camera nihil recipiat, & nouissimè cõmunitas Florentina Papæ Ioanni, qui tunc erat, & dominis Cardinalibus in eorum ciuitate existentibus, propter unicum abusum, quem Papa cõmisit in conferendo unam abbatiam, sitã in eorum dominio, priuauerunt Papam potestate conferendi beneficia in eorum dominio usq; ad quinq; annos, nec tunc appellauerunt: & tamen per hoc perdunt fructus annatarum. In Alemania in certis diœcesibus, & prouincijs percipit aliquid: in alijs uerò nihil: imò nec admittuntur literæ Apostolicæ, nisi quantum placet Episcopis: qui recusant in denegando, uidimus: & propterea Gallia, quia nimium grata fuit, & obediuit, nimium grauata est, & adhuc opprobrijs laceratur.

Quando uerò subiungit sępedictus appellans, quod minis & terroribus & certorũ principũ uoluntatibus allegatis fuerunt impediti uolentes deliberare, &c. Respondetur quòd sicut dictum est, ad opprobria & iniurias prorupit appellans, sibiq; adhærentes, & appellationis compositio ad intelligendum, & est falsum quod asserit: sed domini Cardinales fuerunt illi qui incutiebant terrores & inferebant minas, atq; dicebant iniurias prælatis & alijs notabilibus uiris nationis Gallicanæ, & eorũ familiaribus cum nimia austeritate, ut liberè non auderent quod conscientia dictaret super illis exprimere, & alijs quibus dixerunt, quòd inquireretur cõtra eos ad finem destinationis eorum status. Alijs dixerunt iniurias: alijs uerò spem dabant promotionis, & exaltationis status, de quo ad hoc confidunt aliqui, & familiares suos uenire faciebant ad nationem Gallicanam, ad uociferandum & clamandũ (sicut de facto fecerunt) ad deliberationẽ impediendum: & ultra uidentes non posse impedire deliberationem quæ fiebat, adinuicẽ congregati omnes prothonotarios, auditores palatij, scriptores, notarios, cursores, & quoscunq; alios etiam mechanicos Romanam curiam sequentes, conuocauerunt, & ad se uenire fecerunt, et cum gemitibus eis dixerunt, quòd natio Gallicana per se sola presumebat destruere uelle statum Papæ & Cardinaliũ, prothonotariorumq;, cameræ clericorum, cameræ auditorum, plutium scriptorum, notariorum, aduocatorum, cursorum, cæterorum quorumcunq; Romanam curiam sequentium: & ipsam Romanam curiam incitatum locquendo, quòd oportebat se illis opponere, & ad contrarium laborare, & conclusionem receptam de non soluendo uacantias facere per media, ut non admittatur per alias nationes: & fuit dubium & etiam periculum de magna cõmotione contra natos de Gallis. Nec talia attentauerunt, quando natio Anglicana & eorum Rex illustris interdixit tales exactiones nolle plus sustinere in regno suo Angliæ: & uidentes propter hoc nõ posse proficere, quia rationabile est quod petitur, & irrationabile quòd impedire conantur: conuerterunt se ad appellationes: & unã interposuerunt nominibus suis, & aliam interponi fecerunt per dictũ de Scribanis, aliam uerò per magistrũ Ioannem Ponceti eorũ promotorem & cleticũ. Per tales appellationes et oppositiones, uolentes impedire & illiberare dicentes uota sua: & in prædicationibus publicis materiã procurauerunt ad intentum eorũ: & per uerba magistralia notauerunt non sibi propicium esse, quòd benè fuit intentum. Quare quòd imponitur alijs, apud semetipsum et sibi adhęrentes quærat appellans.

Quando

A Quando enim ſubiunxit idem appellans quòd ad dictam quæſtionem proceſſum eſt,ſine prius procedendo dominis Cardinalibus:& in hoc natio Gallicana nõ ſufficien ter conſulta,fore tolendas dictas annatas & uacantias,concluſit,&c. Reſpondetur: quod quo ad ipſam nationem ſatis latè & amplè prouiſum eſt dominis Cardinalibus de ſexaginta ad ſeptuaginta millia,ut ſupra dictũ: & conſultiſsimè cõcluſit:et mirum eſt quod tanto tempore tolerauit. Cum ulterius dicit idem appellans,quod de laudabili conſuetudine protectio & tuitio Romanæ curiæ cameræ,ſede Apoſtolica uacante ad Cardinales ſpectat:qui non fuerunt requiſiti in dicta concluſione,&c. Reſpondetur: quod benè facit allegare conſuetudiné pro titulo putatiuo: quia de iure eſt eis interdictum,ne de factis cameræ in aliquo ſe intromittant,ſede Apoſtolica uacante: & ſiqua ſit conſuetudo occulta et totaliter ignota,nec debuerunt uocari nec requiri. Concluſio eſt nationis quo ad natio
B nem,quæ reſpectu aliarum nationum eſt conſultiua,& quo ad totũ concilium eſt quere loſa:quam concilio intendunt inſinuare: & apud ipſum proſequi,ut remedietur in eis:ut redeuntes ad propria,ſuis principibus,prælatis & clero,qui ibi remanent, & de cæteris de populo poſsint referre diligentiam,quam fecerunt:ne uideantur conſenſum præbuiſſe, nec acquieuiſſe tolerationi abuſiuæ in prædictarum uacantiarum præſtatione: ut ſi concilium prouiſionem non dederit,conſtet quod per eos non ſteterit.

Progrediendo ulterius, dicit idem appellans, quòd domini Cardinales ſunt cauſa unionis.&c.Reſpondetur quod utinam ita eſſet:quod de præterito nõ fecerunt:nec uſq; nunc eſt factum:quid fiet,uidebitur poſtea. Nec quo ad hoc etiã præſumitur,quæ in facto conſiſtunt etiam de præſenti. Cum dicit ulterius ille idem appellans,quod remouere uacantias eſt ſubuerſio totius ordinis clericalis,&c.Reſpondetur: quod de inordinato et uitioſo ordine uellet facere ordinem ad ipſius cõmodum,nec curaret de nutrimento pec
C cati,nec de quocunque ſcandalo:dummodo affluat autum & pecunia. Si debeat ſubuerti ordo clericalis propter tollere uacantias,poteſt uideri ex præcedentibus.

Vlterius præfatus de Scribanis dicit, quod atteſtari ſimoniam interuenire in ſolutione earum,eſt uenire contra uota plurium conciliorum,&c.Reſpondetur, quod nunquàm in aliquo generali concilio fuit ordinatum,quod quis poſſet recipere pecunias,ut ſpiritualia aut beneficium conferat,uel aliquem eligat ad dignitates & prælaturas: ſed benè iure diuino canonico & ciuili,& per generalia concilia reperiuntur prohibita:quę etiam damnant actũ & conſuetudinem. Quando ulterius progreditur contra claram rei ueritatem,& ipſius conſcientiam,uidelicet quòd ſolutio iſtarũ uacantiarum eſt onus reale:nec in hoc uerſatur aliqua obligatio perſonalis: cum per illã maneat officium obli
D gatum,& non perſona. Reſpondetur,quòd mirabiliter iuſtificat actum ex iſtis appellationibus,ſicut ſupra dictũ eſt: clarum eſt quod literę promotionis haberi non poſſunt, donec obtulerit quod petitur ab eo: ſeq; monaſterium,et Eccleſiam obligauerit:nec alio exigitur modo,quin iſta obligatio ſit perſonalis: aut iura omnia fallunt: aut eſt perſonalis. Nec poteſt eſſe realis: quia per obligationem,quam fecit de monaſterio, uel Eccleſia, non eſt hypotheca: quia dominus non eſt: & quia non poſsidet tempore obligationis: & quia non uergit in utilitatẽ Eccleſiæ uel monaſterij:& quia etiam turpi cauſa,& quia ſine conſenſu conuentus uel capituli:et quia tẽpore fundationis nõ fuit tale impoſitũ,nec poſt,per conſenſum illorum,qui cõſentire habent et neceſſariò. Aliter nõ poteſt eſſe reale: & quando eſſet hypotheca,adhuc diſcuteretur primò perſona,quę antea fuerat obligata.

Quod mutata perſona remaneat,onus ſupra Eccleſiam uel monaſterium quod dimittit,non eſt uerum: niſi quantum per potrectionem dictarum literarum eum obligare faciunt ad ſoluendum: in quo obligatus reperitur fuiſſe anteceſſor: & ſic poſſunt exigere ab utroq; totum debitum quando uolunt. Et quòd hoc ſit uerum, patet per formam obligationis, quam ſeruant in talibus in camera Apoſtolica etiam domini Cardinales,quæ talis eſt.Primò rubricat forma obligationis Patriarchæ, Archiepiſcopi, uel Epiſcopi,aut electi: quando in propria forma ſequitur.

Vos domine Patriarcha,Archiepiſcope, Epiſcope aut electe de licentia & authori-

tate Apoſtolica,uobis in hac parte conceſſa,gratis & ſponte offertis : date promittitis & donatis pro ueſtro communi ſeruitio cameræ ſanctiſsimi in Chriſto patris & Domini Domini,&c. Alexandri Papæ quinti, & ſacro collegio reuerendiſsimorum in Chriſto Patrum dominorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium uidelicet,&c. Florenauri de camera boni & legitimi ponderis : & quinq; ſeruitia conſueta pro familiaribus & officialibus domini noſtri Papæ,& dominorum Cardinalium prædictorum. Item recognoſcitis eiſdem, cameræ et collegio ac familiaribus & officialibus omnes illas pecuniarum quantitates, in quibus prædicta ueſtra Eccleſia,in libris ipſorum cameræ & collegij, per aliquorum prædeceſſorum ueſtrorum perſonas obligata eſt. Quos quidem florenos cum quinq; ſeruitijs & recognitis ſupradictis:promittitis reddere et ſoluere realiter cum effectu in Romana curia, ubicunq; fuerit : uidelicet reuerendiſsimis in Chriſto patribus & dominis,dominis miſeratione diuina Henrico Epiſcopo Sabinen. & Amedeo ſanctæ Mariæ nouæ diacono Neopolitano,& de ſalutis uulgariter nuncupatis,ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus , & Franciſco miſeratione eadem Archiepiſcopo Narbonen. domini noſtri Papę & ſacri collegij Cardinalium camerario,uel eorum ſucceſſoribus,uel deputatis ab eis,medietatem ſcilicet in feſto. &c. & aliam medietatem in feſto.&c.recognita uerò in alio ſimili feſto.&c.Quod ſi debita loco & terminis,dictam floren.ſummam & quinq; ſeruitia conſueta, & recognita ſupradicta non ſoluatis, ut eſt dictum : promittatis redire ad Romanam curiam infra quatuor menſes,poſt elapſos termínos huiuſmodi uel alterum eorundem immediatè ſequentem,& coram dictis dominis cameratijs , ſeu eorum ſucceſſoribus aut deputatis ab eis , perſonaliter comparere, & inde non recedere,donec per uos fuerit de prædictis integraliter ſatisfactum.

Super hoc obligatis uos uel Eccleſiam ueſtram, & ſucceſſores ueſtros, ac omnia bona Eccleſię ueſtræ mobilia &immobilia,præſentia & futura , ubicunq; ſint & conſtant.Et ut ſitis uinculo fortioris obligationis aſtricti,ſubmittitis uos,quod ſucceſſores ueſtros iuriſditioni et cohertioni dictorum dominorũ camerariorum,& cuiuſlibet eorum inſolidum: ac,etiam ſucceſſorum ſuorũ & deputandorum ab eis , & de uoluntate ueſtra qui hoc uultis,& petitis,& hanc iuriſditionem in eos portigitis: prędicti domini cameratij,& quilibet eorum eandem iuriſdictionem in ſe ſuſcipientes,et ſuſcipiens in loco mandatum faciunt & præceptum : ut de re confeſſata de ſoluendo dictam floren. ſummam, & quinq; ſeruitia ac recognita ſupradicta , de reueniendo ad Romanam curiam, & de non recedendo ab ea abſq; ſatiſfactione,& quod omnia alia & ſingula ſupradicta efficaciter compleatis & attendatis.Quod ſi non feceritis,ſuſpenſionem,alias adminiſtrationem ſpiritualium & temporalium dictæ Eccleſiæ , & ab executione pontificalium & maioris excõmunicationis ſententias,ex nũc prout ex tunc,in uos canonica monitione præmiſſa proferunt in his ſcriptis : comminantes nihilominus dicti cameratij, & quilibet eorum,ſe contra uos dictum dominum Patriarcham,Archiepiſcopum,Epiſcopum, uel electum,proceſſuros & proceſſurum, abſq; alia uocatione ceu monitione,ac grauiores pœnas, et ſententias ſpirituales & temporales,& aggrauationes earum : prout eis ceu eorum alteri placuerit,ſeu uiſum fuerit expedire.Et quod uos denunciabunt & denunciari facient per ſe uel per alium ſeu alios excommunicatum,ſuſpenſum , periurum, & alijs pœnis & ſententijs aſtrictum: quas propter hoc in uos duxerint proferendas.

Et uos domine Patriarcha,Archiepiſcope,Epiſcope, uel electe renunciatis ſuper his omnibus literis,ptiuilegijs,indulgentijs Apoſtolicis impetratis,uel impetrandis,conceſſis,uel concedendis quibuſcunq;,& beneficio appellationis & reſtitutionis in integrum ac omni foro,uſui,præſcriptioni & iuri reuocandi donum , & omni auxilio iuris canonici & ciuilis : per quod contra præmiſſa de iure uel de facto uenire poſſetis,uel aliquod præmiſſorum. Et omnia præmiſſa iuratis ad ſancta Dei Euangelia tenere, ſeruare, approbare,& in contrarium non uenire,directè uel indirectè,per uos uel alium uel alios.

Si uerò ante ſatisfactionem huiuſmodi uos contingat mori, cedere uel transferri, & ille uel illi,qui ad regimen ipſius Eccleſiæ uobis ſubſtitutus uel ſubſtituti fuerint: infra quatuor

A quatuor menses post substitutionem, & dictæ Ecclesiæ possessionem adeptam, de fructibus. & seruitijs & recognitis satisfacere non curauerit, ceu curauerint, ex nunc prout ex tunc eisdem pœnas & sententias in eosdem substitutos, & eorum quemlibet infligunt, & proferunt in his scriptis, prout dictum est, & narratum authoritate dictorum dominorum meorum Cardinalium, & nostra, proferimus in his scriptis: & uos dominum Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, uel electum, uolentem, petentem & requirentem ad prædicta recitata, condemnamus. Et nihilominus monemus uos semel, secundò, tertiò & peremptoriè, ac sub excommunicationis pœna, ut prædicta adimpleatis, attendatis & obseruetis: alioquin excommunicationis sententiam in uos proferimus in his scriptis. Et uos domine Patriarcha, Archiepiscope, Episcope, uel electe, uultis quod per nos clericos uel notarios cameræ, qui fuimus hic præsentes de præmissis omnibus & singulis, fiant unum uel plura publica instrumenta?

B

Similes formæ pro eisdem quando fit per procuratores, & ibidem pro Abbatibus.

ET sic per tenorem dictæ obligationis constat, quod non est reale sed uolentum personale, sicut supradictum est: eo quòd per literarum retentionem ad hoc compelluntur. Et licet composuerint formam aptiori modo quo potuerunt, ad iustificandum & colorandum factum suum: ueruntamen reprobanda est & uitiosa ualde: & propterea super his obligationibus nunquam uoluerunt grossare instrumentum, nec copiam obligationis dare. Peccant in quinq; uel quatuor substantialibus secundum formam iuris: quod per quemlibet intelligentem potest clarè intueri: nec etiam Cardi-
C nales aut eorum prætensus camerarius unquam habuerunt iurisdictionem, nec habent potestatem ad hoc, quam prætendunt.

Cum dicit ulterius idem de Scribanis appellans, quod attentis conuentionibus per Regem Romanorum & Petrum de Luna factis, uidelicet nihil debet innouari: cum per hoc posset impediri unio Ecclesiæ: cum sit in uilipendium totius Christianitatis remouere uacantias, &c. Respondetur quod remouere causam quæ præstat & occasionem dat peccati, et damnationis animarum: per quam etiam parantur scandala & fiunt per quam destruuntur Ecclesiæ, & uniuersaliter personæ Ecclesiasticæ opprimuntur, & stant in errore: intentioq; fundatorum Ecclesiarum, & beneficiorum fraudatur: & per quam opera pietatis impediuntur, & iustitia læditur: est adornare Christianitatem & eam in deuotione confouere. Nec per hoc fit innouatio uel immutatio contra promissum uel conuentum: & quando hæc facta non essent aut fierent, Romanorum Rex il-
D lustrissimus, & omnes alij Reges, & quicunq; Christiani, haberent increpare totum generale concilium: quòd mora in huiusmodi data fuisset, & ultra quod citius uenient qui obediunt Petro de Luna: de quo modica spes quod uoluntariè aliquid boni faciat: & facilius propter hoc inclinabuntur ad recedendum ab eius obedientia.

Subiungit, quod ex illis appellabat ad sedem Apostolicam, & summum Pontificem futurum, & apostolos petit, &c. omittens concilium generale fraudulenter. Non dubium, quod deberet esse iudex competens in causa huiusmodi, & quod sedet de præsenti & ad eum potest haberi recursus faciliter, et appellando ad Papam tantum facit causa diffugij: nec Papa uideretur iudex competens, eo quòd sit pars formata: & eius cameræ Apostolicæ, & concilio Cardinalium in hoc uteretur, qui affectū quem habent ostendunt. Ideo ex præmissis & resultantibus ex eis tam coniunctim quàm diuisim, appellationem dicti de Scribanis: neq; aliam interpositam nomine dictorum dominorum Cardinalium & eorum collegij, nec aliam interpositam per magistrum Ioan. Ponceti, ceu quoscunq; alios in materia huiusmodi, & ipsius occasione.

Hæc uenerabilis natio Gallicana propter hoc solenniter congregata, matura deli-
beratione habita, non ducit admittendum: nec eos admittit appellantes: nec eorũ frũo-
lis appellationibus uel alteri earum esse deferendum, neq; defert. Parata eadem uenerabi-
lis natio & se offerens, uelle respondere plenius ac singulariter singulis causis, ex quibus
causantur & iustificare nituntur dicti domini Cardinales, & dictus Ponceti, appellans
per eos, suis nominibus interpositis: quatũ copiam etiam facta debita diligentia habere
non potuit: quandocunq; dabitur ei uel habere poterit. Protestando etiam de specifica-
tione quorundam aliorum hic non expressorum. Hanc responsionem eisdem de Sertis
banis, procuratoriq; collegij dominorũ Cardinalium, & ipsis dominis Cardinalibus
ac præfato Pontifici singulariter singulis, ac quibuscunq; suis adhærentibus, & adhærere
eis uolentibus coniunctim & diuisim, pro Apostolis ad quos teneri posset: dans & eis fa-
ciens & præsidens eiusdem nationis, de consensu et mandato totius nationis. Protestans
eadẽ uenerabilis natio, & præsidens ac singula suppositi eius, maximè & specialiter de-
stinati, pro parte prælatorum atq; cleri Galliarum, ad hoc generale concilium de prote-
quendo eorum receptam conclusionem apud præsens generale concilium: et ubicunq;
de iure debitè poterit & licebit: & de eadem referendo, intimandoq;, & scribendo sere-
nissimo principi Francorũ Regi, & germano suo Regi Siciliæ Ludouico nominato, illus-
stri Duci Acquitaniæ, primogenito Regis Francorũ illustrissimo, cæterisq; ducibus & co-
mitibus & baronibus Galliarum, prælatis, ac illis de clero qui in partibus remanserunt
nobilibus: & illis de populo omnium Galliarum ad ipsorum excusationem & exone-
rationem, & ad debitam prouisionem consequendam, &c.

Constitutio sacri Basilien. concilij super annatis, in sessione uigesima prima.

Sacrosancta generalis synodus Basilien. in Spiritu sancto legitimè congregata, uni-
uersalem Ecclesiam reptæsentans. Ad perpetuam rei memoriam in nomine Spiri-
tus paracliti statuit hæc Sancta synodus: quod tam in curia Romana, quàm alibi,
pro seu in confirmatione electionũ, admissione postulationum, præsentationum prout
sione, collatione, dispositione, electione, postulatione, præsentatione, etiam à laicis fa-
cienda: institutione, installatione, & inuestitura de Ecclesijs etiam cathedralibus & me-
tropolitanis, monasterijs, dignitatibus, beneficijs, officijsq; Ecclesiasticis quibuscunq;,
nec non ordinibus sacra & benedictione ac pallio: de cætero nihil penitus antè uel post
exigatur ratione literarum, bullæ, sigilli, annatarum, cõmunium & minutorum seruí-
tiorum, primorum fructuũ, deportatuum aut sub quocunq; alio titulo, colore uel nomi-
ne: prętextu cuiuscunq; consuetudinis, priuilegij uel statuti, aut alia quauis causa uel oc-
casione directè uel indirectè: solum scriptoribus, abbreuiatoribusq;, et regiistratoribus li-
terarum seu minutarum pro ipsorum labore competenti salario persoluendo. Huic au-
tem sacro canoni si quis exigendo, dando, uel promittendo contraire præsumpserit,
pœnam incurrat aduersus simoniacos inflictam: ac in ipsis dignitatibus, & beneficijs
sic taliter obtentis, nullum ius aut titulum acquirat. Obligationes quoq;, promissiones, cen
suræ, ac mandata, & quicquid in prejudicium decreti huius salubertimi fieri contingeret,
nullas obtinere uires atq; irrita censeantur. Et si (quod absit) Romanus Pontifex, qui præ
cæteris uniuersalium conciliorum exequi & custodire canones debet, aduersus hanc lau-
dationem aliquid faciendo, Ecclesiam scandalizet, generali concilio deferatur. Cæteri
uerò pro modo culpæ iuxta canonicas sanctiones per suos superiores digna ultione
puniantur.

Arrestum curiæ parlamenti Parisien. super annatis non soluendis.

Aarolas

A CArolus Dei gratia Francorum Rex uniuersis præsentes literas inspecturis Salutem. Notum facimus: quod cum nuper pro parte quàm plurimorum numero grandi regni nostri prælatorum, Parisius tunc existentium: nec non filiæ nostræ dilectæ uniuersitatis studij Parisiensis, nobis querulosè fuisset expositum, quod Ecclesiæ nostrorum prædicti regni & Delphinatus Viennen. pro magnitudine grauium exactionũ & onerum eisdem Ecclesijs tam per Benedictum Papam. XIII. quàm suos antecessores contra cõmunis dispositionẽ iuris impositarum, oppressæ atq; in tantum grauatæ hactenus fuerant & erant: quod eædem in magnam pauperiem ac ruinam corruebant, & in desolationẽ undequaq; uergebant: nisi per nos de remedio subleuarentur. Finantiæ etiam suæ per ijsdem Ecclesijs exactæ de eodem regno nostro, in magnũ & irreparabile reipublicæ regni eiusdem nostri præiudicium exportabantur à nobis: quibus Ecclesiam, præsertim supradictorum regni et Delphinatus nostrorum, ab omni oppressione præseruare incumB bebat: & unde specialiter astricti & obligati Deo creatori nostro, rationẽ eramus reddituri: humiliter supplicando quatinus Ecclesijs memoratis super præmissis exactionibus & grauaminibus eas cessare faciendo, prouidere dignaremur: ut ministri & aliæ Ecclesiæ personæ diuinis insistentes & famulantes, uiuere: Ecclesias sibi commissas regere: earum ædificia in bono & decenti statu tenere: aliosq; actus, suam professionem, & fundatorum suorum dispositionem concernentes, exercere ualerent.

Et ob hoc nonnulli & plures de nostro magno consilio ad uidendum, & deliberandum super his, et alijs Ecclesiam prædictã tangentibus quid rationabiliter fieri posset & deberet, dudum cõmissi ac deputati, aliqua nobis super dictis exactionibus referendæ uidissent & aduisassent, seu deliberassent: quia tamen prælatis & filiæ nostræ præfatis uidebatur dictam deliberationem largius declarandã fore: ijdem prælati & filia nostra aliquas declarationes, & additiones cũ deliberatione, & aduisamento supradictorum nostrorum consiliariorum fecissent: easq; nostræ Parlamenti curiæ, cum nominibus diC ctorum nostrorũ consiliariorũ, qui dictæ deliberationi præsentes affuerant, in quadam schedula sub nostro contra sigillo misissemus: & per literas nostras patentes eidem curiæ nostræ mandassemus, & eidem potestatem & authoritatem impartiendo, expressè iniunxissemus: quatinus ad eandẽ curiam aduocatis & accersitis de nostro prædicto magno cõsilio, & requæstis nostri hospitij tot & talibus, prout eidem curiæ nostræ bonum uideretur: ipsa nostra curia, Ecclesiæ prædictorũ regni & Delphinatus nostrorum super contentis in dicta schedula prouideret, secundũ quod nobis esse faciendum consuleret: prout hęc & alia latius & luculentius ex ipsarum nostrarum serie ac tenore literarum liquebant. Constitutis propter hoc in eadem nostra curia procuratoribus, nostro generali, nec nõ charissimi patrui nostri Ducis Eituricen. & ipsa filia nostra uniuersitate Parisien si, pro parte eiusdem filiæ nostræ sub his uerbis Apostolicis. Subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinatè: propositum fuit quod sacrosancta mater nostra Ecclesia eiD tium ad instar naturalium & politicatũ, macrocosmi uidelicet, & microcosmi: qui sunt maior & minor mundus, in pondere, numero, & mensura à summo creatore (philosophis attestantibus) conditore dirigi debeat atq; regi in ordine: quorũ elementis quatuor primam distribuerat materiam idem creator omnium in suam grandem naturæ portionem, eorum cuilibet totaliter conferendo quantum alteri: & ijsdem ex se inuicem uicissitudinem sui alimenti et sustentamenti referendo: adeo ut quod unum ipsorũ sub æquinoctiali uel polo per alterius conuersionem deperdidisset: de alio recipere & sibi restaurare ipsius naturæ munere, & instinctu, & increatæ sapientiæ prouidentia dignosceretur. Sic regalis, sic Aristocratiæ & Dimocratiæ politiarum: nullius quatum rectorem nutrimentum seu ipsorum maiorem partem omnium subiectorum aut inferiorum absorbere ullus unquam sufficeret: quemadmodum in microcosmo, si ad excessum alterum membrorum alimoniam cæteris egentibus sumeret: unde corpus ipsum in langorem, & exinanitionem uergere contingeret: medio quodam substractiuo seu restrictiuo huiusmodi superabundanti membro esset occurrendum.

Sed

Sed Benedictus supradictus neq; modum, neq; pondus, neq; mensuram, in Ecclesia & Ecclesiæ subiectis obseruare consueuerat: quin magis ipsos iugis & seruitutibus importabilibus: à nonnullis defunctorum successoribus spolia auferendo, ab alijs prælatorum & beneficiorum Ecclesiasticorum uacantias extorquendo, à quibusdam exigendo arreragia tanquam debita præteritorũ & incognitorũ temporum à beneficiatis, iuxta quę de nouo obtinebant beneficiorũ: primam expetendo & percipiendo annatam ab his, qui tempore subtractionis obedientiæ dudum sibi per nos, & clerum regni ac Delphinatus nostrorũ predictorum factæ ad prælaturas seu dignitates, aut alia Ecclesiastica beneficia promoti fuerant fructus (quos dictæ subtractionis tempore malè perceptos fuisse dicebat) recipere enitendo, & procurationes capiendo, prælatis, archidiaconis, & alijs ordinarijs pro uisitatione debitas: alijsq; exactionibus ac extorsionibus indebitis adegerat, affecerat, & contorserat, adigebat, afficiebat. & contorquebat: contra iura non tam Christicolarum, quàm ethnicorũ quorumcunq; : apud quos & ab omni tempore clerũ, & ab omni munere & seruitute fuisse liberũ compertum erat. Eos enim non ancillæ filios sed liberæ, qua libertate Christus eos liberauerat, teste Apostolo: ipsosq; sub his adhortans te uerbis: state & nolite iterũ iugo seruitutis contineri. Nam (ut eadẽ nostra filia dicebat) in politia seculari quis principẽ tam à nobili quàm ignobili annatas primas omnium hæreditariorũ, in aliquem quoquo titulo translatorũ, excipere & extorquere fatagentem non tyrannũ, aut suæ politię euersorẽ censeret: & talem rectorẽ sustinere ualeret? Quanto minus erat idẽ Benedictus, qui minister, & non dñs Ecclesiæ ab Euangelica ueritate alienum tebatur, primarũ annatarum fructus sibi tyrannicè approprians beneficiorũ toleranda?

Illud paruipendens Samuelis, in Regum libro populum alloquentis, & dicentis: Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, utrũ bouem alicuius tulerim uel asinum: si quempiam calumniatus sim, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & restituam uobis, Ac dixerunt: Nõ es calumniatus, neq; oppressisti nos, neq; tulisti de manu alicuius quippiam. Exemplo tamen cuius instrui, & terminis rationabilibus contentari, non exactioni, & conculsioni pecuniarum tyrannicis inhiare debebat. Euangelio exhortante, neminem concutere: neq; calumniam facere, & contentũ esse debere stipendijs: ipsius Apostoli exemplo, in Apostolorũ Actibus dicentis: Argentum & aurum nullius concupiui, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea quę mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Ego (inquit Apostolus) scio quoniam post discessum meum intrabunt ad uos lupi rapaces, non parcentes gregi. Quam rapacitatem spiritu Prophetico clarè proponebat prænuntiasse ipsa filia nostra Prophetá Ezechielem, suis sub his uerbis: Facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem: eo quòd non erat pastor. Neque enim quæsierunt pastores gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant. Propterea (inquit Dominus) cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem meum: & liberabo gregem meum ab ore eorum, & non erit eis ultra in escam.

Ex qua clarum est Prophetia domino Benedicto supradicto, qui tanta confusione & inordinatione cupiditatis debacchabatur, subtractionem nedum finantiarum supradictarum sibi fieri debere, sed plenariam: quamuis alias & dudum sibi factam & iure & facto durare ac tenere censeret, & in eadem se permanere profitebatur eadem filia nostra. Ex eo præsertim quod restitutionẽ obedientiæ per nos eidem Benedicto factã nullã esse: quę sub conditione non impleta et sub causa cuius nullus sequebatur effectus factã, prout per schedulas quasdã in ipsa restitutione contentas apparere dicebat. Ecclesiæ etiã regni ac Delphinatus nostrorum prædictorũ authoritate dictam restitutionẽ minimè factam: & per consequens ipsam subtractionẽ durare, seu ipsam aut saltem dictarũ pecuniarum & finantiarum eidem Benedicto fieri debere: cum idem Benedictus ad destruendũ Ecclesiasticam potestatẽ non hominis (Apostolo teste) contra sanctę synodi authoritatẽ diffinientis, nullũ Episcopum expetere debere aurũ & argentum à parentib. uel clericis, uel monachis qui sub eo sunt: et Gregorij, Bernardi, & aliorũ sanctorũ doctorum; imò Euangelij authoritatẽ: dictas finantias in Ecclesię prędictæ subuersionẽ & exitiũ extorquere.

Eandem

Eandem autem subtractionem per eandem nostram curiam, & prælatorum, & di
ctæ filiæ nostræ concilio faciendam esse dicebat eadem filia nostra, exemplo Regis Ioas:
qui concilio Ioiadę sacerdotis pecunijs ad templi reparationem destinatis: quibus sacer-
dotes sui temporis abutebantur, manum apposuerat, & earum partem ad necessitatem
diuinis famulantium: partem ad mercedem latomorum, & partem in architectorum
salarium partiebatur. Vnde dictũ in ipsius laudem prodierat: quòd Rex Ioas rectum fece
rat corã Domino cunctis diebus, quibus eum docuerat Ioiada sacerdos. Per quem eadem
filia nostra summos doctores intelligi dicebat: & quòd eiusdem Ecclesiæ oppressioni
prouidere nobis aut eidem curiæ nostræ incumberet: & authoritate, & naturali ratione,
& proprij iurisiurandi debito, et antecessorum nostrorum exemplo apparere eadem filia
nostra ostendebat. Ambrosij in lib. de Patriarchis, necessitatem defensionis Ecclesiarum
Regi pertinere asserentis. Recto præterea rationis dictamine, quo gentes etiam quæ le-
B gem non habent, eidem Benedicto dictarum financiarum exactionem esse subtrahen-
dam diffinirent: ad quod proprij uinculum iuramenti nostræ coronationis, in qua uni-
cuiq; de prælatis & Ecclesijs sibi commissis canonicum priuilegium & iustitiam serua-
re, & defensionem pro posse contra oppressores adhibere promiseramus: nos adigebat
ac specialiter astringebat. In exemplum erant Rex Ioas prædictus: prædecessoresq; nostri
temporibus Bonifacij Clementis, Gregorij, & aliorum quondam summorum Pontifi-
cum. Per huiusmodi enim iniustas exactiones pię fundatorum beneficiorum fraudabam
tur intentiones: & à sua salute & gloria defunctorum animæ morabantur captiuæ.

Quod si eorum hostes & ueritatis suppressores, hanc persequutionem & inobe-
dientiam esse prętenderent: cum Deo magis quàm hominibus esset obediendum, hęc
hominum uaniloquia (Papa Pelagio asserente) nos nequaquam retardare deberent.
Erant (inquit) huiusmodi rumoris fabulatores: Non persequitur, qui malum iam fa-
C ctum punit, aut prohibet ne fiat: sed diligit. Ex quibus conformiter ad sui thematis uer
nedicto obedientiæ, aut saltem dictarum financiarum et pecuniarũ exactionis: quodq;
pecuniæ in manibus collectorum aut subcollectorum existentes, in nostra arrestentur
manu: & his quibus eidem Benedicto aliquid occasione prædictorum debere impo-
nebatur, ne soluerent inhiberetur procuratoribus generali nostro, ac dicti nostri patrui
sub excusatione protestantibus: se non affectionis inordinatæ libidine aliquid dicere
uelle: & se si notæ aut reprehensionis dignum aliquid dicerent, debitę correctioni sub
mittentes, ac ulterius proponentes, quod Ecclesiæ fuerant & erant per principes tem-
porales fundatæ ac dotatæ: quarum dos seu patrimonium authoritate capi nequibat
aut debebat. Licet enim Constantinus Ecclesiæ Romanæ sedis pręeminentiam, quam
sibi dari Constantinopolitana, Alexandrinaq;, & aliæ nonnullæ Ecclesiæ contende-
bant, tribuisset: ratioq; suaderet, & uellet ut prælati qui fidem publicarent, diuinis insi-
sterent, Ecclesiastica frequentarent officia: & Sacramenta ministrarent: necessaria re-
D ferrent sui status & uitę: nõ tamen ipsi exactiones imponerent, nulla præsertim urgente
necessitate. Nam Archiepiscopos (quo nomine Romanæ urbis Episcopum scriptura
nuncupat) super suis suffraganeis seu eorũ subiectis exactiones imponere iura uetabant.

Quod si Ecclesia Romana cęterarum caput, & principalis existens: ut sunt seculi
uarietates & uicissitudines temporum, & mentium & animorum malicia, in aut à suo
(quod maius & auctius regno nostro possidebat) patrimonio, forte aliqua disturbaba-
tur, quo minus ipso liberè uteretur, cæteras monere debebat Ecclesias, excitare, adhor-
tari, & requirere de subsidio charitatiuo: quod eidem Ecclesiæ Romanæ annui posset
ac deberet: cum tamen concilio, moderamine, & iusta causa, absque præiudicio culpa
non præcedente, durante necessitate: ac de cõsensu & benignitate principum, patrono-
rum, et aliorum prelatorũ: & non cum grauamine assiduo & indistincto cęterarũ Eccle-
siarũ: quas utiq; & præsertim horũ nostrorum regni et Delphinatus supradictus Benedi
ctus passim, & pharisæorũ more, qui decimas indifferenter de plantulis, herbis, baccis,
& omnis generis fructib, extorquebant: cum graui cõpulsione, subsidijs et exactionibus
insolitis,

insolitis, & contra libertates Ecclesiæ exagitabat & premebat: quibus cum secularis iustitia Ecclesiasticæ subsidio & iuuamini semper fuisset (alterum enim alterius semper egebat auxilio) necessitas occursandum impellebat: suadebat æquitas: exigebat ratio: ac totius clamor populi incutiebat. Interesseq; præterea nostrum, huic ruinæ impendens nos stimulabat: ne uenerabilium huius nostri regni Ecclesiarum, tanto charitatis ardore extructarum, & quarum fundatores & auctores dicebamur: tam misera, tam flebilis, & tam neglecta surriperet destructio, exemplisq; instrueremur egregijs Theodosij, Honorij, Constantini, Caroli Magni aliorumq; antecessorum: qui corruptelis contra Ecclesiam ipsam quandoq; attentatis soleret obuiauerant, ac succurrerant liberaliter.

Subsidium autem, quòd Ecclesiæ eidem conferre poteramus & debebamus, erat, eidem Benedicto in huiusmodi abusionibus non obedire, obedientiamq; subtrahere, In quo nullatenus iuxta beati Thomæ de Aquino, & aliorum Ecclesiæ doctorum autentico doctrinam peccabamus. Ex quibus alijs pluribus astructis rationibus concludebant ac requirebant: quatenus eadem curia nostra iuxta nostras mandatorias literas inhibendo dicti Benedicti officiarijs: ne quas ratione præmissorum exigerent in dictis regno & Delphinatu nostris pecunias: ac exactas & penès eosdem officiarios existentes arrestari usq; ad prælatorum congregationem faciendam prouideret. Pro parte Benedicti & suę camerę officiariorum ab aduerso extitit requirendo propositum: quod cum materia præagitata grandis, & alta iura sedis Romanę (cuius erat ipse Benedictus caput) suamq; cameram & antiqua deuoria sua ac Cardinales concerneret, & tangeret: ijdemq; Benedictus & Cardinales nullo in eadem nostra curia procuratore fulcirentur: quòd causa præsens deduci, foueri posset, aut defensari, & prælati nostri regni ad proximum omnium Sanctorum festum congregandi dicerentur: in cuius temporis interstitio nullum uertebatur periculum: eadem nostra curia supersedere uellet prout tenebatur. Prælata filia nostra in contrarium proponente, ac dicente: quòd radix pro parte ipsius Benedicti propositorum inualida censeri debebat: eo quòd eadem filia nostra processum subire otio dinarium non intendebat: sed sibi ab ipsa nostra curia prouisionem fieri: quam absque mora referre debebat. Nam quantuscunq; esset Papa seu prælatus non erat suus: sed omnis eius potestas siue dignitas & alius cuiuslibet magis Ecclesiæ quàm personæ.

De iure igitur Benedicti siue Ecclesiæ Romanę faciendum erat: quod ad profectum pertinere uidebatur Ecclesiæ, & non in ipsius præiudicium: teste Apostolo Ecclesiæ supposita sub his compellante uerbis: Templum Dei estis uos, & Spiritus sanctus habitat in uobis: si quis illud uiolauerit, disperdet illum Dominus. subdit: Non glorietur quis in hominibus. Omnia enim uestra sunt, siue cephas, siue Paulus, siue Apollo. Peccuniæ autem siue finantiæ, quas idem Benedictus exigebat, non ad Ecclesię profectum, sed ipsius & animarum tendebant interitum: cuius interitus & præsentis horrendi schismatis erant medium & fomes. Quare à nobis & eadem nostra curia (quibus iustitiam ministrare erat necesse) huiusmodi mortiferæ pestilentiæ non tam reijciendæ quàm penitus & absq; ulla mora tollendæ erant: cum & unumquenque iure gentium gladium de manu interfectoris confestim eruere, & uim ui repellendo interficere liceret: ex his prout supra requirendo dictis nostro & patrui nostri procuratoribus suam requestam fieri requirentibus, attento quod per notorias exactiones sæpe dictas, respublica ex defectu prædicationum & subiectorum, uisitationum & correctionum, & alias ut supra multiplicater contra sacrorum Canonum institutiones grauabatur: quodq; querelas suas non processum inituri, sed remedio aut prouisioni innitentes intentabant: nec erat qui contrarium opponeret ad hoc & ut supra concludentibus: officiarijs ipsius Benedicti in contrarium contendentibus, & ut negotium absq; præcipitatione protelaretur quantum prosentibus supplicari fas erat, prout supra instantibus ne quicquam innouaretur requirendo concludentibus.

Tandem auditis hincinde ad plenum partibus antedictis: in omnibus quæ dicere ac proponere circa præmissa uoluerunt, & in arresto appunctatis: congregatis igitur eisdem nostræ curiæ nostri Parlamenti cameris: conuocatisq;, & astantibus in notabili numero de

A numero de gentibus noſtri magni conſilij, ac uiſis ſupradictis literis & ſchedula: conſi-
deratis inſuper & attentis diligenter & cum magna & longa deliberatione omnibus cir-
ca hæc attendendis & conſiderandis, & quæ eandem noſtram curiam in hac parte po-
terant & debebant mouere, per præfatæ curiæ noſtræ arreſtum prædictis obtemperan-
do literis, per eandem filiam noſtram à nobis impetratis: dictum fuit, quod dictus Bene
dictus & officiarij ſui ceſſabunt in noſtris regno & Delphinatu ab exactionibus annata-
rum primarum, fructuum, & emolumentorum, prælaturarum, & aliorum beneficio-
rum quorumcunq; uacantium, ſeu quę uacauerunt, aut uacabunt, tam pro primis anna-
tis, quàm etiam fructuum & emolumentorum, qui tempore ſubtractionis alias eidem
Benedicto factæ & uacationis prelaturarum, dignitatum, & aliorum beneficiorum ob-
uenerunt, ſeu obueniunt qualitercunq;, nec non procurationum pro uiſitationibus de-
B bitarum & arretagiorum quorumcunq;, ratione premiſſorum uel aliarum exactionum
do ipſos ſuos ſubiectos uiſitare contigerit, & leuare.

Ceſſabunt etiam Cardinales & camerarius collegij à perceptione illius partis,
quam in uacationibus prælaturarum pro primis annatis uel alias ante preſens arreſtum
percipiebant, & arretagiorum quorumcunq; occaſione præmiſſa debitorum. Et ſi ali-
quid ex his, quæ leuata ſeu exacta fuerunt, occaſione prædictorum apud collectores ſeu
ſubcollectores, aut alios quoſcunq; exiſtit ſeu remanet ſub manu noſtra, arreſtabitur, &
id arreſtauit & arreſtat ipſa curia noſtra. Ipſiſq; ne aliquid eidem Benedicto ſeu hoc cui-
quam alteri tradant, aut ſoluant, inhibebitur & inhibet etiam eadem curia noſtra. Et per
idem arreſtum eadem curia noſtra ordinauit et ordinat, quòd excommunicationis ſen-
tentia præmiſſorum occaſione illigati relaxabuntur: & hæc quouſq; alias per eandem
curiam noſtram extiterit ſuper præmiſsis ordinatum. In cuius rei teſtimonium præſenti
bus literis noſtrum iuſsimus apponi ſigillum. Datum Pariſius in Parlamento no-
C ſtro. Die. XI. Septembris. Anno domini milleſimo quadringenteſimo ſexto, & regni
noſtri. XXVI. Per arreſtum curiæ.

BAIAE.

Sequuntur nonnulla in quibus patet approbatio ſacri Concilij Baſilien. & pragmaticæ ſanctionis à Rege Francorum.

DE facto Eccleſiæ ambaſsiatores Eugenij in craſtinum ad uentus Regis fuiſſe audi-
tos: qui inter cætera quatuor petierunt.

Primò ut Rex reprobaret concilium Baſilienſe à tempore translationis in Fer-
rariam, & approbaret concilium Ferrarien. & in eo acta.

D Secundò ut nullo modo depoſitioni domini Eugenij conſentiret in electionem,
per Baſilien. concilium factam, de Duce Sabaudiæ: imò eam reprobaret &c.

Tertiò quod in illam ciuitatem Moguntiã nullo modo inconſulto Papa mitteret.

Quartò quatinus pragmaticam ſanctionem uellet ſuſpendi & tolli, & quòd do-
minus Eugenius prouideret. In craſtinum auditi ſunt ambaſsiatores Felicis, & locutus
fuit ſolenniſsimè & cum gratitudine omnium dominus Thomas de Corcellis: qui per
duas horas tenuit, & ualde Regi placuit. Prælati & alij per ſex dies deliberauerunt, & fi-
naliter fuit reſponſum: ad primum, quòd Rex tenuerat concilium Baſilien. pro concilio:
ad ipſum ambaſsiatores miſerat: multa bona pro fide & moribus conſtituerat, quę Rex
approbabat: nec unquàm congregatum Ferarien. pro concilio habuerat, aut habebat.
Quo ad depoſitionem Eugenij, & electionem Felicis, nunquàm eas approbauerat,
aut approbat: imò tenuerat dominum Eugenium pro Papa, & adhuc tenebat. & uo-
lebat quod ſibi in ſuo regno obediretur, niſi aliud in concilio generali celebrando, iuxta
annum in aliquo loco Galliarum fuiſſet ordinatum: & quod requirebat Papam qua-

tinus illuc mitteret dictum concilium, & conuocaret, & celebrari procuraret, & quod ipse in eo personaliter interesset. Quò ad mittendum Moguntiam, et ad illam ciuitatem ipse aduisaret tempore opportuno quid agendum. Quo ad pragmaticam sanctionem eam inuiolabiliter uolebat obseruari & custodiri. Et si aliqua uidentur nimis rigida in illo generali concilio, possent moderari: Monuit etiam ambasiatores concilij, quod tenerent manum ad aliud futurum concilium transmisit. Datum Bituriæ. IX. septembris.

Ista Epistola est in libraria sancti Victoris prope Parisius in libro pp. x. folio. ultimo pulpitræ. p.

Epistola faciens ad intellectum tertij articuli, ubi fit mentio de non mittendo ad Moguntiam inconsulto Papa: in qua sic scriptum erat supra.

Serenissimo principi Carolo Francorum Regi, fratri et consanguineo nostro charissimo.

FRideticus Romanorum Rex semper Augustus Austriæ, Stiriæ, Karanthiæ, & Carmolæ Dux, Comes Tirolis &c. serenissimo principi Carolo Regi Francorum fratri & consanguineo nostro charissimo Salutem, & fraternæ dilectionis affectum. Dum ad sacri imperij fastigia diuino uocati munere, tantæ moli grauissimæ gubernationis humeros nostros in Dei nomine, ne suæ uideremur ordinationi resistere, syncero corde submisimus: inter innumera mala, quibus undiq; orbis terrarum concutitur, hoc maximè quo certamen agitur, ut æuo nostro sancta scindatur Ecclesia: animũ nostrum eò premit, atdentiusq; sollicitat, quò eidem Ecclesiæ matri nostræ filiali dilectionis amore & nobili aduocationis officio fortius costituimur obligati: ut illi sæua nunciacula patienti pro uiribus nobis distributis ab alto, diligentia celeri succurramus: atq; ad compatiendũ in hoc tam necessario ac salutari opere Reges et principes Christiano nomine gaudentes pura syncritate hortemur. Nihil uerò ad id æquè patrocinaturum conspicimus, quàm si catholici simul conueniamus Reges & principes Ecclesiastici & seculares, ut sentiant quicunq; dissidentes unam esse uocem omnium. Tunc enim sperandũ, quòd nemo usquam illam irridebit, aut spernet, nemo non reuerebitur, neq; non timebit.

Vnde uenerabilium & illustrium nostrorum, et sacri imperij principum electorum oratoribus: qui pridem decretum electionis de nostra persona ad culmen imperij celebratę, conspectui nostro attulerant: alijs quoq; prælatis, principibus, comitibus, baronibus, proceribus, et uiris cõsularibus nostris fidelibus dilectis deliberatè cõsulentibus: conuentionem seu dietam solennẽ pro communi constituimus omnium salute in ciuitate Moguntina, rebus gerendis pluribus ex causis accommoda, in diem festum Purificationis gloriosæ uirginis Mariæ proximè futurum: quæ erit secunda mensis Februarij: ad quam dexteta Dei nobis assistente propitia, intendimus personaliter nos transferre: charitatis mam fraternitatem uestram puro cordis affectu rogantes: quatenus orthodoxorum progenitorum uestrorum imitantes uestigia: pro laude Dei, pro consolatione Ecclesiæ sanctæ, ac totius populi Christiani salute: ad conuentionem seu dietam huiusmodi dideneos uestros oratores, de uestræ fraternæ dilectionis proposito, uijs quoq; & modis quibus ab imminentibus calamitatibus sancta possit respitare Ecclesia, distincte instructos, et ad tractandum, consulendũ, cooperandum, & concludendum, in his plena uestra potestate fulcitos, illic destinare uelitis. Si autem fraternitas uestra conuocationem & dietam eandem accedere posset & uellet propria in persona: id profectò ingentem gloriam & rebus gerendis fructum uberiorem afferret.

Hortamur deniq; fraternitatem uestram, aduertere uelle mente fideli: quæ sit nostra exhortatio, quantaq; Ecclesiæ subsit necessitas, & quàm periculosum esset nostrum silentium, & agere libeat quod expetimus, propter salutem populi ac decus uestrum, respicientes ad illum cuius causa agitur: qui de cœlo descendit ut moriturus homocem ascenderet: in quo militans fundatur Ecclesia: quatenus in ea suborta tollantur dissidia, & à grauioribus periculis eruatur. Datum Viennæ Anno Domini. M. CCCC. XXI. mensis

A mensis Maij. Regni nostri anno primo. Sic in pede literæ, ad mandatum domini Regis Conradus præpositus Vienneñ. Cancellarius.

Hisce commodè adijcitur, quòd Henricus Token, olim canonicus & legatus Magdeburgensis Archiepiscopi, in concilio Basilienſi, quòd ibi se audiuisse in Eatragine sua, quam Rapularium inscripsit, affirmat.

Milion est decies centum milia. Narrauit Archiepiscopus Lugdunensis in concilio Basilienſi, anno Domini 1436. quòd tempore Martini Papæ uenerunt ad curiam Romanã de Francia, nouem miliones auri computati ab Episcopis & prælatis, absq; his qui computari non potuerunt de paruis clericis, qui quotidie absq; numero currunt ad curiam Romanam, deferentes sæpius secum totam substantiam suam. Archiepiscopus Turonensis dixit Basileæ anno Domini 1439. quòd tres miliones auri uenerunt ad

B curiam Romanam tempore suo, in quatuordecim annis, de prælatis & prælaturis, de quibus potuit fieri computatio: absq; paruis clericis ad curiam currentibus. Iudicet timens Deum, quæ uorago hæc sit. Hactenus Token. Hiccom modè interseri potest, Defensio Curiæ Parisiensis pro Libertate Ecclesiæ, ad Ludouicum XI. contra Aulam Romanam, quam prius Duarenus Patrisijs unà cum suo quodam tractatu edidit, idq; cum Regis priuilegio.

Franciscus Duarenus Sebast. Albaspineo, Regis Christianissimi Legato.

IN iuris pontificij Commentarijs, quos superiore anno, cum unà essemus, conscripsi, mentio facta est à me libelli, quem clarissimus Senatus Parisiensis, quondam pro defendenda libertate Ecclesiæ, Gallicę aduersus Romanam aulam ad Ludouicum XI.

C Regem, nostrum misit. Et quia eius libri lectio ad confirmationem eorum, quæ à nobis de potestate Regis circa ministeria Ecclesiæ ibidem tractata sunt, non parum conducere uisa est, feci non inuitus, ut eum è Gallico in Latinum sermonem à nobis conuersum simul cum ipso tractatu nostro imprimendum curarem. Huius autem defensionis argumentum ex lib. 5. eiusdem tractatus, cap. 11. petendum est. Quam cum leges, nudam, simplicem, ac rudem rerum maximarum descriptionem ea contineri cogitabis, ad quas illustrandas & amplificandas excellentis oratoris stylo opus esset. Est enim causa huiusmodi, ut uix alia grauior unquam reperiri queat, aut accurata copiosaq; oratione homi-

D nis alicuius eruditi, & Reipublicæ, patriæq; miserabiliter uexatæ amantis dignior. Verùm existimauit amplissimus ordo, orationis commentarium paulò plenius, quòd capita & summas rerum complecteretur, tum sufficere, Legatis omnia copiosius atq; uberius, si ita Regi uideretur, exposituris. Hunc uerò libellum, ut maioris illius operis appendicem, quòd tuo fratrumq; tuorum consilio, Illustrissimæ Duci Biturigum Margaritæ dicatum potius, quàm tibi fuit, nunc à me accipies, æternum, ut spero, necessitudinis, quę mihi tecũ iam diu instituta est, monumentũ. Vale, Auarici Biturig. Pridie Idus Mai. 1551.

Pro Libertate Ecclesiæ Gallicæ aduersus Romanam aulam defensio Parisiensis Curiæ, Ludouico undecimo Gallorum Regi quondam oblata.

CVM Rex maiora grauioraq; Regni negotia maturè, & cum magna deliberatione tractare cupiens, nuper mandauerit curiæ Parlamenti, ut si quæ sint iustæ conquerendi causæ ob pragmaticæ, quæ dicitur, sanctionis, & quarundam ipsius constitutionum eidem sanctioni consentanearum abrogationem, curia eum admoneat & certiorem faciat: uisum est curiæ huiusmodi querimoniarum causas simul cum idoneis quibusdam remedijs hic colligere, ita ut Rex in obedientia, quam uerè Catholicus & Christianissimus Rex sanctæ sedi Apostolicæ debet, perpetuò maneat. Ad hæc autem ex

ponenda, Regi et eius consilio sicuti ipse mandauit, curia Ioannem Lofelier, & Ioannem A Henry consiliarios, & inquisitionibus, ut uocant, præsidentes delegauit.

Deliberationis capita.

IMprimis igitur ut ea incommoda facilius cognoscantur, constat fidem Catholicam, ex quo primum in Regno Franciæ instituta est, ac præsertim à Clodouei Christianorum Regum primi temporibus, magis quàm in ullo alio Christiani orbis regno, nullo errore contaminatam floruisse.

Ac ob insignem Regum pietatem, & feruentissimum erga religionem affectum, ac in tuendo seruandoq; diligentiam, & Dei exaltatum nomen, & auctus cultus & Ecclesiæ libertas conseruata fuit. Ea siquidem fuit Regum in Ecclesiam Dei affectio & propensa uoluntas, ut ingentes opes tam in ædium sacrarum extructionem, quàm fundationem & dotationem Ecclesiarum liberalissimè, sumptuosè & magnificè impenderent. Nec minus fuit eorum studium in tuenda, & illustrem Christianis, titulum & nomen hæreditarium sibi pepererunt.

II. Nullum est in Christiano orbe Regnum, in quo tot clarissima cœnobia & Ecclesiæ, uisantur: nusquam Ecclesiarum & cœnobiorum tam sumptuosa ædificia, tam immensi reditus ac prouentus, tam personarum Ecclesiasticarum multitudo: idq; ex Regum ac principum munificentia & liberalitate, partim etiam ex pij religioliq; populi eogationibus ortum est.

III. Rex idemq; summus ac supremus noster dominus, qui præcipuus est fundator, tutor, custos, defensor & uindex earum Ecclesiarum, cùm libertas earundem uiolatur, ius habet conuocandi Antistites, et alias huiusmodi Ecclesiasticas personas ditionis suę, ut eorum inceptis & conatibus obuiam eatur, qui contra eam libertatem aliquid moliri ausi fuerint. Soletq; talis conuentus Ecclesiæ Gallicanæ congregatio appellari.

IIII. In his conuentibus olim authoritate regia indictis, multa præclarè constituta existant, eaq; non sine graui cùm regij sanguinis procerum, tum Ecclesiastici ordinis hominum, & aliorum regni subditorum, ac popularium deliberatione, ut occurreretur uexationibus, molestijs & iniurijs, quæ ipsis à curia Romana cum maximo totius populi damno & pernicie inferebantur. Earumq; constitutionum magna fuit authoritas antehæc tempora, ac in eis obseruandis summa cura diligentiaq; adhibita est.

V. Inter cæteras constitutiones una est D. Ludouici promulgata anno 1267. ut Prælaturis & dignitatibus electiuis per collationem & præsentationem collatorum & patronorum: neculla eo nomine pecuniam imponere aut exigere posset curia Romana in hoc regno. Quæ omnia & alia pleraq; ex lectione constitutionum à D. Ludouico editarum plenius cognosci poterunt: cuius uiri nomen quàm celebre sit ubiq; terrarum, promo est qui ignoret.

VI. His constitutionibus diu obseruatis, cùm curia Romana procedente tempore multa aduersus eam, de qua diximus, Ecclesiæ Gallicæ libertatē moliretur, Carolus VI Rex adhibitis in consilium proceribus Antistitibus, cœnobiarchis, collegijs, Vniuersitatibus, & alijs pleriſq; tam regni quàm Delphinatus hominibus, anno 1406. constitutionem edidit, qua Ecclesiam Gallicam in antiquam libertatem suam asseruit. Fuitq; publicata de more, & perscripta in actis curiæ Parlamenti, anno 1407.

VII. Eodem anno 1407. cum Benedictus Pontifex Romanus eiusq; administri, satellites ac procuratores, magnam pecuniæ uim imperarent ac exigerent, Antistites huius regni apud Regem eo nomine conquesti sunt: fuitq; res agitata in curia parlamenti. Ac in ea disputatione memorabilis sanè & grauis fuit à scholastico conuentu Parisiensi habita oratio die octaua Nouembris, qua postulabant, ut Rex eas exactiones prohiberet. Idem à generali Regis cognitore seu procuratore postulatum fuit: & hoc amplius, ut exacta ob eam causam pecunia restitueretur.

VIII.

A VIII. Hæc expoſita petitaq́ fuerunt tam à ſcholaſtico conuentu, quàm à Regio procu-
ratore præſentibus cameræ, ut uocant, Apoſtolicæ officiatijs, qui tum quicquid uiſum
ſibi fuit narrauerunt, & in medium adduxerunt.

IX. Auditis omnibus, quorum intererat, & iudicibus in conſilium miſsis, tandem
decreuit curia, ne annatarum, quæ dicuntur, nomine aut decimarum quicquam à Ro.
Pontifice exigeretur, & ob eam cauſam excommunicati abſoluerentur. Quæ omnia
cum pleriſq́ alijs eodẽ pertinentibus, in ipſo ſenatus decreto plenius diſcribuntur, quod
pronunciatum fuit anno 1407. 11. Septembris.

X. Non ita multò pòſt edictum promulgauit Rex, quo decretum ſenatus confir-
matum eſt: fuitq́ publicatum in curia 15. Maij. 1408.

XI. Anno 1418. menſe Martio de ſententia & conſilio Antiſtitum & perſonarum
B Eccleſiaſticarum, regni ad tuendam Eccleſiæ libertatem facta fuit conſtitutio, qua re-
ſeruationes omnes & gratiæ Apoſtolicæ, unà cum exactionibus curiæ Romanæ inter-
dictæ fuerunt.

XII. Eodem anno cùm niterentur aliqui diplomata regia impetrare, quibus ea con-
ſtitutio reuocaretur, regius cognitor in curia parlamenti interceſsit, & contradixit.

XIII. Ex his perſpicuum eſt, tam Regem & Proceres regni, quàm Eccleſiaſtici ordinis
homines, præterea regium procuratorem, & Regis conſiliarios in curia parlamenti eò
ſemper ſpectaſſe, & libertatem Eccleſiæ Gallicæ ſartam tectam conſeruarent ab eaq́ om-
nem arcerent iniuriam.

XIIII. Cùm in ſacroſanctis ſynodis Conſtantienſi & Baſilienſi multa decreta eſſent,
tum ueteribus canonibus, tum ijs, de quibus iam diximus, conſtitutionibus Regijs ual-
de conſona, Carolus ſeptimus Rex præſente Rege, qui tum Delphinus nominabatur,
proceribus etiam Regij ſanguinis, Antiſtitibus, collegijs, tum Eccleſiaſticis, tum ſchola-
C ſticis præſentibus, præterea auditis oratoribus tam Pontificis Romani, quàm ſacro
ſanctæ ſynodi uniuerſalis, tandem ea decreta accepit & edicto ſuo confirmauit, quod
uulgò pragmaticam ſanctionem appellamus. Geſtaq́ hæc ſunt in ciuitate Biturigum
anno 1438.

XV. Hæc igitur ſanctio eò maioris authoritatis ſemper habita eſt, quòd à ſacroſan-
ctis conciliijs, quibus præerat Pontifex Romanus, aut legatus eiuſdem, ortum habuerit.
Nulla enim de ijs rebus unquam fuerat lex in Francia ante id tempus lata, quæ ab Eccle-
ſia uniuerſali authoritatem & uires haberet.

XVI. Ex eo tempore regnum ipſum proſperiore ſemper fortuna, Dei benignitate,
uſum eſt, & in maiore quàm unquam antehac authoritate & gloria, ac etiam rerum om
nium copia & abundantia fuit. Quanto autem fuerit hoſtibus terrori, Aquitana et Nor-
mania teſtantur, ex quibus locis expulſi deiectiq́ ſunt.

XVII. Eius ſanctionis obſeruatio ad tres & uiginti annos ſtetit, agiturq́ nũc quadrien-
D nium, ex quo ea in uſu eſſe deſijt. Ac interim præfecti ſunt Eccleſijs, eaſq́ ſine moleſtia &
interpellatione rexerunt eximiæ probitatis grauitatiſq́ uiri: quorum aliqui ob ſingula-
rem uitæ ſanctimoniam iam fato functi miraculis claruerunt, ut Michael Andagauen-
ſis Epiſcopus, Archiepiſcopus Arelatenſis, & alij quamplurimi.

XVIII. Ex horum canonum, decretorum, conſtitutionum abrogatione, innumerabi-
lia naſcuntur incommoda, quæ ad quatuor genera poſſe referri uidentur. Primum
eſt, totius ordinis Eccleſiaſtici confuſio: Secundum eſt, patriæ deſolatio ac deſertio:
Tertium eſt, pecuniarum regni exinanitio: Quartum eſt, Eccleſiarum ruina & ſub-
uerſio.

XIX. Ante omnia proteſtatur curia ſe nolle ſanctitati, dignitati, honori, & authoritati
Pontificis, ac ſanctæ ſedis Apoſtolicæ quicquam detrahere: quin potius omnem ho-
norem, reuerentiam, & obedientiam, quam unuſquiſq́ pius & fidelis ſummo Eccle-
ſiæ paſtori debet, exhibere parata eſt, & ſi quid emendatione dignum exciderit, Ec-
cleſiæ determinationi, quæ errare non poteſt, ſubijcere ſe non recuſat, c. à recta, 24. q. 1.

XX. Quod ad primum genus incommodi attinet, satis constat, si electionibus & collationibus ordinariorum sublatis, reseruationes & gratiæ expectatiuæ locum habeant. Si iudicia & lites in prima instantia ad curiam Romanam deuoluantur, mirabilem inde confusionem exorituram esse. Totus enim ordo Ecclesiasticus confunditur, cùm sua unicuiq; iurisdictio non seruatur. 11. q. 1. c: peruenit.

XXI. Vt hæc confusio perturbatioq; rerum uitetur, & quod suum est cuiq; relinquatur, decretum fuit in iam dictis concilijs, & à Rege constitutum, ut collegia Ecclesiastica & canonica pastorem Ecclesiæ eligant, præsentent patroni, & ordinarij conferant, & de causis, nisi sint maiores, in prima instantia cognoscant.

XXII. Dubitandum non est, quin Rex, qui præcipuus est fundator, tutor, custos, & propugnator Ecclesiarum sui regni, non solùm iure possit, sed etiam debeat dare operam, & curare, ut decreta & constitutiones, quibus haud dubiè propulsantur ea quæ diximus incommoda, diligenter & bona fide obseruentur. Ac si ob earum constitutionum uel abrogationem uel contemptum, in hæc mala & calamitates incideret Regis subditi, iure optimo ipsius opem implorare possent.

XXIII. Quòd autem electio pastorum ad collegia Ecclesiastica pertineat, eoq; iure possint uti absq; Romanæ sedis offensa, ex eo apparet, quòd cùm Episcopus Ecclesiæ ipsius sit, & matrimonium quoddam spirituale inter ipsum et Ecclesiam contrahatur, necessariò consensus Ecclesiæ interuenire debet.

XXIIII. Dubium non est quin collegia ipsa, quibus notiores sunt personæ, idoneos pastores ad regendam Ecclesiam multò facilius eligere possint, quàm si in aula Romana promouerentur.

XXV. Postquam perfecta absolutaq; est electio, proponuntur programmata: in quibus tam & mores electi inquiritur, & antequam confirmetur electio, quisquis intercedere uoluerit, admittitur. Vnde satis liquet, melius probari & explorari eum, qui eligitur à collegio Ecclesiæ, quàm si in Romana aula, ubi cognita non sunt eius merita, promoueretur.

XXVI. Cùm Episcopus solenniter à collegio eligitur confirmaturq;, seruata programmatum & inquisitionum forma eò certè maior est populi de, eo existimatio, magisq; eum uenerantur, obseruãt, & diligunt populares, quàm si ipsis inuitis obtrudatur. Ideoq; doctrina eius longè fructuosior est, & ad ædificandum multò efficatior.

XXVII. Hinc tamen si Petrus Christi uicarius esset, & caput Ecclesiæ: tamen mortuo Iuda, qui unus erat Apostolorum, cæteri omnes pariter elegerunt, & sors cecidit super Matthiam, ut in Actis Apostolorum legitur.

XXVIII. Lucius Pontifex Romanus uir sanctus & martyr, qui Ecclesiæ Romanæ præfuit anno 154. ita decreuit: Nullus in Ecclesia, ubi duo uel tres fuerint in congregatione, nisi eorum electione canonica presbyter eligatur. Si uerò aliter quis Ecclesiam adepus fuerit, eo quòd per cupiditatem illam acquisierit, atq; contra canonicæ disciplinæ regulam egerit, expellatur c. 1. de elect. in Decretal.

XXIX. Est & aliud decretum Leonis sancti & confessoris in hæc uerba: Nulla ratio patitur ut inter Episcopos habeantur, qui nec à cleticis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus Episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati, c. Nulla. 71. dist.

XXX. Canon Antiochen. concilij, quod congregatum fuit, anno. 340. sic habet: Seruetur autem ius Ecclesiasticum id continens non aliter oportere fieri, nisi cum synodo & iudicio Episcoporum, & electione clericorum, qui post obitum quiescentis potestatem habent, eum qui dignus extiterit eligendi & promouendi. c. Episcopo. 8. q. 1.

XXXI. Alius extat canon concilij Toletani in hæc uerba: Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, uel authoritas Metropolitani uel Comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit, c. qui in alio quo. 51. dist.

XXXII.

A XXXII. Alius est canon concilij Constantinopolitani anni, 867. cuius hæc uerba sunt: Promotiones & consecrationes Episcoporum, concordans prioribus concilijs, clericorum electione, ac de certo Episcoporum collegio fieri hæc sancta synodus uniuersalis diffinit & statuit.

XXXIII. Concilio Lateranensi, quod ab Innocentio tertio Romæ coactum est anno 1205. ubi Antistites 1336. adfuerunt, certa forma eligendi præscripta fuit: additumq; est ut negligentibus electoribus post tres menses, omne ius & potestas prouidendi Ecclesiæ ad superiorem Antistitem deuolueretur, c. quia propter, c. ne pro defectu, de electio.

XXXIIII. Prisci Reges, cùm Ecclesias regni sui rectè constitui cuperent, hanc prouidendi Ecclesijs rationem, quæ electio dicitur, semper maximè probarunt, eamq; modis omnibus retinere studuerunt, ut legitur apud Vincent: Specul. histo. lib. 22. & 23. de
B Clodoueo Regum Franciæ Christianorum primo, qui Anno 400. conuocatis in ciuitate Aurelianensi permultis Præsulibus & Episcopis, in quibus sanctus Melonus erat, præcipit in præficiendis pastoribus Ecclesijs antiquos canones seruari ac retineri.

XXXV. Idem statuit Imperator Leo in Cod. Iustiniani, tit. de Episco, & cler. cuius uerba hæc sunt, Si quenquam uel in hac regia urbe, uel in cæteris prouincijs, quæ toto orbe terrarum diffusæ sunt, ad Episcopatus gradum Deo authore prouehi contigerit, puris hominum mentibus, nuda electionis conscientia, syncero omnium iudicio proferatur, l. si quenquam C. de Episco.

XXXVI. Carolus Magnus lib. 1. capitula hæc quæ sequuntur constituit. Sacrorum canonum non ignari, ut Dei nomine sancta Ecclesia, suo liberius potiatur honore, assensum ordini Ecclesiastico præbemus, ut scilicet Episcopi per electionem cleri & populi, secundum statuta canonum de propria diœcesi (remota personarum & munerum
C acceptione) ob uitæ meritum & sapientiæ donum eligantur, ut exemplo & uerbo sibi subiectis usquequaq; prodesse ualeant. Quam constitutionem iuris pontificij compositores inter sacros canones retulerunt, & quodammodo consecratum, c. sacrorum 63. dist.

XXXVII. Philippus Deodatus sancti Ludouici auus, cùm in suam & diadematis Francici obedientiam uelut diuino quodam fato reduxisset Normaniam, Aquitaniam, Comitatum Andegauensem, Pictauensem, Cœnomanensem, Turonensem & Pontinensem, antè profectionem ultramarinam, ut canonici Ecclesiarum cathedralium, & monachi cœnobiorum eligendi facultatem haberent, & personas Deo gratas & Ecclesiæ regnoq; utiles eligerent.

XXXVIII. In pleriscq; monumentis antiquis reperitur, permultos fundatores Ecclesiarum diserte & expressim statuisse, ut mortuis Ecclesiarum Præsulibus per ele-
D ctionem ipsis prouideatur. Quas fundationes Romani Pontifices postea confirmauerunt.

XXXIX. Ex quo primùm orta est in orbe Ecclesia usq; ad tempora sancti Ludouici nusquam reperies Pontifices Romanos in Ecclesias & beneficia, quæ electiua dicuntur, ullum ius sibi uendicasse, aut eligere uolentes ullatenus impedijsse, quò minus libertate electionis fruerentur. Quinimò constitutiones eorum extant memorabiles, ex quibus apparet curæ eis fuisse, ut rectè atq; ordine electiones fierent. Cuius rei fidem faciunt quæ in decreto Gratiani, & in libro Decretalium Gregorij hac de re leguntur. Adde quòd in postulationibus quoq; ipsis ab eo iure tanquam alieno prorsus abstinebat, & infirmata postulatione remittebat ad eligentes negotium, ut denuò eligerent, c. bonæ depostul. prælato. Tunc autem florebat Ecclesia, religio propagabatur, exaltabatur fides Catholica, bonis, & spiritalibus & temporalibus exuberabant, ac circumfluebant omnia.

XL. Cùm tempore sancti Ludouici conarentur Romani libertatem electionum

infringere, & ijs malis, de quibus iam diximus, uiam aperire, is se principem uere pium, & Christianum, & Catholicum, custodemq; & propugnatorem Ecclesiarum sibi commissarum præbuit. Occurrit enim pernicioſisimis conatibus & consilijs Romanorum, & Ecclesias in libertatem uindicauit.

XLI. Ludouicus Hutinus anno 1315. hanc sancti Ludouici constitutionem & quandam aliam huic simílem Philippi pulchri edicto suo confirmauit. Cui postea Ioannis Regis accesit alia confirmatio, anno 1351.

XLII. Post illud tempus Romani summa oper nisi sunt electiones omnino subuertere, quorum inceptis Reges Christianissimi conuentus solenniter indicentes, fortiter obstiterunt, eorumq; conatus repressérunt, ut ante dictum fuit. Nam sua non parum interesse existimabant eligendi morem in regno suo retineri, & eò magis quòd iure suo potestatem eligendi facere consueuerant.

XLIII. Ius quod hic sibi Rex uindicat, relatum est in libros iuris Pontificij, quos Gratianus edidit. Vbi dicitur Hadrianum Papam cum uniuersa synodo, tradidisse Carolo Regi ius & potestatem eligendi Pontificem Romanum, sedem Apostolicam ordinandi: item Archiepiscopos & Episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit, ut nisi à Rege laudetur & inuestiatur Episcopus, à nemine consecretur, c. Hadrianus, 63. dist. Ac tametsi Ludouicus Pius ius Pontificem Romanum eligendi repudiasse dicatur, c. ego Ludouicus 63. dist. semper tamen ius inuestiturarum retinuit, in cuius locum postea successerunt Regalia, & ius aliud quo utitur Rex, cum uacante Episcopatu eligendi potestatem facit.

XLIIII. Cum spretis omnibus, quarum iam memini, constitutionibus, Romani Hierarchiam Ecclesiæ confundere ac perturbare non desinerent, & reseruationes suas passim, gratiasq; expectiuas in orbem spargerent, ingens Ecclesiæ deformatio inde secuta est. Ad extremum Ecclesia uniuersalis in spiritu sancto legitimè congregata, per generalem reformationem capitis & membrorum reseruationes omnes, gratiasq; expectatiuas sustulit, & ueteres canones de electionibus & collationibus restituit. In qua generali reformatione illud disertè cautum exceptumq; est, ut quicunq; cuiuscunq; dignitatis etiam populis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentiæ subijciatur.

XLV. Quod ad minora beneficia attinet, quæ collatiua dicuntur, obscurum non est eorum conferendorum ac distribuendorum ius ad Episcopos in sua quenq; diœcesi pertinere, c. regenda. c. quicunq;, c. nouerint, 10. q. 2. & toto tit. de offic. ordin. in decretal. Ac Pontifex quidem Romanus cùm gratias tribuit expectatiuas, aut mandata quæ uocant de prouidendo, & ad Episcopum aliquem ea mittit, his uerbis concipi diploma solet: cuius collatio iure ordinario ad te spectat. Proinde ea conferendi facultas nec eis adimi, nec minui ullo pacto absq; iniuria potest. Ad quam iniuriam depellendam Episcopi ad Regem, ut tutorem defensoremq; suum, meritò confugere possunt.

XLVI. Indignitatem hanc, ratio prouidendi Ecclesijs quam Romana curia excogitauit, uehementer auget, per reseruationes nempe & gratias expectatiuas. Præbent enim occasionem captandæ mortis alienæ, quod cum ne ethnici quidem tolerabile iudicarint, multò magis Christiani horrere & execrari debent, c. nulla, de conc. præben.

XLVII. Experientia uel sola docuit, postquam à pragmatica sanctione recessum est, quantam gratiæ expectatiuæ confusionem pariant, partim ob earum multiplicationem, partim ob prærogatiuarum ac derogationum clausulas & cauillationes, quæ in eis inseri consueuerunt. Miras enim offundunt tenebras, & lites infinitas gignunt. Ac tametsi Pius qui nouissimè diem suum obiit, statuisset, duo tantum diplomata in singulas collationes expedienda esse, tamen duodecim ac eò amplius non ratò conspiciuntur.

XLVIII. Ante ea decreta quorum supra mentionem fecimus, tanta erat confusio, ut in diœceſi

A diœcesi Andegauensi sexcentæ gratiæ expectatiuæ in uno anno inuentæ sint. Nec mi-
nor in pletisq; alijs locis extitit numerus.

XLIX. Si eo tempore, quo istæ tot gratiæ impetratæ fuerunt, decessisset Pontifex Romanus, irritæ omnes ac prorsus inutiles redditæ fuissent, propterea quòd nouí Pon-tifices huiusmodí gratias statim reuocare solent. Itaq; in singula diplomata si uiginti au-teos computemus, id est, quanti uulgò æstimantur, sumptus in eorum impetrationem facti, comperimus iacturam hanc duodecim millium aureorum esse.

L. Tempore etiam Martini talis erat in Ecclesia confusio: cuius tollendæ gratia de creta, de quibus iam diximus, constitutionesq; factæ fuerant. Verùm simulatq; ab eis re-cessum est, in pristinum illud chaos denuo incidimus.

LI. Ratione caret penitus hæc prouidendi ratio, quia certo certius est, ordinarium,
B qui in loco ipso commoratur, & nõ tantum nouit, qualis sit Ecclesia, sed qualis sit etiam de quo præficiendo agitur melius & utilius posse Ecclesię prouidere, quàm in Roma-na curia huiusmodi diplomatis prouideri soleat.

LII. Si quis obijciat, ordinarios etiam collatores plerunq; homines non idoneos ad gubernationem Ecclesiarum promouere: huic respondendum est, si quid ea in re deli-querint, corrigi eos & puniri posse, iuxta c. graue, de præben. At Pontifex Romanus ne-mini subest, ut ipsemet de se testatur, nec potest quisquam ei dicere, Cur ita facis? Adhæc præficiuntur à Pontifice Romano peregrini, non indigenæ, quorum ingenium & con-ditio moribus patriæ non conuenit. Itaq; dissidia hinc facilè nascuntur cum grauissimo salutis animarum detrimento, & Sacramentorum irreuerentia.

LIII. Decreta, de quibus hic loquimur, studijs ac literis maximè fauent: quia iubent literatis ac graduatis beneficia conferri. Quod si quæ in eis obscuritas insit, ea elucidari ita potest cum aliquo Reipublicæ bono, ut nihilominus illibata decretorum authoritas
C maneat.

LIIII. Si ita Regi uideretur posset ratio iniri, qua stantibus decretis facilius, ex peditius, ac minore sumptu Regijs ministris consuleretur in distributionem beneficiorum, quàm per curiam Romanam fiat: & eadem opera scholasticis & literatis uiris prospici posset, nempe certos menses pro tertia parte ipsis debita attribuendo. Quod Rex defunctus fa-cere cogitabat, & in animo habebat.

LV. Commodior atq; utilior Regi esset ordinaria eligendi ratio, cùm sit uerisimile hominem grauem & idoneum, quem ipse commendauerit eligentibus acceptum eis fore, nec quenquam futurum qui honestè Regis uoluntati non facilè assentiatur.

LVI. Si fortè quis dixerit alienum non esse, ut Romanus Pontifex distributionem aliquorum beneficiorum habeat, quibus possit familiaribus suis & alijs grauissimis uiris, quorum opera utitur in rebus arduis, consulere: Respondendum est satis huic pro-spectum esse per ea synodorum decreta, de quibus hic loquimur. Dimittuntur enim om-
D nia beneficia, quorum reseruatio in corpus iuris includitur. Adhæc ubi sunt decem be-neficia unum ad uitam: & duo ubi quinquaginta iuxta c. mandatum. Qua ratione be-nè mereri de multis ei perquam facilè est, nullam confusionem afferendo Ecclesiæ, nec sibi uindicando iura ordinariorum.

LVII. Quod ad iudicia & lites attinet, perspicuum est eas coram ordinarijs tractari debere. Nec absq; summa eorum iniuria, & totius populi graui incommodo, si maiores grauioresq; causas excipias, aliter fieri potest. Quamobrem si decreta tollantur, quibus huic malo præclusa fuit uia, iustissima erit apud Regem conquerendi causa.

LVIII. Sancti Petri exemplum, cuius successores sunt Pontifices Romani, maximè eos mouere debet, ut iurisdictionem ordinariam Episcopis dimittant. Nam cum Hiera-solymis quæstio de legis obseruatione exorta esset, Petro tum præsente, Iacobus qui Hierosolymorum Episcopus erat, sententiam de ea re pronunciauit. Ac ut Vincentius scribit in Spec. hist. c. 9. hæc quæstio ad alium nisi per appellationem transferri non poterat.

LIX. Absq; his, de quibus loquimur, constitutionibus, nemini liceret tutò Ecclesiam aliquam aut beneficium obtinere. Argumento sunt ea quæ post abrogationem earum constitutionum Romana curia hic designauit. Non enim solum caularum Ecclesiasticarum, sed etiam possessoriam cognitionem, quę Regis est, sibi uindicare Romani coepe runt. Ac ne à regalibus quidem ipsis potuerunt abstinere: quorum cognitio ad Regem et curiam Parlamenti haud dubiè spectat. Idq; perspectum est in plerisq; negotijs, propter quæ Regem admonuit cõsuluitq; curia qui tum in finibus Aquitaniæ erat. Nec diu post eius rei gratia constitutiones memorabiles edidit Rex, quæ in curia parlamenti recitatę, promulgatæ, & in actis perscriptæ sunt.

LX. Nec clericos modò & personas Ecclesiasticas uexabant his litibus Romani, sed etiam laicos profanosq; homines. Nam exemplum succurrit consoris, ante diui Dionysij ædem in urbe habitantis, qui cùm Romæ agentem filium amisisset, mox pro eiusdem debito in curiam Romanam pertractus est. Idemq; Ioanni Dargonges regio aduocato accidit.

LXI. Alterum ex quatuor malorum generibus, quæ ex decretorum contemptu et abrogatione oriri diximus, est Patriæ desolatio, quam depopulationem ut uulgò appellamus. Regis siquidem interest plurimum, desertum à populo & desolatum regnum non esse. In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia principis, Prouerb. 14.

LXII. Ante hæc decreta & constitutiones cum reseruationes & gratiæ expectatiuæ in usu essent, & causæ in Romana curia tractarentur, populares Regni huius certatim concurrebant Romam. Quorum alij Cardinalibus & aulicis inseruiebant: alij nullis hominis familiæ mancipati, sed aliqua spe uana illecti suam parentumq; suorum substantiam absumebant: alij, & hi quidem plurimi eo consilio Romam migrabant, ut certe ris hic manentibus molestiam exhiberent & Ecclesias beneficiaq; ab eis quo iure quaq; iniuria extorquerent. Nam experimento compertum est, maximam eorum partem, qui hinc Romam proficiscebantur, siue ob itineris periculum & molestiam, siue ob pestem, quæ Romæ crebrò grassatur, statim mortem oppetere solitos fuisse. Qui uerò ex his periculis incolumes euadebant, negotium facessebant senibus, ualetudinarijs, & alijs huiusmodi qui in Ecclesijs suis & beneficijs erant assidui. Ac sæpenumero contingebat ut miseri homines in curiam Romanam citati cùm aduersus istos calumniatores se defendere nequirent, præ tædio & mærore uitam finire cogerentur.

LXIII. Plerisq; beneficiorum captatores, parentum & amicorum loculos exhauriebant omnino, tandemq; ad summam inopiam atq; adeo mendicitatem redigebantur. Quæres etiam plurimis mortem accelerare consueuerat. Nec uerò ulla spe alia tantas perferebant miserias, nisi ut plumbum fortè pro auro domũ aliquando referrent. Accidebatq; interdum ut hians coruus deluderetur, utq; plumbum auro redemptũ nihil planè aliud quàm plumbum esset. Cum enim diplomatibus suis plumbeis confiderent, interueniebat alius qui annulationem aliquam sic enim uocant, ex insperato afferret. Ac interdum decem aut duodecim ad idem beneficium anhelantes & acceptantes existebant. Orta uerò lite inter eos, Romam denuo redeundum erat litigandi causa. Sic omnibus passim Romam confluentibus, regnum populatibus ac subditis miserabiliter destituebatur.

LXIIII. Scholastici quoq; conuentus, quod longè deterius & Vniuersitates studiorum desolatæ ac desertæ ob eandem causam iacebant. Nec dubium est, quin contemptus decretorum & constitutionum, quæ à maioribus nostris nobis relictæ sunt, hæc omnia incommoda trahat.

LXV. Id adeo facilè cognosci potest, uel ex eo, quod cum rumor increbruisset de pragmaticæ sanctionis abrogatione, nec dum ea de re quicquam in curia publicatum esset, maxima popularium multitudo Romam se contulit. Ex quo conficere licet, quantus sit futurus Romam concursus, quanta regni desolatio, si confectam esse rem & authoritate curiæ confirmatam, uulgò intellectum fuerit.

LXVI.

A LXVI. Tertium incommodi genus ad pecunias spectat, quibus regnum exinanitur: nec ulla res pestilentior ac exitialior huic regno potest excogitari. Nam, ut Philosophus inquit, nummus mensura est omnium rerum, & uelut pro nobis fidem iubet ac intercedit, quoties re aliqua indigemus. Bellorum nerui sunt nummi, nec sine ijs regnum defendi ac propugnari potest. Imò ne iurisdictionem quidem ipsam, qua maximè opus est in hoc regno absq; pecunia tueri licet.

LXVII. Si decreta & constitutiones iam dictæ antiquarentur quotannis, decies centena millia aureorum & eò amplius hinc Romam exportarentur. Nam si ingentem numerum Episcopatuum, Archiepiscopatuum, Abbatiarum & aliorũ beneficiorum, quæ in hoc regno sunt, consideremus, non difficile erit iudicare infinitam pecuniæ uim hinc exituram esse in annatas & alia huiusmodi uectigalia, in gratias expectatiuas, in con-
B trouersias & lites, in quas magna pecunia uel itineris & uiatici nomine impendi solet. Nam nullum est tam exiguum ac tenue beneficium, nulla collatio, quæ gratijs expectatiuis obnoxia non sit. Huc accedat quod duodecim interdum diplomata seu bullæ unius beneficij nomine impetrantur. Nec ullus est mediocris fortunæ homo, qui non iuuandorum promouendorumq; filiorum aut propinquorum causa, pecuniam aliquam in harum gratiarum impetrationem uelut in aleam quandam, conferat ac conij ciat. Cuius consilij non alius plerumq; exitus esse consueuit, quàm ut hic captator simul & rem & filium seu propinquum amittat.

LXVIII. Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ hoc in more positum est, ut omnes insigniores Abbatias acceptent. Ac ne Abbatias quidem modò, sed alia etiam opimiora beneficia, ut ab Ecclesijs parochialibus Archidiaco. non temperent. Hinc fit ut reditus eorum beneficiorum Romam perferantur: nec inde unquam redeant, quod Papa Romanus eis decedentibus succedat.

C LXIX. Annatæ præter exinanitionem pecuniarum aliud quoq; incõmodum non leue adferunt. Est enim inuenta ratio, qua benè nummati eruditis & probatæ uitæ hominibus præferantur. Cui malo ac pesti obsistere ac mederi uoluerunt imperatores, ut ex constitutione Leonis perspicitur: cuius hæc uerba sunt: Nemo gradum sacerdotij uenalitate pretij mercetur, quantum quisque meretur, non quantum dare sufficit æstimetur: profectò enim quis locus tutus, & quæ causa poterit esse excusata, si ueneranda Dei templa pecunijs expugnentur? quem murum integritatis, aut uallum fidei prouidebimus: si auri sacra fames penetralia ueneranda proserpat, denique quid cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? cesset altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium: ita castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus, ut quocunq; locorum peruenerit, omnia uitæ propriæ integritate purificet, non pretio, sed precibus ordinetur Antistes, tantum ab amD bitu debet esse sepositus ut quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, solà illi suffragetur necessitas excusandi: profectò enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. Cùm sanè, si quis hanc sanctam & uenerandam Antistitis sedem pecuniæ interuentu subisse, aut si quis ut alterum ordinaret, uel eligeret, aliquid accepisse detegitur, instar publici criminis & læsæ maiestatis accusatione proposita, à gradu sacerdotij retrahatur: nec hoc solum deinceps honore priuari, sed perpetuæ quoq; infamiæ damnati decernimus: ut eos, quos par facinus coinquinat, & æquat, utrosq; similis pœna comitetur.

LXX. Est & aliud harum annatarum graue & exitiale malum: quia qui eas Romano Pontifici pendunt & exoluunt, in pœnam incurrunt, quæ aduersus simoniaci ambitus reos statuta est, nec ullum ius in beneficium habent, quod hac ratione obtinuerunt. Id enim uerbis decreti expressum est. Qua in re quantum sit corruptelæ ac periculi neminem non intelligit.

LXXI. Postquam labefactata est pragmaticæ sanctionis, & ueterum decretorum auctoritas, experientia nos docet auro præsertim exhaustum hoc regnum esse. Nam ante hac apud nummulariorum pontẽ nulla erat mensa, quę non magnopere frequentaretur

ab ij

ab ijs qui pro auro minutiorem monetam exposcebant: ex eoq; collybo multi quæstum faciebant. Nunc uerò arte Romana sic exactum est aurum ex popularium loculis, ut ærea tantum minutaq; nobis moneta relicta sit, & nummulatijs pontem dicatum, iam puerilium puparum, & nunculorum fictores incolant.

LXXII. Vt speciatim ac sigillatim demonstremus, quantopere hoc triennio pecunis regnum exhaustum sit, animaduertendum est Pij Pontificis tempore uacasse in hoc regno plusquã uiginti Archiepiscopatus & Episcopatus. Nec dubium est, quin tam pro annuo illo uectigali, quod annatam uocamus, quàm pro reliquo sumptu accessorio & extra ordinario, in singula diplomata seu bullas sena aureotũ millia dependia numerataq; sint. Quæ summa est centum & uiginti millium aureorum.

LXXIII. Cœnobiarchiæ quoq; siue Abbatiæ ad sexaginta aut eo amplius uacauerunt in hoc regno. Quarum singulæ duobus millibus aureorum ut minimum constiterunt. Summa ergo est centum & uiginti millium aureorum.

LXXIIII. Eodem tempore priorates, decanatus, præposituræ, præceptoriæ, & aliæ dignitates electiuæ, quæ lituo insignitæ non sunt, plusquam ducentæ uacauerunt. Actum singula huiusmodi beneficia aurei numerati sunt quingenti. Summa igitur centum est millium aureorum.

LXXV. Constat in hoc regno ut minimum centum millia parœciarum esse, quæ habitentur & incolantur. Nec ulla est in qua eo tempore gratiam expectatiuam aliquis non impetrauerit: in quarum singulas XXV. aurei impensi sunt, tam pro itineris sumptu quàm diplomatum confectione, pro non obstantijs, prærogatiuis annullationibus, & alijs specialibus clausulis, quæ gratijs adscribi consueuerunt. Item pro executorio processu super eisdem gratijs facto. Summa hęc est, uicies quinquies centena millia aureorum.

LXXVI. Et si ingens esset pecuniarum exactio, earum rerum nomine, de quibus iam diximus, quo tempore iam dictæ constitutiones promulgatæ sunt, tamen ex quo coepta uelli cœperunt, id est tempore Pij Pontificis, & hoc etiam tempore altero tanto maior est & ampliot huiusmodi exactio. Tunc enim annatæ soluebantur habita ueteris taxationis ratione, eaq; ad dimidiam partem eius taxationis redigebatur. Nunc uerò annata taxationé & annuum reditum excedunt, adeo ut plerunq; uideamus diplomata ab impetrantibus apud trapezitas dimitti, quod reditu omni ampliot summa exigatur, id quod in Abbatia Bernaiensi & S. Pharonis Melden. accidisse comperimus.

LXXVII. Inficiari non potest Romanus Pontifex, quin sublatis reseruationibus & gratijs expectatiuis, multò plus emolumenti ex hoc regno, quàm ex duobus alijs totius orbis Christiani amplissimis & opulentissimis regnis auferat, ut puta pro annatis uacantium Archiepiscopatuum, Abbatiarum, aliarumq; dignitatum, et beneficiorum electiuorum, quæ immediatè ei subiecta sunt, quorum ingens est numerus. Pro deuolutionibus aliorum præsulatuum & dignitatum, pro beneficiorum præuentionibus: pro cõmendationibus & pensionibus: pro beneficijs uacantibus in curia Romana: pro dispensationibus ad duo, uel tria uel quatuor beneficia incompatibilia: Pro gratia & facultate uisitandi per procuratorem: pro legitimationibus: pro dispensationibus super defectu ætatis & defectu natalium: pro re pœnitentiaria, quæ latissimè patet: pro priuilegijs: pro exemptionibus: pro altaribus portatilibus: pro facultate eligendi confessorem: pro gratijs si neutri & perinde ualere: pro dispensationibus super uitijs corporis: pro irregularitatibus: pro contractu matrimonij in casu prohibito: pro infractione uotorum religionis & peregrinationis: pro absolutione casuum Papæ reseruatorum: pro indulgentijs & alijs id genus. Ex quibus summa conficitur multò amplior, quàm ducentorum millium aureorum.

LXXVIII. Reditus Episcopatuum, Abbatiarum, & aliorũ huiusmodi beneficiorum, quos residentes & commorantes in curia Romana ad se perferri curant quotannis, excedunt summam centum millium aureorum.

LXXIX. Quartum genus incommodi est Ecclesiarum ruina & destructio, quod cuiusmodi sit facilè ex superioribus articulis colligi potest. Nam beneficiarijs absentibus ut iam

A iam dictum est, pecunia quę in instaurationem sacrorum locorum impendi deberet, alio exportatur. Præsentes uerò ac residentes annuo illo uectigali, quod Pontifici Romano pendi solet, premuntur mirum in modum & onerantur, ut etiam si uelint sumptibus in tutelam Ecclesiarum necessarijs sufficere non possint. Ex ea re duplex malum consequetur. Nam & cultus diuinus deseretur in perniciem animarum, & plebecula, quæ sub Ecclesiastici ordinis hominibus uitam tolerare consueuit, præ sua egestate cedere patria & solum uertere cogetur.

LXXX. Commendationes, quæ iam dictis canonibus & decretis prohibitæ fuerant, nunc uerò usitatę sunt & quotidianæ, quid aliud sunt quàm certissima omnium Ecclesiarum euersio? Nam ex quo decreta illa pessum ierunt, uix ullum est paulò opimius nobiliusq; beneficium, quod in hanc commendationis corruptelam non inciderit: uelut in diœcesi Parisiensi clarissimum omnium cœnobiorum, quod uel Re-
B gum Christianissimorum sepultura satis nobilitatur. Item cœnobia sancti Maglorij: sancti Martini: sancti Eligij, & alia quamplurima.

LXXXI. In prouincia Rothomagensi nobilissima abbatia S. Ouen commendata est: Item mons S. Mich. Lunneges, Nontebourg, Fescamp, Lyre, Yue, S. Cather. Grammont. Ac beneficia etiam regularia, quod est indignius, hodie sine delectu cõmendationis titulo dantur.

LXXXII. In diœcesi Andegauensi abbatiæ S. Albi. S. Nicol. S. Georg. S. Florent. Ferriere, Bourguet, Cunault, & alia pleraque beneficia huiusmodi. In alijs prouincijs abbatiæ Cluniacen. Casad. Issor. Compend. Insula Bar. Sulpitij. Biturig. S. Vinc. Cœnomam. Cultera Cœnom. S. Martí. Augustod. & alia beneficia numerabilia.

C LXXXIII. Haram commendationum abusus quam pestilens exitiosque sit huic regno nemo satis eloquí potest. Cõmendantur enim opulentiora & clariora beneficia ut plurimum Cardinalibus Romanę Ecclesiæ atque hinc fit, ut ferè uacent in curia Romana, eorumque distributio Pontificis Romani sit, nulla quę electio locum habeat. Et quia redditus ac prouentus eorum beneficiorum Romam hinc exportantur: corruunt ædificia: disciplina omnis monastica cessat: cultus diuinus friget & extinguitur. Sic ædificia omnia tam lapidea quàm spiritalia dirui funditus & euerti uidemus, adeo ut si quis in posterum ea restituere & instaurare cupiat, uix, imò ne uix quidem unquam in pristinum statum reduci queant. Nam ei sunt mores huius seculi, proh dolor, ut perinde sit abbatem esse, ac profani cuiusuis prædij dominum esse. Nec ullius oneris officiúe gratia quis abbatiam accipiat, nisi ut à colono quopiam aut redemptore siue conductore rationes exigat, & reliqua si quæsint auferat et consumat.

D LXXXIIII. Cum synodus Constantiensis tempore Martini Papæ, eos, de quibus iam diximus, canones edidit, non mediocris iam erat corruptio in Ecclesia. Sed longè profectò tolerabilior quàm hoc tempore: ac singuli Cardinales singulis abbatijs contenti erant: nec ullis hominibus alijs commendabantur abbatiæ. Hodie humilioribus & in nulla dignitate positis, nec regulares abbatiæ modò, sed prioratus & iam conuentuales S. Benedicti, atque adeo Hospitalia ipsa S. Antonij secularibus hominibus commendari cœperunt.

LXXXV. Hæc cum ita se habeant, censet curia obseruationem canonum, Decretorum & constitutionum iam dictarum Regis culpæ aut in obedientiæ adscribi non posse, nec ulla obstringi eum religione, quò minus eius rei curam suscipiat. Quinimo graui scelere, quod bona eius uenia dictum sit, sese obligare uideretur, si contra eos canones aliquid admitteret: idque propter authoritatem & sanctitatem eorum, qui hos canones nobis reliquerunt, quique in magna tranquillitate, prosperitate & successu Ecclesiæ eisdem usi sunt. Ex quo genere est collegium apostolorum. Sacro-

ſanctę ſynodi Antiochenſis Chartaginenſis, Conſtantinopolitanę, Lateranenſis, &c. A
Sancti Patres ac Pontifices, qui eos comprobauerũt & ſecuti ſunt, Pius, Martinus, Leo
confeſſor, Gregorius, & cæteri. Denique ſanctiſsimi quiq; & Chriſtianiſsimi Reges,
qui eos canones & Eccleſiaſticam diſciplinam: quæ eis continetur, ſummopere am-
plexi ſunt, & cuſtodiendos eos diligenter curarunt: ut Clodoueus, Carolus Magnus,
Philippus Deodatus, S. Ludouicus, Philippus Pulcher, Ludouicus Hutinus, Ioãnes,
Carolus VI. Carolus, VII. quorum temporibus proſperos ac fœliciſsimos ſucceſſus
hæc monarchia habuit.

Adijciamus ſanè & appellationem ſcholæ Pariſienſis, à Leone Pontifice.

Appellatio Vniuerſitatis Pariſienſis.

VNiuerſis præſentes literas inſpecturis Rector & uniuerſitas magiſtrorum, docto
rum & ſcholarium Pariſijs ſtudentium, Salutem in Domino.

Notum facimus, quòd nos apud S. Bernardum Pariſijs, ſuper infraſcri-
ptis & alijs noſtris negocijs agendis, per iuramentum congregati & conuocati, mo-
do & forma cõtentis in quodam codice papyreo, cuius tenor inferius deſcribitur &
inſeritur, prouocauimus & appellauimus, prouocamusq; & appellamus. Cuius qui-
dem codicis papyrei tenor ſequitur, & eſt talis. Præmiſsis expreſſè proteſtationibus,
quod contra unam ſanctam catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, quam totius or-
bis eſſe magiſtram & obtinere principatum credimus, ſanctæq; ſedis Apoſtolicæ au-
thoritatem, ac ſanctiſsimi domini noſtri Papæ benè conſulti poteſtatem nihil dice-
re intendimus: Si quid ex lubrico linguæ forſan malè dictum ſit, parati emendare.

Sed quoniam is qui uices Dei gerit in terris, quem Papam dicimus, quamuis à
Deo poteſtatem immediatè habeat, per hanc poteſtatem non impeccabilis efficitur,
nec poteſtatem peccandi accepit: ita ut ſi quid quod iniuſtum eſt, faciendum eſſe præ-
ceperit, patienter ſuſtinere debeat, ſi non fiat, quod ei praua fuerit inſinuatione ſugge-
ſtum: eiq; parendum non ſit, ſi quid contra diuina præcepta ſtatuendum eſſe de-
creuerit: imò ei reſiſti iurè poteſt. Quòd ſi illi potentum auxilio, forſan ſuggeſtione
uel minus ſano cõſilio deceptorum adiuto, reſiſti non poteſt, ſublataq; ſunt reſtitu-
endi remedia: unum tamen iure naturali proditum eſt, quod nullus princeps tolle-
re poteſt, appellationis remedium, cum ſit quædam defenſio, quæ iure diuino, natu-
rali & humano cuiq; competit, quæ non poteſt auferri à principe, ut in Cle. paſtora-
lis. de ſen. & re. iudic. & no. Splendor ille canoniſtarum. Imò in c. Quæ in Eccleſia-
rum. de Conſtit.

Ad huiuſmodi ergo appellationis remedium, quo oppreſsi releuantur, confu-
gientes, nos Rector & Vniuerſitas ſtudij Pariſienſis, illuſtriſsimi ac Chriſtianiſsimi
principis noſtri Francorum Regis filia primogenita, antiqua ſtudiorum parens, nice
ac nomine noſtris ſingulorumq; doctorum, magiſtrorum & ſcholarium Pariſien-
ſium, ſtudent. animo que & intentione prouocandi & appellandi à perſonis & gra-
uaminibus infrà ſcriptis, dicimus & proponimus, nosq; loco & tempore opportunis
& congruis probaturos offerimus, quæ ſequuntur.

In primis, quòd cum priſcis illis temporibus hæreſes multæ pullularent, pluri-
miq; errores inſurgerent, & Chriſti fidelium diſſidia orirentur, Eccleſiaſticiq; ſta-
tus deformatio conſpiceretur, fuerunt ſacra generalia concilia prouidè ſtatuta, in qui
bus hæreſes extirparentur, mores reformarentur, Chriſticolarum diſſidentium adin
uicem reconciliationes fierent, prout ſacrorum generalium conciliorum incumbit
officio. Et præcipuè ante omnia ſacra Conſtantienſe & Baſilienſe concilia, quæ ſuc-
ceſsiuè ac legitimè in ſpiritu ſancto congregata, uniuerſam Eccleſiam repræſentan-
tia, quàm plurima circa præmiſſa ſtatuerunt, maximè circa ſtatus Eccleſiaſtici tam
in capite quàm in membris reformationem, quæ illis diebus præcipuè indigere
reformã-

A reformatione uidebantur, cum deformitates in Ecclesia Dei excrescere, & mores corruptos eandem Ecclesiam inficere cõspicerent, ut repressis deformitatum scelerumq; regnantium enormitatibus perniciosis, quæ per Christianitatem (spretis antiquorum Patrum decretis & institutis salutaribus) multas clades multaq; discrimina inierat uera luce auxiliante, effulgeret, & Ecclesiasticæ libertatis conuersatio subsisteret, populusq; Christianus salubriter regeretur, & ad salutem perduceretur æternam.

Et inter cætera perpendit ipsum sacrum Basiliense concilium, qualiter per sanctos Patres antiquos, sacri canones, salubriaque decreta pro fœlici regimine iam diu sancti status Ecclesiastici tam super electionibus modisque ministros Ecclesiæ assumendi & instituendi conditi fuerunt, qui quamdiu fuerunt obseruati, Ecclesia Dei fructus honoris & honestatis fœlici ubertate produxit, disciplinæ Ecclesiasticæ uigor perstiB tit, religio, pietas, charitas ubertim floruerunt, hominesq; in quietudine animi constituti, Deum authorem pacis deuotissimè coluerunt. Sed postquam damnatæ ambitionis improbitas, & detestandæ cupiditatis insatiabilitas, humanitatis iura uiolando, ipsa sanctorum Patrum decreta paulatim cœpit deserere atque contemnere, & in uicia ruere, subsecutæ sunt deformationes status Ecclesiastici, atque decolorationes & usurpationes, præsertim per prælaturarum dignitatumque & aliorum beneficiorum reseruationes, & gratiarum ad uacatura beneficia expectatiuarum à iure exorbit. multiplicationes & innumerabiles concessiones, & alia grauissima & importabilia onera, quibus Ecclesiæ Ecclesiasticæque personæ grauiter afflictæ, & ferè ad extremam euacuationem & destructionem illis diebus ruere conspiciebantur.

Cum beneficiorum Ecclesiasticorum patrimonia & bona indigni occupabant, & sæpe dignitates ac beneficia notabilia & opulentiora, personis conferebantur incognitis & indignis, quæ in eisdem beneficijs minimè residebant: & animarum cura,
C quæ est ars artium, neglecta, uelut mercenarij solum temporale lucrum quærebant, sicque cultus minuebatur diuinus, animarum cura negligebatur, Ecclesiastica iura peribant, ruebant ædificia, quæ magnificentia extruxerat prædecessorum.

At clerici literatum scientijs & uirtutibus effulgentes, qui ad Christianæ plebis ædificationem salutarem uacare possent, quorum perlucida & salutaria documenta, prædictam illustrarent Ecclesiam, decorarent uirtutibus, & morib. informarent, per quos quasi per luminosas ardentesque lucernas super candelabrum in domo Domini positas (errorum tenebris profugatis) totius corpus Ecclesiæ tanquam sydus ir radiaret matitunum, eorumque fœcunda facundia cœlestis irrigui gratia influente, Scripturarum ænigmata reserarent, obscura dilucidarent, dubiaque declararent, profundisque ac decoris illorum sermonibus, ampla ipsius Ecclesiæ fabrica uelut gemmis uernantibus rutilaret, & uerborum elegantia singulari glorioſius sublimata coruscaret: qui etiam regnorum & rerum publicarum consilijs forent opportuni, pro
D pter spem congruæ promotionis eis ablatam, diuinarum & humanarum scientiarum studia deserebant.

Insuper reseruationum & expectatiuarum occasione, spes capta de mortis alienæ uotis ingerebatur, lites suscitabantur, contentiones & rixæ inter Christi ministros oriebantur, ambitio pluralitatis beneficiorum execrabilis fouebatur, pauperes clerici uarijs & innumeris personarum & rerum discriminibus subijciebantur, & per callidos & calumniosos opprimebantur: beneficia quoque Ecclesiastica per litium inuolutiones & multiplicationes sæpius iniustè occupabantur, & sine diuinis officijs sæpius remanebant, materia iniustis uexationibus parabatur, abusus pestiferi, horrenda & detestanda specie labis Simoniacæ respersi committebantur: iuuenibus bonæ indolis, qui studiosis & uirtuosis actibus intendere deberent, euagandi materia præbebatur: & breuiter, status Ecclesiæ confundebatur, plurimaque aduersus diuina & humana iura in animarum perniciem, ac Ecclesiæ & regnorum atque prouinciarum, præcipuè regni Franciæ & Delphinatus Viennensium oppressionem & destructio-

nem perpetrabantur: quorum quarumq; thesauri in extraneas regiones asportaban A
tur, ut eo exhausto, sacerdotioq; depresso, regna ipsa & subditi debiliores in aduersis
redderentur: beneficiaq; iam non gratis, iuxta Euangelicam doctrinam, Christi que
præceptum dicentis, Gratis accepistis, gratis date: & contra Concilium Lateranen-
se, & c. unicum. ut Ecclesiastica beneficia cum summa authoritate & auaricia, auriq;
& argenti exactione conferebantur.

His igitur tam detestabilibus incommodis diuinæ procul dubiò displicentibus
uoluntati, salubertimè prouidere cupiens concilium Basilienſe memoratum, contra
hæc salubertima constituit & edidit statuta & decreta, uolens & ordinans, ut tales
Ecclesiæ præficerentur pastores, qui tanquam columnæ & bases ipsam Ecclesiam do
ctrina & meritis firmiter sustentarent, non quidem per reseruationes generales Eccle
siarum huiusmodi reprobando (certis duntaxat exceptis) certam salutarem formam B
antiquis formis, à iure introductis adijciendo.

Et insuper, ut per singulas Ecclesias ministri instituerentur idonei, qui scientijs
& uirtutibus effulgerent ad Christi gloriam, & populi Christiani salutarem ædifica-
tionem, reprobando multitudinem gratiarum expectatiuarum, quæ dignorum
ministrorum institutioni & promotioni obuiabat, ac reseruationes quascunque be-
neficiorum siue per Papam siue per legatos reprobant, ac nullas & inualidas declarat.

Voluit insuper & statuit, ut per prælatos, & eos ad quos beneficiorum collatio
& dispositio spectare dignoscitur, uiris studiosis certisq; qualitatibus specificatis præ-
ditis, qui per uniuersitates generalium studiorum eisdem prælatis & patronis nomi-
narentur, canonicè prouideretur, certis modificationibus & decreto irritant. adiectis.
Præterea ut fraterna charitas in clero & populo uigeret, & ne quis proximum suum
indebitis uexationibus opprimeret: sed iustitia ordine debito cuilibet ministraretur, C
ad obuiandum infinitis abusibus & uarijs incommodis quæ inoleuerant: statuit, ut
pro salute & quiete subditorum, iustitia in partibus cum honestate & facilitate minis-
traretur, ne studium & alij subditi extra regna & prouincias suas ad curiam Roma-
nam traherentur & citarentur, ne etiam per hoc huiusmodi regnorum & prouincia-
rum, facultates exhaurirentur.

Damnauit insuper huiusmodi sacrum concilium, abusum illum iam damna-
tum de annatis soluend. salutiferè prohibens illarũ exactionem & solutionem: mole-
staq; alia sancta & salubria statuit idem concilium, ad diuini cultus augmentum ac sa-
lutem & quietem subditorum, quæ omnibus innotescunt. Quæ quidem statuta se-
renissimus ille princeps, diuini nominis & Ecclesiastici honoris exaltator deuotissi-
mus, & conseruator excellens, Carolus septimus Francorum Rex, in suo celebri con-
cilio Ecclesiæ Gallicanæ Bituris celebrato, recenseri fecit: & ea sit salutifera, & suo rego
no ac Delphinatui utilissima, saluti & quieti subditorum consulent. inconcusse serua
ri præcepit, & per regnum & Delphinatum promulgari fecit, prout conseruata & ob D
seruata fuerunt. At ex eorum obseruantia cultus perseuerauit diuinus, salus aduenit
subditorum, omniaq; in eisdem regno & Delphinatu prosperè successerunt.

Sed Romani propriis cupiditatibus & commoditatibus inhiantes, attenden-
tes his medijs aurum & argentum, sicut antea, ex dictis regno & Delphinatu ad se pro
suo uoto non deferri, huiusmodi statutis inuidentes, ea per Romanos Pontifices abs
rogare facere studuerunt. quod auxiliante Domino hactenus prohibitum extitit, do
nec aduenit dominus Leo Papa decimus, qui Romanis plus debito fauens, in quo-
dam cœtu in Romana ciuitate, quæ contra nos est, nescimus qualiter, non tamen in
spiritu Domini congregato, cum quo nihil contra legem diuinam & sacra concilia
statui, decerni aut ordinari potest (opera enim quæ ego facio, ipsa testimonium per-
hibent de me) præmissa tam salutifera statuta abroganda esse, nescimus quo frenus
consilio, censuit, contra fidem catholicam & authoritatem sacrorum generalium cõ
ciliorum, ueniendo, sactum Basilienſe concilium damnauit: in quo inter cætera iudi
catum

A catum est, glorioſam uirginem Mariam ſine peccato originali fuiſſe conceptam, nec de illo Eccleſia habet aliam deciſionem.

Quædam alia ſtatuta pro libito uoluntatis (cum uenia dictum ſit) condendo, in perniciem regni & Delphinatus prædictorum & ſubditorum illuſtriſſimi Principis noſtri Franciæ Regis detrimentum. Per hoc enim canonicas electiones, quibus ſanctè & ſalubriter Eccleſijs Metropolitanis, cathedralibus, monaſterijs, & alijs collegiatis Eccleſijs eorundem regni & Delphinatus prouidebatur, deſtruxit. Huiuſmodi Eccleſiarum prouiſiones, cum uacauerint, collationem ſibi reſeruando, collationesq; & impetrationes beneficiorum non expreſſo uero ualore irritas eſſe declarauit: ſubditorumq; regni in prima inſtantia per Cardinales & curiales ſedis Apoſtolicæ paſsim uocari, & nominationes uniuerſitatum in parte reprobauit, & damnauit: ita ut amodò ſi talia ſtatuta tollerarentur, non his quibus uirtutum merita & B literatum ſcientia, ſed quibus pecuniarum aceruus & potentum fauores ſuffragabuntur, ad ipſarum Eccleſiarum non dicimus regimen, ſed (proh dolor) perniciem & ruinam aſſumantur: cum huiuſmodi perſonarum mores & uicia non perſcrutabuntur, & indigni ſæpius ad regimen aſſumentur animarum, & propterea ſtatuens, ut is ad quem pertinet electionis confirmatio, proceſſum electionis & electi perſonam diligenter examinet, antequam eidem electo munus confirmationis impendat, pœnam contrà facienti imponens.

Per hæc etiam & alia quæ idem dominus Leo ſtatuendo decreuit, uiris ſtudioſis & literarum ſcientia pollentibus ſpem promotionis ademit: & aptiſsimum modum, facultatem & ſubſtantiam totius regni & Delphinatus exhauriendi inuenit, quo etiam huiuſmodi regni & Delphinatus ſubditi improbis machinationibus ad C curiam Romanam euocentur, & indebitis uexationibus fatigentur. Huiuſmodiq; noſtrum Franciſcum Regem, modernum in partibus Italicis, agentem in maximo ſtrepitu armorum, conſenſum præbere quorundam ſuaſu coegit. Et ne promiſsionis infractor idem Princeps illuſtris uideretur, iam dicti domini Papæ monitis obtemperans, hæc quæ dicta ſunt de nouo edita ſtatuta (quæ Concordata uocantur) ruinam Eccleſiæ totiusq; regni inde imminentem non attendens, nobis, dictaque Vniuerſitate, & alijs quorum intererat, non uocatis, nec auditis, publicanda eſſe imperauit: non dijudicans, quàm ei, dictoq; regno & Delphinatui ac ſubditis pernicioſa eſſe uiderentur.

Ex quibus nos Rector & Vniuerſitas grauatos, læſosq; & oppreſſos eſſe ſentientes, cum per ea ad ſuperius enarrata incommoda ſenſim peruenirí poſſe proſpiciamus: idcirco à domino noſtro Papa non rectè conſulto iam, dictiq; ſacri Baſilienſ. concilij & ei adhærentes pragmaticæ ſanctionis ſtatutorum abrogatione, nouo- D rum ſtatutorum editione, conſenſus præſtatione, ac attentata illorum quadam publicatione, & omnibus inde ſecutis & ſecuturis tam pro nobis quàm omnibus & ſingulis ſuppoſitis ipſius Vniuerſitatis, & nobis et illis adhærere uolentibus, ad futurum concilium legitimè ac in loco tuto, & quem liberè & cum ſecutitate nos eadem Vniuerſitas uel à nobis & ab ea deputandi adire poterimus: & ad illum uel illos, ad quem ſeu quos de iure, priuilegio, conſuetudine uel aliàs nobis prouocare licet & appellare, prouocauimus & appellauimus, prout in his ſcriptis prouocamus & appellamus, inſtanter, inſtantius & inſtantiſsimè proteſtantes, hanc appellationem proſequi per uiam nullitatis, abuſus, iniquitatis, uel iniuſtitiæ, & aliàs, prout melius poterimus, optione nobis reſeruata: aſtantes in teſtimonium innocatum addendi, diminuendi, mutandi, corrigendi, & in melius reformandi, omniumq; alio iuris beneficio nobis ac noſtris adhærentibus & adhærere uolentibus ſemper ſaluo. Datum & actum Pariſijs, in noſtra congregatione generali apud S. Bernhardum ſolenniter celebrata: Anno M.D.XVII. die uiceſima ſeptima menſis Martij, ante paſcha.

Postmodum uerò præinserta appellatione sic interiecta, die prima mensis Aprilis, uir uenerabilis magister Arnolphus Mormart, in artibus magister, & in iure ciuili licentiatus, noster procurator generalis, & ad hoc specialiter constitutus, coram uenerabili circumspecto uiro, magistro Guilhelmo Huc, utriusq; iuris licent. insignis Ecclesiæ Parisiensis Decano, tanq; coram persona authentica & indignitate constituta personaliter comparens: cum illum seu illos, ad quem seu quos appellamus, adire non possumus, huiusmodi appellationem & contenta in ea nomine nostro & pro nobis intimauit, insinuauit & notificauit, apostolosq; cum instantia debita sibi dare petijt, & requisiuit. Qui quidem dominus Decanus cum reuerentia & honore debitis eidem appellationi reuerenter detulit, & apostolos reuerentiales, & tales quales de iure & consuetudine uel priuilegio dare poterat & debebat, dedit & concessit.

Acta fuerunt hæc ultimò dicta & facta, in Ecclesia Parisiensi, Anno & die prædictis: præsentibus ibidem uenerabili & scientifico uiro magistro Petro de Valle in Theolog. doctore, canonic. dictæ Ecclesiæ Parisiensis, & magistro Arturo Alauff in artibus magistro, testibus ad præmissa uocatis & rogatis. Sic sign. le Roux & Hubert, & sigillata in duplici cauda, & cæra rubea magno sigillo dictæ uniuersitatis.

Verùm ut aliquando tandem Gallicas miserias finiamus, & ad Germanicas redire possimus, quædam epilogi uice ex Molinæo adscribemus. Vtq; paucis uideas, quanta uis pecuniarum singulis annis exhauritur è regno Franciæ, Primò innumeræ myriades auri expiscantur per eas, quas uocant annatas, seu uacantias Archiepiscopatuum, Episcopatuum, Abbatiarum, Prioratuum, Conuentualium, & aliorum sacerdotiorum electiuorum, Et hoc tributum exigit Papa ante ullam expeditionem, uel traditionem bullarum.

Secundò, non solum exigit de sacerdotio tunc collato, sed etiam de omnibus alijs sacerdotijs, quę impetrans tenet, & qui cum ut ea simul cum collato nouo sacerdotio retinere possit, dispensatur, non obstante, quòd in prioribus collationibus eorundem sacerdotiorum annatas persoluisset.

Tertiò rursus omnium eorundem nouas annatas exigit, etiam ab eodem possessore uel titulario toties, quoties eodem modo per noui sacerdotij affectionem uacant, seu uacare finguntur, et de nouo dispensatur, etiam si bis, ter aut quater in anno hoc contingat. Ita quòd sæpius contigit & uisum est in Gallia, eundem prælatum pro eodem beneficio tres aut quatuor annatas integras Papæ dependisse, non sine magno etiam imperitorum & simplicium scandalo, cum uideant feuda & res prophanas semel tantum in uita uasalli domino directo unius anni tantum reditum dependere, & adhuc hoc raro contingere: & quando casus exigendi contingit, non plus quàm semel in uita uasalli exigi. Quòd si unquam maximè hic exclamat sancta illa L. Si quenquam. C. de Episc. & cleric. Quem (inquit) murum integritatis aut uallum fidei prouidebimus? & auri sacra fames penetralia ueneranda proserpit. Quid deniq; cautum esse poterit, aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpitur? Cesset igitur deinceps altaribus imminere prophanus ardor auaricię, & à factis adytis repellatur piaculare flagitium.

Quartò, infinitas quotannis exigit pecunias etiam de simplicibus, ratione præuentionum à ducentis circiter annis, contra disciplinam Ecclesiasticam & antiquos canones usurpatarum. Hac enim uia nequissima prouocantur homines ambitiosi, ut Romam mittant: quin quandoq; uel pauperes uersuram facientes huic aleæ committant, quin etiam (ut aliquando uidi) uiles, imò famuli ad furta etiam domestica alliciuntur, ut inde cum trapezitis Papæ, spe uenandi beneficia, negocientur: adeòut nonnunquam ad idem beneficium tres, quatuor: uel sex (ut uidi) per Simonicæ hæreses trapezitas (ita uocat eos text. in c. 1. XXIII. dist.) Romam mittant, ut etiam pro eodem beneficio quandoq; plures bullæ precium numerantes. Nihil enim ad eos de exitu, lucro uel damno emptoris seu collatarij, modò precium habeant. Et hæc nia non solum affligitur regnum in pecuniarū ingenti euacuatione, sed et in morum

deprauatione

A depravatione, disciplinæ q; Ecclesiasticæ corruptione. Hac enim arte Romana non solum irritantur, qui suapte natura sunt ambitiosi, sed etiam & maiores & minores provocantur, ut postergata vera disciplina, ambitioni & avaritiæ studeant: cumque multi eandem aleam subierint, & unus tantum ex currentibus bravium obtinere possit, sese litibus infinitis, nec non odijs & vexationibus invicem afferunt & conficiunt. hic scilicet interim officij Ecclesiastici cura subeat.

Quintò, propter resignationes in favorem: quæ licet quandoq; de idoneis fyerè fieri possent, ut sunt exempla veterum c. petisti. VIII. q. c. 1. VIII. q. 1. & hoc etiam admittit Aegid. Bellemere: tamen Papa maioris cuiusdam religionis prætextu in universum prohibuit, sed ut sibi soli hoc genus negociationis exercere liceret, ut eventus docuit. Sextò, ratione commendarum.

Septimò, ratione vacantium in curia quovis modo. Est enim recens inventum B novorum Pontificum: & utcunq; Clemens tertius in c. II. de præbend. in VI. iactat antiquam cõsuetudinem talem esse, tamen illa prætensa consuetudo etiam post eius obitum non erat ab omnibus cognita & recepta: tantum abest, ut vivo Clemente tertio, & multi minus ante eum, antiqua fuerit, ut patet in c. inter cætera. De præbend. extrà. ubi Celestinus tertius, successor dicti Clementis, non declarauit, nullam esse collationem ordinarij factam de beneficio resignato, in manu sui decessoris: quòd non omisisset, si quid tunc fuisset de illa prætensa consuetudine, quæ tamen sensim cum reliquis abusionibus cancri more serpsit: & quia non mox compressa fuit, pro lege venerari cœpit, inquit Rex in c. mala consuetudo. VIII. distinct.

Octavò, propter infinitas dispensationes, puta ætatis, ordinis, beneficiorum incompatibilium, & varias species incompatibilium, puta numeri, ordinis, certi monasterij, & tecti, tum dispensationis variarum specierum irregularitatis, sive corporalis C vitij vel delicti, vel cæremoniæ omissæ aut præpostera tæ, tum dispensationum in gradu prohibito matrimonij, vel affinitatis canonicæ inventa etiam arte qua gradus distenderentur. Hinc enim acervi pecuniarum Romam fluunt, ubi non erubescunt publicas graves q; taxas prostare, velut leges certo præscripto precio refingendas. Vidi, qui ultra mille aureos numerarunt pro dispensatione commentitiæ cuiusdam, quam spiritualem cognationem vocant. Et nuper simplex prioratus à Rupe Guidonis, in diœcesi Carnotensi, non conventualis, nec electivus, ob curam animarum & minorem ætatem impetrantis, constitit Romæ nongentis aureis: & tamen impetrãs arresto Parisiensis senatus & precium & mercedem amisit, ob levem quandam omissionem vel subreptionem dispensationis: & iustè quidem amisit. Sed indignum & pudendum est, Romanos institores & trapezitas sic Ecclesiæ Gallicanæ illudere, & tam ingentem & auream messem pro illius vexatione & difformatione percipere.

Nonò, ab infinitis privilegijs, exemptionibus, gratijs, quas vocant, non visitandi, D vel procuratorem visitandi, confirmationibus privilegiorum, homologationib. concordatorum, transactionum sub beneplacito Papæ factarum, permutatione beneficiorum cum dispensatione, vel pensionis creatione, aut alia negociatione iure communi vetita.

Decimò, de mandatis. Singuli enim Papæ infinita propè concedunt mandata, cum quilibet ordinarius uno, si decem vel quinquaginta ad suam collationem vel præsentationem habet, duobus mandatis, ab unoquoq; Papa gravari possit, & pro singulis mandatis circiter viginti ducati exiguntur. Hinc ingens vis pecuniarum æruscatur, & quanquam non possunt, nisi unum, vel ad summum duo mandata super singulis ordinarijs concedi: tamen tot vendunter & bullantur, quot sese redemptores offerunt & numerant periculo suo.

Undecimò, propter aliud genus aucupij, quam pœnitentiariam Papę vocant, propter absolutiones casuum Papæ reservatorum, infractiones vel commutationes votorum, translationes monachorum non solum de uno monasterio ad aliud, sed

etiam de uno ordine in alium, poteſtatis ingrediendi quæuis monaſteria, altaria de A
ferendi, & alia innumera menſæ pœnitentiarij Papæ deputata.

Duodecimò, propter confeſsionem uel confirmationem condonationum, quas uocant indulgentias Papæ, quæ mirum in modum non ſolum in magnis tem plis, ſed etiam in priuatorum quorundam ædiculis multiplicatæ ſunt, adeò utiam uulgus hoc genus καπηλικῆς irrideat: tamen ab inſtitoribus & lucrum inde quæ rentibus, quandoq; centum uel quinquaginta aureis Romæ redimuntur.

Decimotertiò, in creandis protonotarijs, & alijs notarijs (quos Apoſtolicos uocant) & Epiſcopis, quos Rota & aulici Papæ nullatenances uocant, uulgus Gal lorum portatiuos, quidam ludibrij cauſa potatiuos uocant.

Decimoquartò, propter bullas & commiſsiones nouarum fundationum, uel immutationis antiquarum, uel reductionis regularum monaſteriorum in ſecula rem ſtatum, uel reſtitutionum in integrum, & infinitorum reſcriptorum ad lites, etia am in his quæ iure communi per ordinarios expedire deberent: ex quibus etiam non computato primo annatarum articulo, tempore Ludouici undecimi inuen tum eſt, ultra ducenta millia aureorum ſingulis annis regno efferri. Quare idem Rex omnino uetuit Romam quicquam deferri, uel ullam bullam inde auehi, ut ſuprà eo. gl X V. num. 181.

Certum eſt autem, hodie quantitatem illam ad minus duplicatam eſſe, tam propter augmentationē populi, plus media parte abillo tempore aucti, quàm pro pter augmentationem taxarum curiæ Romanæ. Poſtquam autem locum pragma ticæ ſubintrauit concordatum, & ſic locus apertus eſt annatis, cœpit ultra quantita tem præcedentem (quæ circiter quater centum millia aureorum aſcendit) alia ſimi lis quantitas annatarum nomine extrahi.

Præterea cœperunt multi curiæ Romanæ aulici, Archiepiſcopatus, Epiſcopa C tus, Abbatias, & pinguiora beneficia regni poſsidere, quorum reditus ſingulis an nis regno euehuntur: ita quod ſingulis annis ferè decem myriades (quem millionem uocant) ſoleant regno Romam euehi. Vnde nihil unquam redit, ſed uel in luxu Ro manæ curiæ conſumitur, uel inimicis Regis datur. Nulla enim negociatio mercatu ræ ad uſum hominum utilis, nobis cum illis intercedit. Aliæ quidem nationes bo nas & utiles pro pecunia inferunt, iuſta & æquali commutatione: Romana uerò cu ria plumbum duntaxat, niſi quòd (ut dentes Cadmi) ingentia ſeminaria & anfractus litium, pro ingentibus aceruis auri ingerit. Nunc ueniamus ad Germanica gra uamina, & primum ea adſcribemus, quæ circa annum Domini 1274. acciderunt.

Circa M. CC. LXXIIII. Domini annum, Gregorius decimus, ſacricolarum concilium Paſchalibus Lugduni habet: undecunq; Pontifices certos acciuit ex Ale mania, Gallia, Anglia quaternos, Hiſpania duos: ex Sicilia, regno Eccleſiæ, Vngaria, Dacia, Bohemia, Polonia, Suionibus, Nordouicis & Scotis ſingulos. uocataq; con D cione, ex libris ſacræ hiſtoriæ, quos Machabæorum nominant, præfatus, curam ſtu dium q; belli, utriuſq; reipub. adminiſtrationem, ad Epiſcopos & Antiſtites attinere, multis uerbis perſuadet collegis: Palæſtinam expeditionem, & ad Græcos ſubigen dos Romano ſacerdoti, arma induenda cenſet. Deinde leges, quibus uitia ſacerdo tum, monachorum q; Antiſtitum caſtigentur, & corrigantur, rogat. Zopfmonnas, genus fœminarum ſacratarum, abolet. Tum omnium rerum Eccleſiaſticarum decia mas in ſex annos monachis, myſtis maioribus minoribus Pontificibus imponit: partem octauo Calendas Iulij, alteram portionem octauo Calendas Ianuarij nu merare iubet.

Poſtrema hæc decreta ſciſcit, promulgat, piacularij atque ſacro auriculario præ fecti dent operam, orent, inſtent, ſuadere non deſiſtant, ut rei, ſanctiſsimo propo ſito Pont. Max. ære, pecunia, opibus faueant. Quiſq; Chriſtianus, puer, uir, infans, pu ella, fœmina, ſacerdos, prophanus, capite cenſus ſit, quotannis nummum tribuat.

Deuotus

A Deuotus esto, quisquis ijs pensionibus aduersus iuerit. Pleraq; alia tum, ut alias, magis argutorum hominum more quàm ex æquo & bono, commenta sunt Romulei uultures, quibus defraudari atq; compilari populus solet, & quæ neutiquam Deo immortali cordi fuisse exitus probauit, euentus docuit, plericq; ad consilium coacti ire, eo luxu habitum est. Impendijs non sufficere aurum, argentum, gemmæ, uestes præciosæ artis, opes templorum uenundatæ, pauperibus qui soluendo non erant, diræ dictæ. Cistertienses monachi, quibus Pontifex Rom. amicus erat, hasce suarum ædium decimationes redemere millibus unciarum argenti puri sexcentis atque quadraginta. Furstenfeldenses, duo pondo argenti Teutonica pensitarunt: sunt unciæ duæ & triginta. A cæteris omnibus decimæ superbè atq; auarè exactæ: & licet decimus eodem anno animam efflasset, nihilosecius tamen Romani flamines decimas per sex annos, extorta per uim pecunia à Germanis emunxerunt. Rumore dissipabant,
B se suo periculo atq; stipendio Palestinam, Aegyptum, Asiam, Aphricam erepturos Turcis, Saracenis, Tartaris.

Quamobrem & Rudolphus illa lege atq; omine primario sacerdoti Bononiam præfecturas, ducatus, urbes, regiones Italiæ, hactenus Imperatoribus parentes (Romaniolam Martinus uocat) quæ quotannis millia drachmarum auri septingenties pensitarent, concessit. Quemadmodum & Imperator Maximilianus anno abhinc decimo Principibus aperuit, edictoq; dato ex Oenobriga XII. Calendas Augusti, anno Christi M.D.XI. conquestus est. Dum eodē anno ad Calendas Septembris Pisam, aduersus Iulium secundum Pont. Max. Senatum Christianum, nouem Rom. Flamines, idem Maximilianus atq; Ludouicus Franciæ Occidentalis Rex conuocatent, pro reformatione morum (ut eorum uerbis utar) uniuersalis Ecclesiæ, in capite
C & membris primùm collapsorum, ac emendatione criminum grauissimorum intestiorum, continuorum, ac incorrigibilium, uniuersalem Ecclesiam eneruantium.

Sequuntur auisamenta per deputatos prouinciarum nationis Germanicæ concepta in concilio Constantiensi, & postea per deputatos eiusdem nationis audita, super materia Apostolicarum reseruationum, & collationē beneficiorum hactenus per summos Pontifices & ordinarios collatores practicanda, &c.

IN primis ad tollenda illa scandala, quæ hactenus ex diminutione diuini cultus simoniacæ extorsionis pecuniarum, ambitione & cupiditate prouentuum Ecclesiasticorum beneficialium, & possessionum eorum desolatione acciderunt in Ecclesia Dei, &c. pro illorum scandalorū materia resecanda uidetur, quòd per hoc sacrū
D generale concilium tolli, auferri & reuocari debeant, reseruationes omnium & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum, tam maiorum quàm minorum, quæ salem in corpore iuris non clauduntur: ut sunt uidelicet illæ quæ introductæ sunt in existentia ad regimen, aut per quascunque regulas cancellariæ, &c. quòd huiusmodi reseruationes futuris temporibus nullatenus per quemcunque summum Pontificem fiant sine declaratione, authoritate, consensu, & approbatione concilij generalis.

Item tollatur hæc nimis exorbitans abusio, quam sibi domini Cardinales uelut pro lege seruare conantur, uidelicet quo bona Ecclesiastica quæcunque per Cardinales obtenta, si illa uacare contingat, quòd alijs quàm Cardinalibus cōferre non debeant: quod utiq; magnum inconueniens esset in Ecclesia sancta Dei. Quia introduceret precisè acceptationem personarum, quam supremus Monarcha in Ecclesia triumphante non admittit. Item, quia id officium dominorum Cardinalium est, summo Pontifici, cui uniuersalis solicitudo Ecclesiæ Dei commissa est, secundum suas partes assistere, & in agendis rebus consilium dare: cuius occasione uerisimiliter

contin-

continget, ipsos non nisi in curia Rom. decedere, & ex eorum decessu sua beneficia non nisi ibidem uacare, idcirco ne beneficia dictorum dominorum Cardinalium, per ipsos iam obtenta, in curia perpetuarentur, in magnum detrimentũ illorum beneficiorum & suarum possessionum, & quod peius est, diuini cultus, & Christi fidelium animarum, illa ad sua remedia & Dei laudem frequentandam instituentium: statuat hoc generale concilium, quòd Domini Cardinales habentes Ecclesiastica beneficia, de facto illa obtineant, si saltem uelint, quandiu uiuant, sicq; ipsis decedentib. uacare censeantur, ipsis ordinarijs collatoribus, nõ obstante c. licet statutum, &, cap. præsenti, de præbendis, lib 6. sicut si ipsi ex Romana curia decessissent.

Et præfatorum Dominorum Cardinalium numero reducto, secundum quod in alijs reseruatorijs capitulis est auisatum, nulli Cardinalium tunc in antea aliquod beneficium Ecclesiasticum maius aut minus detur, uel assignetur, cui in propria persona præesse, aut ipsum regere non ualeat: sed ipsi sicut pro communitate totius laborent Ecclesiæ, ita ipsis secundum decentiam status eorum de omnibus fructibus cameræ Apostolicæ, aut de regnis aut prouincijs Christianitatis distinctis prouideatur, sic, quòd quilibet annuatim, pro decentia sui status seruandi, cum debita moderatione, & superfluorum amputatione, habeat iij. uel iiij. florenorum: secundum quod huic sacro concilio pro salubri remedio contra fastus, pompæ, ambitionis, cupiditatis & uoluptatis morbos (qui à talibus Apostolorum Christi successoribus debent esse longè remoti) uisum fuerit expedire.

Item statuatur & ordinetur, quòd in omnibus beneficijs electiuis, siue sint patriarchatus, primatus, archiepiscopatus, abbatiæ, præposituræ, primiceriatus, prioratus, archidiaconatus, archipresbiteratus, decanatus, aut alia electiua beneficia inferiora, seruentur iura de electione & apostolatione in corpore iuris contenta, cum omnibus eorum capitulis, & prout posita, et ab antiquo per sanctos patres practicata sunt: quæ etiam beneficia electiua, sub quacunq; expectatiua gratia cadere non debeant, sic tamen, quòd illæ electiones quotiens occurrerunt faciendæ, postquam factæ sunt, per immediatos superiores secundum formam iuris examinentur, & canonicæ factæ confirmentur: & quòd nullo modo liceat summo Pontifici, quicquam in contrarium attentare, præterquam in electis sibi immediatè subiectis. De quibus habebit prohibere: uel nisi contingat in præmissis quicquam contra formam iuris factam aut esse quomodolibet attentatum, quo sicut ad id tenetur, ita sibi liceat taliter acta uel attentata retractando, siue in melius ordinando reformare, cum potestate corrigendi & puniendi transgressores.

Item quia seclusis beneficijs electiuis, de quibus in proximo capite mentio facta est, reliqua beneficia Ecclesiastica, quæ saltem non sunt de iure patronatus laicorum, sunt adhuc in duplici differentia. Nam quædam sunt minora, ut quę taxam decem marcarum argenti puri non excedunt: alia sunt, quæ communi æstimatione huiusmodi taxam excedunt.

Item quædam minora beneficia sunt, quæ continuam personalem residentiam, & continuum exercitium diuini officij requirunt sic, ut quasi manualia censeantur. Id circo, ut secundum ualorem beneficiorum fiat moderatio talis, ut magis idoneis & benè meritis maiora, & minus benè meritis minora beneficia, secundum æqualem iustitiæ distributiuæ regulam, quod melius fieri poterit, conferantur, statuat & ordinet hoc sacrum concilium, quod sub gratijs Apostolicis in forma speciali concessis nullatenus omni cadere debeant beneficia memoria, quæ uidelicet taxam decem marcarum argenti non excedunt, uel continuum requirunt exercitium diuini officij: ut sunt uicariæ, capellaniæ, altaristæ, & præmissariæ tam cathedralium quàm collegiatarum parochialium q; Ecclesiarum, monasteriorum, & conuentuum ac hospitalium, & ex aduerso sub gratijs in forma pauperum concessis non cadant beneficia maiora, taxam uidelicet decem marcarum argenti puri excedent, & si quæ signaturæ gratiarum secus factæ reperiantur, careat impetrans commodo li-

terarum

A terarum Apostolicarum desuper conficiendarum: & acceptiones & prouisiones su-
per talibus confectis literis factæ sint irritæ, cassæ, & ipso iure nullæ.

Item disponat & ordinet hoc sacrum concilium, quòd summus Pontifex futu
ris temporib. quemcunq; ordinarium collatorem grauare non habeat, neq; debeat,
per unicam Apostolicam expectatiuam in forma speciali ad beneficia maiora taxam
decem marcarum argenti puri, ut præmittitur, excedent, & similiter non nisi per uni
cum Apostolicum expectatiuum in forma pauperum ad beneficia minora, ut præ-
mittitur, & ad cauendum multitudinem peruariam importunitatem quandoq; im
petrantium, ut singulis gratijs expectatiuis, secundum dispositionem iuris cõmunis
antiqui, ponatur hæc clausula, si pro alio sub tali forma, uel gratiæ specialis, uel in for
ma pauperum sit ipso iure nulla. Sic similiter de tertia parte & consequenti, nec non
B omnia inde secuta nullius sunt roboris, uel momenti. Caueatur autem in omnibus,
quòd executores Apostolici, secundum tenorem literarum Apostolicarum, non de-
clarent ullos ad obtinen. Ecclesiastica beneficia habiles & idoneos, nisi qui districto
examine tales de facto reperiuntur.

Item, quòd ad prouidendum uniuersali Ecclesiæ Dei, quæ contra infideles, hæ-
reticos, schismaticos, & bonorum morum peruersores maximè indiget uiris litera-
tis, & in scientia eruditis, qui in generalibus studijs & alijs patrimonia sua & labores
suorum consumunt prouentuũ, & quib. forsitan per ordinarios eis ignotos minimè
uel saltem tardius prouideretur: statuat & ordinet hoc sacrum Cõcilium, reseruandi
prosuitis literatis quartam partem omniũ Ecclesiasticorum beneficiorũ, maiorũ uide
licet quę taxam decem marcarum argenti uideãtur excedere, sic uidelicet, ut in qua-
libet Ecclesia cathedrali, quarta pars canonicatuum & præbendarum reseruetur pro
doctorib. sacræ Theologiæ, iuris canonici & ciuilis, aut licentiatis in eisdem, In singu-
lis uerò collegiatis Ecclesijs, quæ saltem præben. maiores & dictam taxam exceden
C tes habent, similiter quarta pars canonicatuum, præbendarum, pro dictis doctorib.
licentiatis, aut in medicina doctorib. magistris in artibus: ac in dictis facultatib. Theo-
logiæ, iuris canonici, ciuilis, & medicinę baccalaureis, reseruetur: & ita de quarta simi-
liter cuiuscunq; alterius ordinarij collatoris, sic quod ad illam nominatam quartam
partem talium maiorum beneficiorum omnium ordinariorum, post dictorum bene
ficiorum uacationem sint manus clausæ, sicut per decreta summorũ Pontificum ha-
ctenus fuerunt per unum mensem, per quem dicti ordinarij collatores expectare, &
præfati doctores, licentiati, magistri & baccalaurei uenire, & ut recipiantur instare,
teneantur. Quòd si tales non uenerint infra mensem, nec ut recipiantur instent: aut
forsitan instent, & dicta beneficia deseruire non uelint: aut ea etiam deseruire uolen-
tes, aliàs forsan sint inhabiles & inidonei: tunc liceat collatorib. ordinarijs dicta be-
neficia uacant. alijs personis idoneis, etiam non graduatis, ista uice conferre, sic tamẽ,
quia in alijs futuris uacaturis beneficijs de dicta quarta parte existentib. præfatis do-
D ctoribus, licentiatis, magistris & baccalaureis nullum præiudicium generetur: colle-
ctiones uerò secus aut aliter factæ, sint ipso iure nullæ. Et nihilominus collatores se-
cus seu in contrarium Ecclesiastica beneficia conferentes, eo facto, suspensionem à
collatione etiam aliorum beneficiorum, si quæ ultra conferre haberent, & à fructib.
suorum beneficiorum, ratione quorum huiusmodi eis collatio debetur, per trienni-
um sint suspensi: & ultra hæc talia tam apud collatorem, quàm apud eum cui secus
prouisum extitisset, in proxima, uel in prouinciali uel Episcopali synodo, & secundũ
eius determinationem corrigantur & reformentur, quod cæteris cedat ad exem-
plum. Quod in hoc sacro Constan. concilio non solum Episcopi & principales in-
sulati Abbates habere debeant uoces iudicatiuas & diffinitiuas, sed Episcoporum &
Abbatum, nec non capitulorum & uniuersitatum studiorum procuratores, mona-
steriorum & conuentuum præceptores generales, ministri, prouinciales, & priores
magistri, doctores, & deuotorum Christi fidelium oratores, ex subsequentibus ui-
detur apparere.

Sequuntur

Sequuntur ordine ea quæ tempore Basilienſis concilij à ſtatibus Imperij Moguntiæ in pub. conuentu fuere deliberata.

MIlleſimo quadringenteſimo, Moguntiæ, in materia declarationis animorum ſuper facto diſſenſionis in Eccleſia Dei exortæ, per dominos electores facienda, & de cautione facienda nationi Germanicæ, de ſublatione grauaminum eiuſdem nationis, fuit auiſatum indicta inibi tenta circa feſtum Purificationis Mariæ uirginis: Quod cuicunq; parti adhærendum eſſet, ante omnia prouideri deberet, ne authoritas conciliorum generalium infirmetur, & grauamina, quæ dudum prætæ nationi fuerunt illata, tollantur è medio, & contra ea caueatur in futurum.

In primis, quia Baſileæ hucuſque non eſt nominatus aliquis locus pro futuro concilio celebrando, iuxta formam conſtitutionis frequens, ita quod iam non pendeat terminus alicuius concilij: expedit, quòd ille cui facienda eſt hæc adhæſio, omnes & ſingulas conſtitutiones olim in Conſtantienſi concilio ſuper authoritate honore, & reuerentia ſacrorum generalium conciliorum promulgatas approbet, recipiat, & prouideat: & mox in eiſdem literis bullatis conficiendis ſuper præmiſſis promittat, ſeu polliceatur, ſe œcumenicum, uel ſaltem generale concilium indicere uelle, quantocyus id fieri poterit, in loco rebus gerendis accommodo, ubi perſonaliter, ſi poterit, alioquin ſi nequeat, per legatos Apoſtolicos plena poteſtate fulcitos, concilium ipſum proſequatur cum effectu. Promittat inſuper operam ſe daturum, quòd in huiuſmodi celebrando concilio per nationes procedatur, ſicut in prioribus conciljs reperitur obſeruatum, & præmiſſa omnia uidentur honeſtè & iuſtè peti poſſe. Nam per hoc ueritas prodibit in lucem: & illi qui ex alia parte, ſeu ſub alia obedientia remanebunt, poterunt aptiſsimè nobis conſolidari. Papa etiam, cui adhærebitur, ex hoc authoritatem ſuam & Apoſtolicæ ſedis augebit & confirmabit, quando uidebitur ab omnibus ſyncéritas ſua in factis Eccleſiæ Dei.

Item de præſenti non poteſt de loco uel de tempore ſpecificè tractari, neq; poterit hoc alicuius arbitrio committi, ne alij fortaſsis indignentur, quaſi non ſit habita ratio commoditatis eorum, quantum ad ſitum uel aliam aptitudinem loci. & ideo non poterit negocium, quo ad hoc, melius ſpecificari.

Deinde quo ad releuamen grauaminum auiſatum eſt, quòd cum dicta natio plus cæteris nationibus ab Eccleſia Romana ſit honoranda, propter auxilia quæ Eccleſiæ Romanæ multipliciter præſtitit, ac propter Imperium Romanum, cuius uis & poteſtas in eo conſiſtit, quòd Eccleſiam Romanam multis donibus exornauit, ut ille cui facienda eſt adhæſio, eidem nationi in retributionem meritorum ſuorum pro ſe & ſucceſſoribus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, de conſenſu Cardinalium, propria etiam manuum ſuarum ſubſcriptione ſubſequente conſtituat, ordinet, & in ſingulare priuilegium concedat, per ſe & ſucceſſores ſuos perpetuis temporibus inconcuſſe ſeruandum, &c. ut inferius ſeriatim annotatur.

In primis ſiquidem caſſet, annullet & irriter omnes, & ſingulas reſeruationes tam generales quàm ſpeciales, ſiue particulares Eccleſiarum Metropolitanarum, cathedralium, collegiatarum, & monaſteriorum, dignitatum & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunq;, quibus pro electione prouideri conſueuit, ſiue per extrauagantes, Ad regimen, & execrabilis, aut per regulas cancellariæ, ſeu quaſcunq; alias conſtitutiones aut ordinationes introductæ ſint, reſeruationibus in corpore iuris clauſis duntaxat exceptis: & quòd huiuſmodi beneficia in corpora iuris clauſa Romanus Pontifex infra unius menſis ſpacium ab ipſius uacationis noticia computandum, conferre teneatur: deinde is cui collatio facta fuerit, eam infra tres menſes continuos ordinariè teneatur inſinuare. Si uerò collatio uel inſinuatio amplius tetarderetur, ordina-

A tur, ordinamus, perinde habeant disponere, ac si nulla reseruatio præcessisset. Beneficijs autem & dignitatibus electiuis in corpore iuris non resetuatis, iuxta dispositionem iuris communis debitè prouideatur, postulationibus etiam in dispositione iuris communis remanentibus,

Item si Episcopus aut Abbas fuerit eligendus, conueniant eligentes, auditurí Missam Spiritus sancti: & confessi & contriti, suscepta eucharistia, ad eligendum ingrediantur, & primò iurabunt in manibus præsidentis capituli, & rursus præsidens in manibus immediatè sequentis sub hac forma: Ego N. iuro & promitto omnipotenti Deo, & tali sancto, uel sanctæ sub cuius uocabulo dedicata est Ecclesía, eum elígere quem credunt futurum Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus utiliorem: & non illi uocem dare, quem uerisimiliter sciuero promissione aut datione alicuius rei temporalis, seu prece per se uel alium interposita, aut alias qualitercunq; directè uel
B indirectè pro se electionem procurare. Item iuramentum præster, confiteatur q; & communicet, qui constituit procuratorem ad eligendum certam personam: nec nõ & procurator constitui potest, quòd etiam iuramentum præstetur ab ijs, in quos contingeret super electione futuri Archiepiscopi uel Abbatis fieri compromissum: qui etiam confiteri & communicare teneantur. Quod si prædicta non fecerint, pro illa uice eligendi sunt ipso iure potestate priuati. In inferioribus uerò dignitatibus eligentes, ad confessionem & communionem nullatenus sint astricti, sed in alijs formam superius traditam obseruare teneantur.

Finita autem electione, decretum electionis immediatè superiori, ad quem ius pertinet confirmandi, præsentetur, qui in electionis negocio procedat, formam electionis, & electi merita, omnesq; circunstantias diligenter examinaturus, ita ut si electio confirmanda sit, uel infirmanda, iudicialiter confirmetur uel infirmetur. Confirmationes autem ratione confirmationis nil exigere, sed neq; etiam sponte oblata re-
C cipere, ratione confirmationis sub nomine subuentionis, subsidij, gratitudinis, aut alio quouis exquisito colore, prætextu consuetudinis, priuilegij, superioritatis aut reuerentiæ, seu quauis alia ratione præsumat. Notarijs autem, cæterisq; ministris emolumentum moderatum taxetur, laborum & operarum habito respectu: non autem prælatutæ ualore. Confirmationes aliter factæ sint ipso iure nullæ, & confirmantes ipsi confirmandi potestate sint ea uice priuati. Electiones autem & confirmationes, ut præmittitur, factæ, neq; per Papam aut sedem apostolicam, seu illius aut alia quauis authoritate infringi ualeant, seu quomodolibet impediri, nisi fortè in perturbationem Ecclesiæ, aut priuatæ seu publicæ utilitatis electio aliqua uergere timeatur. Quo casu summus Pontifex, cum ad ipsum confirmatio delata fuerit, si talem urgentissimam causam subesse agnouerit, ea prius maturè discussa, & parte plenè defensa accedendo ratione Ecclesiæ Cardinalium, uel maioris partis subscriptione causam
D huiusmodi ueram sufficientemq; fore attestantium, tali electione reiecta, ad capitulum uel conuentũ remittat, ut infra competens tempus, iuxta loci distantiam ad aliam, ex qua talia euenire non formidentur, electionem procedant.

Omni autem casu, quo electio per media, tum superiorem fuerit confirmanda, remittatur consecrandus aut benedicendus ad suum superiorem immediatum, nec præsens fuerit in Romana curia. Quo casu post benedictionem aut consecrationem similiter remittatur, immediato superiori debitum iuramentum præstiturus.

Rursus auisatum est, quòd cum ex ineffrenato gratiarum expectatiuarum concursu & antelationum prærogatiuis à principio uacationis beneficiorum, sub gratijs huiusmodi cadentium sciri non potest, & ex hoc ordinarijs subtractionem ministerij sui molestè ferentibus intrusionis datur occasio, ex quo lites innumeræ suscitantur: auisatum inquam est, quod ille cui adhæsio fit facienda, omnes gratias expectatiuas ac reseruationes particulares de beneficijs uacaturis in nostra natione, tollat, & de cætero non concedat, nisi pro toto tempore pontificatus sui in qualibet collatione,

ne, in qua decem fuerint beneficia, de uno, ubi quinquaginta, de duobus duntaxat habeat disponere, in quibus dispositionibus indigena alienigenæ præferatur.

Item, ut nullum beneficium nostræ nationis, exteris personis commendetur, aut de ipso pensio concedatur, sine assensu ordinario.

Item, ut quæstio de una præbenda in qualibet Ecclesia Metropolitana Theologo assignanda, etiam ad cathedrales Ecclesias nostræ nationis extendatur, ita ut collationes præbendarum huiusmodi teneantur canonicatu, & præbendam magistro licentiato aut baccalaureo formato in Theologia, qui per decennium in universitate priuilegiata studuerit, & onus residentiæ ac lecturæ & prædicationis subite uolue rit: quique bis uel semel ad minus per singulas hebdomadas cessante legitimo impedimento legat. Quod si neglexerit, arbitrio capituli in subtractione distributionum totius hebdomadæ puniatur: & si residentiam deseruerit, de alio prouideatur. Nil tamen perdat, si absens fuerit à diuinis. Porrò post collatam, ut præfertur, huiusmodi præbendam, duæ immediatè uacantes liberè conferantur. Tertia uerò postea uacans, & deinceps semper, post duas liberè collatas. Tertia conferatur magistro aut licentiato seu baccalaureo formato in Theologia, qui per decennium in aliqua Vniuersitate priuilegiata studuerit: Doctori seu licentiato in altero iurium, seu medicina, qui per septem annos: uel in utroque, aut altero iurium baccalaureo, qui per tredecim, si nobilis ex utroque parente, & ex antiquo genere, aliàs autem per quinquennium, in aliqua Vniuersitate priuilegiata studium suum fecerit, qui de gradibus tempore & nobilitate supradictis fidem facere teneantur collatori, per legitima documenta. Hoc etiam in dignitatibus non electiuis, personatibus, administrationibus & officijs dictarum Ecclesiarum obseruetur. Et qui duas præbendas cathedrales obtinuerit, aut aliàs unum uel plura beneficia, in quo uel altero residente abillo uel ab utroque in omnibus obuentionibus ducentorum florenorum cameræ ualorem habere ualeat, inter personas prædictas non numeretur. C

Item in Ecclesijs parochialibus oppidorum muratorum instituantur personæ, quæ ad minus per tres annos in Theologia, uel altero iurium, magister in artibus, in aliqua uniuersitate contiguo studentes, si poterint inueniri.

Item, ut quolibet anno in quadragesima qualificati sua nomina collatoribus supradictis exhibeant, alioquin dispositio aliter facta non irritetur. Sin autem tales reperti fuerint, dispositio per quæcunque, etiam si Cardinalatus, Patriarchalis, Pontificalis, aut alterius cuiuscunque dignitatis, aliter quàm ut præmittitur facta, eo ipso irrita sit, & inanis: collatio uerò, seu prouisio, seu quæuis alia dispositio ad superiorem proximum deuoluatur, qui personæ tali habeat prouidere. Quod si non fecerit, ad alium superiorem proximum gradatim, usque ad summum Pontificem deuoluatur. In Ecclesijs autem, in quibus illustres aut militares, seu certo modo natiuæ procreati duntaxat recipi consueuerunt, quod supra de literatis aut studiosis personis est expressum: ita intellígatur, si personæ modo præmisso qualificatæ, D inter huiusmodi nobiles seu generosos reperiri possunt, qui etiam nomina sua collatoribus habeant exhibere. Quo cessante, prouisio aliter facta non irritetur, ne Romanus Pontifex, aut quiuis alius Ecclesiasticus uel secularis, pro confirmatione, electione, admissione, postulatione, aut collatione, prouisione, præsentatione, seu qualibet alia dispositione circa Ecclesiastica beneficia, seculária uel regularia, & pertinentia ad ea, nec non ordinibus, sacra benedictione, ac pallio, de cætero quicquam antè uel pòst exigat, ratione literarum pro ipsorum labore competentium salario soluendum.

Si quis autem exigendo, dando, uel promittendo contraire præsumpserit, simoniacorum pœnam ipso facto incurrat, & in beneficio taliter obtento nullum ius nec titulum acquirat: obligationes quoque, promissiones, censuræ & mandata, & quicquid intra iudicium huiusmodi statuti, quacunque etiam Apostolica authoritate contigerit attentari, nullius sit roboris uel momenti: caueatur, ne illa quæ tempore potest

A pote receptionis beneficiandorum pro fabrica, ornamentis Ecclesiæ, uel diuini cultus decore dare consueuerunt, in principio receptionis per hoc aboleantur: dum tamen non ad personarum, sed Ecclesiarum utilitatem conuertantur.

Item quòd is cui fiat adhæsio, nullam impositionem uel exactionem faciat in natione nostra, occasione prouisionis sibi olim in Concilio Bas. promissæ, nisi in alio generali Concilio de expresso consensu nationis.

Item quòd in partibus nostrę nationis ultra quatuor dietas à curia distant, omnes causæ maioribus nec non electionum Ecclesiarum sedi Apostolicæ immediatè subiectarum exceptis in partibus terminentur:

Item ne grauati per saltum etiam ad Romanum Pontificem, omisso medio, sed ad immediatum superiorem duntaxat, nec à grauamine in quacunque instantia ante diffinitiuam appellent, nisi grauamen ipsum in diffinitiua reparari ne-
B quiret: tunc enim ad superiorem immediatum semel tantum liceat appellare. Quæ appellatio si friuola fuerit, appellans appellato ultra expensas in quindecim florenis auri de camera condemnetur.

Item ne possessores non uiolenti, sed colorato titulo beneficia proximo triennio hactenus possidentes, uel qui in futurum possidebunt, neq; in petitorio neq; in possessorio etiam ratione iuris nouiter quæsiti molestentur, nisi actor legitimè impeditus, & de hoc protestatus iuxta Concilium Vuiennense duxerit intimandum. Lis autem mota intelligatur, si ad citationem, executionem, iuris q; sui in iudicio exhibitionem, & terminorum ommnium obseruationem fuerit concessum. Ordinarij autem inquirant, & quem beneficium iniustè possidere prospexerint pridem, & alteri legitimè prouideat, uel ipsi possessori, si noluerit, nisi sit intrusus uiolenter, uel aliàs indignus.

C Quia uerò protestationibus dominorum electorum, &c. durantibus, plures electiones & prouisiones factæ plurima beneficia authoritate ordinaria collata, sententiæ interlocutoriæ diffinitiuè prolatæ, pluraq; alia gesta sunt, super quibus possunt ad Papam uel Concilium recurrere, obstantibus protestationibus: ne igitur confidentia protestationum decipiamur, caueatur, quòd ille cui fiat adhæsio gesta huiusmodi confirmet ex certa scientia, ac si de uerbo ad uerbum expressa essent: ita quod nullus super huiusmodi beneficijs, aut alijs gestis siue actis in Romana curia, uel extra, molestetur, etiamsi lis super eis alibi penderet quàm coram ordinarijs, etiam si alicui alteri quæsitum diceretur, quibus talibus scilicet ius habere prætendentibus scilentium perpetuum imponatur: & ipsorum possessorum tituli, siue iuris sint siue facti, quos durante protestatione authoritate ordinaria acquisiuerunt, confirmet, & autor. Appostolica approbet. ipsis q; possessoribus seu detentoribus in quantum opus, de illis de nouo prouideat.

Lites uerò coram ordinarijs iudicibus pendentes, apud quos iuxta formam
D protestationis licuit litigare, coram illis tantummodo prosequatur & terminetur. Sententiæ uerò sub authoritate Papali uel consiliarijs durante protestatione collatę, & nondum executæ, non exequantur: sed acta, & quicquid ad hoc unaquæq; partium habeat, allegare coram ordinario perducatur, quæ summariæ simpliciter & de plano, sola facti ueritate inspecta, procedens, negocium ipsum unica sententia ualeat criminari.

Item de causis durante protestatione motis, & adhuc mouendis, pendentibus, quas aduocet Papa, & similiter in eodem statu committat ordinarijs simili modo terminandis: & quod ibi cognitum fuerit, Papa ratificet, & authoritate Apostolica ex certa scientia confirmet, contrà facientibus, ac etiam in ijs qui eos authoritate ordinaria beneficia possidentibus sunt assecuti, impetere præsumpserint, seu quomodolibet molestare, perpetuum silentium imponat.

Insuper omnia & singula quæ dicta protestatione durante in præiudicium, grauamen, siue læsionem iurisdictionis iuris, uel possessionis Metropolitanorum,

diœcesium, dominiorum, terrarum, prælatorum, collegiorum, personarum seu te- A
rum quarumcunq; eorum qui huiusmodi potestationi obediunt, obediuerunt, quo
modolibet uergentia, Apostolica uel alia quauis authoritate impetrata, seu quomo-
doliber concessa, uel in posterũ concedenda, aut in iudicio uel extra iudicialiter quo
modolibet obtenta seu obtinenda, casset, irritet, & annuller, & pro infectis penitus
habeat: ac illi uel illis taliter impetratis, concessis uel obtentis, concedendis uel obti-
nendis, quomodolibet niterentur, etiamsi ip̃is & cuiuis, quiuis eorum ius ex illis
quæsitum foret, de Apostolicæ potestatis plenitudine ex certa scientia perpetuum si-
lentium imponat. Vt autem præmissa firmiter obseruentur, polliceatur Papa pro se
& successorib. suis, se omnia præmissa & singula inuiolabiliter obseruaturum, & con
tra ea uel ipsorum aliquod in toto uel in parte nullo unquam tempore innouaturũ,
decernendo initum, &c. Pro firmiori subsistentia committet Romano Regi & Prin
cipibus electoribus, & alijs, quo secum duxerint assumendos super eorum obseruan g
tia pragmaticam sanctionem conficiendi, ac pœnis & censuris uallandi & corrobo-
randi potestatem.

Item committet uniuersis Archiepiscopis nostrę nationis, quod si unquam per
eum uel successores, aut eorum seu alia quauis authoritate per obliuioné forta sis uel
inaduertentiam lapsis, uel importunitatem dicentiũ, aut aliàs qualitercunq; in præ-
iudicium uel læsionem eorum quicq̃ statui seu concedi contingat: quod quiuis eo-
rum Archiepiscoporum & Episcoporum id casset, &c. Et pœnas, si quæ fortè desu-
per quacunq; authoritate prolatæ forent, seu proferri contingeret, relaxandi, & om-
nia in pristinum statum producendi, concedat eis, & cuilibet eorum, plenam pote-
statem: & ut præmissa & omnia posteq̃ sic statuta fuerint, conseruent, manu teneant
& defendant, contradictiones per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita
compescendi, totiens quotiens ipsis uisum fuerit, inuocato etiam ad hoc, si opus sit, c
auxilio brachij secularis, &c.

Super præmissis auisamentis concordent, serenissimus dominus Romanus
Rex, Illustrissimi domini Principes electores, inuicem uelle assistere, & alterutrum
se defendere, contra omnem hominem eos uel alterum eorum coniunctim, uel di-
uisim, occasione præmissorũ molestare, inuadere, seu quomodolibet perturbare co-
nantem. Verùm nõ ita magnũ fructum hæ deliberationes imperio ac Germaniæ pe-
pererunt, ut ex sequenti loco Molinæi animaduertere poteris, qui inquit:

Et sic ualde necessarium fuit istud edictum, prout simile ualde necessarium erat
in natione Germanica: quæ licet minus penderet, eo quòd minus opulenta, tamen
mirum in modum grauabatur, ut identidem cogeretur supplices & querulos libel-
los offerre Pontificib. Romanis, qui eos uerbis eludebant: exprobrantes etiam, quòd
sua spiritualia multò preciosiora eis seminabant, quodq̃ centuplum etiam per eas
quas uocant Indulgentias, recipiebant: ut patet in epistolis Aeneæ Syluij, qui postea
Papa Pius II. factus est. Superuento autem Concilio Basilienſi, in d. sessione XXL cũ o
illud consilium nec in Germania quidem propter potentiam Papę suorumq̃ emissa
riorum seruaretur, sed duntaxat in Gallia, mediante Regia pragmatica, similis & Im-
perialis sanctio necessaria erat Germanis. Primùm enim, ut scribit Platina Cremo-
nensis, in Nicolao V. Germanorum alij cõcilium Basilienſe seruabant, alij neutrales
erant, nec Fœlici nec Eugenio obtemperabant. Sed Eugenius IIII. missis oratorib. (in
quib. Aeneas Syluius) usque adeò eos deliniuit, ut & Concilium Basilienſe, & neutra
litatem eis tolleret, adiuuante Friderico Austrasio in Imp. electo, huius Imperatoris
Caroli V. proauo, nondum quidem coronato, sed coronam sitiente: qui etiam Fœli
cem Sabaudum cõpulit, se Pontificatu abdicare, & cedere Nicolao, à quo paulo pòst
coronatus fuit Romę, cum Leonora noua nupta uxore, Lusitaniæ Regis filia, XVIII.
Martij, anno M.CCCCLII. incipiendo à natiuitate Do. quamuis Maria Socin. in c. cũ
contingat. col. ij. de foro comp. scribat, fuisse anno M.CCCCLI. quod est uerum, com-
putando more Gallico à Paschate, prout & annales Francię. Anno uerò M.CCCCLV.
audita

A audita morte Nicolai v. qui Fridericum III. coronauerat, Germani miseram sortem suam deflentes, persuadere nixi sunt Imperatori, ne Pontificibus Romanis amplius obtemperaret, nisi saltem quædam ad pragmaticam tendentia prius ab eis impetraſſet. Ostendebant enim, suam longè (sed immeritò) deteriorem esse conditionem Gallis uel Italis, quorum seruí (Italorum in primis) nisi res immutarentur, meritò dicebantur.

Rogabant, urgebant proceres, populíq; Germaniæ, grauissimis tum rationibus, tum exemplis, tum utilitatem, tum necessitatem Imperij, Imperatorisq; fidem implorabant, obtestabantur (qua ipsis uel sacramento obstrictus erat) nec non decus & uerecundiam, quòd decretorum in sua natione digestorum soli fructu careret: quòd Gallica natio aduersus exactiones Pontificum non frustra recursum habuit ad Regem suum, à quo protecta est: quíq; non diu ex dictis decretis pragmaticam sanctionem, pro libertate suæ nationis fœliciter confecerat, & utiliter seruari faciebat. Quod Imperator nec minus potest in suo Imperio, nec minus debet populo & statibus Imperij, quàm alius Rex in regno suo: quid nam ad summum futurum, si exteri ad Regem suum recurrentes præsidium inueniant, & ab eo contra dictas exactiones protegantur: Germani uerò & status Imperij ad suum Imperatorem recurrentes, ab eo deserátur, seu potius prodátur, decretisq; in sua natione factis priuentur?

His rationibus uictus & permotus Imperator, non minorem suis, quàm Rex Franciæ Gallis, pragmaticam facturus erat, nisi grauissima (uerba sunt Plat. in Pio II.) Aeneæ (scilicet Syluij) authoritas intercessisset, cuius hæc fuit apud Cæsarem sententia: (hic audi impiam impij & perfidi oratoris uocem) Inter Principes (ait) etiam de magnis rebus inter se dissidentes, pacem aliquando & amicitiam componi posse: at inter Principem & populum immortale odium semper interuenisse. quare dicebat (hoc est, concludebat impius ille Aeneas, Calisti paulo pòst futurus successor) sa-

C tius sibi uideri, cum Pontifice sentire, quàm eorum cupidrtatibus obtemperare, quo rum mentes non ratione, sed appetitu & cupiditate ducuntur.

Viden' qua arte, quo machinamento, quo impietatis ariete, uenenata illa lingua Imperatorem uenenis suis subitò infecit & dementauit? & uno uerbo tam explo ratam ueritatem, tam euidentem iustitiam, tam excussam & utilitatem & necessita-tem decretorum conciliatium, quibus idem Aeneas interfuerat, eaq; diu etiam apud eundem Imperatorem probauerat, & exequi fecerat, tot tantasq; rationes Principum & populorum Germaniæ, omniaq; iam persuasa, iam euicta & admissa, tantum nondum confecta, euertit & profligauit: effecitq; ut ea unica falsa, seditiosa, & uenenata ratione imbutus, imò dementatus Imperator, spreta tot populorum suo-

D rum tam æqua, iusta & necessaria postulatione, eundem Aeneam oratorem deligeret, quem dignum patella operculum ad Calistum nouum Papam mitteret, suo nomine iuramentum in eius uerba præstare, & absolutam totius Germaniæ obedientiam, utpote meram quam uocant obedientiæ patriam, conciliatibus patrijsq; decretis calcatis effectam: prout prius idem orator eodem Friderico mittente, & eius nomine Eugenio IIII. publicè renunciauerat, sed scilicet Fridericum ac Germanos omnes in humanis diuinisq; ei deinceps obtemperaturos.

Itaq; Fridericus Austrasius bis Germanos spreuit & eluſit, natiuisq; & concilia ribus decretis spoliatos seruituti Papæ subiecit, quæ partim causa fuit, quòd septem annis priusquam moreretur, curauit filium suum Maximilianum non solum eligi & coronari Regem Romanorum, sed etiam in Imperij administrationem associauit, ne post obitum suum (ut factum fuisset) transferretur imperium in aliam familiam: suspectos habens Germanos, quos bis contra conciliaria decreta (primùm ante quam coronaretur, tempore Eugenij quarti: & iterum post coronationem suam, & obitum Nicolai quinti) postulatis eorum spretis, seruituti Papalium exactionum subiecerat, à quibus deinde anno M. CCCC. LXIII. obsessus fuerat. Hactenus Molinæus.

Quare miſera Germania in paupertate, & ſub Papæ duriſsima tyrannide & exi-
pilatione dolens, fremens ac obmurmurans uſque ad Lutherum permanſit, ſicut ſe-
quentia ſcripta teſtantur.

Martinus Meyr Cancellarius Moguntini præſulis, Domino Aeneæ Cardinali Senenſi, patri optimo, S. P. D.

COgnoui ex literis amicorum, te Cardinalem eſſe creatum. Congratulor & tibi, qui pro tua uirtute, digna cõſecutus es præmia: et mihi, cuius amicus in ea dignitate conſtitutus eſt, in qua me meosq; neceſſarios aliquando iuuare poterit. Illud mihi moleſtum, quòd in ea tempora incidiſti, quę ſedem Apoſtolicam afflictura uidentur. Nam domino meo Archiepiſcopo frequentes afferuntur de Romano Pontifice querelæ, qui neq; Conſtantienſis neq; Baſilien. decreta Concilij cuſtodit, neq; ſe pactionibus anteceſſoris ſui teneri arbitratur, nationemq; noſtram contemne re & prorſus exhaurire uidetur. Conſtat enim, electiones prælatorum paſsim reſci-ri. Et tu quidem ad tres prouincias Teutonici nominis, ſub ea formula reſeruationem impetraſti, quæ hactenus inſolita eſt, & inaudita. Expectatiuæ enim gratiæ ſine numero conceduntur. Annatæ ſiue medij fructus abſq; ulla dilatione temporis exi-guntur, & plus etiam quàm debeatur, extorqueri palàm eſt. Eccleſiarum regimina non magis merenti, ſed plus offerenti committuntur: ad corradendas pecunias no-uæ indulgentiæ in dies conceduntur. Decimarum exactiones, inconſultis prælatis noſtris, Turcorum cauſa fieri iubentur.

Cauſæ quæ tractandæ terminandæq; in partibus fuerant, ad Apoſtolicum tri-bunal indiſtinctè trahuntur: excogitantur mille modi, quibus Romana ſedes auri ex nobis (tanquam ex barbaris) ſubtili extrahat ingenio: ob quas res natio noſtra quondam inclyta, quæ ſua uirtute ſuoq; ſanguine Romanũ imperium coemit, fuit-que mundi domina ac regina, ad inopiam nũc redacta, ancilla & tributaria facta eſt: & in ſqualore iacens, ſuam fortunam, ſuam pauperiem multos iam annos mœret. Nuncuerò quaſi ex ſomno excitati optimates noſtri, quibus remedijs huic calamita-ti obuiam pergant, cogitare cœperunt. iugumq; prorſus excutere, & ſe in priſtinam uendicare libertatem decreuerunt. Erit hæc nõ parua iactura Romanæ curiæ, ſi quòd cogitant, Romani Principes effecerint. Quantum itaq; de tua noua dignitate lætor, tantum commoueor & angor, tuo tempore hoc parari. Sed Dei fortaſſe alia eſt cogi-tatio, & illius profectò ſententia obtinebit. Tu interim bonum habeto animum: & quibus repagulis fluminis impetus coerceri poſsit, pro tua ſapientia cogitato: & uale optimè. Ex Haſthaffenburga, pridie Kal. Septemb. M. C CCC. LVII.

Ex epiſtolis Aeneæ Syluij.

Emittuntur plura Apoſtolica ſcripta, contra murmurantes de grauamine nationis Germanicæ.

AEneas Cardinalis Senenſis Laurentio Rouarellæ ſalutem plurimam dicit. A'la-tore præſentium recipies quatuor bullas apoſtolicas, & unum officium trans-figurationis. Ex bullis unam reddes Imperatori, ſimul cum officio, & breui ſi-bi directo. Alias bullas curabis mittere tribus principibus Electoribus ſimul cum breuibus ſuis. Extant & aliæ tres bullæ apoſtolicæ, ſimul cum duobus officijs, ac tribus breuibus. Officia dirigentur Regi Vngariæ, ac Domino legato: Bullæ quoq; eiſdem. tertia uerò Strigon. Sed hæc omnia mittimus per alium nunciũ, qui poſt biduũ rece-det. Si te inueniat in curia regis Vngariæ, aſsignabit tibi ea. Sin autem, tradet per ſeip-ſum regiæ maieſtati, quæ ſibi dirigũtur. Alia uerò curabit tranſmitti Archiepiſcopo & legato, Nec alia circa hęc. De negocijs Rheni multa referũtur non bona: propter quę neceſ-

A neceſſarium erit, ut quam primùm cum conſilio Imperatoris, & cum literis ſuis, ad partes illas te transferas, & labores iuxta commiſsionem tibi traditam. Interea bonum eſt, ut procures, quòd Imperatoria maieſtas ſcribat Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ſimulq; Rigenſi, & in primis Treueren. & Saltzburgen. ut ſi quærantur ad aliquam conuentionem in factis Eccleſiæ, non conſentiant, ſed ad ſe ipſam omnia referantur, quæ quæruntur. Ea ſuadeat, ut ſi qui ſunt qui nouitates quærant, illis non aſſentiant: quia periculum eſt in mora. Habebis mox alias literas Domini noſtri, qui plenius de hac materia ad te ſcribet, & intelliges rei grauitatem ac periculum. Bonum eſt etiam laborare apud Ducem Bauariæ Ludouicum, ut ſcribat Palatino Rheni conſanguineo ſuo, ne ſe implicet conuentionibus eorum qui contra ſedem Apoſtolicam aliquo modo moliuntur: perſuadendo ſibi, quòd multò facilius FILII Principum promouebuntur per ſedem Apoſtolicam, quàm per capitula, uel ordinarios.
B Et hoc benè cura in auribus Principum conculcare: quia ueritas eſt. Vale, & ſcribe ſæpius, quomodo tibi ſuccedat. Datum Romæ, VIII. Kal. Decemb.

Ex Concilij Baſilienſis ſeſsione XXXI. contra inordinatas beneficiorum Eccleſiaſticorum oblationes, quæ à Papa fiunt.

DVm autem hæc cura reformandæ Eccleſiæ, huic ſanctæ uniuerſali ſynodo Baſilienſi incumbit, hoc unum ſingulari ſollicitudine proſequendum arbitratur, ut per ſingulas Eccleſias miniſtri inſtituantur idonei, qui ſcientijs & uirtutibus effulgeant ad Chriſti gloriam, & uniuerſi populi Chriſtiani ædificationem ſalutarem, cui rei graue impedimentum hactenus uiſa eſt gratiarum expectatiuarum
C multitudo, quæ grauem ordini & ſtatui Eccleſiaſtico perturbationem, uariasq; inordinationes, ac plurima diſcrimina comperitur iniecisſe. Ex his enim frequentius dati ſunt Eccleſijs miniſtri non probati, nec cogniti, uacaturorumq; beneficiorum expectatio, quæ ſicut antiqua iura teſtantur, occaſionem deſiderandæ mortis alienæ præſtare ſolet, quod plurimũ præiudicat animarum ſaluti: ſed & inſuper lites innumeræ & contentiones inter ſeruos Dei excitantur, rancores & iurgia nutriuntur, pluralitatis beneficiorum fouetur ambitio, facultates ac pecuniæ regnorum & prouinciarum mirum in modum exhauriuntur: pauperes diſcurrendo ad Romanam curiam, innumerabiles uexationes ſubeunt, & inter uiarum diſcrimina nonnunquam ſpoliantur, occiduntur, ac uarijs affliguntur peſtibus, atq; etiam ſuis patrimonijs ac parentum opibus exhauſtis, graui egeſtati ſubiacere coguntur. Plurimi abſq;
D iuſto titulo beneficia ſibi uendicant: & non quibus de iure debentur, illa obtinent: ſed nonnunquam hi quibus aut circumueniendi proximum maior aſtutia, aut ad litigandum facultas ſuppetit uberior. Sub inuolutionibus quoq; prærogatiuarum, antelationum, aliorumq; huiuſmodi gratias concomitantium, fraudes plurimas, & deceptiones contingit inueniri. Iuuenibus etiam, qui ſæpius per litium anfractus & uarios diſcurſus, ratione gratiarum ipſarum turbantur & inquietantur, ordinarijs collatoribus ſuum miniſterium ſubtrahitur, & confunditur ordo Eccleſiaſticus, dum unicuiq; ſua iuriſdictio non ſeruatur: Romaniq; Põtifices dum officia inferiorum nimium ſibi uendicant, à maioribus & magis fructuoſis operibus retrahuntur, nec inferiorum directioni atq; correctioni inuigilant, ſicuti publica utilitas expoſcit. Quæ omnia grauem confuſionem ſtatui clericali & ſacerdotali, in diſpendium diuini cultus, & præiudicium publicæ ſalutis afferunt.

Grauamina Germanicæ nationis, cum remedijs & auiſamentis ad Cæſaream Maieſtatem, in duos libellos diſtinctim diuiſa, eoq; ordine & modo, quo ptius impreſſa fuere.

Sereniſsimo Rom. Cæſari Auguſto Maximiliano

Iac. Regius familiaris.

AVdiens nuper, ſacratiſsime Cæſar, Maieſtatem tuam Romæ adeundæ accin-
ctam, ſcripſi Ioanni Collauro à ſecretis, ut Cæſ. Maieſtatem tuam de nõnullis
commonefaceret, quæ ad ſplendorem nominis tui, Germaniæq; decus non
parum attinere uidebantur, ut ea à ſacroſancta ſede Apoſtolica tecum referres. Nihil
enim credidi impetrare te non poſſe, quòd à Iulio II. Pont. Max. à tua Cæſarea Maie-
ſtate ſalutando eſſes petiturus. Inter cætera uerò Ioannem Collaurum de uno ſingu-
lariter reddidi certiorem, quòd fœlicis recordationis prædeceſſor tuus Henricus Ro
manus Cæſar, præbendam quandam (quæ ob id Regia uocatur) in Argentinen. Ec-
cleſia fundauerit, cuius omnes in Imperio Romano ſucceſſores iure fundationis pro
culdubiò collatores fuerunt, & adhuc eſſe deberent: ſicut & hodie Cæſarea tua Ma-
ieſtas duarum ſimilium præbendarum (quas progenitores tui in templo Spiren. de
ſuis erexerunt) ius patronatus habet. quomodo autem ab eo iure erga præbendam
Argentinen. (fortè propter interregnum) Ro. Rex ceciderit. & ad præpoſitum illic
deuolutum ſit, prorſus ignoro. Hoc tamen multis perſuaſum eſt, Cæſaream tuam
Maieſtatem ius illud patronatus à ſummo Pontifice denuò in utroq; menſe æqui
tate facilè conſequi poſſe: ut amodò, ad Dei laudem & Eccleſiæ decus, uir quiſpiam
ſcientia & uitæ honeſtate conſpicuus, tuæq; Maieſtati cognitus, non inutile quod-
dam beſtiæ aut coquinæ mancipium, ſed neque leno, neq; catamitus, liber & non
alienus à ſcientijs & pietate, eidem præficeretur. Tuæ enim Maieſtati, cunctisq; tuis
in Imperio Romano ſucceſſoribus. mores & merita perſonarum longè clarius, quàm
exteris gratiarum diſpenſatoribus, poterunt eſſe manifeſta.

Sed & hoc quoq; Deo gratiſsimum, animabus ſalutiferum, tuæ autem Maie-
ſtati in primis honorificũ uiſum eſt, ſi à ſacroſancta ſede Apoſtolica de quorundam
abuſibus erudienda, inuiolabili lege impetrares, ne deinceps, quicunq; uel natalib⁹
ſcurus, uel omnium bonarum literarum indoctiſsimus cõtra diuinam naturalemq;
legem, contraq; ſacratiſsimos Canones duo aut tria ſacerdotia ſub uno tecto, tres aut
quatuor præbendas aut canonicatus in diuerſis collegijs, intra eadem Romani Im-
perij mœnia ſitis, totidemq; pingues parochias qualicunq; diſpenſatione (ne dicam
diſsipatione) à ſummis Pontificibus eſſet conſecuturus, cum tot canonicatuum, aut
Eccleſiarum parochialium quælibet alterius aut utriuſq; iuris ſacræ ue paginæ licen-
tiatum, imò doctorem honeſto ſtatu nutrire poſſet, adeò ut ſinguli ſingulis eſſent
contenti, & in animo tranquilli.

Hac re uix aliquid Deo gratius, Germaniæq; utilius, Maieſtatem tuam arbitror
efficere poſſe. Taceo, quòd hoc pacto pij adoleſcentes, qui in gymnaſijs multo labo-
re, bonarumq; literarum amore patrimonium ſuum expenderunt, parte Eccleſiaſti-
ci ſtipendij nacta, cohæredes in hæreditate paterna ad rerum publicarum augmen-
tum releuare, Chriſtoq; ſeruire, & pro totius Imperij ac Imperatoris ſalute preces ef-
fundere poſſent. Sic quoque per ſingulas Eccleſias miniſtri inſtituerentur idonei, ſa-
cræ paginæ ſacrorumq; Canonum docti præbendas facilius conſequerentur, accæte-
ri literis & uirtutibus præditi ad Chriſti patrimonium aſcenderent, occaſio deſide-
randæ mortis alienæ tolleretur. Neque eſſent tot lites, totq; contentiones, cum ma-
gno rei familiaris per totam Germaniam detrimento: neq; eſſent tot fraudes, non
uexarentur inſontes ab eis qui nihil niſi contendere, acceptare, inquietare, uexare no
runt: non, quibus proximum circumueniendi maior aſtutia, aut ad litigandum fa-
cultas ſuppetit uberior, ſub inuolutionibus prærogatiuarum, antelationum, regrei-
ſuum, & laqueis inſtrumentorum à propriis ſeruis ſcriptorum, tot fraudes, tot decep-
tiones permitterentur: adoleſcentibus qui literarum ſtudio, uirtuoſisq; operibus in-
tendere deberent, non daretur anſa euagandi, nec per litium anfractus turbarentur.
Non confunderetur Eccleſiaſticus ordo, non ſineretur unus ſolus ad nullam rem

Deo gratam,

A Deo gratam, aut fidei noſtræ utilem idoneus, turpiter occupare ſtalla & loca in omnibus Eccleſijs intra eandem Imperij ciuitatem ſitis: ſicque parrochijs per barbaros quandoq; mercenarios prouiſis, ſalubrius per doctos conſuleretur, nec diminueretur diuinus cultus, nec animarum ſuffragia omitterentur: non eſſent uacua ſtalla, non caſſarentur uoluntates ultimæ, minus perderentur literæ monumentaq; beneficiarum corruerent, non bona & prædia alienarentur: non eſſent tanta murmura & odia uulgi in cunctos ſacerdotes, propter paucos auariſsimos & inſatiabiles.

Neq; ego primus ſum, cui tanta ſacerdotiorum multiplicandorum cupiditas ſtomachum mouet. Nam & Franciſco Petrachæ, uiro ptobatiſsimo, hæc impietas admodum diſplicuit, qui nec expauit ad Vrbanum quintum in modum ſequentem perſcribere. Audiebam te ambitioni antiquæ (quæ priorum licentia in immen-
B ſum creuit) frenum ponere, & ut uno aut paucis pro dignitate uirtutis ac ſcientiæ, beneficijs contenta eſſet, edicere: iuſtè inquam, grauiterq;. Nam quid turpius, quàm unum aliquem (parta forſan fœdis artibus copia) nauſeantem cernere, multis hinc inde melioribus penuria fameq; laborantibus? Et ſapientiſsimus Gregorius Nazianzenus his uerbis adſtipulatur: Religioni ac doctrinæ noſtræ opprobrium naſcitur, quòd ſacerdotia ambitione potius & gratia, quàm meritorum iudicio deferuntur. Et Franciſcus Picus Princeps Illuſtris, in oratione ad Concilium Lateranen. lamentatur, ſacras ædes & templa lenonibus, catamitis, & lupis fuiſſe commiſſa. Cætera ſunt plurima, tibi ſacratiſsime Cæſar pro tua ſumma prudentia proculdubio cognita: quę Cæſaream maieſtatem tuam, ad huiuſcemodi auaricię cæterorumque uitiorum frenum & moderamen à ſacroſancta ſede Apoſtolica impetrandum, permouere poſſent. Dominus Deus tuæ Cęſareæ Celſitudini ad fœlix Imperij regimen, Chriſti
C anæq; religionis amplificationem propitius opem ferre dignetur.

Grauamina Germanicæ nationis, cum remedijs & auiſamentis ad Cæſaream Maieſtatem, in duos libellos diſtinctim diuiſa, eoq; ordine & modo quo prius impreſſa fuere.

Grauamina nationis Germanicæ, & ſacri Romani Imperij decem.

1 Quòd ad ſeruandas bullas, pacta, priuilegia, & literas ab anteceſſoribus abſq;
omni derogatione conceſſas, ſucceſſores Pontifices teneri ſe non arbitrantur: imò per
D crebras diſpenſationes, ſuſpenſiones, reuocationes, ad cuiuſcunq; (etiam uilis) perſonæ inſtantiam contraueniunt.

2 Quòd electiones prælatorum quandoq; reijciuntur.

3 Quòd electionibus præpoſiturarum, quas quarundam Eccleſiarum capitulæ multo ære impetrarunt, contrauenitur: Spira ſcit, & Haſela, cuius bulla de eligendo præpoſito eneruata eſt, eo adhuc ſuperſtite, qui dederat.

4 Quòd beneficia & dignitates maiores Cardinalibus & protonotarijs reſeruantur.

5 Quòd expectatiuæ gratiæ abſq; numero conceduntur, & multæ interdum ad unum collatorem. Vnde ſurgunt quotidianæ lites, & pecuniæ dilapidantur. Tum illæ, quæ pro bullis gratiarum (quæ nunquam effectum ſortientur) expoſitæ ſunt. Tum illæ, quæ pro litibus deducendis conſumuntur. Inde apud quoſdam ortum eſt prouerbium. Quiſquis gratiam expectatiuam ab urbe extraxerit, centum aut ducentos aureos nummos in ciſtam ſimul ad ipſam gratiam reponat, quibus ad proſequendam litem opus habebit.

6 Quòd

6 Quòd annatæ absq; dilatione & sine misericordia (etiam Episcopis intra pau A
cos annos mortuis) exiguntur. Interdum plus quàm debeatur, extorquetur, propter
noua officia, & nouos familiares. Exemplum de Moguntina & Argentinens. Ec-
clesijs.

7 Ecclesiarum regimina minus dignis (Romæ uidelicet) committuntur, quia ad
mulos magis quàm homines pascendos & regendos essent idonei.

8 Indulgentiæ nouæ cum reuocatione aut suspensione ueterum (laicis contra
clerum murmurantibus) ad corradendas pecunias conceduntur.

9 Decimæ sub prætextu expugnandorum Turcarum exiguntur, nulla expedi-
tione subsecuta.

10 Causæ quæ in Germania (in qua & docti & iusti iudices sunt) terminari po-
terant, ad tribunalia Romana indistinctè trahuntur. Quod S. Bernardus, ad Eugeni
um Papam scribens, ualde reprobare uidetur.

Remedium contra grauamina nationis Germanicæ.

SI Cæsareæ Maiestati consultum uisum fuerit, proponatur summo Pontifici & Sa-
crosanctæ Ecclesiæ Romanæ, quòd graue, imò intolerabile sit nationi Germani-
cæ, amodò tantas expensas & molestias pati, tantas pro confirmatione Archie-
piscoporum & Episcoporum inferre annatas, præsertim quæ in quibusdam Episco-
patibus successu temporis auctæ, in quibusdam duplicatæ esse dicuntur.

Nam sedes Moguntina (ut dicitur) olim solum dedit decem millia florenorum,
quæ, cum quidam illic electus dare renueret, sicq; usq; ad mortem suam persisteret, ele
ctus post eum confirmationis cupidus, se opponere timuit sedi Apostolicæ, offerens
antiquam summam, puta decem millium florenorum. is nec confirmationem impe C
trare potuit, nisi & reliqua decem millia simul redderet, quę adhuc extabant à suo pę
decessore nondum persoluta.

Sicq; cogebatur dare uiginti millia florenorum, quę tunc indubiè in registrum
cameræ signata sunt, & usq; ad nostram ætatem à singulis Archiepiscopis exacta: &
nedum uigintimillia, sed & uigintiquinq;, propter noua officia, & nouos Pontifici
familiares. Tandem excreuit summa usque ad uiginti septem millia: quæ Archiepi-
scopus Iacob. cogebatur nuper persoluere, ut retulit uicarius in spiritualibus Mogun-
tinus. sicq; in uita unius hominis septies uigintiquinq; millia à solo Archiepiscopatu
Moguntino pro confirmatione Archiepiscopi Romam peruenerunt.

Et cum Archiepiscopus Iacobus uix quatuor annos sedisset in Archiepiscopa-
tu, mox post eum electus dominus Vriel, ad minus uiginti quatuor millia coactus est
persoluere: quorum partem mutuò forsan accepit à mercatoribus, sed ut illis satisfa-
ciat, imponere coactus est subsidium aut exactionē in suos populos & pauperes agri- D
colas, quorum aliqui nondum satisfecerūt tributo aut exactioni pro pallio, à suo præ-
decessore Iacobo impositæ. Sicq; non solum euiscerantur nostrates, & ad extremam
inopiam rediguntur (de qua reuerendissimo domino Bernardino sanctæ Crucis
Cardinali, & nuper legato, constat) uerùm etiam incitantur ad rebellionem, & quæ
rendam utcunq; libertatem: & ubi possunt, inter se susurrant de sæuitia in clerum.

Admonendus etiam uidetur summus Pontifex, quòd per uaria bella, terræ Ger
manorum passim desolatæ sunt, ac per crebras mortalitates numerus uiuentium di-
minutus.

Sicq; ob paucitatem cultorum, agri pro magna parte inculti iacent, & ipsa telo-
nea diuersis euentibus attenuata, & uenæ minerales exhaustæ sunt, pereuntq; indies
prouentus, ex quibus Archiepiscopi & Episcopi, (alijs etiam honestis & necessarijs
impensis grauati) sedi Apostolicæ annatam persoluere possint.

Non sine causa Iacobus Archiepiscopus Moguntin. iam ferè moriens dixit, se
de more

A de morte sua non adeò dolere, quàm ob id, quòd subditi sui pauperes, iterum pro pallio grauem exactionem dare cogerentur.

Mitius ergo summus Pontifex, uelut pius pater, filiorum suorum amator, & fidelis ac prudens pastor, cum filijs suis Germanicæ nationis agat, ne propediem uel in uniuersos Christi sacerdotes persecutio suboriatur, uel instar Bohemorum plerique ab Ecclesia deficiant Romana.

Mitius saltem agat, quotiens Archiepiscopus aut Episcopus ad paucos annos rexerit: sicut de Episcopis Bambergensibus accidit, quorum tres intra paucos annos mortui sunt.

Quid de alijs multis Episcopatibus? Siquidem Germania (Aenea Syluio teste) supra quinquaginta Episcopatus habet. Quid de Abbatibus? quorum aliqui Romæ

B confirmantur.

Esto, quòd in Germania maiores essent ex agris, ex mineris, ex teloneis obuentiones: indigeret tamen Cæsarea Maiestas & cæteri Principes, thesauro & neruo belli, contra hostes præcipuè infideles, & ad conseruandam in Germania pacem, atq; ad iustitiam unicuiq; ministrandam: ad quod Consistorium Regalis Cameræ, cum magnis impensis sanctè institutum, maximè deseruit.

Præterea opus habet Cæsarea Maiestas pecunijs ad comprimendos imperio rebelles, & ad exterminandos sicarios atq; latrones: quorum nonnulli Ecclesijs no-

cere, earũ bona diripere, imò in clericorũ personas sæuire atq; grassari nõ erubescunt.

Demum natio nostra, non solum pro reparatione Ecclesiarum & monasterio rum auro indiget & argento, sed etiam pro hospitalibus, pro pueris exposititijs, pro uiduis, pro puerperis, pro orphanis, pro filiabus pauperum (ne stupro cadant) de-

C sponsandis, pro domestica inopia laborantibus, pro annosis & effœtis, pro ualetudinarijs, ac pro pustulatis, quorum (proh dolor) plena est Germania, alioqui etiam populosa, uti sexum minimè fastidiens muliebrem.

Auisamenta ad Cæsaream Maiestatem.

SIcut regnum Francię pragmaticam habet sanctionem (cui in conferendis beneficijs innititur) sic Imperium Rom. habet concordata Principum: utq; ea illæsa conseruentur, interest Cæsareæ Maiestatis. Raro tamen hactenus per summos Pontifices uiolata sunt: & auditores Rotæ iuxta illa hucusq; feruntur iudicasse. Et si aliquis curialium per quamcunq; dispensationem conaretur illa infringere, quòd Episcopus, uel Princeps uel Senatus eiusdem loci (principijs obstando) in faciem ei concordata inculcaret, piè exhortans ne contraueniat, quoniam audacia sua sustineti nequaq;, cum & Turcæ & Iudæi pacta fidemq; seruent: quis Cursitanorum tam in-

D solens aut stultus est, ut contra uoluntatem Episcopi, Principis, aut totius alicuius communitatis in aliqua ciuitate habitare præsumat? Posset etiam Cæsarea Maiestas per literas aut oratores facilè in regno Francię experiri, quomodo illic beneficia conferantur, & quam authoritatem in conferendis beneficijs habeat summus Pontifex. Secundum hoc posset moderamen fieri in Imperio Rom. & frenum inexplebili auariciæ Curtisanorum adhiberi. Si præclarę Vniuersitates, præcipuè facultas Theologica Parisiensis, approbauerit modum illum, qui de disponendis & conferendis beneficijs in Francia seruatur, nemo dubitet, Cæsaream maiestatẽ & Principes Germanos, si se isti modo cõfirmauerint, apud Deum tutos fore & excusatos. Præsumendum enim est, quod tanti prælati, tanti doctores, tam probati uiri, qui in regno Franciæ ac in studio Parisiensi uiuunt, nihil approbent, quod contra Deum aut contra iustitiam committeretur. Prouideat tamen Cæsarea Maiestas, ne Archiepiscopi electores in hoc sancto instituto à se dissentiant, sibiq; non adhæreant, propter censuras Apostolicas, quas timebunt: & populus interdictum diu non sustinebit.

Prouideat etiã Cæs. Ma. ne fratres mendicantes contra ipsam prædicent, qui sedi Apostolicæ libenter deferunt, timentes perdere ptiuilegia sua, utinam Christo

& naturæ

& naturæ innixa: quamuis iustissimam causam dudum habuissent, contra tantam auariciam tantosq; abusus prædicandi.

Timeat Cæsarea maiestas, ne Papa mandet electoribus, ut ad electionem noui Regis Rom. procedant: sicut contra Fridericum secundum Landtgrauius Thuringiæ, & Guilhelmus Hollandiæ comes (iubente Papa) fuerunt electi.

Timeat Cæsarea maiestas omnes prælatos Ecclesiarum, præcipuè præpositos, qui ex iuramento tenentur auisare Papam.

Timeat Cæsarea maiestas, ne S.D.N. Papa obedientiam à subditis auferat, & circumiacentes populos prouocet, ut in terras Cæsaris seu Archiducatus Austriæ irruant: quod isti homines sub colore obedientiæ Apostolicis mandatis præstandæ, promptissimo animo sunt facturi. Timeat Cæsarea maiestas censuras Apostolicas, à quibus S.D.N. Papa non abstinebit.

Timeat Cæsarea maiestas, ne Papa argutissimis locis rudi populo persuadeat, contra pragmaticam, seq; excusans, simplicium beneuolentiam captet: allegaturus, quoad Ecclesiam, siue patrimoniũ sancti Petri pertinentes, ad quod ex officio tenetur. Circumspiciat ergo & deliberet Cæsarea maiestas, qualiter sapientissimo suo cõsilio omnibus illis Romanorum subtilitatibus (si necessitas exegerit) sit respondutum.

Conclusio, & pia exhortatio ad Cæsaream Maiestatem.

NIhil sanctius, nihil Deo gratius, nihil sempiterna memoria dignius efficere poterit Cæsarea maiestas, quàm ut tantas Germanicæ nationis molestias & exactiones moderetur, ut laicis clerum persequendi occasionem auferat, ut parochias (quarum aliquas, Episcopatus Italicos Aeneas æquare scribit) ex faucib. Cutisanorum eripiat, eisq; frenum imponat: ut ius patronatus laicorum in utrisq; & nominationes canonicorum, collationesq; Ecclesiasticorum in ordinarijs mensibus conseruet. ut multorum illustrium, nobilium & ciuium filijs in Germania consulat, qui in uniuersitatibus ab adolescentia diuinas & humanas literas discunt, ut & ipsi extra curiam Rom. absq; inquietissimis uexationibus, sumptuosissimisq; interdum etiam indignis litibus ad præbendas Ecclesiasticas ascendant: qui et imperio Romano, consilijs & toti Ecclesiæ, orationibus suis opem ferre possint. Neq; enim minima causa est, cur tantopere floreat Franciæ regnum, nisi quòd tantos tamq; præstantes in omni bona doctrina uiros multos habet. Si Cæsar hanc impietatem enerauerit, si Germaniam tributo graui oppressam in pristinam libertatem uendicauerit, sidoneis & honestis ad præbendas aditum fecerit: tum uerè liberator Germaniæ, libertatisq; restitutor, tum uerè pater patriæ, perpetuò ab omnibus passim poterit appellari: nec minorem sibi gloriam, Germaniæq; fructum afferet, quàm si prouinciam aliquam bellicis ei uiribus adiecisset. Sicq; non minores uni Maximiliano Germania gratias debebit, quàm his omnibus, qui à translato ex Græcis in Germanos imperio, multis antea temporibus regnauerunt.

Edictum Maximiliani.

SVmmum Ecclesiæ pastorem, & omnem clerum exemplo charissimi patris nostri Friderici Romanorum Imperatoris tertij, hactenus uenerati, non patruos dignitatum & Ecclesiarum parochialium prouentus ex terrarum nostrarum finibus, clericis & prælatis absentibus, clementer inferri permisimus. Quos & clam pro humana fragilitate delinquentes, cum Constantino prædecessore nostro clamide operire non dedignaremur. Verum cum ex nostra largitate diuini cultus decrementum profluat, unde diuinæ laudis, Psalmorum & Missarum amplificatio debuerat proficisci: nostra interest (qui absq; meritis in solium Romani Imperij electi sumus (ut inter cæteras maximas pacis & belli occupationes, uigilanter quoq; circumspiciamus, ne Ecclesiæ pereant, ne religio labascat, ne diuinus cultus diminuatur, &

A nuatur,& ne animab.defunctorum (qui Ecclesijs & sacerdotibus de suo patrimonio benefecerunt)contra ultimas ipsorum uoluntates tardius succurratur: quod manifestissimè experti sumus, & in dies experimur, ex ineffabili atq; à nullo dispensabili quorundam auaricia prouenire,qui in beneficijs assequendis nullum finem constituunt: per quorũ absentiam (cum in uno solo personaliter resideant, & distributiones deseruiant) diuinus cultus diminuitur, ultimæ benefactorũ uoluntates cassantur,defunctorum animæ tardius ex igne purgatorio eripiuntur,ædificia labant,Ecclesiæ decrescunt,Ecclesiastica libertas læditur, & monumenta perduntur,hospitalitas & elemosynæ minorantur, patrimonia parentum & nerui rerum pub.ex crebris huiusmodi auatorum collitigationibus euanescunt: clerici pro doctrina sua & uirtute be-
B neficijs digni,sua q; prudentia Ecclesijs in temporalibus & spiritualibus,utiles,à præbendis repelluntur,impediuntur,indignè uexantur, iniustè eis lites mouentur,scandala laicis præbentur,ipsorum q; odium & murmur in reliquos honestos sacerdotes excitatur atq; augetur.

Eas ob res ex officio Cæsareæ Maiestatis ex amore incrementi cultus diuini, ex zelo rerump. hortamur & requirimus, ne quisquam amodò in una nostrarum notatis Ecclesia aliam præbendam occuper, nisi primam infra spacium anni in personã idoneam ac Ecclesiæ utilem sit dimissurus: neq; alium in beneficijs assequendis per iniustas lites aut ambages indignè uexet, aut circumueniat, nec quemcunq; qui non sit de numero descriptorum familiarium,iuxta cõcordata principum & pacta nationis Germaniæ,falsò familiarem fuisse fingat,in ordinariorum collatorum præiudicium. Nec laicis ius patronatus auferre tentet,nec exiles præbendas, potissimum uerò curatas Ecclesias pensionibus grauet. Nec in adipiscendis beneficijs & bullis quacun-
C que fraude,dolo,falsis instrumentis, corruptis testibus simonia,etiam palliata uta-tur. Neq; regressum aut alia sacris canonibus inimica,contra ius æquum honestum & rectam rationem impetrare præsumat,sub pœna criminis læsæ maiestatis, & grauissimæ nostæ offensæ: quam non solum ipsi sic contra Deum & omnem honestatem exorbitantes,sed & omnes eorum fautores, auxilium, consilium, hospitium & mutuum dantes,omnes que nuncios,cursores,solicitatores,notarios, procuratores, fideiussores,& reliquos amicos incidisse uolumus,condignam pro tantis iniquitatibus & nostri huiusmodi mandati contemptu pœnam accepturos. Ex Oeniponte.

Maximilianus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, &c. Honorabili, deuoto,nobis delecto,Iacobo Vuimphelingo Selestadiensi, sacræ Theologiæ professo-
D ri,familiari nostro.

HOnorabilis, deuote, dilecte, mittimus in præsentiarum ad te secretarium nostrum,cum pragmatica sanctione regni Franciæ: commisimus que ei, tibi nostro nomine nonnulla referenda. Quæ cum ex mente nostra proficiscantur, cupiamus q; omnino interueniẽte opera & industria tua in talibus nobis satisfieri: ideo hortamur te,& per tuam in nos & sacrum Romanum Imperium obseruantiam (quã opusculis & lucubrationibus tuis iamdudum habuimus compertam) requirimus,ut non modò secretario nostro indubitatam adhibeas fidem, sed te eum in his, quem etiam non requisitus à nobis præstitisti,exhibeas. Cupimus autem, dictum secretarium nostrum (quoniam eius opera diutius carere non possumus) cum hoc uoto nostro à te expeditum,quàm primum ad nos remitti. Datum in oppido nostro imperiali Vberlingen,die XVIII. mensis Septembris,Anno Domini M. D. X. Regni nostri Ro. XXV.

Per Regem.

Inuictiſsimo D. noſtro Imp. Maximiliano, Iacobus Seleſtadienſis humilímam commendationem.

VIctorioſiſsime Cæſar, lecta Cæſareæ tuæ Maieſtatis epiſtola, moxq; acceptaà Secretario inſtructione, totis ad id uiribus me accinxi, ut id quod Cæſarea tua Maieſtas deſiderat (quoniam tum cum Deo, & abſq; conſcientiæ uulnere fieri poteſt) efficiam. Abeuntе enim ætate omnem operam meam Cæſareæ primum tuæ Maieſtati, deinde Germanicæ nationis & ſacri Romani Imperij amplificationi, deuouiatq; dedicaui. Quamuis me uoto tuo & inſtituto longè impar eſciam, & multi ſint in aula tua, qui hoc munus abſolutiſsimè implere ualeant: quibus maior eſt eruditio, maiorq; rerum iſtarum communium experientia. Sunt & apud reliquos Principes, & apud ſenatus Rerumpublicarum optimi doctiſsimiq; uiri, qui Germaniam exornare, & ad pacem concordiamq; uniuerſalis Eccleſiæ, atq; ad totius cleri Chriſtianam diſciplinam reducendi famam & gloriam perſuadere poſſent: in qua re non modò tua Maieſtas, ſed & tui in Imperio prædeceſſores, Carol. Magnus, eiusq; filius Ludouicus Pius, Otthones deniq;, Conradi, Friderici & Henrici, nouiſsimè autem Sigiſmundus ſumma induſtria operam nauarunt, impellente ipſos indubiè zelo & charitate in Deum Opt. Max. & gratitudine in Chriſtum pro ipſius in humanum genus beneficijs, præcipuè autem amariſsimæ paſsionis.

Neq; enim Chriſtus pauper pro nobis factus eſt, ut nos in omni rerum opulentia & luxu, de ipſius patrimonio cupiditatem noſtram & ambitionem prodamus: neq; famem pertulit, ut nos ingurgitemur: neq; labores, caſtimoniam, & dira tormenta ſubijt, ut nos in ocio, in laſciuia, inq; omnibus delicijs & uoluptatibus ueſcemur. Neque hi, quibus res Eccleſiaſtica ſua debet incrementa, quantum ad diuitem temporalem attinet, huc reſpexiſſe uidentur, ut in ocio tantum clerici degerent, omnibus rebus ad uota fruentes, citra tamen laborem. Alia certè cauſa fuit, cur illi ſeq; ſuosq; nonnunquam ſpoliantes, Eccleſiam ditandam cenſuerint: nimirum ut commodius diuinis officijs uacare poſſent, abſque ſolicitudine defuturi uictus, quem ex agris, nemoribus, pratis ac aquis facilè colligere licerет. Et ut pauperibus Chriſti, uiduis, orphanis, & ſenibus, quos robur corporis prorſus deſtituit, ac ægrotantibus eleemoſynam liberalius impertirent. Sic enim in Inſtitutionibus canonicæ profeſsionis, quas auſpicio Imp. Ludouici Pij conſcriptas putamus, ab Epiſcoporum concilio comprobatas, ſic inquam legitur.

Res Eccleſiæ (ſicut à ſanctis Patribus traditur, & in ſuperioribus capitulis continetur) uota ſunt fidelium, precia peccatorum, & patrimonia pauperum. Fideles namq;, fidei ardore & Chriſti amore ſuccenſi, ob animarum ſuarum remedium, & cœleſtis patriæ deſiderium, ſuis proprijs facultatibus ſanctam locupletem fecerunt Eccleſiam, ut ijs & milites Chriſti alerentur, Eccleſiæ exornarentur, pauperes recrearentur, & captiui pro temporum opportunitate redimerentur. Quapropter uigilanti ac ſolerti cura prouidendum eſt his, qui eius facultates adminiſtrant, ne eos in ſuos ſolummodo uſus conuertant: ſed magis (iuxta poſsibilitatem rerum) Chriſto famulantium, imò eorum in quibus Chriſtus paſcitur & ueſtitur, curam gerere penitus non negligant. Subſcribit huic ſententiæ Proſper, aſſerens uiros ſanctos res Eccleſiæ non uendicaſſe in uſus ſuos, ut proprias, ſed ut commendatas pauperibus diuiſiſſe. Nam hoc eſſe poſsidendo contemnere, non ſibi, ſed alijs poſsidere: nec habendi cupiditate Eccleſiæ facultates ambire, ſed eas pietate ſubueniendi ſuſcipere. Quod habet (inquit) Eccleſia, cum omnibus nihil habentibus habet commune: nec, aliquid inde eis, qui ſibi de ſuo ſufficiunt, erogare debet: quando nihil aliud eſt habentibus dare, quàm perdere. Hactenus aliena retulimus.

Proinde

Proinde cum omnes Christi religionem professos eidem Seruatori nostro gratos esse expediat, magis tamen id peculiares eius ministros, hoc est, sacerdotes, sacris initiatos, & de liberalitate tanta Imperatorum & procerum, cæterorumq; fide lium affatim prouisos, ut ab aratro & manuum laboribus alieni simus, tantorum beneficiorum decet meminisse, quo nostra uita populo bilem non moueat, nec ad obloquutionem & odium præbeat ansam: sed ut ædificentur laici, amicitia mutua floreat, offendicula & sentes euellantur, reuerendi antistites cum suo clero pietati dedito sint in sua uenerationc, & in ipsum quoq; summum Pontificem sacrosanctamque Rom. Ecclesiam uniuersorũ filialis affectus, et in spiritualib. obedientia fulciatur.

Quapropter seretenissime Cæsar, celsitudini tuæ, quæ tam honesto & sancto negocio Christianissimè afficitur, non potui non morem gerere, collectis tumultuariè nonnullis, quæ dedita opera & apud diuersas Ecclesias & in conuentibus præstantium uirorum partim uidi, partim ex fide dignis audiui, quæ mihi, si tollantur, ad Germaniæ commodum, & ad diuini cultus amplificationem plurimùm conducere uidentur. Et eò ad id absoluendum, tuæq; Maiestati in omnibus obsequendum, promptior fui. Primùm, quòd nepotem meum Iacobum Spigel, tuæ Maiestatis Secretarium, ex labore meo maiorem tuam in se benignitatem assecuturum confisus sum: deinde, quòd sub Imperio Ro. natus & alitus, meritò, uti natura, subditus tuæ inseruio uoluntati: postremò, ut hac opera patriam meam Maiestatis tuæ patrocinio commendatiorem facerem. Selestadium enim natale mihi oppidum, omnib. terris chartius, in Alsatiæ meditullio situm, prouincijs Austriacæ ditionis paruo sanè interuallo cingitur. Quantum enim Brisages absunt? quantum Sungauij? quantum uallis Albertica in Vosego? ut de minutioribus locis taceam. Si igitur Selestadiũ uel à Gallis, uel ab alijs hostibus (quod absit) premi contingat, quis illi melius subuenire possit, quàm Princeps Austriacus? siquidem uicinus uicino Deus est. Et solet nonnunquam è iugentis beneficij esse causa, paruum obsequium in tempore exhibitum. Ex Argentorato, Calend. Nouemb. M. D. X.

Epitome in Procœmium Pragmaticæ Sanctionis.

Procœmium.

IN procœmio Pragmaticæ sanctionis narratur, quòd ab exordio nascentis Ecclesiæ, Reges Franciæ, Prælati & Proceres in regno & Delphinatu, erexerint & dotauerint Ecclesias, cœnobia, & alia loca sacra, ad gloriam Dei, & ad augmentum diuini cultus. Item quòd instituerint in illis locis ministros idoneos ad propagandam fidem, ad bonos mores, & exempla uirtutum. Item, quòd à sanctis patribus conditi sunt canones: pro fœlici regimine status Ecclesiastici. Item quòd, quamdiu canones illi obseruati fuerunt, floruit in Ecclesia Dei honestas, disciplina, religio, pietas & pax.

Additio ad Pragmaticæ procœmium.

SImilia narrare posset Cæsarea tua Maiestas, quomodo Ecclesiæ cathedrales & collegiatæ in Germania erectæ, & amplissimis possessionibus dotatæ sunt à Rom. Imperatoribus, ab Illustrissimis Ducibus, & cæteris Principibus: sicut in Lupoldo, de zelo & feruore ueterum Principum Germanorum clarissimè reperitur. Et certò constat, multas Ecclesias à Carolo Magno & Henrico Cæsare erectas & dotatas. Spirensem à Ducibus Sueuiæ & Austriæ locupletatam, &c. Argentinensem à Dagoberto Rege Austrasiæ exaltatam. Sicq; de alijs Ecclesijs & cœnobijs Germanicæ nationis in Austria, Saxonia, utraq; Burgundia, cæterisq; Germanorum Principum regionibus, erectis atq; dotatis.

Consequenter exordium Pragmaticæ narrat, quòd ex ambitione & auaricia

(quæ patrum decreta contemnit: subsecutæ sunt) maiorum corruptiones atque de-
formationes: status Ecclesiastici dehonestationes: usurpationes grauissimæ: præsen-
tim hæc fieri per prælaturarum & dignitatum, aliorumq; beneficiorum Ecclesiasti-
corum reseruationes, & per gratiarum ad uacatura beneficia expectatiuarum, à iure
ualde exorbitantium multiplicationes, & per innumerabiles concessiones, grauissi-
maq; & importabilia onera, quibus Ecclesiæ & personæ Ecclesiæ regni afflictæ, op-
pressæ, & quasi ad internicionem redactæ his diebus conspiciuntur.

Nam Ecclesiarum & beneficiorum pecunias indigni exteriq; occupant. Maio-
tes dignitates opulentioraq; beneficia personis conferuntur incognitis, & non pro-
batis. Pauci in Ecclesijs residunt: quia cum sint plurales, ubique residere & præsenti-
as deseruire non possunt, uultusq; commissi sibi gregis non agnoscunt. Animarum
cura neglecta, temporalia lucra solummodo quæruntur. Christi cultus diminuitur.
Animarum cura negligitur. Subtrahitur hospitalitas. Ecclesiarum iura depereunt.
Ruunt ædificia. Populi deuotio attenuatur. Clerici regni nostri scientijs & uirtuti-
bus effulgentes, qui in ædificationem plebis nostræ uacare possent, & qui pro Re-
gijs & Ecclesiæ publicis consilijs forent opportuni, diuinarum humanarumq; scien-
tiarum studia deserunt, propter promotionis ad beneficia spem eis ablatam. Vo-
tum alienæ mortis oritur. Lites infinitæ, contentiones & rixæ, rancores & odia inter
Christi ministros suscitantur, nutriuntur atque fouentur. Pluralitatis beneficiorum
execrabilis ambitio fouetur. Pauperes clerici cum rerum suarum discrimine perea-
lumnioſos cauillosos; opprimuntur. Beneficia inofficiata relinquuntur. Benefica
simoniacè adquiruntur. Iuuenibus bonæ indolis euagandi licentia præbetur, qui
literis et uirtutibus intendere deberent. Prælatis & cæteris ordinarijs collatoribus
ius suum atque ministerium aufertur. Ordo Ecclesiæ hierarchicus confunditur. Plu-
rima aduersus diuina atq; humana iura in animarum perniciem, & Ecclesiarum re-
gni nostri oppressionem, & conculcationem perpetrantur. Sicq; iura coronæ nostræ d
depereunt, atq; thesauri regni nostri in externas regiones deportantur.

Præmissa hæc Carolus VII. Rex Francorum, cæteriq; prælati Ecclesiarum
cognoscentes, talia stimulantibus eorum conscientijs, absque grauissima Dei offen-
sa diutius dissimulare non potuerunt. Itaque decreta hæc Basilienſis synodi, partim
ut iacent, partim cum quibusdam moderaminibus, aut epijkijs recipienda con-
senserunt.

Additio ad procœmium Pragmaticæ.

VT ad oculum hæc omnia uera esse demonstrentur, discernant boni & æqui
iudices (qui saltem diligenter considerarunt) si non floreat diligentior diui-
nus cultus, ordinatior cantus: si non fiant pauciores in choro confusiones: si
non sint minores factiones, minores lites, minor pecuniarum effusio, minora offen-
dicula seu scandala, minor concubinarum pompa & luxus, in illis collegijs & Eccle-
sijs, ad quæ per gratias Apostolicas non patet aditus. Exemplum sumatur de Eccle-
sia parochiali Friburgensi, de collegio Badensi, Heidelbergensi, & Nouæ ciuitatis
Spirensis diœcesis, ubi licet parua sint collegia, mediocres q; præbendæ, quasdam
tamen alias, quas insatiabiles Curtisani occupare, & in quibus post crebras lites pa-
trimoniorumq; dissipationes, præbendas pinguiores possidere possunt, in omni-
bus diuinis officijs, in omni Ecclesiastica disciplina, & in personarum concordia, pa-
ce & tranquillitate excellere uidentur. Ignoscant mihi multi optimi sacerdotes, qui
& in cathedralibus & in collegiatis deuotè, Deo seruiunt, quibus contentiones, li-
tes, leuitates, euagationes, confabulationes, & cæteræ dissolutiones admodum
displicent.

Exemplum deniq; sumatur ab Ecclesijs parochialibus, ad quas gratiæ Apostoli-
cæ se non extendunt, quibus de idoneo rectore seu curato citius prouideretur, quàm
his quæ sub gratijs cadunt. Quippe quæ interdum propter diuersos collitigantes,
uarias q;

A uariasq; ipsorum astutias, ad biennium aut triennium, certo & idoneo pastore carue
runt. Et cum uix tandem aliquis Curtisanorum uictor aliorum in parochia aliqua
utcunq; euaserit, uel in ea non residet: uel si residet, non prædicat, nec cancellos ascen-
dit, ut saltem pro summo Pontifice, proq; sacrosancta Ecclesia Romana, proq; Cæsa-
rea Maiestate, aut contra Turcas, ad Deum preces à populo fieri exhortetur. Non sic
contingit de Ecclesijs parochialibus, ad quas Curtisani seu curiales per gratias Apo-
stolicas non admittuntur. Exemplum sumatur de Ecclesia parochiali Friburgensi,
Heidelburgensi, Badensi, Vlmensi, Francofurdensi, ad quas, cum uacant, euestigio
de idoneis rectoribus salubriter absque omni lite, absq; multa pecuniarum effusione
prouidendas, uel Principes, uel uniuersitates, uel senatus, ius præsentandi habentes,
maturè & statim deliberant, & ad Dei honorem animarum q; salutem bonos atque
doctos uiros, eis absq; cõtrouersia præficiunt: qui personaliter residentes, per se ipsos
B prædicant, populum uerbo & exemplo ædificant, ac suas oues in uiam salutis (ut ue-
ri pastores) dirigunt, de quo summis Pontificibus, pastoribusq; nostris gaudendum
& exultandum esset: qui & rectè agerent, si ad similes quoq; curatos in alijs locis fi-
deli populo præficiendos, sint cooperaturi. Ipsi enim de animabus omnium Chri-
sti fidelium, precioso eius sanguine redemptorum, exactissimam Domino Deo in
extremo iudicio rationem sunt reddituri: sicut Iulius secundus summus Pontifex
nostet, in exordio Bullæ suæ contra Iohannem Bentiuolum, sponte & humillimè
confitetur. Et Platina in Celestino V. eidem reuerendissimos dominos Cardinales
affirmasse narrat, omnia mala, tum accidentia, in die iudicij sibi imputatum iri.

C

De electione. Cap. I.

Generalis reseruatio omnium Ecclesiarum, monasteriorum, & dignitatum electiuarum, per Romanum Pontificem fieri non debet: neq; factis est utendum, præterquam in terris Ecclesiæ Romanæ subiectis.

Quòd omnibus illis Ecclesijs per electionem & confirmationem canonicam, secundum iuris communis dispositionem prouideatur.

Quòd priuilegijs & consuetudinibus rationabilibus per hoc non derogatur.

Nec summus Pontifex contraueniat, nisi ex legitimis causis, in Bullis nominatim expressis.

Papa in assumptione sua hæc se iuret obseruaturum.

Electione prælati uel Episcopi facta, confirmator non solum (ratione confirmationis) aliquid quantumcunq; paruum non exigat, sed etiam gratis oblata sub nomine subuentionis, subsidij, gratitudinis, aut alio colore, prætextu cuiusuis consue
D tudinis aut priuilegij per se uel per alium, nullatenus recipere præsumat.

Qui his contrauenerit, ipso iure confirmationis perpetuò sit priuatus.

Nec summus quidem Pontifex aliquid pro confirmatione accipiat: alioquin futuro concilio deferatur.

De reseruationibus.

Omnes reseruationes reuocantur, exceptis illis, uel quæ in corpore iuris expressæ sunt, uel quæ in terris Ecclesiæ Romanæ subiectis fiunt.

De collationibus.

Præter damna quæ in procœmio narrata sunt, alia etiam incommoda oriuntur ex multiplicatione gratiarum expectatiuarum.

Primò, quòd clerici in gratijs patrimonium & parentum opes exhauriunt.

Secundò, quòd hi quibus aut maior proximum circumueniendi astutia, aut ad litigandum facultas suppetit uberior, beneficia sibi uendicant.

Tertiò, quòd sub inuolutionibus prærogatiuarum, aut antelationum, & alio-rum huiusmodi gratias concomitantium, plurimæ fraudes committuntur. Propter istas & alias in proœmio expressas causas, statuit sancta Basiliensis synodus.

Quòd summus Pontifex gratias expectatiuas aut nominationes amodò nulla ex causa concedat.

Potest tamen disponere Papa de uno beneficio ad collationem, in qua decem: & de duobus ad collationem, in qua fuerint quinquaginta & ultra beneficia.

Locus est præuentioni, si ordinarij sint negligentes.

Ordinarij hunc ordinem in conferendis beneficijs & dignitatibus seruent.

In omnibus Metropolitanis & cathedralibus Ecclesijs sit Theologus.

Tertia pars præbendarum conferatur graduatis, præcipuè Theologis: nisi forte esset, qui duas prius obtineret præbendas, quarum una ad æstimationem ualeret ducentorum florenorum Cameræ, hoc est, ducatorum.

De parochialibus Ecclesijs sic prouideant ordinarij.

In Ecclesijs parochialibus, quæ in ciuitatibus aut uillis muratis existunt, instituantur personæ idoneæ, quæ ad tres annos in Theologia, uel altero iurium studuerint, seu magistri in artibus sint.

De numero Cardinalium.

Ecclesiæ Romanæ Cardinales, sint numero tantum uiginti quatuor: necessitamantur minores triginta annis. Sint magistri, doctores, uel licentiati in iure diuino & humano. Sit saltem tertia uel quarta pars de magistris aut licentiatis Theologiæ. Pauci uerò ex eis sint filij, fratres aut nepotes Regum & magnorum Principum.

P. Præsteriscus D. Iac. Vuimphelingio diuinarum literarum licentiato S. D.

REmitto ad te, uir ornatissime, fido cum hoc commensali meo, medullam illam pragmaticæ, per quàm scitè, syncereq; abs te excerptam, unà cum prudentissima Cæs. Maiest. instructione. Faxit Deus Opt. M. ut aquila nostra circumspectissima oculatissimaq; ipsa est summo culmine (perinde ut liliatus Princeps) eripiat conseruetq;, ne scilicet posthac beneficiorum isti harpagines, uniuersam hanc nobilem Germaniam medullitus exenterent, eneruentq;. Negocium ipsum meherclè commodissimum atq; diuinum, summopere commendo. Nec non cùm tuam ea in re diligentiam, tum Cæs. M. ad Remp. Germaniæ zelum, haud immeritò maximi facio, mirificeq; laudo. Nihil prorsus demendum in ipso facto, adijciendum ue (hac præsertim pestifera tempestate, proindeq; nobis inquietissima) operæ precium duximus. Aeneam Syluium de Germaniæ situ propediem aut ipse reducam, aut fido cum tabellione ad suum remittam authorem. Vale faustissimè: Præsterisco que tuo, tametsi scabro & inculto, utare pro tua synceritate, ut uoles. Datum festinanter & ex tempore, urgente contubernali hoc meo, probatæ uitæ uiro, quem tuæ humanitati commendo. Calend. Decemb. Anno Christi. M. D. XI.

Hisce importabilibus oneribus commodè adijcientur & ea 100. grauamina, quæ imperante Carolo V. anno Domini 1522. in comitijs Norimbergæ legato Papæ oblata sunt.

Grauamina sedis Apostolicæ, non ferenda Germanis, ac primùm de Dispensationibus ære redemptis.

a Inter

A Inter reliqua onera, uel illud minimè postremo loco est collocandum, quòd constitutionibus humanis multa prohibentur, imperantur item multa, quę nullo diuino præcepto uel interdicta sunt, uel imperata. Quod genus sunt, matrimoniorum tam innumera excogitata obstacula, ex affinitatis, publicæ honestatis cognitione, spirituali, legaliq́, & consanguinitatis, tam multis gradibus originem trahentia. Ciborum item usus interdictus, quos Deus tamen ad hominis necessitatem creauit, ac cum gratiarum actione promiscuè sumendos Apostolus docuit. Hæ nimirum, atque his similes complures humanæ constitutiones, eousq́ ligant homines, donec pecunia sibi harum legum gratiam à statuentibus impetrent, ut ita pecunia faciat diuitib. licitum, quod tenuibus gratis sit prohibitum. Illicitisq́ his legum, ac constitutionum humanarum retiaculis, non modò magna nummorum copia à Germanis expisca-
B ta, è Germania & trans Alpes lata: sed & maxima inter æquè Christianos orta iniqui tas, pluta offendicula, simultates, dum tenues hisce laqueis uident se illaqueari, non ob aliud, nisi quòd spinas Euangelicas (ita enim Christus diuitias non semel appellat) non possideant.

De tempore interdicto.

2 Pari modo agitur etiam cum celebrandis nuptiarum solennibus, à Dominica septuagesima, qua cantatur in Ecclesia, Circumdederunt me, &c. sub quadragesimæ usq́ initium, quo tempore ab Ecclesiæ Romanæ Primoribus undiq́ nuptias celebrari interdictum est. Quum tamen interim & ab Ecclesiasticis & à secularibus passim sine discrimine publicè, genialiter uiuatur. Sed ita demum interdictum illud proce-
dit, si gratis hoc facere quis intendat. Quòd si nummi spes refulserit, iam quod primũ erat prohibitum, impunè ac licenter facere licet. Est enim & hoc grauè Germanorum crumenis retiaculum, quo extrahuntur nummi. Nec minus interim grauamen, quòd
C pauperis diuitisq́ longè diuersa in relaxandis his constitutionibus sit conditio.

De oneribus Papalium indulgentiarum.

3 Illud Importabile iam olim increbuit Romanarum indulgentiarum onus, quando sub persona pietatis, quum aut basilicas Romanas construere, aut profectionem in Turcas parare pollliciti sunt Romani Pontifices, omnem à simplicibus, nimiumq́ credulis Germanis exuxerunt pecuniarum medullam. Et quod longè maioris est faciendum, per has impostoras, ac earum conductitios præcones & prædicatores, profligata est Germana Christianorum pietas, dum qui extrudere uolebant uenales suas bullas, laudes suis mercibus occinebant, miras & inauditas condonationes, nedum noxas præteritas, aut futuras uiuentium, sed & defunctorum uita existentium in purgatorio (quod uocant Cantores illi indulgentiarum) ignis, modò numeretur aliquid, modo tinniat dextera. Atq́ his metacium nundinationibus, simul & spoliata est ære Germania, & Christi pietas extincta: quando quilibet pro precij, quod in has merces expenderat, modo, peccandi impunitatem sibi pollicebatur. Hinc stupra, incestus, adulteria, periuria, homicidia, furta, rapinæ, fœnora, ac tota malorum lerna semel originem sibi traxerunt. Quod enim malorum ampliùs iam horrebunt mortales, quando sibi peccandi licentiam ac impunitatem, nedum in uita, sed & post obitum, ære, licet immodico, comparari posse à nundinationibus illis indulgentiarijs, semel persuasum habent? maximè Germani, quibus per hos ueræ pietatis fucos, sub religionis persona, nihil nõ persuaderi difficile est: ut ingenio planè ad pietatem credulo est Germania.

4 Et licet indulgentiæ hæ non semel in hoc ad Germanos missæ sint, quasi ex contracta earum uenditione pecunia, fideles contra Barbaros essent tutandi ac defendendi: euentu tamen compertum habent Germani, pecuniam hanc non in rem fidei, aut alioqui Reipublicæ Christianæ necessariam, sed in propinquo-

tum luxum, ac subleuandam familiam ipsorum esse uersam, quo uno bina hæc nata sunt per quam maxima incommoda, quod & offendicula orta sunt simplicibus, & quod nunc Germani toties sentientes lusam fidem, quum uerè iam res postulat, ut contra Turcas instituatur expeditio bellica, nullis rationibus persuaderi se patiuntur ut credant, quod res ipsa ferè notorium facit, ita scilicet instare cernicibus nostris crudeles Turcas, suspicantes semper prio rib. simile quippiam agi. Quæ una ratio est, ut tam ægrè manus contra Turcas iungant. Quantorum ergo malorum, & in rebus temporalibus ac Christi fidelium conscientijs, causæ fuerint Romanæ indulgentiæ, sanctitas Apostolica pro sublimitate captus sui, exigua opera, uel inde, si non ex re ulla alia, coniectura consequi poterit.

5 Præterea Papalis sanctitas, cæteriq; Episcopi, ac Ecclesiæ Romanæ columnæ, casus aliquot suæ tantum absolutioni reliquos fecerunt, quorum si unum aut alterum commiseris, iam aut numerandum, aut absolutione tibi carendum est: nempe quòd in hoc reseruati sint, ut uel inde nummorum aliquid eis accrescat. Quod ex eo conijcere licet, quòd in casibus etiam quantumuis pro tempore honestis aut necessarijs, nunquam tamen, nisi numeretur aliquid, dispensant. At si nihil attuleris, numeraueris ue, indispensatus perpetuò maneas oportet.

6 Verùm si quis, unde numeret, habeat, iam nedum præsentes indulgentiarum constitutionum transgressiones, sed & in futurum impunè, ut eas ipsas transgredi liceat, indulto permittitur. Quo fit, ut ansam inde accipiant ij, cum quibus ita dispensatum est, peierandi, homicidia, adulteria, & similia flagitia perpetrandi: quando quilibet ex sacerdotum uulgo, absolutionem emptitiam uirtute indulti hisce impartiri potest. Quæ malorum seges tota ex habendi libidine, auriq; sacra fame, quæ nunc Ecclesiasticorum nonnulli miserè excruciantur, originem ducit. 6

De prædicatoribus indulgentiarum Stationarijs.

7 Est & aliud indulgentijs uendendis addictum hominum genus, quos Stationarios uulgò uocant, hi rusticorum plerunq; abutuntur simplicitate, dum omnes uicos, uillas, pagos, angiportus, omniaq; peragrant castella & oppidula, prædicantes sancti cuiuspiam, Valentini puta, Huperti, Cornelij, Anastasij ue sanctimoniam: ac quantum ad rem familiarem addat, si quotannis hunc uel illum munusculo alijquo, quod eis Stationarijs scilicet in commodum cedat, demulceas. Inscribentesq; de hinc simplices, sub sancti alicuius numen actutelam, promittentesq;, ut hocaut altero morborum genere uacaturus sit, qui eis annuũ censum penderit. Quæ omnia in hoc excogitata sunt, ut simplices illi ad uiuum usque exugantur. Nam primùm hoc negotium à sancto Anthonio cœptum, in innumerata morborum genera dehinc assueuit diduci: ita ut uix supersit morbus nunc aliquis, cui Stationarij non sit & peculiarem sanctum, tanquam tabernæ uel negotiationi præposuerint. Proceq; eòusq; eius mali serpigo, ut pauperum ac simplicium illorum, Quæstuarij ac Stationarij prædicatores, sanguinem uorent & medullam: dumq; illi unà cum liberis suis necessarijs spoliantur, in delicijs & luxu plus quàm Sybaritico degunt Stationarij. Quæ res & in primis præsentem sibi sanctitatis Apostolicæ medicinam postulare uidetur, quo interdiceretur Episcopis, cæteris que Ecclesiæ primatibus, ac eorum uicarijs, ne pro legationis seu functionis huius admissione quippiam postea acciperent precij, ne ue eas omnino tolerarent amplius, aut quantum per eos staret, paterentur.

8 Nec minus & in hoc à religiosis grauantur prophani, maximè pauperes, quibus res est angusta domi: nempe quòd mẽdicitas ordinum mendicantium, nihil in ture, neque in urbe sinit non peragratum, dum à terminis, quos peruagantur, Terminarij dicuntur. Quas quidem peruagationes contra ordinis eorum statuta, neq; etiam ad necessitatem, per auariciam insatiabilem adinuenerunt. Ita enim fit, ut quum

A fit, ut cùm in oppidulo, aliquando non admodum celebri, sed perexiguo, duo, tria, aut eo amplius illorum sint conuenticula, in quæ, omne quicquid eleemosynæ unquiq; disquiri potest, confertur, dum tamen interim morbo aut senio confecti ciues uel incolæ, qui per ætatem ex laboribus & sudoribus suis unà cum uxoribus & liberis honestè uixerant, egeant, fame & inedia pereundum necesse habeant.

Itaq; rogant sanctitatem Apostolicam, Imperij Principes, cæteriq; status, quatenus sanctitas sua, paterno animi affectu, offendicula & grauamina hæc Indulgentiarum, dispensationum, Stationariorum, Terminariorumq; è medio tollere, atque ita negotium temperare uelit, ne libertas Christiana, seruitute humanarum constitutionum penitus extinguatur, illaqueenturq; conscientiæ Christi fidelium, mandatis hominum. quibus nullum est peccatum maius, quàm nummis carere. Non ultrà enim quicquam prohibent, quàm si gratis cõtrauenire quis uelit, & dispensant illicò quod B prohibuerant, numerata scilicet pecunia ampliore. Verùm quòd syncerius cum fidelibus Christi, tanquam cum suis ouibus agatur, instruanturq; potius ad pietatem & charitatem mutuam, ex iussione Christi, quàm ad obseruationem cuiusuis traditionis humanæ, formidine pœnæ. Ac si errare eas aliquando labiq; contigerit, moneantur, & subleuentur potius fraternè, quàm ita seruiliter ac durè tractentur. Quo omnibus paulò notius fiat, pastorem cupere potius & quærere salutem ouium, quàm prouata compendia, ac earum lanam.

Quàm iniquè causæ prophanæ in prima instantia ad Romanum tribunal iudiciarium trahantur.

9 Quum nedum iuris ratio, sed & reipsa series postulet, ut distincti sint iurisdictionum limites, & ut quilibet Ordinarius suis sit finibus contentus, alterumq; in exercenda iurisdictione non disturbet: minimè tamen Pontifices Romani pro tempore C existentes, æquitatem hanc communem considerarunt, sed neglecta hac, ad petitionem personarum Ecclesiasticarum, laicos non rarò in causis etiam prophanis, puta hæreditatum, aut pignorum, & in prima quidem instantia, coram se Romam citari, ac in ius uocari fecerunt. Quæ res nedum ita (ut prædictum est) in ius uocatis, sed & totius Romani Imperij ordinibus, cedit in iacturam, perniciem, contemptum, ac iurisdictionis dehonestationem, diminutionemq;.

10 Item, cum Romæ quispiam etiam laicus, interposito iuramento asserit, se nõ sperare iustitiam apud iudicem competentem in Germania assequi posse, protinus ad tale iuramentum admittitur, ac citatio ei contra partem aduersam decernitur. Sicque processus à iudice ordinario ex Germania Romam, nec iudice interpellato, nec parte aduersa monita, protrahitur, inde iuramenti prætextu, nec fori declinatio, nec D ulla admittitur probatio, etiam si planè doceri posset, autorem illum peieraſſe. Quæres si altius radices ageret, nec principijs resisteretur, omnes tandem causæ ad Romanæ curiæ tribunal deuoluerentur, ordinarijq; uniuersi sua priuarentur iurisdictione. Quod non solum contra omnem iustitiam, sed etiam intolerabile foret.

Ea propter sacri Romani Imperij status sanctitatem Apostolicam rogitant, ut prædictum onus in Romana Curia posthac non tolerare uelit: sed curare, ut dehinc nemo uel Ecclesiasticus, uel secularis, ob causam prophanam, in prima instantia, Romam in ius uocetur: sed personæ & causæ hæ ordinario iudici, cui immediatè subiacent, relinquantur, ultraq; hoc amplius contra æquitatem non grauentur.

De conseruatoribus, ac cæteris Papalibus iudicibus.

11 Item

11 Item est & aliud iudicium Papalium, per quos æquè ordinaria attenuatur iuris dictio, genus, quos Conseruatores uulgò uocat: eos Episcopi, cæteriq; Ecclesiq; Principes, ex primatibus, uel Abbatibus suæ diœcesis, à sede Apostolica in hoc impetrare solent, ut coram his, omnes illorum causæ & lites, quas iam instituere cogitant, diiudicentur: euocenturq; per hos in ius personæ seculares, nobiles & plebeij, in causis omnino prophanis, licet actoribus iustitia per ordinarium tribunal nunquam fuerit denegata. Quòd si uocati in ius ire recusauerint, ij contra ius ac phas excommunicationis, licet nulla, feriuntur: cuius rei innumera adduci possint exempla. Ac si ut cœpit negotium, procederet, breui eò rerum ueniremus, ut omnes causæ prophanæ, ad conseruatores hos, cæterosq; iudices Ecclesiasticos, laicis nedum suspectos, sed & alioqui incommodos, pertraherentur. Quod ut est intolerabile Germanis Principibus, ita & aperta fronte, cum sacri Romani Imperij pugnat constitutionibus ordinatis, quæ clarè & expressim uolunt ac exprimunt, quòd nemo alium ex ordinario ad incompetens tribunal in ius pertrahere debeat. Quapropter Imperij Principes, Proceres, ac Status, sedi Apostolicæ supplicant, ut grauamina atq; onera hæc radicitus funditusq; tollantur & abrogentur.

De Papalibus delegatis ac commissarijs.

12 Item san. Pontificia ad Ecclesiasticarum personarum petitionem, iudices delegatos & commissarios, tanquam Ecclesiasticos iudices, per Germaniam concedere solet, ut impetrantes dehinc laicos, cuiuscunque etiam dignitatis, uel præeminentiæ, coram ita delegatis in causis prophanis, iudicio conuenire possint. Quod ut de facto sæpenumero præsumunt, ita excommunicationis pœna mandatam sibi interpartes iurisdictionem defendere conantur. Quæ omnia & in perniciem personarum secularium, & in iurisdictionis Germanicæ ac ordinariæ iacturam uergunt, & attenuationem.

Quo pacto Ecclesiæ Prælati per sedem Apostolicam ex Episcoporum ordinaria iurisdictione, ac cæterorum suorum defensorum tutela eximantur.

13 Insuper & hoc moliuntur summi Pontifices, monasteria aliquot eximendo ut ab Episcoporum, eorum scilicet ordinarijs, ac defensorum, protectorumq; aliorum iurisdictione ita exempti, reddantur immunes, immediateq; subiaceant sedi Apostolicæ: quæ res non tantum prædictis ipsorum ordinarijs ac defensoribus, sed & toti Romano Imperio cedit in iacturam, tum, quando collatio pecuniaria pro Imperij necessitate, uiritim Imperij, statibus indicitur. Ita enim fit, ut ipsi per se ab oneribus publicis exempti, immunitate sua gaudeant. Dehinc etiam auxiliares manus Episcopis ac defensoribus suis, quod ante hac facere necessum habebant, non porrigant: per quam technam Romani Imperij attenuantur nerui, ac decrescunt plus iusto uires. Quapropter & hic Imperij proceres ac status rogant, præfata onera exemptionum abroganda, tollenda, emendandaq;, ac monasteria hæc Episcoporum & defensorum ordinariæ iurisdictioni relinquenda, ut uel inde Imperium Romanum per eadem Apostolicam eneruatum, uires pristinas eo celerius recuperare queat.

De attenuatione iuris quod uocant Patronatus.

14 Item, quum per mortes possessorum pro tempore beneficia uacare incipiunt, quorum ius patronatus ad laicos spectat, seu Ecclesiasticos, tum conantur & Papalis sanctitas, & eius oratores uel legati, iuri huic derogare, hoc modo: ut conferant beneficia ita uacantia, Curtisanis, aut alijs quibuscunque libuerit, ita ut patronis ipsis ius suum præsentandi per hoc adimatur, auferatur que. ac interim hoc

A prætexitur à sede Apostolica, quasi præuentioni hac in re fit locus, ut qui prior bene-
ficium illud contulerit, quod hæc teneat collatio: licet patroni tempus quoddam
habeant, intra cuius metas beneficia sua liberè, & à nemine præuenti, conferre pos-
sint. Eã ob rem patronis laicis & Ecclesiasticis ex fictitia hac præuentione multa ori-
tur iactura. Quapropter sacri Romani Imperij status sanctitatem Apostolicam ro-
gitant, ut talia grauamina atq; onera aboleantur: & posthac beneficia uacatura, suo
quæq; patrono relinquantur: nec permittendum Curtisanis, ut dehinc uel per iudi-
ciorum ordinem, uel suopte ingenio ad talia beneficia se ingerant: sed statuto irreuo
cabili sanciendum, si quid à quoquam contra patronos beneficiorum ordinarios,
prætextu imaginarij istius iuris præuentionis, ut præmittitur, fuerit attentatũ, quod
omne id nullius sit momenti, uiribus careat, sitq; ipso iure nullum, cassum & in-
B ualidum.

De Ecclesiasticis, qui Romæ, uel inter eundum Romam, mortem oppetunt.

15 Item, & tum Curtisanis, cæterisq; (ut prædictum est) inhabilibus personis, per
sedem Apostolicam uacantia collata sunt officia & beneficia, cum familiares sancti-
tatis suæ, aut qui curiæ seruirent, uel in anno (quod uocant) Iubilæo, inter eundum
Romam, aut etiam Romæ agentes, mortem oppetijssent, tanquam si beneficia hæc
sedi Apostolicæ essent commissa, rectè atque feudorum collatio committitur. Nec
consideratur à Pontificia sanctitate, talia beneficia uel officia de iure patronatus, sint
nec ne, per quod Ecclesiastici & laici patroni feudatarij, denuò etiam iure suo patro-
natus ordinario priuati sunt, & spoliati.

16 Quinetiam aliquando, quum ij qui bonis, aut multis præditi sunt beneficijs,
C Romam ueniunt, à curialibus Cardinalium tanquam officij gratia ad mensam in-
uitantur dominorum suorum, inde clam adhibentur testes & notarius, quorum in-
teruentu conficiuntur instrumenta, quibus cum suo tempore probari possit, tales fu-
isse curiales Cardinalium, ac ideo beneficia eorum esse in perpetuum affecta. Quàm
doli ac fraudis res hæc sit plena, unusquisq; bonus facilè perpendere potest.

Quo pacto sub prætextu familiaritatis Papalis curiæ multorum beneficiorum per Curtisanos impugnetur collatio, etiamsi possessores illorum longè ante hac talibus fuerint beneficijs inuestiti.

17 Nec minus & illud suetum hucusq; fuit, ut ultra prædicta omnia, quorundam
magni pensi beneficiorum, sub nomine Officialium uel familiarium Papæ & curiæ
D Papalis, per idiotas et alioqui inhabiles personas sit impugnata collatio: ac per illos
conatum, tentatumq;, si quo modo fieri posset, ut beneficia hæc in commendas seu
prouisiones (ita enim ipsi uocant) uertere, ac censibus annuis obnoxia reddere que-
ant: hinc prætendentes regressus, reseruationes, pensiones, & plura alia incompati-
bilia, sibi in his competere. Quibus technis ac dolis malis, beneficia illa penitus exi-
guntur, eneruantur, attenuanturq;, cum perpetuò Romanæ curiæ pensionibus an-
nuis seruiunt: fitq; ut Germanorum utcunq; habilium, nemo unquam ad hæc aspi-
rare possit.

18 Item, obuiam ueniunt & tum Germanis non ferenda à Curtisanis onera. Ita
enim per Germaniam subtili ingenio beneficia uenantur, ut conentur uiris presby-
teris ætate & integritate uitæ spectabilibus, qui beneficia sua absq; omni controuer-
sia, iusto titulo, & bona fide, multos iam annos quietè possederant, in longæua pos-
sessione negotium facere, possessionem interturbare, ad Romanam curiam per-
sonaliter ut compareant, in ius uocare, ac mille alijs artibus ita eos adigere, ut
transactiones quantumuis iniquas inire necessum habeant, modò supremos hos
annos quietè

annos quietè agere uelint. Coguntur enim hoc quo dictum est modo à Curtisanis ad pensiones annuas, reseruata, & id genus alias præstationes. Atq; hoc agunt Curtisani nebulones, non propria (ut ferunt) authoritate, sed Romanorum suorum statutorum, ac regularum, quas uocant, Cancellariæ. Quæ constitutiones omnes quotidie pro libidine Curtisanorum figuntur ac refiguntur, cum derogatur prioribus non admodum, ut uidebatur, æquis, & ferunt iniquiores. Quare nedum senio confectis beneficiorum possessoribus harum decipularum atq; fraudum rudibus, sed & beneficiorum collatoribus imponunt mille instructi dolis Curtisani. Nam & si possidens beneficium presbyter, cum Curtisano litigatore fictitio non transigat, tamen ita sibi litem facit præstigiator ille Curtisanus, ut si pendente efficta hac controuersia moriatur beneficij (ut prædictum est) litigiosi possessor, quòd de hinc continuò litem faciens, neglecto collatoris ordinario iure, in possessionem eius beneficij mittatur. Eapropter denuò atq; iterum Sa. Rom. Imperij status iustas sanctitati Apostoli. fundunt preces, uelit enumerata omnia Curtisanorum importabilia onera emendare, ac penitus abrogare: ne ue illis posthac permittere, ut beneficia Germanorum libera, per machinationes præfatas oppugnare impunè audeant.

Quomodo prouisiones Ecclesiasticarum dignitatum Romam pertrahantur.

19 Item, quæcunq; dignitates, seu beneficia pinguia, utputa Præposituræ, Decanatus, Cantoratus, ac cætera officia, Canonicatus Ecclesiæ curatæ, & beneficia simplicia, quæ sub mense ordinario, extra Romana mœnia uacare incipiunt, quorum antehac ad ius ordinarium, patronatus Ecclesiasticorũ & laicorum spectabat collatio et electio, tũ excogitatur à Romana sede iuris patronatus ab ordinarijs collatorib. abalienatio, maximè si possessores pristini beneficiorum, aut officiorum dignitatum ue talium, familiares uel officiales Papæ aut Cardinalium fuerunt. Ideo rogant Romani Imperij Status, prædictum etiam onus è medio tollendum, ac patronos collatores ordinarios apud collationem, electionem, præsentationem, & nominationem talium dignitatum ac beneficiorum, iura scilicet ordinaria, defendendos, ac defensos manutenendos. Nec curandum, utrum familiares, uel officiales Romanæ curiæ fuerint, qui beneficia hæc possederint, regressum, accessum ue, aut aliud quodam ius imaginarium ad ea habuerint, ita quod tale ius prætentum ordinario patrono, ac collatori, nunc & posthac nullum faciat præiudicium, nullam q; generetur actam, sed per omnia iura ordinaria sinantur illæsa.

De regulis cancellariæ Papalis, nouis technis & reseruatis super casibus futuris.

20 Adhæc Cancellariæ Romanæ regulæ, quas ad sua compendia subinde excogitare solent Curtisani, ac toties ferre ac reuocare, nec non & aliæ subinde nouæ artes excogitari cœperunt, quibus beneficia Ecclesiastica ex Germania Romam eò facilius pertrahantur, aggrauarentur q; ita, uti si Germanorum quispiam beneficium aliquod ambiat, id quod non aliunde quàm ex Curtisanorum manu, magna numerata pecunia, aut pensione annua reseruata assequi possit. Nec q; in hoc Curtisanorum inexplebilis auri sitis contenta quiescit, quin nouas quotidie artes excogitet: qualis est & illa, cum super beneficio aliquo uacaturo, duo aut tria millia aureorum ad futuros casus reseruantur collatoribus ordinarijs, tam Ecclesiasticis quàm secularibus, eorum q; iuri ordinario, ac ipsis denique Ecclesiasticis beneficijs in præ grande exitium, perniciem, attenuationem, & detrimentum. Nam cum casus aliquis futurarum reseruationum exiſtit, adsequitur que is beneficium, cui prius tot reseruata erant super hoc millia, tum ad supremam opem, technas profectò inauditas con-

A inauditas confingunt, permutationum scilicet reseruationem, surrogationem, reser-
uantes sibi ingressum, accessum, atq; alias id genus decipulas, quibus ius ordinarium,
collatorum ita exhauritur & attenuatur, ut aut nunquam, aut uix tandem post mul-
torum annorum curricula patroni ac collatores ordinarij ad ius suũ patronatus per-
uenire possint.

De Ecclesiasticis beneficijs, curatis & non curatis, in genere.

11 Nec minus & illud in Romana curia hucusq; obseruatum est, ut gratiæ & re-
seruationes pectorales, mentales, generales & speciales regressus, accessus, incorpora-
tiones, uniones, & concordata, quod suis uocant excogitatis nominibus, ob pecuniæ
B & priuati lucri amorem super beneficijs ac prælaturis, præsertim per Germaniam, Cur-
risanis à sede Romana concederentur. Neque hoc contentus fuit habendi sceleratus
amor, quin & ea ipsa beneficia ac prælaturæ prædictæ, societatibus mercatorum po-
tentum ære, cum onere census mediocris, sed ita, ut dehinc latius uenderentur, conce-
duntur. Qua subtili practica atq; techna factum est, quod plurima, aut certè pingui-
um beneficiorum magna, si non maxima portio, ex Germanorũ manu Romam eit
translata: quæ beneficia hinc idiotis inidoneis, ac inhonestis etiam personis, non ra-
rò sunt collata: & quidem nec Germanis, sed Barbaris, qui Germanam liguam neq;
loquantur, nec intelligant. ut inauditum dictu hoc inde sit sequutum, quod ouibus
Christi præfecti sunt pastores, quorum etsi oues uocem fortè audierint, non intelli-
gant. Verùm grauius etiam inde oritur Germanis onus, quòd quum beneficia hæc
& parochiales Ecclesiæ ipsi propria persona neque possidere, neq; gubernare pos-
sunt (quod tamen pastoris officium in primis sibi postulabat) nimirum ut subditis
C parochialibus, & integritate ac innocentia morum, egregium de se præberent exem-
plum, ut oues suas tanquam oues Christi, doctrina solida, syncera, ac ex puris Euan-
gelij fontibus hausta, quantum ad salutem animarum ouium pertineret, ipsi pasto-
res met pascerent. Eorum uerò neutrum per pastores illos subditicios curatur.

Primùm enim ipsi qui beneficia hæc Ecclesiastica à mercatoribus, quo prædi-
ctum est assequuntur mundo, quia propria persona ad possidendum ea sunt minus
idonei: ideo hæc eadem alijs æquè, aut longè etiam quàm sint, ad onus hoc inhabi-
lioribus, pro annuo censu locant, non secus atq; census ac redditus annui ex agris lo-
cantur & emũtur, ut is demum habeatur emptor idoneus, quis pluris mercem licita
uerit. Ita planè pro precij quantitate elocantur nunc per Curtisanos Ecclesiastica be-
neficia. Dehinc quum ferè fiat, ut maius precium annuum offerat, qui ad Ecclesiæ
munus quàm minimum sit idoneus, euenit, ut conducticij illi pastores (an prædo-
nes rectius quis eos dixerit, dubium est) simplici Christi plebeculæ pro Euangelij lim-
D pidissimo fonte turbidas, protritas, ac ruderibus oppletas propinent lacunas, dum
Legendas quas uocãt sanctorũ, nec ab Ecclesia receptas, & Gentilibus fabulis quàm
Christianæ & Euangelicæ doctrinæ similiores, ad populum Christi publicè in con-
cione docent. Quid enim aliud docerent indoctè docti, ac idiotæ illi, qui lanam ma-
gis quàm salutem ouium ut curarent, munus hoc Ecclesiasticum pecunia etiam non
modica conduxerunt? ac mercenarij sunt, non (quod Euangelium abominator)
pastores. Ita enim fit, ut Christi simplex plebecula, per supposititios hos pastores, à
germana Christi fide, ac in Deum fiducia, in quibus sola requiescit animæ salus, ad
hominum superstitiosa somnia ac commenta, per quæ res familiaris mercenariorũ
conducticiorum, potius quàm Christi gloria augeatur ducatur trahaturq;: ac multi-
plicibus etiam exactionibus interim grauetur plebs Christi quando hoc solum curãt
conductores, ut ultra pensionem locatori pendendam, res ipsa eorum quoq; redda-
tur lautior: expilaturq; interea suis nummis ab exteris nationibus, unde nulla, nec
mutua beneuolentia aut gratiarum actio speranda ei est Germania: quanquam be-

neficia hæc non ad exteros, sed suos, hoc est Germanos, ut pertinerent, primùm fundauerit.

Quapropter sacri Romani Imperij status obnixè quoque rogant, ut præfata onera ac grauamina, per quæ tam immenso pecuniarum cumulo spoliatur Germania, quæ hinc per Curtisanos malè prodigitur, radicitus ac penitus tollantur & auferantur, ita ut beneficia per Germaniam nemini, quàm natis Germanis, qui personaliter ea possideant (id quod & æquitas & honestas ipsa sibi postulant) post hac conferantur ac concedantur.

Quibus nexibus Archiepiscopi ac Episcopi à suis capitulis ob collationem beneficiorum sint adstricti.

22 Nec tantum beneficia ac parochiales Ecclesiæ Romæ ob pecuniæ fauoris aut familiaris consuetudinis amorem, indoctis, turpibus, ridiculis, ac offendiculorum plenis conferuntur personis: sed & simile quiddam ab Archiepiscopis & Episcopis committitur, qui per eorum capitulares congregationes ita obligantur, ut omnia præpinguia beneficia, curata ac non curata (quæ procul dubiò à fundatoribus primum, ut ad doctos ac integros pertinerent uiros, sunt fundata) capitularibus Canonicis, utcunq; ad hoc inidoneis, cõferre necessum habeant: qui dehinc talia beneficia simplicia ac curata, indoctis ac ludicris personis, modò quàm maximum pendeant censum annuum, elocant, æquè atq; suprà de mercatorum societatibus dictum est: ita quòd possessores illi conductitij, maiorem partem ex illicitis exactionibus uiuere, atq; ob id subditos eò amplius onerare coguntur. Similiter & cũ cæteris cathedralibus collegiatisq; Ecclesijs, ac earum capitulis agitur. Item & per præpositos, reliquosq; in dignitate constitutos agitur idem, interim dum sua conferunt beneficia Ecclesiastica.

23 Præterea, qui pinguiora (ita ut prædictum est) habent beneficia, ac Ecclesias parochiales, utcunq; annuas pensiones amplissimas ex locationis titulo, à cõductoribus percipiant, quibus redditibus à laicis fundatoribus beneficia hæc ampliter sunt dotata, tamen committunt locatores, ut domus beneficiariæ, præ neglecta ædificiorum cura, penitus collabantur. Nihil enim aliud curant beneficiorum personatuiq; possessores, aut locatores, quàm ut pecuniæ æquo maiorem summam quotannis à conductoribus recipiant, ac eandem hinc in uarios, sed inhonestos, illicitos, ac offendiculorum peccatorumq; plenos usus conuertant, de salute & cura animarum, uel subditorum, uel etiam eorum, quorum ex marsupio uiuunt, hoc est, fundatorum, prorsus apud hos nulla mentio, respectus (uelut Megarensium olim) planè nullus. Eapropter S. Rom. Imp. Status, ac Principes, & Proceres laici, hic quoq; supplicant, sanctitas Pontificia uelit eam offendiculorum syluam, turbatum rerum ordinem, ac onera hæc iusto grauiora, tollere, emendare q; : ac Archiepiscopos, Episcoposq; ab obligatione, qua ex promissionis prædictæ nexu tenentur, liberare, solutosq; reddere: ac edicto cauere, ne posthac Archiepiscopi & Episcopi, talibus astringantur uinculis: sed ut dehinc nulli beneficium Ecclesiasticum, curam habens animarum, conferatur, qui non sit doctrina, ætateq; & moribus ad hoc idoneus: qui & honestam, ac presbytero dignam uiuat uitam, & qui ipse pro pria illud possideat persona. nec plura quidem, sed unum tantum beneficium curatum, seu parochialem Ecclesiam, Christianè, hoc est, sine offendiculis ullis, sed multo cùm doctrinæ tum uitæ integritatis fructu administret.

De prælaturarum Commendis, ut uocant, & incorporationibus.

24 Item & illud hucusq; notoriè obseruatum fuit, ut Abbatiæ multæ, cœnobia item plura, ac reliquæ id genus domus, seu Ecclesiasticarũ personarũ cõgregationes, fundationes

A fundationes ſcilicet Imperatoriæ ac principales, Cardinalibus, Epiſcopis, ac cæteris Prælatis, in tutelam commendarentur, incorporentuŕq. Quare factum eſt, ut per Cardinales, Epiſcopos, ac Prælatos illos, quibus ita (ut dictum eſt) commendatæ erant Abbatiæ ac Monaſteria, ita ſunt attenuata, exhauſtaq́, quod cum antehac in uno illorum monaſteriorum quadraginta, quinquaginta, aut ultra hoc etiam perſonæ ſatis commodè potuerunt foueri, ut nunc ægrè quinq́, ſex aut decem neceſſarijs prouideri poſsit alimentis. Quæ res omnis in priuata compendia aut commoda Cardinalium eſt excogitata. Vnde nedum plura oriuntur offendicula, ſed & grauamina oneraq́ ardua, ac non ferenda Germanis. Ideoq́ & hic ſupplicatur, Abbatias prædictas, monaſteria, ac religioſas cæteras domus, denuò in integrum ius eorum, priſtinumq́ rerum ſtatum reſtituendas: cauendumq́ poſthac, ne cuiquam tales
B Commendæ, ut uocant, ſeu incorporationes, concedantur.

De collegiatis Eccleſijs, quæ ſuper nobilibus tantum fundatæ ſunt.

25 Inſuper, licet quædam ſint collegiatæ Eccleſiæ per Germaniam, quæ à nobilibus, & in hoc ut nobiles tantum ſummæ atq́ mediæ ſortis ad eas reciperentur, primùm ſunt fundatæ, in quibus per diutinæ obſeruatæ ac præſcriptę conſuetudinis priuilegium eſt, ut tantum principes, comites, barones, aut alioqui nobiles accepti poſſunt & debent: attamen laudabiles hæ conſuetudines, iura non ſcripta, priuilegia Papalia, nequaquam curantur, manutenentuŕue, ſed è regione agitur per Curtianos, ad liberæ electionis Epiſcoporum, Præpoſitorum, ac Decanorum & Canonicorum præpeditionem, ut coadiutores alioqui contra Capitularium uoluntatem ac
C conſenſum efficiantur. Nec rarò Curtiſanis, licet indoctis & ignobilibus, parantur ad Canonicatus huiuſcemodi acceſſus: non obſtantibus ſtatutis & conſuetudinibus, & priuilegijs præſcriptis, ita quod nobilibus Germanis beneficia ſubtrahantur, & hæc eadem ignobilibus uel ob pecuniam, uel familiarem conſuetudinem hoc pacto conferuntur, ut licet impetrantes ignobiles ad ea non admittantur, obſtante ſibi conſuetudine, tamen ſi quis Principum, Comitum, Barorum, Nobiliuḿue hæc eadem à Curtiſanis impetrare uelit, cum colore quodam excogitati oneris, ab eiſdem uel emere, uel annuo cenſu redimere cogitur: quanquam ſubinde alia huic negotio præ texantur uocabula, quæ res ipſa quoq́ nobilibus Germaniæ, ſupremæ atq́ mediæ conditionis, in magnum cedit onerum ac grauaminum cumulum.

Inueterata priuilegia manutenenda.

26 Adhæc, quamuis omnia Eccleſiaſticis ac laicis ſtatibus priuilegia ac immunitates ſint conceſſæ, Præpoſituras, aliáq beneficia & officia perſe conferendi atq́ eli-
D gendi: attamen per ſedem Romanam nouæ ſubinde excogitatæ ſunt technæ ac practicæ, per quas priuilegijs prædictis derogatur multifariam, imò ea penitus tolluntur ac turbantur. Eapropter rogant ſacri Romani Imperij Status, hoc emendandum: & in poſterum cauendum, ac unumquenq́ cum ſuis uiribus & priuilegijs defendendum, manutenenduḿq. Id quod rei æquitas ipſa per ſe ſibi poſtulat.

De annatis.

27 Quantum ad annatas (ut uocant) attinet, quas Eccleſiaſtici prælati, Romano Pontifici quotannis pendunt, quaśq ante aliquot annos Germani Principes ſedi Rom. ſub certis uſq́ annorum metis, eo tamen modo perſoluerentur, conſenſerunt, quo pecunia hæc ad nihil aliud quàm contra Turcas parandam defenſionem Romæ tanquam depoſita, fideliter adſeruaretur. Verùm quum anni, in quos præfato modo conſenſum erat per Germanos, iam olim effluxerint, ac annatas depenſas non contra Turcas, ſed aliò experientia Germani Principes didicerint uerſas: eapropter per omnes Imperij ordines illud ipſum pro onere non mediocri huc allegatur,

ſupplicaturq́, id quod in reſponſione generali oratori Pontificio data, ac in primis ex Cæſ. Maieſt. literis ad ſanctitatem Pontificiam eam ob rem ſcriptis, liquidò magis reperitur, quam ob cauſam laici ſtatus Romani Imperij uela complicanda censuerunt.

De contributione Eccleſiaſticorum, ac religioſarum domum, contra Turcas, ac pro defenſine iuris & tranquillitatis publicæ.

28 Item, poſtquam laicorum Imperij ſtatuum maiores Eccleſias, monaſteria, cæteras q́ religioſas domos, per Germaniam, ad laudem omnipotentis ita ampliter atq́ hoc pacto dotarunt, diuitijs q́ auxerunt, quòd iam laici ipſi uix tertiam aut quartam partes in bonis temporalibus poſsident, atq́ ob eam cauſam neceſsitati tam Eccleſiaſticorum quàm laicorum ſubleuandæ, propugnandæ q́, ac manu defendendę pací ac iuri publicis, nec non & in Turcas, cæteros q́ Eccleſiæ catholicæ ac ſacri Rom. Imp. hoſtes parandæ expeditioni, præterum inopia uires minus ſuppetunt: ideo negotij ipſius exigit neceſsitas, æquitas q́, quòd ſanctitas Pontificia ita æquè ac paterne rem temperet, ut Eccleſiaſtici etiam tanq́ qui ampliores poſsident diuitias, ne dum contra Turcas ad ferendum opem teneantur auxiliares porrigere manus, ſed ad tuendum ius publicum, ac tranquillum Reipub. Chriſtianæ ſtatum, quotannis pecuniæ quippiam contribuendum, ita quòd Archiepiſcopi & Epiſcopi Eccleſiaſticis prælatis ac perſonis ſuæ ditioni ſubiectis, ipſi ſoli ad ferendum hanc opem, contributionem prædictam indicere, ius ac poteſtatem habeant.

29 Atq́ illud eo moderamine agatur, ut electores, cæteriq́ Principes & Magiſtratus laici ab Eccleſiaſticis proceribus, in eorum principatibus, comitatibus, oppidis, ac territorijs, in exercenda iuriſdictione non perturbentur, aut præpediantur. Nempe hac re fiet, quòd laici inter Eccleſiaſticos ius ac tranquillitatem publicam tueri, & Eccleſiaſtici ſub laicis degentes, eò facilius ac commodius etiam ius quemque ſuum defendere ac manu tenere poterunt, cum Eccleſiaſtici paria onera unà cum laicis magiſtratibus ac gubernatoribus prouinciarum ferre & contribuere iubebuntur, quemadmodum ad idipſum ex Chriſtiana & germana charitate, ac ob æquitatem patriam temq́ ſeruandam alioqui tenentur, obligatiq́ ſunt.

30 Et quandoquidem omnes Eccleſiaſtici in primis ac præcipuè, meritò pro uiribus contra Turcas, tanquam hoſtes Chriſtianæ fidei, ad ferendam opem, parandam defenſionem recuperandumq́ manu, quas olim credulis ille ferro ſubiugarat Chriſtianorum prouincias, teneantur: eam ob rem pro licito, bono, ac pariter Chriſtianæ Reipub. utili & neceſſario uiſum placitumq́ eſt, ut ſi quando exigere id neceſsitas uidebitur, quòd mundus & precioſior ſuppellex Eccleſiarum cathedralium, monaſteriorum, cæteraturnq́ Eccleſiarum ac religioſarum domorum, auri, argenti, unionum, aliorumq́ precioſorum lapillorum, deniq́ & campanarum pars non neceſſaria, pro communi Chriſtianæ Reipub. utilitate in medium conferatur, ne theſaurus ille Eccleſiæ Turcis potius quàm nobis cuſtodiatur, adſeruetur ue, id quod & per Græciæ regnum iam olim uſu ueniſſe ex perientia ipſa docuit. Quæ res Turcis magno ceſsit lucro, præſidio q́, quando reperto hoc Eccleſiæ mundo, ſeu theſauro, militibus ſuis comparare potuerunt uberiorem commeatum, ut eò inſtructiores hinc cæteras Chriſtianorum urbes oppugnarent, ac prouincias.

Vt perſonæ Eccleſiaſticæ ob perpetrata maleficia commeritam nullam luant pœnam.

31 Item, quicunq́ Eccleſiaſticos recipit ordines, maiores ſeu minores, per hoc omnium pœnarum magiſtratuum ſecularium, utcunq́ magna perpetret maleficia, immunis eſſe contendit. Neq́ hocita ordinati temerè præſumunt, quòd ab Eccleſiaſticis ſummæ conditionis ſtatibus in peccandi hac licentia manu teneantur. Sæpenumero

A numero enim compertum est, ut quum ita consecratis, præsertim sacerdotibus, per iura canonica legitimæ uxores sint interdictæ, quòd dehinc pudicitiam matrona-tum, uirginum, laicorum scilicet uxorum, filiarum, sororumq́ attentant, ac noctu interdiúq́ solicitant. Efficiunt quoque per assiduum ac indefessum laborem, partim muneribus, donis ac blanditijs, ut complures honestæ alioqui uirgines, et matronæ, partim etiam in secretis (quas uocant) confessionibus, id quod euentu ipso compertum est, diuturna opera labefactentur, ad peccata, offendiculaq́ commoueantur. Nec ratò etiam euenit, ut hi, uxores, ac filias, maritis patribusq́ detineant, & remotentur, minantes interim, gladio, aqua, igni ue, ulturos repetitas uxores, atq́ tanto-rum malorum segetem ex libidine insana contrahunt, mirum quid latrocinijs, homicidijs, innocentum delatione, igni, rapina, furto, falsa cudendo numismata, ac mille scelerum formis, interim contra diuina humanaq́ iura omnia, non sine ma-

B gno etiam aliorum offendiculo, liberrimè ac impunè quotidie committant. Nempe immunitate ac peccandi sua licentia, quam ex priuilegijs canonum sibi usurparunt, iti hoc freti. Cùm enim & semel compertum habent, licere eis impunè quicquid libuerit, tum nedum magistratibus ciuilibus, sed & suis Episcopis ac superioribus medium ostendunt unguem, quodcunque illi uel iubeant, uel uetent. Et tandem ut impeccatis malefic ijs q́ perpetrandis magis adhuc foueantur, præter omnem æquitatis rationem, aliquatenus interdictum est Archiepiscopis, & Episcopis, ne malefactores hos publicè criminali iudicio reos agere possint, nisi prius degradatos: id quod tantis sumptibus, tantaq́ pompa celebrari oportet, ut propterea perquàm rarissimè uncti illi malefactores merita plectantur pœna. Adhæc astringuntur, ob-

C ligantur q́ Episcopi per sua capitula, ut personas in sacris ordinibus, quod dicitur, constitutas, secundum Canonica etiam iura, pœnis utcunq́ leuibus, punire, affligere q́ non audeant. Quæ res tota eò spectat, ut ex disparitate hac, inter laicos ac Ecclesiasticos, simultates, dissidia, atq́ odia plus quàm Vatiniana oriantur.

32 Illud quoq́ non mediocriter timendum est, ut si personæ Ecclesiasticæ, iam dictioneris, aliorumq́ maleficiorum causa, quæ quotidie perpetrare pergunt, non æqua iura, iudices æquos paresq́ pœnas habeant, quòd eorum uita offendiculo sit apud laicorum uulgus tumultum quempiam, seditionemq́ pergrandem, nedum contra ipsos Ecclesiasticos scilicet, sed & contra magistratus ac superiores omnes, quòd impunita sinant malefícia tam notoria, commotura, excitaturaq́ sint.

33 Quapropter necessitas, æquitasq́ ipsa sibi postulant, ut Ecclesiasticarũ personarum prædicta præsumpta priuilegia abrogentur, aboleãtur, è medio tollãturq́: ac illarũ gratia finaliter sanciatur, caueatur, ac statuatur, quòd ordinati in maioribus uel minoribus constituti, una cũ personis laicis, æqua habeant iura, æquos iudices, paresq́ pœnas, ita quòd Ecclesiastici ultra laicos, in paribus delictis, nullã prætendere possint

D prærogatiuam, immunitatem ue: sed ut quisq́ delinquentium Ecclesiasticorum sub quo deliquit iudice, ob cõmissum suũ maleficium, secundum delicti qualitatem ac mensuram, nõ secus atq́ alĩ malefactores, pœna à iure communi Imperij imposita delicto, commensurataq́, plecti puniri, & affici possit atq́ debeat. Id quod uerè Ecclesiasticis, hoc est probis & eruditis uiris, dubiè procul impendio magis arridebit, tantum abest, ut per hoc lædi ius eorũ putent. Hac re namq́ fiet, ut titulo tantũ Ecclesiastici, alioqui improbi nebulones, ad obedientiã maioribus debitam ac ad bene honestèq́ uiuendum cõpellentur. Adhæc seditiones, simultates q́ inter eos atq́ laicos præcaueantur, euitentur. Deniq́ & hoc ipso laici ad obseruandum, colendum q́, integræ uitæ Ecclesiasticos eò magis inuitabuntur, permouebunturq́.

De onere banni, seu excommunicationis.

34 Item Romæ cæteris q́ in locis per Archiepiscopos ac Episcopos, aut certè eorum Ecclesiasticos iudices, multi Christianorum ob causas prophanas, ob pecuniæ denique ac turpis quæstus amorem excommunicantur: multorumq́, sed eorum

in fide infirmorum conscientiæ per hoc aggrauantur, & in desperationem pertra-
huntur: ac denique ob pecuniæ, lucri ue tantulum, aut alioqui res minimi precij, ad in-
ternicionem usq; animæ, corporis, honoris, atq; rei familiaris, contra diuina huma-
naq; iura perducuntur. Quando nemo, nisi ob conuictum hæreseos crimen, excom-
municationis gladio feriendus, aut pro secluso à Christiana catholicaq; Ecclesia, sa-
cris literis testantibus, reputandus est. Ea propter S. Rom. Impe. Principes, Proceres
ac status laici rogant, ut Pontificia sanct. tanquam fidus, Christianus, ac pius patet,
uelit præfatum onus Banni, seu excommunicationis, apud sedem Romanam peni-
tus abolere, ac apud cæteros Archiepiscopos, Episcopos, & eorum iudices Eccleia-
sticos ablegare, tollere, & denique ita sancire, cauereq;, ut nemo ullã ob causam, quàm
manifestum ac conuictum hæreseos crimen, & quantum ad sacrosanctam Christi fi-
dem attineret, excommunicationis fulmine feriatur, aut pro secluso à Christiana ac
catholica Ecclesia habeatur. Periniquum siquidem est, fideles Christi ob temporali-
um bonorum, lucri ue, aut denique ullam aliam humanarum constitutionum transi-
gressionem, excepta hæresis perfidia, à Deo optimo maximo, suaq; Ecclesia catholi-
ca excludi, seiungi, separatiq;.

Quo pacto multi cohabitatores, oppidorum excommu-
nicati & ipsi utcunq; innocentes excom-
municantur.

35 Item & illud in plerisq; sæpiuscule euenit, quòd uicinorũ excõmunicati dece-
& eo amplius, quos tamen causa nihil omnino contingit, cum ipso principali ex-
communicationis pœna aggrauantur, & non ob aliud, quàm ut officiales, Ecclesia-
stici scilicet iudices, facilius, citiusq; pro libidine sua miseram plebeculam depeculen-
tur, ac pro suo libitu eorum abutantur simplicitate, ipsosq; principales ad quascunq;
etiam iniquas acceptandas transactiones per hoc compellant, adigantq;. Nam eti-
amsi excõmunicatus ipse, una cũ uxore, liberisq; suis, per intolerabile hoc & iniquis-
simum banni onus, in exilium ire cogatur, quòd hac in re nullus sit officialibus mo-
dus, neq; finis, neq; ulla facultatum ratio: tamen nullus est hominibus illis respectus,
num industria, data ue ad hoc opera, & per cõtemptum, an necessitate ita impellen-
te, uel casu potius, uicini cohabitatores, cum excommunicato ipso participarint, com-
mercium ue habuerint, aut sufficiens ne hæc fuerit cõciuibus causa, quare excommu-
nicatum meritò solum uertere iussisse debuerant, horum pensi habetur nullum. Sed
unum curatur hoc per officiales, ut quousq; principalis ipse excommunicatus sol-
uendo non est, conciues ac uicini sui, utut culpa uacent, ad solutionem tamen quod
supereſt debiti cogantur. Quòd si aliquando officialibus in os obtrudatur, contra
domestica, nempe canonica sua, eos hoc moliri iura, quæ pecuniæ causa quempi-
am excommunicari, aut interdictum edici uetent: nihilominus tamen id ipsum co-
nantur, causantes interim, non ob pecuniam, sed contumaciam, quę tantò sit maior, q
quantò unde sibi originem ducit, minorem habeat causam, tales excommunicari.
atq; hac decipula, auaritiam suam officiales nugando contegere nituntur.

Item & de illicitis interdictis.

36 Præterea, quum sacerdos, aut alioqui Ecclesiastica persona casu occidatur,
tum nedum occisor excommunicatur, sed & totum oppidum, aut totus pagus ini-
quissimè interdicitur: quod interdictum eò usq; durat, tamq; diu interrupta pendent
publica Christianorum officia, quousq; uel occisor, uel tota incolarum eius loci com-
munitas fecerint homicidij compensationem, homicidiumq; expiarint: non confi-
derato eo, dederit ne occasionem, ut se gesserit probè, uel nequiter uersatus fuerit
occisus sacerdos, uel aliàs Ecclesiastici ordini adscriptus, licet iura canonica ipsa
in quibusdam casibus, modum negocio præscribant, prægrauantur que itaque
ex delicto unius, centum alij nihil tale commeriti: nedum contra commu-
nem æquitas

A nem æquitatem, sed & contra omnia diuina & humana iura.

De abrogatione feriatarum aliquot dierum.

37 Insuper & feriarum, festorumq; dierum tanta copia, laicorum uulgus non me diocriter urgetur. Nimirum, quum tot sint religiosi facti dies, ut uix ægrè tempus agri colis supperat, quo fructus agri, tot sudoribus è terra pellectos, aliquando aqua, plu uia, immodico ue æstu, non raro etiam grandine, alia ue tempestate periclitantes, in horrea conferant: quos tamen fructus, si non feriarum solennibus præpediti forent, commodè ac citra iacturam ex agro legere, domumq; ferre potuissent. Adde, quòd se riatis quoque diebus, qui dubiò procul bono consilio, ac in Dei Opt. Max honorem, primum benè sunt feriati, innumera perpetrantur delicta, peccataq; & scelera, potius quàm his omnipotens colatur, ueneretur ue. Id quod res ipsa notorium facit: tantum B abest, ut festibus hoc egeat. Eamq; ob causam Sa. Ro. Imp. Status laici consultius pu tant, ac reip. Christianæ conducibilius, si effrenis feriarum (quæ animis, quàm exter no cultu, Christianis, hoc est his quibus à peccatis semper feriandum est, rectius cele brantur) festorumq; dierum numerus paulò coerceatur in arctum, minuaturq;.

De domibus ordinum militarium, ac baliuijs (ut uocant) per Apuliam, Siciliamq; ordini militari Teutonicorum ui doloq; Germanorum di tioni ereptis.

38 Item, licet dominis ordinis diuæ Mariæ uirginis (quos uulgò fratrum Teu tonicorum uocant) ex liberalitate Romanorum Imperatorum celebertimæ memo riæ, item & Principum, Comitum, & Baronum, in eos collata, cæterorumq; nobili um contributa auctione, certa bona temporalia, ac reditus & census annui, per Apu C liam, Siciliam, reliquamq; Italiam, empti sint atq; adaucti, non ob aliud, quàm ut con tra hostes Christianæ religionis, ad pugnam instructiores forent, haberentq; Germa ni nobiles pariter & fidei catholicæ propugnatores, unde commodius & honestius uitam militiæ semper paratam uiuere possent; ea ex bonorum asse præfecturæ eius ordinis aliquot (quas uulgò Baliuias, ac à commeatu ordini parando, cõmeaturas uocant) distinctæ sunt, & disterminatæ per classes, quas & quietè sine cuiuspiam tur batione per multa secula possederunt, usurparuntq;. Attamen per præcedentes Ro manos Pontifices ordini prædicto bona talia erepta, ac Cardinalibus, Archiepisco pis, Episcopisq;, illisq; nec Germanis, nec præfati ordinis militaris existentibus, colla ta, tradita que sunt. Quemadmodum & in hunc usque diem militaris Germanorũ ordo his ipsis spoliatus, carere cogitur. Insuper priores Rom. Pontifices domus or dinis supradicti locatas, nato Italo, nempe Hieronymo Veneto tradiderunt, ac con cesserunt, eumq; ordinis sæpe dicti insignibus decoratunt, contra Romanorum licet D Pontificum ac Imperatorum statuta & priuilegia, toties antehac per eorum præde cessores robotata, quibus ad Germanos tantum ordinis milites ut hæc omnia perti nerent, cautum, sancitumq; est.

Deinde et Romanenses Curtisani, ordinis suprà memorati domos per Italiam, Bononiæ puta, Papalibus bullis ac prouisionibus attentare conati sunt, quo facto or dinem ad ligandum secum Romæ coegerunt. Id quod non ad mediocrem pernici em & ipsius ordinis, & totius Germanicæ uergit nationis. Demum Germanis Stab lore quoque diui Benedicti monasterium, contra fundationis quanquam iura supe rioribus paucis equidem annis ereptum est, ac in commendam (ut aiunt) Cardina li Columnæ collatum, quæ omnia in perniciem tendunt, ac irrecuperabile Germa nicæ nationis detrimentum: attentatumq; est, quicquid id est, contra ius & fas, ac æquitatem omnem. Eapropter Imperij status hic quoque rogant sancti tas Pontificia uelit militari Teutonicorum ordini, bona erepta, censusque &

redditus ablatos, absq; ulteriore mora confestim reddere, ac restituere: aut id ipsum, & quantò citius fiat, mandare, curare ue, quemadmodum iuris, bonique & æquitatio hoc sibi postulat.

De oneribus sacri Romani Imperij Statuum laicorum, contra Archiepiscopos, Episcopos, cæterosq; prælatos Ecclesiasticos, eorum quoque capitula, ac suffectos iudices, quos uocant Ecclesiasticos.

39 Præter onera suprà memorata, Archiepiscoporum, Episcoporum & prælatorum, quòd ij (ut prædictum est) à sede Romana conseruatores delegatos, atq; id genus alios plerosq; Ecclesiasticos impetrant iudices, per quos laici non ferendis aggrauantur modis, quòd non omnino infrequenter euenit, ut laici in periculum ac perniciem animæ, æstimationis, corporis atq; bonorum perducantur, ac quantum per hos stat iudices, pertrahantur etiam. Sed hic nondum finis. Sunt enim complura adhuc alia grauamina, prout sigillatim ea per capita nunc recensebuntur.

Primum, quibus modis laicorum bona immobilia ad Ecclesiasticorum manus, & non contrà, ab Ecclesiasticis ad laicos perueniant.

40 Item, quum à sede Romana constitutionibus sit cautum ac prouisum, nebona Ecclesiastica, præsertim immobilia, regulariter personis laicis, unquam distrahi aut uendi possint: & tamen Ecclesiastici, nulla cogente necessitate, sed tantum ut eorum res familiaris reddatur lautior, crescantq; census, nunquam non cessant laicorum prædia emptionibus, innumerisq; alijs modis ad se pellicere, si qua tandem sit possibile uia. Quod ipsum quoq; statibus laicis graue, damnosum, ac intolerabile est. Quamobrem S. Rom. Imp. status laici Reipub. Germanorum utile, necessariumq; putauerunt, si omnia bona immobilia, soli scilicet, quæ posthac aliquo quocunq; tandem titulo à laicis ad Ecclesiasticos peruenirent, possent à laicis superioribus, quorum ditioni prædia hæc subiecta forent, tandem ab Ecclesiasticis redimi, lui, atq; iusto precio uendicari: non considerato, quicquid contra hoc priuilegiorum prætenderent Ecclesiastici.

Quomodo Episcopi bona hæreditaria Ecclesiasticorum ad se trahere conentur.

41 Nec ratò & illud facto contigit, quòd cum personæ Ecclesiasticæ bona hæreditario titulo, à maioribus suis, unà cum cæteris cohæredibus, iure hæreditario sibi fortè usurparent, ac si dehinc intestati decessissent Ecclesiastici, tum per Episcoporum nonnullos sibi ipsis bona illa hæreditaria laicorum uendicari cœperunt, non in mediocrem proximorum, uenientium ab intestato, cognatorum perniciem ac iacturam. Quæ res ipsa quoq; laicis non ferenda, imò omnimodo onerosa, intolerabilisq; est.

Quo ingenio, bona quædam laica, quæ Ecclesijs, aut alijs religiosis domibus certis pactionibus uendita sunt, uel hypothecata, ditioni Ecclesiasticæ subiugari conentur.

42 Adhæc, si quando casu ita contingit, quòd bona laica temporali iurisdictioni subiecta, fructibus, redditibus, censibus ue annuis Ecclesijs, ac cæteris religiosis domibus legentur, uendantur, hypothecentur, aut quouis alio titulo trádantur, uel à laicis erga Ecclesias ac monasteria annuo censu tributaria efficiantur, moliuntur Ecclesiastici, talia prædia laica ex ciuili potestate ac ditione in Ecclesiasticam transferre:

A transferre: atque huic utcunque iniquo illicitoue conatui, Episcopi, Ecclesiastici que patrocinantur prælati, tuenturq; rem longè iniquissimam: tantum abest, ut in hoc quenquam reuereantur Ecclesiastici.

De collatione beneficiorum Ecclesiasticorum iam primum fundatorum.

42 Item, quum beneficium aliquod Ecclesiasticum à laicis, summæ uel mediæ conditionis primùm fundatur, dotaturq;, tunc quidam Episcoporum primam eius beneficij collationem sibi usurpare nituntur, ac beneficijs ipsius dotationem, fundationem ue prius confirmare recusant, quàm eorum intentioni acquieuerint, quæ beneficia ex suis censibus dotarunt, hoc est, fundatores atq; patroni, secundum iura etiam Canonica collatores ordinarij.

B

De confirmationibus beneficiorum Ecclesiasticorum non necessarijs, atque alijs id genus grauaminibus.

44 Præterea si quis nouam fundationem beneficij Ecclesiastici, fraternitatis ue exigere, atq; eandem confirmandam petere uelit, quanquam cõfirmationis huiusce, de iure ac æquitate minimè indigeat: nihilominus tamen fundatores beneficiorum præter modum, pecuniarum exactionibus ad uiuum usque aggrauantur, exuguntur que, ac per Romanorum statuta, technas ac subtiles practicas, eò diriguntur, ut fundationes hæ omnes, quamuis minimi sint precij, necessariò confirmentur. Quod ipsum non mediocre Germanorum laicorum est onus.

De subsidijs, & alijs oneribus, quæ imponuntur Ecclesiasticis, qui collatores habent laicos.

C

45 Deinceps, si quando contingit, Ecclesiasticam personam à laico beneficio aliquo dotari, & Episcopo pro inuestitura accipienda præsentari, tum Episcoporum in spiritualibus (ut uocant) uicarij, pro inuestitura tantum erogant æris, præsentatis illis, quantum collatum beneficium in annuo habet prouentu, nonnunquam etiam quantum bimo. Ita enim altera portio exigitur Episcopo, & reliqua interim Archidiacono, aut Archipresbytero pro inuestitura, uel possessionis traditione.

46 Insuper nimiumq; pro uitibus, illicitis exactionibus grauant Episcopi beneficia, subsidijs nimirum, nullæ licet subsint urgentes, aut illud sibi admodum postulantes causæ: hoc est, quod iura uocant, manifestæ & rationabiles, ultra etiam modum, quem iura communia in casibus euidentibus & necessarijs præscribunt. Illis nempe casibus, quibus solis iura, subsidium ab Ecclesiasticis erogari permittunt, sitq; eius rei immodico usu, ut presbyteris uitæ necessaria, uix, aut certè ne illa quidem relinquantur. Demum & in totius populi caput hoc redundat onus, quando ita premuntur sacerdotes, ut respirare eis non liceat, ni uicissim subditam plebeculam arrodant. Ita ex onere fertur onus, eò usq; ut nullum gratis, nisi numeretur semper aliquid, ministrét sacramentum, Ecclesiæq; Christianæ donum: ad quod tamen præcipuum gratis ut facerent, darent que ea gratis, quæ nullo ære redimi possunt, atque ipsi gratis accepissent, sacrosancti Euangelij attestantibus literis tenebantur. At illud res ipsa fecit notorium.

D

Quo pacto sæpius, & quidem plures unà indocti atq; inidonei ordinentur sacerdotes.

47 Item Archiepiscopi, Episcopi, & eorum suffecti (quos Suffraganeos uocant) sæpenumero plures indoctos, idiotas, inhabiles, uiles q; ac ludicras personas ad sacerdotij functionẽ ordinant, qui cum ex ministerio Ecclesiæ, ad quod minus sunt idonei uiuere

uiuere non possunt, tamen neque aliunde, uel ex beneficijs, uel proprijs hæreditarijs A bonis, unde uitam presbytero dignam ducere queant, habent, sed tantum imaginarios & fictitios aliquando, neq; illos quidem secum ferunt titulos: fitq; dehinc, aut ex innata malitia, morum ue leuitate, aut qua premuntur egestate, (sicut res est male sua da fames) ut inhonesta exerceant commercia, ac munia sacerdotibus obeant indigna. Quæ res ansam subinde ministrat, uerè Ecclesiasticos ac Christo sacros presbyteros floccipendendi, nihiliq; faciendi, quòd illorum uita corã uniuerso populo offendiculis sit quàm refertissima. Interim à quibusdam Episcopis, sex corruptis testibus ad hoc adhibitis, dignus ne sit sacerdotij munere, uel minus ordinandus, fides adhibetur, qui passim quosq; indignissimos simulatis suis uocibus testantur dignos, adq; hoc ministerium aptos ferunt & accommodos: licet non raro nullus personatorum illorum testium, ordinandum, uel de facie albus an ater sit, nouerit. conantur q; ueritati Christianis sanctionibus, sub persona, fuco, atque fictitio tantum prætextu satisfacere.

De impensis immodicis, quæ in Ecclesiarum consecratione insumuntur.

48 Insuper quum Ecclesias ac templa prætenuia quidẽ, Deo dicant, sacrant q; nonnulli Suffraganeorum, subditos utcunque per se egestate laborantes, superfluis minimeq; necessarijs sumptibus onerant: neque hoc contenti, quin munera quoq; & illa quidem immodica, à misera plebecula exigant.

49 Item quum laici Ecclesijs altaris donant ornamenta quædam, nec non casulas, & similia, ac in Dei honorem pecunias suas expendunt: nihilominus tamen Suffraganei exigunt, ut talia, priusquam ad altaris conuertantur usum, consecrentur, pro qua demum consecratione munera ac dona petuntur innumera.

Quapropter æquum est, ut tales abusus deleantur. Et si Suffraganei frustra laborare nolint, ut unicuiq; prælato aut plebano talia faciendi permittatur potestas.

Quemadmodum cœmiteria nonnunquam superfluè, ac minimè necessariò consecrentur.

50 Demum si fortè sine armis, pugnis tantum & capillis in cœmiterio, duo plures ue manus conserant, aut rixam habeant, ad sanguinis usq; effusionem, tum ad interdictorum seueritatem recurrunt Ecclesiastici: nec prius publica Christianorum redintegrant officia, quàm ciuium uniuersitas cœmiterium denuò magna pompa, grauibusq;, nec profectò minoribus impensis consecrari curauerit, quam primùm (ut prædictum est) ex prophano redditus sit sepulturæ is locus sacer. Quæ omnia in caput tandem redundant laicorum.

51 Item Suffraganei excogitauerunt, ut solum ipsi, & nullus alius sacerdos, laicis campanas baptizent. credunt deinde simpliciores, ita affirmantibus Suffraganeis, tales campanas baptizatas, dæmones & tempestates pellere. Quapropter innumeri plerumq; adhibentur compatres, præcipuè uerò qui fortuna pollent, exorantur, qui baptizationis tempore funem qua campana religata est, tangunt, ac Suffraganeo precinente (quemadmodum in paruulorum baptizatione fieri solet) omnes pariter respondent, ac campanæ nomen ingeminant, ueste q; noua, (quemadmodum & Christianis fieri solet) campana induitur. Inde ad sumptuosa properatur conuiuia, quibus præcipuè compatres, ut eo largius munera offerant, adhibentur: nec non Suffraganei, & eorum capellani cum multis alijs ministris regaliter pascuntur. Nec hoc satis est, sed & Suffraganeo mercedẽ persoluere necesse est, quã illi munusculum uocare solent: inde euenit, ut aliquando etiam in paruis uillis centum floreni in tali absumãtur & expendantur baptizatione: quę res nõ solũ superstitiosa, sed etiã

A sed etiam Christianæ religioni contraria, ac simpliciorum seductio, & mera est exactio. Veruntamen Episcopi, ut Suffraganeos uel uilissima obærare possint mercede, talia, & adhuc absurdiora tolerant. Res igitur tam nephanda & illicita meritò aboleri debet. Cæterùm si conducere uidetur, ut campanæ consecrentur (ita enim Suffraganei baptizationem appellant, quoties à prudentioribus de hac re interpellantur) cõueniens erit, ut talis consecratio per unumquemq; fiat sacerdotum, quemadmodum cum aqua benedicta, sale, herbis, & similibus fieri solet: id q; absq; precio & expensis laicorum, ne populus simplex ita seducatur, & damno afficiatur, necnon auaritiæ detestandæ præsumptio euitetur.

Quemadmodum de noua sancti cuiuspiam celebritate partem petant oblationis.

B 52 Deinceps, si fortè per diœcesim Episcopi alicuius noua effertur sancti celebritas, ad quem passim concursus fit, tum Episcopi aut prælati eo loci, oblationum omnium tertiam, aut certè quartam partem sibi uendicare præsumunt. Quod tamen domestica eorum, nempe canonica iura, eis non permittunt, quin oblata illa pecunia, potius ac meritò, pro totius Christianæ Reip. necessitate, ad contrahendam militũ manum, parandum q; expeditioni bellicæ commeatum contra Turcas usurparetur, aut certè in proximi uerteretur necessarios usus.

Quo pacto illicitam à Præpositis monasteriorum Deo dicatarum uirginum petant pecuniam.

C 53 Item quum monasteria aliqua Deo dicatarum uirginum, per præpositos, seu præfectos gubernentur, qui tamen ad libitũ officio hoc moueri possunt (neq; enim perpetua est hæc præpositura) attamen Episcopi, acceptationi aut missioni præpositorum, prius consensum suum adhibere recusant, quàm à monasterio Deo deuotarum, simpliciumq; puellarum pecuniæ aliquid numeratum fuerit.

54 Item, quum Abbas quispiam, aut Abbatissa eligitur, coguntur iterum per Suffraganeos consecrari, licet antea ut monachi & moniales satis superq; sint consecrati: Suffraganeumq; cum suis regiè excipere & pascere, ac insuper tanquam muneris loco, magnam persoluere pecuniam. Quæ res non in paruum damnum cedit non solum monasteriorum, sed etiam illorum quibus monasteria illa sunt subiecta.

Insuper Pontifices summi multa, & uaria in curia Romana excogitarunt officia, quæ ipsi immani uendunt precio: quod quidem illi persoluere coguntur, qui (ita iubente Pontifice) opera talium indigent officialium, seu scriptorum. Hinc euenit, ut natio Germanica, præcipuè uerò Episcopi, quoties pallium redimunt, aut con-
D firmationem à Romano petunt Pontifice, ac multi alij oppidò aggrauentur: ac longè plus, quàm elapsis annis, pecunias suas dilapidare compellantur. Hinc facilè conijcere licet, quot Romæ, quantiq; laquei pro emungendis nummis tendantur. Quapropter talia officia meritò deleri debent.

De Archipresbyterorum officialibus, & alijs iudicibus Ecclesiasticis.

55 Archipresbyterorum quoq; Officiales, ut plurimum sunt indocti, inhabiles, insuper & scurrilibus moribus, nihil pensi habentes, nihil auentes quàm pecuniam. Et quàm notoriè in publicis degant peccatis ac facinoribus, quotidiano discitur usu: per quod laici, quos ob admissa, debito modo corripere, ac in pietate Christiana erudiriores & meliores reddere debebant, nedum ad meliorem frugem nõ perducuntur, sed offendiculis onerantur potius. Ad hæc, per leues ac uiles has officialium personas, in quorum conscientijs nulla Christianæ pietatis uiget ratio, sed tantũ sceleratus habendi amor, laici miserè ad uiuũ usq; in bonis suis spoliantur, ac deprædantur.

Id quod

Id quod Archiepiscopi & Episcopi, si quidem reuera quod dicuntur, essent, hoc est A Christi pastores, dubio procul diutius non tolerarent, oues que Christi talibus offendiculosis pastoribus curandas minimè commendarent, pascendas ue committerent.

Quàm iniquè laici ad uetitum trahuntur Ecclesiasticorum tribunal.

56 Ferè & hoc quoq; accidit, ut laici ad Ecclesiasticorum, licet periniquè, trahantur iudicium. Nam etiamsi actor sit Ecclesiasticus, qui laicum reum iudicio conuenire intendit, attamen nihilo magis ordinariæ iurisdictioni reorum deferunt, quin passim Ecclesiastici tales reos laicos, scilicet quascunq; etiam ob causas ciuiles ac prophanas, ad Ecclesiasticum tribunal, refragantibus omnibus etiam iuribus, pertrahere adnituntur: quum tamen maximè cõueniat, ac iure non ignoto sit quàm expressim cautum, actorem rei forum sequi debere.

Quo pacto magistratuum ciuilium subditi, propter debitam pecuniam ad iudicia Ecclesiastica pertrahantur.

57 Præterea Ecclesiastici sæpiusculè laicorum subditos ob debita pecuniaria, coram Ecclesiastico iudice in ius uocant, ac prægraui eorum iudiciorum ordine eosdem inibi uexant atq; excutiunt, licet à ciuili magistratu, ad eoq; iudice reorum ordinaria iustitia, iurisq; debita executio euis nunquam fuerit uel denegata, uel diutius quàm par sit procrastinata: fitq; ita per actorum (ut dictum est) petulantiam, quia conuenti iudicio Ecclesiastico laici, uarios ob casus ius suum non ita examussim, uel deducere per imprudentiam, uel non probare per simplicitatem nouerunt: neque edocti sunt, ut in prætentam pronuncientur excommunicationem, ac irreparabilem rerum suarum perducantur detrimentum, perniciem & iacturam.

Quàm iniquè laicis iudicibus præbeatur occasio ab Ecclesiasticis, subditorum suorum petendi missionem.

58 Insuper & alias plures ob causas illicitas, à iudicibus Ecclesiasticis contra personas laicas emittuntur citationes ac monitoria: quanquam tales iudices, publica etiam testante fama, indubitanter perspectum habeant, uocatos ita in ius ad diuinis suæ terminos minimè pertinere, illosq; ad ordinarium ius remittendos fore. Quod ipsum quoque laicorum subiectis, non ferendis modis graue, onerosum que est. Nam etsi causæ, personæq; tales ad instantiam magistratuũ ciuilium ac laicorum superiorum petitionem, tandem ad ius dicentis laici ordinarium remittantur tribunal: nihilominus tamen ita immeritò in ius uocati, grauibus onerantur impensis, damnis & expensis, eo quòd superiores suos laicos, quos non raro ultra centesimum lapidem peregrè abesse contingit, primum requirere, dehinc literas missionum ab his impetrare, ac tandem eas ipsas iudicibus Ecclesiasticis mittere cogantur, interim nuncijs ad hoc conductis eroganda est pecunia, cessandum à quotidianis operibus, ferendæ impensæ itinerum atque aduocatorum. Quòd si forte superiores suos in ius uocati non continuò implorauerint, missionum literas impetrarint, easq; iudicibus prædictis transmiserint, ac ad monitionem usque processum interea fiet, etiam Ecclesiastici iudices uel requisiti hinc à uocatorum superioribus, quæcunque tandem in ius uocati sit causa, remittere tamen ita uocatos atque admonitos ad ordinarium iudicem laicum recusant.

Quòd

Quòd iudices Ecclesiastici causas aliquot speciales licet laicas, ita suæ asserant ditioni, ut omnino eas remittere nolint.

59. Quum apud Ecclesiasticum iudicem, ob decerptum uirginitatis florem, item ob illegitimè natorum, hoc est, naturalium libertorũ statum, aut seruientium mercedem, uiduarum ue, quæcunq; etiam iudicio uentilantur causæ, contra laicos reos, tum uel insterpellati à litigantium laicorum superioribus, iudices Ecclesiastici, terminũ tamen sistendi iure, nec circumducere, aut ad se in ius uocatos, ordinariæ iurisdictioni ut remittant, precibus induci possunt.

De alijs illicitis & inutilibus expensis causarum prophanarum, quæ ad Ecclesiasticos iudices trahuntur, ac denuò remittuntur.

B 60. Ad hæc, quum laicus coram iudice Ecclesiastico (ut suprà dictum est) iniquè in ius uocatur, demumq; ad petitionem iudicis ordinarij remittitur, tunc temerè agentis procurator, qui tam malè in ius uocari fecerat laicũ reum, mercedem suam à conuento, qui tamen temerè ad uetitũ tractus fuit iudicium, petit: cogiturq; de hinc excõmunicationis pœna innocens ille ultra expensas, quas ob malam in ius uocationem in itinera, procuratores, ptoq; impetrandis et redimendis missionum literis necessariò expenderat, addere & neglectorum operum æstimationem, iam tandem nulliter & iniquè emissos iudicatios processus persoluere, atq; ere non immodico, coactus licet, pensare. Namq; id si forte recuset, anathematis præstò est gladius: hoc eiminantur iudices Ecclesiastici fulmen, ni tur afflictio. Neq; iuris ratio, quæ temerè in ius uocato refundendas dictat expensas, à iuC dicibus his curatur quicquã: imò iudiciarius hic eorum ordo, ex diametro, quod aiunt, cum iuris boniq; et æqui ordine pugnat. Eum tamen iudiciorũ ordinem, non ob aliud, persolutis uocationum literis, habendi libidinem ipsorum satiauerint. Ita afflicto addiquantum coniectura assequi licet, hactenus ita religiosè obseruarunt, quàm ut plurima actorum turba per hoc ad eorum alliceretur tribunal. Ita semper iniquum, ex re, quę meritò debebat esse æquissima, studeant facere lucrum.

Quomodo nouæ per uiolentiam instituantur decimarum præstationes.

61. Item, etsi laici per multa annorum curricula de certis eorum prædijs, neq; maiores, neq; exiguas (ut uocant) præstiterint decimas: tamen per Ecclesiasticos iudices, apud quos iniquis litigant conditionibus, authoritate iudiciaria ita eis fit negotium, ut aut peD titas iudicio decimas, siue quidpiam aliud est, quod ab eis exigitur, præstare, persoluereq; aut excõmunicationis pœnam ferre, necessum habeant. Neq; hoc temerè. Nam etiamsi à sententia quantumuis iniqua Romam appellauerint, non eos fugit quàm onerosus arq; dispar sit & illic litium euentus.

Quo pacta Ecclesiasticorum officiales ac suffecti, & ipsi laicos ad Ecclesiasticorum tribunal in ius trahere conentur.

62. Ad hæc omnia, personæ Ecclesiasticæ nedum ipsæ per se laicos, quib. dictum est, ac similibus casibus, ad Ecclesiasticos trahunt iudices: uerùm etiam Ecclesiasticorum officiales, suffecti procuratores, domestici famuli, famulæq;, ac deniq; ipsorum etiam subditi, conantur, adnitunturq; idem iuris, quod eorum habent superiores, sibijpsis quoq; asserere, usurpareq;.

De causis iniuriarum, quæ coram Ecclesiastico uentilantur iudicio.

65 Tandem, si quando ex facto euenit, ut ecclesiasticus contra laicum iniuriarum agere illatas fortè uerbo iniurias intendat, conatur Ecclesiasticus iudex eas ipsas quoq; suæ iurisdictioni uendicare causas, quo denuò reus iudicio conuentus, ordinario iuri suæq; eripitur atq; eximitur iurisdictioni.

Quemadmodum causæ prophanæ ob interposita iuramenta, Ecclesiastico tribunali asserantur.

66 Insuper & id præsumunt officiales, si quando in causis prophanis, ac inter personas Ecclesiæ minimè sactatas, dicatas ue, sed omnino laicas, data fide, seu præstito iuramento, uerbo, uel in scriptis, pacta, obligationes, contractus, uel promissiones factæ sint, uel celebratæ, quòd eam ob rem, atq; huius prætextus ratione, tales prophanæ laicaq; causæ coram ipsis potius, quàm ordinario iudice agitari debeant: quæ noua Ecclesiasticorum techna usu si incresceret, ac diutius toleraretur, iam actum foret de ciuili causarum auditorio, quòd omnes prophanæ ciuilesq; causæ contractuũ atq; transactionum, hac uia necessariò ad Ecclesiasticos perttaherentur. Quis enim contractus, quæ transactio, quæ denique inter paciscentes conuentio, quæ non sit solenni ita stipulatione aut promissione uallata? Illac nimirum rerum ueniremus, ut in totum ciuilia eluderentur iudicia. Quod nedum contra æquitatem ipsam, contra omnia iura scripta, sed & ciuili magistratui intolerabile foret. Nam ut demus hoc interim Ecclesiasticis iudicib. de periurio commisso notionem ut habeant, nihilo magis per id causæ ipsius principalis, contractus puta, aut transactionis, quamobrem ille peierauit, iudices competentes erunt, quin periuros illos ob religionis transgressionem manifestariam tantum iudicio conuenire possent, ac canonicam huic indicere mulctam: reseruata tamen ciuili magistratui, qui periuros pœnali iudicio secundũ ciuiles sanctiones plectere ius habeat, commissa sibi ob id pœna.

Quònam modo reformationes suorum iudiciorum nec obseruent, neq; manu, hoc est, executione debita tueantur.

67 Præterea, nedum rationi consona iura communia, sed & Ecclesiarum aliquot cathedralium propriæ reformationes, notoriæ, in quàm plurimis calibus negliguntur, irritèq; fiunt, dum contrarius ex eisdem ducitur sensus. Exequuntur enim hæ contra hos tantum, quorum potestatem ipsi non reuerentur. At si reos potentiores, aut eos quibus manu pares esse non possumus, contingat, tum ex iuris sui rigore remittunt quippiam. Nam etsi maximè Episcopi locorum ordinarij, aut eorum officiarij à uim passis, aut his quibus contra ius iniuriæ illatæ sunt, pro debita iustitiæ executione, ac talium grauaminum onerum ue abrogatione interpellentur: sæpenumero tamen euenit, ut querela hæc uel præpositum contingat, uel decanum, uel certè capitulum, ac Ecclesiæ Canonicos capitulares: hoc est, eos, contra quos loci huius ordinarius Episcopus, utcunq; æquitati fauens, remorante eum hac uia, in electione præstita, ac promissa fide, meritam transgressionis emendationem atq; mulctam præsumere, eisq; infligere non audeat.

68 Ad hæc, Episcoporum ac prælatorum nonnulli, pro tempore Ecclesiasticorum iudiciorum synodotumq;, ad suum libitum speciales quasdam & prætentas ferant reformationes, ordinationes, leges, atq; statuta, quæ ipsa multifariam à iure communi discedent, ac seorsum toti ciuili magistratui & iurisdictioni, eorumq; subditis derogant, atq; perniciem adferunt. Neq; ullam præ se ferentia æquitatem, quod ad Ecclesiasticorum priuata compendia, inq; laicorum necem sint excogitata, atq; efficta. Eamq; ob rem laici ea acceptare, aut his parere minimè tenentur. Nam neq; ipsi Ecclesiastici domesticas has suas constitutiones secundum rationabilem synceriorem, ac germanum æquitatis intellectum, obseruant. Etenim tametsi reformationes huiusce modi ut plurimum iuramento

A tuant, coram officialibus, eorumq; Ecclesiasticis consistorijs, manifesta ac notoria tantum, minimeq; occulta delicta debere agitari atq; uentilari, considerariq; in primis salus animarum, & honor Iesu Christo debitus, potius quàm pecuniarum lucrum: attamen eius rei oppositum, atq; ex professo contrarium, negotium ipsum, innumeræq; aliæ coniecturæ ac circumstantiæ plus liquidò manifestum reddunt. id quod partim ex suprà enumeratis, partim ex recensendis sequentibus articulis, utcunq; succinctis, cuiq; æstimare facile est.

Quemadmodum plus pecuniæ, quàm pœnitentiæ, peccatoribus imponant.

67. Partum canonibus sancitum est, spiritualibus ac manifestis peccatis, spiritualem
B pœnitentiam seu satisfactionem imponendam esse, ut sic non pecuniæ lucrum, sed potius animarum salus quæri intelligatur. Id quod supra etiam memoratum est. At Ecclesiastici iudices & officiales, perperam animaduersis canonibus, dictam spiritualem pœnitentiam in tantum exasperant, aggrauant & augent, ut laici priusquam eam satisfactionem acceptare uelint, pecunia magis sibi ab ipsis immunitatem comparent: qua re laici multum premuntur, Ecclesiastici contrà multum ditantur, utputa qui in suum priuatum commodum & partis agunt munus, & iudicis: quod tamen omnibus iuribus dissonum est.

Quem in modum honesti uiri & mulieres ex falso rumore sæpenumero grauentur.

68. Accidit etiam nonnunquam, quòd uiri & mulieres coram Officiali, seu Ecclesiastico tribunali, ut delictorum ac sceleratum fontes, siniſtro rumore deferuntur, ac non
C prius per sententiam innocentes declarantur, quàm ubi se iureiurando purgauerint: qua purgatione facta, in pristinum æstimationis statum restituuntur. Et quamuis tam sinistrè denunciatis incommoda, damna, impensæ, eam ob rem perpessæ, meritò refundi deberent: nihilominus tamen innocentes ipsi in dictæ restitutionis fidem, officiali, Ecclesiasticoue iudici, duos aureos, cum aurei quarta parte, pro absolutorijs literis, nequaquam necessarijs, numerare coguntur. Et hoc est cur Officiales, Ecclesiasticiq; iudices, tam iniquas & illicitas tumoris falsi atq; delationis causas, ita adfectentur, ad se euocent, solisq; sibi uendicent. Id tamen ipsum non sine magna singulari ac graui iactura mortalium committunt. Nam sæpius euenit, quòd altercantes mulieres, ira, inuidia, seu alio quopiam adfectu commotæ, inuicem se maledictis impetant, conuicijs proscindant, in tantumq; demententur, quòd altera alteram uel adulterij, uel magicæ artis ream insimulet. Quod ubi coram Officiali deducitur, tum illa quæ per iracundiam alteram probris ac contumelijs adfecerat, iurisiurandi Sacramento sese excusare ac purgare cogitur,
D scilicet quicquid iniuriarum in alteram profuderit, id omne non ex certo animi proposito, sed ira, inuidiaq; profectum esse. pariq; modo altera, quæ adulterij, necromantiæue insimulata est, suam innocentiam, quodq; prædictorum nequaquam sibi conscia sit sacrorum, iuramento detegere iubetur. Interim uerò quilibet apud se facilè coniicere potest, in talibus causis, mulieribus, siue memoratorum scelerum uacuæ sint, siue ijsdem criminibus obnoxiæ, iurandum tamen esse, dummodo famam, honorem, ac uitalem spiritum retinere uelint. Qua ex re non solum illicitum pecuniarum lucrum quæritur, sed deliberatæ peierationes extorquentur, secularesq; iurisdictiones & iudices in eorum multandi officio impediuntur. Et sic contra rationem, impunita remanere delicta necessarium est.

Quomodo Ecclesiastici iudices illicitum ex iactatis matrimoniorum causis petant interesse.

69. Deinceps, quum inter uirum atq; fœminam, de pangendis matrimonialibus sanctis illis fœderibus, negotium quod inter eos fortè agebatur, eousq; processit, quòd ab alterutra partium matrimonij contractus, ex pactionibus illis, ratus, perfectusq; prætenda-

tur: at inficietur altera, datumq; est ab altera alteri personæ uestium, aut alioqui mundi muliebris quidpiam tanquam arrabonis loco, ad seruandum ac custodiendum: accipiatq; deinde, ut asserti contractus matrimonij scilicet contemplatione, contrahentes ad Ecclesiasticum peruenient tribunal, ac ibidem per sententiam in diuersum ire iubeantur, separenturq;. Tum iudex ille Ecclesiasticus iniquè hoc sibi in hac causa prætendit interesse: nimirum, ut omne quicquid hinc inde arrabonis uice traditum sit, uthoc sibi cedat tanquam commissum. Id quod nedum contra omnia iura, sed & æquitatem atq; honestatem ipsam proculdubiò est.

Quibus artibus iudices Ecclesiastici causas promiscuas, quæ coram ciuili etiam magistratu in iudicium deduci possunt, sibi solis uendicare conentur.

70 Item, licet complures sint causæ ita promiscuæ iurisdictionis, ut secundum iura communia, apud Ecclesiasticos atq; ciuiles iudices agitari & puniri possint: tamen euenit, ut quum ciuiles iudices, concessam sibi hac in re prouinciam & iurisdictionem administrare atq; exercere uelint, id ipsum ne faciant, per iudices Ecclesiasticos sub excommunicationis pœna eis interdicitur, prohibeturq;. Quòd si diutius perstare liberet, breui Ecclesiastici iudices à ciuili magistratu, eiusq; iurisdictione qualcunq; etiam causas eximerent, suæq; assererent ditioni: id quod Cæsareæ Maiest. cæterisq; imperij Romani membris graue est, & intolerabile. Et quanquam secundum iura communia, manifesta periuria atq; adulteria, maleficiorumq; præstigiæ, ac consimiles aliæ causæ, per Ecclesiasticos ac ciuiles iudices, promiscuum, uter occuparit, ciuiliter pro tempore plecti possint, habeatq; ita præuentio hac in re locum: attamen Ecclesiastici iudices contra omnia iura, causas huiuscemodi, solis sibi suæq; iurisdictioni usurpare conantur. Quod ipsum iurisdictioni ciuili non ferendum est onus ac grauamen.

Quemadmodum causæ prophanæ, sub prætextu denegatæ executionis, ad Ecclesiasticorum consistoria trahantur.

71 Item, si quando personæ laicæ in causis etiam omnino prophanis, à iudicibus Ecclesiasticis citationes impetrare conentur, prætendantq; magistratum ciuilem, debitam sibi iuris executionem facere neglexisse, antequam summariè, saltem pereuidens aliquod docuerint instrumentum, iustitiam, ut queruntur, sibi denegatam: citationes tardamen, atq; alij iudiciarij processus, à iudicibus Ecclesiasticis ad solam petentium querelam his decernuntur. Quòd si deinceps ad petitionem uel ciuilis iudicis, aut partis in ius uocatæ, causæ huiuscemodi ad ordinarium tribunal remittantur, præfigitur ciuili iudici perbreue, quatuor hebdomadarum puta, tempus fatale, intra quod actoris intentionem querimoniæ ex integro atq; ex asse executionis ordine satisfaciat. Ac si in arctissimo præstituto termino, sententia diffinitiua aut non fertur, uel executioni lata non mandatur, libertatem dehinc iudex Ecclesiasticus dat actori laico, coram suo tribunali ulterius procedendum. fitq; non raro (mirum hoc auditu) ut causa, quæ intra triennis spacium coram ciuili consistorio agitari, peragiq; debebat, quòd hæc eadem apud Ecclesiasticum iudicem triennio, aut eò amplius pendeat, hinc indecisa.

72 Aiunt præterea iudices Ecclesiastici, in talibus casibus, prophanas ad se causas pertrahere sibi licere, si magistratus ciuilis in administranda iustitiæ executione negligens inueniatur: e regione tamen ferre minimè possunt, ut in pari casu idem iuris quod eis seruetur: nimirum ut in causis Ecclesiasticis quispiam de neglecto cultu iustitiæ ab Ecclesiasticis apud laicos aut ciuiles magistratus conqueri, ac iustitiam sibi per ciuiles magistratus,

A magistratus administrari, postulare possit. quanquam iura communia in genere definiant, statuantq́, quo pacto canonica ciuilibus, & eregione canonicis ciuilia iura opem suppetias q́ ferre debeant.

Quo pacto Ecclesiastici iudices, seculares causas praetextae iurisdictionis praetextu, ineisse transferre conentur.

73 Neq́ hoc plerisq́, longa experientia rerum ac eruditione doctis probatur, quòd iudices Ecclesiastici, quibusdam in locis diuturni usus, quasi possessionis, adimpletæq́ praescriptionis praetextu, laicorum controuersias coram se dirimendas hactenus praesumpserunt. Nam ea ex re Caesarea Maiestas, Romanumq́ Imperium haud parum detrimenti patitur, utputa quòd non minimus Imperij honor, temporalis scilicet iurisdiB ctio, memoratae praescriptionis uelamine minuitur, attenuatur, & penitus ab Imperio ad Ecclesiasticos refertur. Quod contra recepta apertaq́ iura esse, nemo est qui nesciat: quibus statuitur et cauetur, ut nulli praescriptioni quantumuis longae, aduersus praementem tum Papae tum Caesaris potestatem sit locus.

Quàm iniquè homicidae, alijq́ peccatores ab Ecclesiasticis iudicibus duplici afficiantur poena.

74 Quum diuina humanaq́ iura uetent, ut nemo duabus caedi debeat uirgis: meC ritò plectiq́, quibus cerebrum est, nonnullarum Cathedralium Ecclesiarum odiosa statuta, peruersos que mores, quibus utriusq́ sexus homicidas, reliquos que maiorum minorum ue criminum reos hucusq́ uexarunt, detestantur. Nam hactenus seruata est consuetudo, quòd homicidij, similiumq́ facinorum, quos casus Episcopis reseruatos uocant, rei, peracta in aurem confessione, publicam poenitentiam, in totius populi conspectu, cum magno suorum ipsorum dedecore, ignominia, infamia subire coguntur. Quae quidem poenitentiae forma non usquequaq́ improbanda foret, utpote quae ad primitiuae Ecclesiae institutа quàm proximè accederet: si hac contenti, non etiam ampliorem iusto peccantibus egregij isti, maleq́ officiosi officiales extorquerent pecuniae summam, dupliciq́ delinquentes punirent poena. Qua re mirum quàm multi offendantur. Quod quàm iniquum, quamq́ longè à Christi instituto sit alienum, cuiq́ sanae mentis coniectura assequendum relinquitur.

Quomodo funestae pecuniae intuitu, Ecclesiastici iudices, & officiales illegitimas cohabitationes & usuras tolerent.

D 75 Praeterea officiales auri sacra pellecti fame, usuras ac pecuniae foenus illicitum, nedum non interdicunt, sed & passim permittunt, fouent ac tutantur, Insuper etiam clericos, religiososq́ & seculares, accepto ab eisdem annuo censu, publicè cum suis concubinis, pellicibus, et alijs id genus meretricibus, illegitimè cohabitare, liberosq́ procreare sinunt. Quae res ambae quantum scandali, periculi, detrimenti, fortunis, animabus & corporibus pariant, non est quòd recenseatur: quum nemo id, nisi talpa caecutiat magis, non uideat.

76 Praeterea contingit aliquando, quòd alter coniugum, belli, uotorum, seu alia quapiam causa peregrè proficiscatur: qui si aliquanto diutius, quàm alterius conferat libidini, absit, tum officialis, alteri, pacta tamen numerataq́ prius mercede satis magna, cum alia uictitare persona ac cohabitare indulget, non prahabita prius diligenti uestigatione, superstes ne sit absens coniunx, an naturę concesserit. Et ne hoc eorum factum à quoquam calumniari possit, tolerantiae nomen ei, non sine magno mortalium offendiculo, sanctiq́ matrimonij contemptu indiderunt.

Vt officialium delegati, seu synodales iudices, illicitos è domibus census exigant.

77 Et hoc Germanis posthac non ferendum onus est, quòd synodales iudices quotundam regionum oppidula, & uicos ostiatim peragrant, censusq; è domibus annuos exigunt: quos ubi tenuis plebecula persoluere nequit, protinus cum excommunicationis iaculis petitur: ad eorum quoq; censuum solutionem cum summa rei familiaris attritione, atq; attenuatione compellitur. Quòd si penitus amoueri nō potest grauamen: aliquo saltem fine ad æqui bonique regulam coherceatur.

Quo pacto hebdomadaria pecunia à mechanicis exigatur.

78 Pari modo proximè memorati iudices quibusdam in locis à stabularijs, pistoribus, lanijs, propolis, molitoribus, eiusdemq; generis mechanicarum artium professoribus, qualibet septimana pecuniam postulant, qua fortè per inopiam non soluta, Ecclesiastico ad id fulmine adiguntur.

De iniquis Ecclesiasticorum arestis (ut uocant) & impedimentis.

79 Non mediocrem item superioritatis & iurisdictionis temporalis iacturam Cæsarea Maiest. Romanumq; Imperium patitur, ex malè obseruata hactenus pluribus in locis, diuturna consuetudine: uidelicet quòd Ecclesiastici iudices, ubi inter duos laicos ciuilis orta est controuersia, ad alterius partis petitionem literas inhibitorias emittunt, quibus alteri partium mandant, ne incœptam coram seculari seu suo iudice litem prosequatur, sed in Ecclesiastico coram sese iudicio compareat. Cui mandato ubi pars uocata obtemperat, & se suamq; causam ad suum ordinarium iudicem remitti in iudicio petit, tum primùm libellus, articuli, exceptiones, replicæ, duplicæ, & cæteræ id genus scripturæ, utrinq; producuntur, quibus, reliquisq; actis & agitatis, perlectis, numeratisq; ponis, quàm ponderatis, tandem interloquuntur, controuersiam coram se uentilandam esse. Cui sententiæ propterea, uelint nolint, parere coguntur, etiamsi maximè ea grauentur, quòd appellationem ad curiam Romanam interpositam, ob immensos tum labores, tum impensas prosequi nequeant. Neq; enim cuiuis commodum est, adire Romam. An uerò talibus, similibusq; sententijs se suspectos reddant, nec ne, cuilibet bono uiro cognoscendum relinquitur. Vnum hoc certum est, quòd ex iam enumeratis casibus, copiosa ciuilium causarum sylua, iurisdictioni temporali, ac ciuili magistratui, indies subtrahitur atq; eripitur. Quod non solum iuribus & æquitati, sed etiam rationi contrarium esse dignoscitur.

Vt plericq; inopia rerum laborantes, iudicialium expensarum uariorumq; laborum & expensarum formidine, ad iniquas transactiones compellantur.

80 Neq; hoc silentio præteriri potest, quòd Ecclesiastici iudices et officiales miseros ac simplices laicos, multoties ad illicitas, iniquas, sibiq; penitus nociuas transactiones adigunt. Nam si quando eos in ius uocant, magna patronorum, rabularum forensium, scribarum, cæterorumq;, quorum opera in iudiciario strepitu, ut necessum habent, caterua, nullo ære conducta, sed gratuitò conquisita, stipati adstant, ac pauperibus illis prophanis, egestate pressis, id hominum genus, non nisi magno conducendum est. Quod ubi fortunæ, reiq; familiaris tenuitas denegat, ni penitus causa, etiam iustissima, decidere uelint, transactionem seu compositionem utcunq; iniquam inire coguntur. Quæ te quantum grauentur tenues, nemo est qui non facilè id deprehendat.

In multis

In multis Ecclesiasticorum consistorijs, externi causarum patroni & procuratores, quàm non admittantur.

81 Et hoc hactenus Germanis multum attulit molestiarum, quòd per Ecclesiasticos iudices, nulli coram se litigantium partium, aljs uti aduocatis & procuratoribus licet, quàm ijs, quos sibi suisq; tribunalibus, iurisiurandi sacramento obnoxios reddiderunt. Ne tamen nihilominus externi patroni à litigatoribus consulantur, adeò breues præfigunt terminos, ut neq; adiri unquam possint. Et ne hoc eorum factum tanquam æquitati contrarium, improbari possit, se id in controuersiæ commodum facere affirmant, quòd celeriorem per consistorij iuratos procuratores sortiatur exitum. At interim meridiana luce clarius apparet, qua synceritate, qua ue dexteritate id agatur: nempe cum pertum habent officiales, se suosq; superiores à consistorij aduocatis & procuratoribus timeri. Et sic miseri clientes patronorum uerecundia, dum (quod contra Ecclesiasticum iudicem, eius ue superiores, quacunq; in parte facere possent) in iudicio proponere non audent, ultrà quàm par sit negligantur. Quam rem Ecclesiastici prælati, ijq; quorum interritorio tale exercetur consistorium, quum prohibere, penitusq; eradicare deberent, tuentur ac defendunt. Et id potissimum eam ob causam, ut si quando ipsis subditis ue ipsorum in Ecclesiastico iudicio experiendum sit, dicti aduocati & procuratores contra ipsos exteris suis clientulis, ea quæ causæ sibi postulat necessitas, consulere, in iudicioq; proponere uereantur, ne, si djuersum facerent, prælatos sibi infensos, iudicesq; sibi male propitios redderent: talemq; aduocatorum & procuratorum metum ac formidinem, nemo est cui uel cerebrum sit, cui læua in parte mamillæ cor saliat, qui inficias ire uel possit, uel audeat, cum id quotidiana experientia, adeò eluceat, ut nemini non, nisi forte ijs qui nondum ære lauantur, sit exploratissimum. Quotus enim quisq; est aduocatorum, uel procuratorum, qui non amore, spe, timore, inuidia, fauore, muneribus, similibus ue adfectibus, animo non aliquando, rectoq; consilio deficiatur: quum nihilominus uacui etiam prædictorum adfectuum uix tandem precibus precio ue inducuntur, ut nihil diligentiæ, laborum, nihil, nihil item clientuli iurium prætermittatur: Enumeratis uerò grauaminibus, nulla præsentior adhiberi posset medicina, quàm si litigantibus à certo uiq; limite, & aduocatos, & procuratores uel consulere, uel ad consistorium secum adducere liceret.

Quàm leuibus ex causis, pauperibus Sacramenta denegentur.

82 Et hoc facimus, Christi disciplinam profitentibus penitus abominandum est, quòd ijs, quibus est res angusta domi, ubi parochis & Ecclesijs ad diem solutioni destinatum, per inopiam satisfacere nequeunt, corpus & sanguis Christi, sacrosancta quæ nobis Sacramenta in remissionem peccatorum reliquit, denegantur, imò quasi pignus præcludantur, non attenta ulteriori dilationis (& quidem modicæ) petitione. Quanquam tales similesq; causæ pro conditione sua coram secularibus iudicibus meritò finem sortiri deberent.

83 Item, quum agricolæ autumni tempore uindemiare cupiunt, quemadmodum uniuersiq; adsit utilitatem facere licet. nihilominus tamen, si uindemia illa displicet spiritualibus (ut uocant) qui eo loci decimas possident, miseris inhibent agricolis, sub excommunicationis, nec non pecuniarum pœna, ne uuas colligant prius, quàm ipsi id permittant. Vnde euenit, ut sæpe pauperculi illi non paruo afficiantur damno, cum uuas suas, quas maximis expensis & laboribus per integrum coluerunt annum, uindemiare non audeant. Etiamsi illi interim uel frigore pereant, uel etiam marcescere incipiant, tantummodo ob decimarum lucrum iniquum, sæpius etiam ob iuuidiam detestandam. Quæ ambo contra iura sunt diuina, fas, & omnem pietatem, ac ideo meritò aboleri debent.

Vt Ecclesiastici synodis abutantur.

84 Nec minus molestum, graue, & Germanorum uulgo intolerabile est, quod synodales iudices pluribus in locis quotannis (id quod non nisi post annorum intercapedinem ut fieret, iuribus permissum est) obequitant, ac mitum, quid fictitiæ iurisdictionis, aut superioritatis exerceant. Hoc interim constat, simplici populo hac uia, necessaria subtrahi alimenta. neq; talis peragratio eo fine et ordinatione, qua summis Pontificibus instituta est, obseruatur. Nam pro pœnis & correctionibus, quibus facinorosos & criminum fontes à uitijs deterrere deberent, pecuniam præsentem & numeratam, & quicquid deniq; eis in lucellum cedere potest, exigunt. Id quod in superioribus etiam partim memoratum est.

De Canonicis cathedralium & collegiatarum Ecclesiarum parochis, reliquisq; religiosis personis: & primùm, quòd iniquis nexibus Episcopi & prælati à suis abstringantur Capitulis.

85 Illicitum est & hoc, planeq; iniquum, quod Canonici Ecclesiarumq; cathedralium præeminentiores, quorum in manu potior Ecclesiasticorum iudiciorum, synodorum, ac censuratum pars sita est, reliquiq; collegiatarum Ecclesiarum Canonici, quibus eligendi superiorem potestas est, nullum in Episcopum, seu prælatũ eligunt, nisi le prius iureiurando astrinxerit, planeq; deuouerit: literis quoq; interdum, instrumentisq; ligalo probè munitis cauerit, ipsis ipsorumq; ordinatis iudicibus ab officialibus in nullo utcunq; grauj, uel inhonesto, intolerabiliq; proposito, se contrarium fore. Ac si quando eos delinquere contigerit, impunè eis per ipsum ut hoc sibi liceat.

De non ferendis ultra oneribus, quibus misera plebs pro Sacramentorum administratione grauatur.

86 Pleræq; item parochiales Ecclesiæ, monasterijs, prælatis, alijsq; Ecclesiarum curatarum rectoribus, incorporationis (ut uocant) seu alio quopiam iure, subditæ sunt, quas etsi ipsi iuxta Canonum constitutiones, per se prouidere teneantur, ubi alijs eloca nt gubernandas, beneficiorum dotem, ac decimas, plerunq; sibijpsis reseruant, & præterea tam enormibus absentiarum pensionibus grauant, atq; onerant, ut conducticij isti parochi, eorumq; uicarij, uiceplebani, sacellani, coadiutores, cæteriq; conductarum Ecclesiarum administratores, competentem sustentationem, decentiaq; alimenta inde habere nequeant. Quo fit, (nam unde conducticij isti pastores & mercenarij uiuant, habeant aut oportet) ut illicitis exactionibus, locatas sibi ouiculas, miserè deprædent, dilanient, omnemq; substantiam tantum non absumant. Postquam enim altaris, baptismiq; Sacramenta administranda sunt, primus, septimus, tricesimus, anniuersariusq; dies peragendus, auricularis confessio audienda, mortui sepeliendi, et quicquid deniq; reliquum est, quod ad uitã functorum cęremonias obseruandas operæpretium arbitrantur, id gratuitò faciunt nequaquam, sed tantum exigunt, extorquent, exugunt, quantum misera plebecula uel cum summo suo dispendio præstare difficulter potest: tales q; exactiones usq; ad summum indies augent, atq; accumulant, nonnunquam quoq; excommunicationis fulmine ad soluendum adigunt: plerosq; etiam, quibus per inopiam non licet ad celebranda uita functis obsequia, anniuersarias, & alias eius farinæ cæremonias, compellere conantur.

Vt ob Missas cantandas & legendas, pecuniam exigant.

87 Neq; hoc præteriri potest, quum non minimum sit, quo Germani premantur, qd sacerdotes, unius diei Missas, ad quas aliàs fundationis, seu annuę recordationis iure celebrandas obligantur, non semel, sed quater, quinquies, pluries ue uenundant, unaq;

Missa

A missa duobus, tribus, aut pluribus Ecclesiasticis beneficijs satisfacere præsumunt.

Quo pacto parochi, à suis parochialibus subditis, ubi, domicilium mutare uoluerint, pecunias emulgeant.

88. Item, si cubi curatę Ecclesiæ subditus domicilium matrimonij, seu alterius cuiuspiam negotij causa, in aliam transferre parochiam, animo secum uolutat, non prius migrandi licentiam à parocho impetrat, quàm ubi pro testimonialibus literis aureum numeratit nummum: quem si soluere uel nolit, uel egestate pressus non possit, Sacramentorum interdicto, donec satisfecerit, mulctatur. Ex hoc itaq; ac cæteris suprà tactis oneribus & grauaminibus, facilè deprehenditur, mirumq; in modum emicat, quòd omnia
B Romanæ Ecclesiæ Sacramenta his qui opibus abundant, auro uenalia sunt: reliquis uerò quibus minimum suppetit nummorum, et iniquus est Plutus, ille diuitiarum deus, non impartiuntur, sed penitus denegantur.

Quemadmodum sepulturæ ius quibusdam mortuorum cadaueribus, magno sit ære redimendum.

89. Papalibus statutum est canonibus, ut his duntaxat publici iuris Ecclesiastica denegetur sepultura, quos manifestis & planè notorijs, mortalibus (ut uocant) peccatis, ex communi hac mortalium sorte, absq; Dominici corporis, sanguinis ue participatione migrasse compertum sit. Verùm Ecclesiastici non animaduersis talibus Pontificum decretis, forte fortuna, aqua suffocatos, gladio, ruina, uel incendio occisos, iugulatos, atq; ut
C ta casu functos, etiamsi non pateat, peccatis mortalibus obnoxij decesserint nec ne, in Ecclesiasticam tumulare sepulturam non permittunt, quousq; tam iniquo fato, mortuorum uxores, liberi, amicive ab ipsis cœmiterium non modico ære comparauerint.

Vt plerisq; Ecclesiastici, uitam laicam, planeq; rixosam agant.

90. Nec minus etiam Germanis molestum est, quòd potior parochorum, sacerdotum, monachorum, aliorumq; Ecclesiasticorum pars, in diuersorijs, stabulis ac choreis, populorum turbis, se immiscent: in plateis item habitu minus decenti, utputa gladijs, uestibusq; ludicris: præterea rixis, iurgijs, litibus, altercationibus laicos ad iram, & consequenter ad arma prouocant, uulnerant, nonnunquam etiam cõfodiunt. Dein excommunicationis fulmine miseros illos laicos, uel quos læserunt, eò usq; diuexant, quousq;
ad libitum suum laici se cum his composuerint.

91. Item in locis plerisq; Episcopi, &
D eorum officiales non solum sacerdotum tolerant concubinatum, dummodo certa persoluatur pecunia, sed & sacerdotes continentes, & qui absq; concubinis degunt, concubinatus censum persoluere cogunt: asserentes, Episcopum pecuniæ indignum esse: qua soluta, licere sacerdotibus, ut uel cœlibes permaneant, uel concubinas alant. Quàm res hæc sit nephanda, nemo non intelligit.

Quo pacto nonnulli Ecclesiastici publicas exerceant tabernas, & illicita corradant lucra.

92. Ecclesiastici item, potissimum in his locis ubi iurisdictionem habent, in templorum dedicationibus publicas exercent tabernas, suisq; sacellanis & sacerdotibus taxillos, chartulas lusorias, & quicquid ad ludum pertinet, coniuuis administrare, ac omni sepposito pudore illicitum inde percipere lucrum student, idq; superioritatis quodam iure sibi licere asserunt. Quanquam Pontificum canones, Imperatorum leges, omnesq; omnium prouinciarum magistratus uetent, ne Ecclesiastici ita à decoro et honesto deuient, ut his se inuoluant negotijs, circa quæ uix laicos occupatos esse decet.

Quomodo

Quomodo Eccleſiaſtici moribundis, ut ſuos & legítimos hæredes defraudent, perſuadeant.

93. Inter cætera etiam hoc obticendum eſt nequaquam, quum non minimum ſit onus, quo Germani grauantur, quòd regionum peruagatores, quos uulgò Terminatios ac Stationarios uocant, monachi & ſacerdotes, infirmos, animamq; iamiam agentes, ac præſertim eos, quibus æs eſſe in ciſta norunt, temporalibusue bonis abundare compertum habent, blandiloquentia, adulatione, uerbisq; uenuſtulis (ut ad peſsima quæq; hoc genus hominum ſemper plus æquo inſtructum eſt, atq; paratum) adoriuntur, circumueniunt, perſuaſionibusq; fictitijs eò tandem adducunt, quòd ſibi potiorem & peculiarum & bonorum partem in teſtamentis legant. Qua re liberi agnati, ac cognati, reliquiq; ſui & legitimi hæredes, quibus potius tota hæreditas illæſa relinquenda erat, contra omnem æquitatem, mirum qua iactura adficiantur, interdumq; ad miſeriam uſq; adigantur.

Quibus medijs innumeram pecuniæ ſummam, mendicantium ordines Romam importent, uirginumq; ueſtalium monaſteria moleſtent.

94. Quum nemini dubium ſit, his qui iure experiri uolunt, pecunia, eaq; non modica opus eſſe, & pleriq; mendicantium ordinum regulis addicti, multas cauſas atq; lites in iudicialem controuerſiam, non ſine magno ordinariorum, parochorum, atq; locorum detrimento, contra phas nephasq;, imò nulla omnino neceſsitate exigente Romam pertrahant: tribus inſuper eorum generalibus, quos uocant, Cardinalicij galeri dignitatem, innumera (ut fertur) pecunia comparauerint: non parum timendum eſt, ne non præfati mendicantium ordinibus ſubiugati, multa ſacrarum uirginum, & præſertim ea, ubi ſe ſolos dominari norunt, monaſteria, in quibus Principum, Comitum, Baronum, nobilium, ac ciuium liberi frequenter uitam uiuunt, pecunijs expilent, ac depeculentur: & eis dehinc, quibuſcunq; alijs modis, interitus, perniciei, moleſtiarum, uariorumq; incommodorum radix atq; origo ſint. Interimq; miſerè captiuas moniales, ſub perpetui pœna carceris adigant, ne cuiquam alij, quo ſecũ pacto agant, manifeſtent: id quod quibuſdam in locis plus nimio, proh dolor, compertum eſt.

Quibus uerò pharmacis huic morbo mederi poſsit, cogitandum relinquitur. Num præſtaret, quòd uirginum monaſterijs, ac mendicantium ordinibus, in meri ac mixti imperij iuriſdictionibus ſitis, quibus hactenus per iuriſdictionum magiſtratus ac potestates nulli præfecti eſſent curatores, ſeu diſpenſatores, duo, ætate, moribus, ac probitate perſpicua præſtantes uiri, unicuiq; tali monaſterio ſeorſim præficerentur, qui omnibus eorum communibus computationibus, acceptorum uidelicet & expenſorum intereſſent: quibuſcq; curæ eſſet, ne in poſterum prædicta uirginalia cœnobia, à mendicantibus monachis, eorum non neceſſaria præſentia, uel quocunq; alio modo grauarentur. Qua una re proculdubiò efficeretur, quòd dictorum monaſteriorum annui fructus, cenſus, redditus, indies augerentur, monialium perſonæ in magnum uſq; excreſcerent numerum, & ſic multò melius, uberius, utilius, quàm ſi ipſarum pecunia uel Romam, uel in alium quempiam locum indecentem conferatur, ſuſtentari poſſent.

De Romanorum Pontificum Legatis & Oratoribus, nec non Comitibus (quos uocant) Palatinis.

95. Accidit aliquando, quòd Legati & Oratores Romani, cum Papalibus (ut uocant) facultatibus in Germaniam mittantur: qui talium facultatum uigore & prætextu, libertos uulgò conceptos, naturales, baſtardos, ſpurios, damnato ex coitu prognatos, alioſq; qui contra Chriſti inſtituta, legumq; ſanctiones in mundum editi atq; expoſiti ſunt, legitimos efficere, & ad quoſcunq; actus legitimos, idoneos reddere, ad ſucceſsiones item cum legitimis & naturalibus liberis habiles facere & admittere, omnium denique ſtatuum

A ſtatuum ac dignitatum capacitatem tribuere conantur. Cuius tamen rei, in Romani Imperij territorio, nullam omnino habent poteſtatem. Nec parum inde litium, iurgiorum, errorum, controuerſiarum, offendiculorumq; , in ſacrolancto Romano imperio oritur, quòd ex non conceſſo coitu concepti, cum legitimè editis ad patem admitti debent ſucceſsionem. Quam rem ut nimium Germanis moleſtam, Imperij ordines tolli, amoueri, penitusq; aboleri ſummopere petunt.

96 Pati præterea modo à Romana ſede iam dictis Legatis, uice comites Palatini ſufficiuntur, ſimili poteſtate legitimandi, ad ſucceſsionem admittendi, & omnia ad inſtar legatorum, quorum iam antè mentio facta eſt, efficiendi, nec non notarios creandi. Qui tamen uicecomites adeò ſunt inidonei, adeò inhabiles, adeò literarum ignari, adeò deniq; rerum inexpertes, ut minimum etiam, quod ad Notariatus artem pertineat, ignorent. Vnde non immeritò ſubſequitur, quòd multò ineptiores, quàm ipſi ſint, creent Notarios: ut ſemper dignum, quod in prouerbio eſt, contingit patellę cooperculum. Quod ipſum Imperij ſtatus, abrogari efficacitim togitant. Præfati item Apoſtolicæ ſedis nuncij & legati à iureiurandis, pactis, obligationibus abſoluere, & ſic abſolutos ad agendũ de nouo reſtituere moliũtur. Qua una re æquitati fideiq; humanæ nihil eſt aduerſum magis.

97 Conantur inſuper beneficia quæ patronatus iuri ſubſunt conferre, & ſic patronis tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus in iuribus ſuis derogare, penitusq; eos priuare, quod etiam meritò abolerur.

Vtriuſq; ſexus religioſi, in ſuorum monaſteriorum, clauſarum, fundationum, aliorumq; conuentuum, commodum, ſucceſſores ſecularibus: quum ipſi uiciſsim ab illis ad hæreditates neq; uocentur, neq; admittantur.

98 Neq; hoc Germanicorum grauaminum poſtremum eſt, quamuis ultimum hic
C ſortiatur locum. mos non amplius ferendus hactenus inoleuit, paulòq; altius quàm patet, radices egit: uidelicet quòd monachi, moniales, Beguttæ, Beghardæ, Nolhardi, Conuentus, & quicunq; tandem ſunt, qui ſe religioſos, & à populatibus ſegregatos profitentur, parentibus, conſanguineis, agnatis, ac cæteris amicis in hæreditarijs bonis aliquando in partem, nonnunquam in totum ſuccedunt: at uiciſsim eorum cognati, ſeu neceſſarij laici, à prætactis religioſis, ad ipſorum hæreditates adeundas, non ſolum non uocantur, ſed nec admittuntur quidem. Quod Germanis & graue & moleſtum, iniuſtum etiam, ac non diutius tolerandum onus eſt. Eapropter neceſſatiò ac ſumma prudentia curandum eſt, ut deinceps nemo ſe memoratorum religioſorum uotis uel aſtringat, uel addicet, niſi prius ea de re ciuiles magiſtratus certiores fecerit: quorum præſentia, authoritate, & conſilio religionem ingredi uolentibus, à parentibus & amicis, iuxta
D cuiuſq; fortunam ac facultates mediocriter prouideri debet, ut habeant, unde cõmodè in monaſterijs uiuere poſsint. Ea tamen lege, eo pacto & conditione, ut omnibus hæreditatibus, omnibusq; parentum, fratrum, ſororum, cognatorum, cohæredum, ac quorumcunq; aliorũ ſucceſsionibus renuncient in animumq; nequaquam inducant ſuum, ſe in poſterum hæreditario iure quicquam nedum ſperare, tantum abeſt ut conſequi ſe poſſe putare queant. Idemq; cum his qui iam olim religioſorum regulis ſeſe ſubiecerunt, fieri, à ſacri Romani imperij Statibus & petitur & cenſetur.

Quod & in proximè habitis Vuormaciæ comitijs, de hactenus memoratis grauaminibus tractatum ſit.

99 Potior item pars hactenus enumeratorum articulorum, Ro. ſedem. Archiepiſcopos Epiſcopos, Prælatos, Officiales, Eccleſiaſtica conſiſtoria, cæterasq; Eccleſiaſticas perſonas concernentium, Cæſareæ Maieſtati in proximo principum ac procerum Vormaciæ celebrato conuentu, à laicis Imperij columnis & ſtatibus, inſcriptis, non ſine ſupplicibus oblata eſt precibus, quo prædicta grauamina, æquitate, neceſsitate que ita poſtulantibus aboleat, atq; è medio penitus tollat. Quod ipſum non dùm

Archiepiſcop

Archiepiſcopis, Epiſcopis, reliquiſq; Eccleſiaſticorum ſtatibus in prædictis comitijs fa-
ctum eſt. At hucuſq; nihil uel immutare, uel emendare cœperunt. Eam ob rem ſeculares
Imperij ordines neceſſariò, urgentibusq; ex cauſis adacti ſunt, Papali ſanctitati ſuprà mo-
morata, ac nõ amplius ferenda onera, prout ſua ſanctitas, clementi, Chriſtiano, planeq;
paterno animi affectu fieri petijt, indicare: atq; ſupplicitèr rogare, quo prædicta grauа-
mina ſua ſanctitas emendet atq; è medio tollat.

Plura adhuc grauamina ob oculos uerſantur, indicatu maxi-
mè neceſſaria, quæ tamen breuitatis gratia
omittuntur.

100 Quamuis ſeculares ſacroſancti Romani Imperij ordines, longè grauiora, mul-
toq; plura adhuc haberent onera, quæ æquitate interpellante, indicanda forent: at ne iu-
ſtæ breuitatis modum excedere uideantur, iam recenſitis hoc tempore, reſeruatis alijs in
magis commodum tempus, contenti eſſe uolunt. Ea ſpe freti, ea fiducia nixi, ubi hâc-
nus enumerata abolita fuerint grauamina, quòd & reliqua unà corruitura ſint.

Henricus Primus Rex Angliæ.

CIrca annum Domini 1100. maximæ fuerunt contentiones Papis cum Imperato-
ribus Henrico quarto & quinto, de inueſtituris Epiſcoporum & Abbatiarum: id
eſt, de iure conferendi eas dignitates. Nam cum antè ſine controuerſia id ius penes
Cæſares ac Reges eſſet, tunc Gregorius VII. & Paſchalis II. id ad ſeſe pertraxerunt, etiam
conciliabulis quibuſdam Romæ celebratis. De hac controuerſia alibi dictum eſt: ſed
idem planè certamen etiam in Anglia Eccleſias perturbauit. Nam Anſhelmus Archiepi
ſcopus Cantuarienſis cœpit reſiſtere Henrico primo Angliæ Regi, impediens eius inue
ſtituras, nolensq; illis Epiſcopis & Abbatibus, qui ab eo confirmati erant, cõmunicare.
Teſtatur uerò Simeon Dunelmenſis monachus, huius hiſtoriæ author, ius illud inueſtien
di ſeu confirmandi Epiſcopos & Abbates, priùs in Regum Anglicorum poteſtate fuiſſe:
quin & patrem ac fratrem huius Regis Guilhelmum nomine, illud ius antè poſſediſſe.
tametſi & illi (Guilhelmus uocabatur) id Papa, ac iſte ipſe Anſhelmus extorquere ſit
conatus.

Hinc apparet, quomodo Antichriſti ſanctitas (non enim auſim dicere tyrannis) quotidie magis ac magis creuerit, & per orbem terrarum ſeſe extenderit. Cæterùm anno Domini 1103. teſte prædicto hiſtorico, ortum eſt maximum diſſidium inter Regem & Anſhelmum Cantuarienſem, idq; uſq; ad annum 1107. perdurauit. Eo porrò anno con-
gregata eſt Lincolniæ magna ſynodus Epiſcoporum, prælatorum, & cleri corum totius Regni, fuitq; de aſſenſu omnium commodè concluſum. Verùm ubi Paulo pòſt Anſhel-
mus fidelis Papæ miniſter, & turbarum author, mox omnia ſuſq; deq; peruerit & euer-
tit. Quare manſit aliquandiu ea contentio de iure inueſtiturarum, ſeu confirmationis Epiſcoporum, ut etiã ex contentione Henrici ſecundi & Thomæ Cantuarienſis appare-
bit. Sed quàm uaria, longa, & tantum non exitialia Angliæ certamina de inueſtiturarum ibi alijsq; rebus fuerint, audiemus poſtea ex Matthæo Pariſ. cuius excerpta quædam huic noſtris inſeremus.

Henricus II. Rex Angliæ.

CIrca annum Domini 1165. Henricus ſecundus uidens Epiſcoporum aliorumq; præ-
latorum, & cleri potentiam nimium creſcere in Anglia, eosq; etiam Papæ iura-
mentis ac iuribus à ſe alienari, atq; ita Regiam potentiam ac maieſtatem penitus
debilitari & uileſcere, inſtaurauit ueteres quaſdam conſuetudines ac iura regni ſui, quas
antiqui Reges in uſu habuerũt. Eas ille appellauit Dignitates regni, quòd fortè ad regni,
R. q; M. dignitatem, potentiam ac authoritatem tuendam erant neceſſariæ. Inter illa
uerò

A uerò iura etiam fuit, ut Episcopi & prælati iurent Regi suo fidelitatem, pollíceanturq; se
pro uitibus defensuros eius uitam, dignitatem, potentiam, & totius regni publicam uti-
litatem. Hoc iuramentum iurauit primum, sicut & alia omnia regis iura, Thomas Beket
Cantuariensis Archiepiscopus, qui postea inter diuos est relatus, totius Angliæ primas.
Verùm postea cœpit de tanto peccato pœnitentiam agere, à Papa absolutionem petere,
et acerrimè talia iuramenta tanquam prorsus impia damnare. Quare Rex hominem peri-
ro iratus, priuauit eum omnibus suis rebus, ac in exilium pepulit: tametsi ille prius clàm
ultro aufugerit, exulauitq; quinquennio in Gallijs.

Litigatum diu est inter Regem ac Episcopum, etiam Romæ, ubi studio causa pro-
ducebatur: & iam huic, iam illi malè minabatur Pontifex Alexander II. quo eos subin-
B de argento emungeret: sicut Cantuariensis grauiter queritur in suis epistolis, præsertim
in ea quam ad Moguntinum Archiepiscopum scribit, ubi prolixè queritur, matrem Ro-
mam esse factam meretricem, & pro mercede prostituram esse. Fauebat Cantuariensi
Gallus, ut scilicet & ipse uicissim potentem aliquem proditorem in regno Angliæ habe-
ret. Sperabat etiam, Regem ex sua filia sobolem procreaturum: ac Cantuariensem, cuius
C est coronare Reges, si restitueretur, illi potius suo nepoti, quàm puero ex priore uxore na-
to fauturum. Quarè mittebantur sursum ac deorsum multæ legationes, magnoq; studio
rixa fetuebat. In illis legationibus fuit etiam M. Gratianus Decreti collector, legatus Pa-
pæ, & Petrus Lombardus, legatus Cantuariensis, duo columina religionis Antichristi
Romani: item Ioannes Oxenforde, legatus Regis Henrici, cuius etiam quædam scripta
extare putantur. Tandem uerò cum Papa nil amplius corruptorij Argenti speraret, & à
Cantuariensi alijsq; Episcopis Gallicis et Anglicis edoctus esset, eam obligationem non
tam in unius Cantuariensis perniciem, quàm in omnium prælatorum, & præcipuè ip-
sius Papæ, ex cuius iuramento ac obligatione regio iuramento eximantur, pronunciat
D secundum Episcopum, eumq; liberum illis obligationibus iubet in integrum restitui.
Quod & factum tandem est. Timebat enim Rex excommunicationem Papæ, ac inter-
dictum: qua occasione metuebat, ne sui proceres nouas aliquas turbas concirent, Gal-
loq; se adiungerent. Verùm cum Cantuariensis esset iam restitutus, nec tamen adhuc
quiescere posset, aut illos absoluere uellet, quos prius, quod Regi contra se fauerant, ex-
communicauerat, iussu Regis interfectus est.

In hac uerò tota historia præcipuè illa uerba Cantuariensis ex prolixa epistola ad
Alexandrum II. obseruanda sunt. Dicit enim, id actum esse à Rege & suis in illa contro-
uersia, ut uigerent consuetudines (uerba eius sunt) aut potius abusiones ueterum tyran-
norum (id est, Regum Angliæ) Ro. Pont. nesciretur in Anglia. & sponsæ Christi priui-
legia (id est, nimia licentia Epicureorum sacrificulorum) sine reparationis spe deleren-
tur. Hinc enim intelligitur primùm, illas consuetudines seu iura non fuisse noua, sed etiã
ueteribus Regibus usitata. Deinde, tum illos uetustiores Reges, tum hunc Henri-
cum secundum id sedulò egisse, ut Romani pontificis tyrannidem & expilationes, cle-
ricq; nimiam potentiam, opes, ac licentiam, quæ illi priuilegia uocant, nonnihil cohibe-
rent, ne Regiam potentiam ac dignitatem tantopere debilitarent & coarctarent.

Idem sanè & Gallici ac Germanici Monarchæ sedulò egerunt, ut alibi in hoc libro
dictum est, & dicetur: sed frustra. Quia, ut Daniel inquit, Antichristo succedere debebat,
quoad ira Dei super populum suum finiretur. Hinc ergo iudicent rectè sentientes, an me
ritò hic contemptor superioris potestatis sit canonizatus. Hanc historiolam ex epistolis
quibusdam, una cum alia membrana ex Anglia Noribergam allatis, bona fide excerpsi.
Vide Balæi catalogum scriptorum Anglicorum. Sæpè enim in pluribus nominibus fa-
cit istius idoli Thomæ mentionem, dicitq; eum etiam propterea, illas turbas conciuisse,
quòd Rex uolebat punire clericos, qui tunc illic immaniter cædibus & libidinibus gras-
sabantur. Verùm hunc præclarum martyrem contendisse, pertinere ad priuilegia Eccle-
siæ, ne Rex tactos & unctos attingeret.

Cæsarius libro Dialogorum 8. cap. 69. dicit, Quadragesimo octauo anno post

mortem huius seditiosi nebulonis, disputatum esse Parisijs inter Magistros, an damnatus uel saluatus esset: ac Rogerum quendam Normannum dixisse, eum fuisse dignum morte, propterea quòd contumax fuisset erga Regem, Dei ministrum. Verùm alios dixisse, eum meritò inter martyres referri, quia pro clero mortem obijsset. Ita habes Christiane lector, Papistarum regulam: eos esse bonos ac pios, qui pro utilitate ac dignitate sacrificulorum, contra reliquum Christianorum cœtum sedulò laborant ac pugnant. Balæus multos præclaros uiros nominat, qui contra istum Beketum scripserint, aut qui eius causam improbauerint, Regemq; defenderint: ut, Ioannem Oxenforde, Gilbertum Foliot, Ioannem Pictauiensem Episcopum, & alios. Quin & Petrum Blesensem, eius arrogantiam improbare solitum, testatur. De Henrici potrò secundi uita ac laudibus, uide Petrum Blesensem in epistola ad Gualterum Panormitanum Episcopum, & Balæum. Sed adscribam locum Blesensis.

Non sicut alij Reges (inquit) in palatio iacet, sed per prouincias currens, explorat facta omnium: illos potissimum iudicans, quos constituit iudices aliorum. Nemo est argutior in consilijs, in eloquio torrentior, securior in periculis, in prosperis timidior, constantior in aduersis. Quoties potest à curis & solicitudinibus respirare, secreta se occupat librorum lectione, aut in cuneo clericorum aliquem nodum quæstionis laborat euolute. Regibus alijs longè eruditior est, urbanior, munificentior. Ad pacem populi pertinet, quicquid cogitat, quicquid loquitur, quicquid agit. Nullus sublimior, nullusq; magnificentior inuenitur. Pater eius, potentissimus & nobilissimus Comes, fines suos amplissimè dilatauit. Sed iste patris facultatibus superaddens, in fortitudine manus suæ ducatum Normanniæ, ducatum Aquitaniæ, ducatum Britanniæ, regnum Angliæ, regnum Scotiæ, regnum Hiberniæ, regnum Galliæ, paternæ magnificentiæ titulos inæstimabiliter ampliauit. Quadam enim diuinitatis imagine semper ambiuit opprimere saluos, oppressos erigere, & aduersus superbiæ tumorem exitiales suscitare molestias, &c.

Richardus Rex Angliæ.

Circa annum Domini M. CC. regnauit in Anglia Richardus Rex. is teste Engelhusen, admonitus fuit à quodam sancto sacerdote, Sulkone, ut filias suas nuptui daret, ne eum Deus adhuc grauius puniat. Cumq; ille negasset se ullas habere filias, respondit Sulco: Imò tres, easq; pessimas habes: superbiam, auaritiam, & luxuriam. Quare consentiens Rex, conuocatis suis proceribus, dixit: Do superbiam templarijs & hospitalarijs, auaritiam monachis, & luxuriam Ecclesiasticis prælatis cum clero. Vnde apparet, quid & illi homines de clericorum probitate ac pietate senserint.

Rupertus Episcopus Lynconiensis.

Rvpertus Episcopus Lynconiensis, uixit circiter 1250. id est, ante annos 300. Habuit quasdam contentiones cum Papa, noluit admittere quendam Papæ amicum ad canonicatum Lynconiensem, propter inscitiam. Balæus scribit, eum etiam restitisse Papæ expilationibus, Angliam deglubentis, fuitq; ideo à Papa excommunicatus: quam excommunicationem adeò constanter contempsit, ut & mortuus in ea fuerit. Disputat, Papam nihil contra iustitiam ueritatemq; posse: imò cum id faciat, peiorem eum Lucifero & Antichristo esse. Tandem à Papa ad curiam citatus, & iniustè damnatus, ab eo appellauit ad Christum: ac narrat Cistrensis lib. 7. teste Huss, & quidam alij, quòd obeunte Lynconiensi, audita sit uox in curia Papæ, clamans: Veni miser in iudicium Dei. repertusq; sit sequenti die Papa in lecto exanimis, ac liuida in eo plaga, tanquam si fuste percussus fuisset. Fateor autem, non posse me ordine totam eius historiam recitare, nec id iam ago: sed Matthæus Paris historicus Anglicus, qui circa ea tempora uixit, testatur, eum uoluisse anno Domini M. CC. XXX. suum clerum ac prælatos reformare: uerùm illos impetrasse à Papa literas, quibus ab eius iure in ea parte libertatem tutur. Quare profectum eum esse Romam, ac cum Papa acriter expostulasse uerùm frustra.

Papam

A Papam enim respondisse, eum quidem suæ conscientiæ ac officio satisfecisse, quòd suos reformare noluerit. Quare non esse quòd amplius tristetur, aut queratur. Nam quòd ipse Papa aliquid cum aliquibus dispensauit, se de eo coram Deo rationem redditurum. Atq; ita illum Episcopum re infecta, consumptis multis pecunijs, uexataq; senectute in tam longo itinere, quasi cum quodam dedecore domum redijsse.

Verisimile mihi est, in hac profectione eum sequentem concionem habuisse. Nam Hussus recitat partem cuiusdam concionis huius boni uiri, quam coram Papa habuit, in suo Sermone de Pace: quæ, quia non extat impressa, integra hic à me describetur, cum præsertim haudquaquam indigna sit, quæ publicè legatur. Sic igitur incipit, ut & Hussij uerba adscribam:

Magnus doctor Robertus Lyncolniensis Ecclesiæ Episcopus, in Sermone quem fecit coram Papa, loquitur his uerbis: Et quæ inconsolabiliter lugendæ coarctionis &
B imminutionis, ac per hoc dilatationis complementi regni cœlestis causa in promptu est, bonorum uidelicet pastorum defectio, & malorum multiplicatio. Vnius enim una est causa, & oppositorum causæ oppositæ. Vnde cum boni pastoralis libertas causæ fuerunt dilatationis fidei, & religionis Christianæ: necessariò e contrà coarctionis & imminutionis eiusdem fidei & religionis sunt, pastores mali & eorum multiplicatio; & poccestatis pastoralis repressio. Et quia boni corruptio, est mali oppositi generatio, maliq; pastores sunt causa corruptionis fidei & religionis Christianæ, necessariò ipsi sunt causa infidelitatis, schismatis, hæreticæ prauitatis, & uitiosæ conuersationis per orbem uniuersum. Ipsi enim sunt secundum uocem prophetalem, portionis Domini deliderabilis in desertum solitudinis datores, omnis terræ desolatores, & gregis Domini dispersores, dilaceratores & dissipatores, uineæ Domini depastores & demolitores, & pollutionis super omnem terram effusores.

Nec mirum. Non enim annunciant Christi Euangelium, uerbo oris ueniente de
C uita cordis, zelo uidelicet salutis animarum auctо, roborato, & consummato exemplo operum, operibus Iesu Christi ut possibile conformium: ac per hoc secundum legislatores & Prophetæ testimonia, ipsimet in seipsis sunt mortui, & animarum curæ suæ commissarum occisores & mortificatores: ac per consequens, cum principale opus Christi, propter quod ipse uenit in mundum, sit animarū uiuificatio: & satanæ opus proprium, & maximè ab eo inuentum, utpote homicidæ ab initio, sit animarum occisio & mortificatio: ipsi pastores personam Iesu Christi induti, uerbum Dei non annunciantes, & si non superadderent malicias alias, sunt Antichristi, & satanas transfiguratus in Angelum lucis, fures et latrones, mactatores ouium, et perditores, facientes domum orationis speluncam latronum: superaddunt autem & omne genus præuaricationis, ut iam non sit super quo percutiat eos Deus ultrà. Superbia enim eorū manifestissimè ostendit semper, nec nō cupiditas & auaritia, ut iam completa sit uox prophetalis, qua dicitur, Quòd
D unusquisq; declinat ad auaritiam suam, à summo usq; ad nouissimum, lucrum auaricię sectantes in hoc nescientes saturitatem. Indeq; effecti sunt uiduarum deprædatores, pupillorum direptores, crassi quidem in grege occisores, pellium gregis desuper carne eorū, & carnium eorum desuper ossibus eorum uiolenti ablatores, & ossium confractores & concisores, sicut in lebete sanguinis effusores. Insuper luxuriosissimi sunt, super omnes fornicatores, adulteri, incestuosi, omni genere gulositatis summè gulosi: & ut breuiter transeatur, omni genere flagitij, facinoris, abominationis, & nouæ in his adinuentionis, sicut dicunt Prophetæ, coinquinati, Deo & curiæ cœlesti summè abominabiles & odibiles effecti. Quia per ipsos nomen Dei in omnibus gentibus blasphematur.

Cumq; pastorum conuersatio gregis sit libera doctrina & instructio, ipsi sunt eui-
dentes magistri malorum omnium: & quomodo non tunc hæretici maximè, cum uerbum operis efficacius suadeat uerbo oris, & cum ex officio ipsi sint generationes iu-
tam æternam, quomodo sic abutentes hac ingenerativa, non sunt consonantes uerbis Prophetarum, corporalibus illis Sodomitis peiores et abominabiliores, præsertim cum melioris uirtutis peior & abominabilior sit abusio? Ipsi etiam pastores sunt ex officio

lux & sol mundi, ipsum illuminans & uiuificans. E contrario autem facientes, prolicet densissimas tenebras effundentes, et pro calore uitali frigus corrumpens & mortificans, manifestissimè sunt mundi totius proditores. Sed quæ est huius mali tanti peior & originalis causa, fons & origo? dicere uehementissimè tremisco et expauesco: silere tamen non audeo, ne incidam in illud Væ Prophetę dicentis, Væ mihi quia tacui, quia uir polluti labijs ego sum. Causa, fons & origo huius est hæc Curia, nō solum ex eo quòd hæc nos dissipat, & has abominationes nō purgat, cū ea sola hæc maximè possit, & ad hoc summè teneatur: sed eò amplius, quòd ipsa per suas promissiones, dispensationes et collationes, curiæ pastoralis tales, quales prætacti sunt pastores, imò mundi proditores, in oculis solis huius constituit.

Hæc per totum Lynconiensis Episcopus, in sermone quem exhibuit in præsentia Domini Papæ Innocentij quarti, & in presentia dominorum Cardinalium constitutis.

Hactenus ex Hussio partem sermonis Lynconiensis descripsi. Cęterùm Balęus in suo Catalogo testatur, eum sacerdotes, non Dei, sed hominum mandata docentes, solitum esse appellare Satanæ ministros, Antichristos, fures nocturnos, latrones diurnos, mortum corruptores, animarum carnifices, & angelos tenebrarum. Narrantur & miracula quædam eius: sed quia Papæ aduersarius fuit, non potuit, nec debuit (ut Papistæ loquuntur) canonizari, seu inter sanctos referri, utpote hæreticus & schismaticus.

Matthæus Paris scribit, hunc sanctum patrem paulò ante mortem lethaliter decumbentem, aduocasse ad se quendam monachum Ioannem de S. Egidio, uirum apprimè eruditū, eumq; grauiter accusasse, quòd ipse & alij monachi non aliquanto acrius Papæ expilationibus & tyrannidi resistant. Scribit quoq; idem, fuisse ei aliquando uenenum propinatum, sicut et multis alijs, Romanistarum opera: sed liberatum, Dei & diti medici beneficijs. Ad hæc idem Paris dicit, Papam uoluisse huius boni Episcopi cadauer effodi, eumq; per orbem terrarum pro ethnico & hæretico proclamari & diffamari. Verùm in ipso conatu extinctum, habita etiam quadam uisione irati Lynconiensis. Nimicum conscientiam & furias eius est prepessus.

Seualdo Eboracensis.

NOn multò post mortem Lynconiensis, est excommunicatus à Papa Romæ, & ab eius ministris in Anglia, Seualdo Archiepiscopus Eboracensis, ob eadem causas paulo antè expositas: ille scilicet, propterea quòd repugnauit tyrannidi & expilationibus Papæ. Mira enim, & planè incredibilia narrat Matthęus Paris historicus Anglicus. quàm miserè tunc Romanus Pontifex sit solitus Angliam non tam expilare, quàm deglubere, aut potius excoriare.

Verùm hic bonus Pontifex fretus causæ ac conscientiæ suę bonitate, exemplo Lynconiensis, Papam, eius que excommunicationem contempsit. Quare Papa permotus, sua fulmina iteratis uicibus in eum exasperauit. Sed adscribit historicus, quòd quanto ille magis è Papa maledicebatur, tantò magis à Deo & hominibus benedicebatur, Scribit & hæc de eodem idem historicus.

Seualdus Archiepiscopus Eboracensis, dum constanter contra Romanæ curiæ tyrannidem dimicaret, tribulationibus lacessitus expirauit. Hic in amaritudine animæ constitutus cogitauit, Papam ad multorū perniciem à Deo super Ecclesiam permissum, exemplo Roberti Lynclonensis prouocatus, & dolens inconsolabiliter, scripsit ad Papam breuiloquium quoddam, ut à consueta tyrannide temperaret, humilitatem sanctorum sequendo prædecessorum: ut et exemplo Petri pascat oues Christi, non tondat, non excoriet, non euiscereat, aut deuorando consumat. promouerat enim ad Ecclesiastica officia ignaros, ac linguæ Anglicanæ inexpertos, præcipuè Iordanū quendam Decanum. At Papa subsannans & contemnens omnia, maiorem concepit indignationē, tenuq; inclinari.

Epistola de extrema expilatione ac seruitute Angliæ per Papas effecta, ex ueteri codice descripta.

Eccle-

Ecclesiæ nobili Anglicanæ, in luto & latere ancillatæ, Petrus filius Cassiodori, miles Catholicus, pugil Christi deuotus, salutem, & captiuitatis iugum abijcere, & brauium accipere libertatis. Comparabo te cui, uel cui assimilabo te Ierusalem filia? cui exæquabo te uirgo filia Syon? magna enim est tua contritio. Velut mare sola facta es sine solatio, tota die mœrore confecta. Data es in manus eius, de quo non potes surgere absq; auxilio subleuantis. Nam Scribę & Pharisæi super cathedram Mosi sedentes, principes Romani hostes tibi in capite facti, sua phylacteria dilatantes, ambientes locupletari tuorum ossium ex medullis, grauia & importabilia in tuis & tuorum ministrorum imponunt humeris onera: & ultra quàm decet, te constituunt sub tributo, quæ libera fueras ab antiquo. Recedat abhinc omnis admirationis materia, quia mater tua nomina gentium, uiduarum more suo subdito desponsata tibi, ipsum in patrem constituit, & Romanæ urbis Pontificem summum prælegit, qui quòd ita sit, tibi in nullo paternitatis genere hoc ostendit. Super te quidem suas magnificat fimbrias, & expetimento edocet se tuæ matris esse maritum. Commemorat enim apud se Propheticum sæpe uerbum, quod est in scrinio pectoris sui sic digestum: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis uelociter, Spolia detrahe, citò prædare. Nunquid eum Apostolus, ad hoc constituendum, sic scribit: Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum? nõ ad spolia & rapinas, non pro annuis censibus imponendis, nec pro necandis hominibus, sed ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui etiam his condolere possit qui ignorant & errant. Et de Petro legitur piscatore, cuius se esse commemorat successorem, quòd post Christi resurrectionem cum cæteris Apostolis ad piscandi officium est reuersus: qui cum nihil in sinistra nauigij parte caperet, Christo iubente ad dexteram se conuertit, & in terram plenum magnis piscibus rete traxit.

Est igitur ministerium Ecclesiæ utile in parte dextera exercendum, per quod & diabolus uincitur, & eidem Christo copia animarum adducitur. Certè sic labor sinistræ partis nauigij non se habet: quia in eo fides titubat, dominatur tristitia, cum quod inquirendo appetitur, minimè inuenitur. Quis enim credat, simul et semel posse seruire Mammonæ atq; Deo? ac suæ uoluntati placere, & carnis ac sanguinis reuelationibus inhærere, & offerre Christo munera digna? Et dubio procul pastor qui supra gregis ædificationem non uigilat, aliunde rugienti leoni, quærenti quam deuoret, paratus iam. Vide in quam, facta inaudita nuncupatiui filia patris tui, qui bonos pastores à caulis ouium amouet, & suos nepotes, consanguineos, & parentes alios q; nonnullos literas ignorantes, & uelut mutos & surdos ouium earundem non intelligentes balatum, nec de morsibus luporum curantes, uelut mercenarios uellera auferentes, & metentes semina aliorum in ipsis, non ut prosint, sed ut præsint, constituit pro eisdem, quorum q; manus in cophinis set uiunt, & ipsorum dorsa ab onerib⁹ diuertuntur. Ex quibus liquet, quòd sacerdotium prætermittitur his diebus, obsequium diuinum subtrahitur, & eleemosynarum largitio adnullatur, per quod Regum, Principum & Christianorum sancta deuotio euacuatur.

Non ne debet in oculis omnium mirabile reputari, quod ubi Christus pro se & Petro Regibus solui iussit tributum, ipse regna et regnorum Principes contra uoluntatem illius, cuius dicit se esse uicarium, qui ab se regna & mundi iudicia abdicauit, suæ subijcere nititur ditioni, dominio sui styli, quia totũ sibi uendicat, quòd scripserat esse suum? De te, filia, quid plus agit? Ecce à te trahit quod libet: nec tamen reputat se contentum, si partem rerum tuarum decimam à te sumat, nisi primos fructus beneficiorum tuorum habeat ministrorum, ut tam pro se quàm pro suo sanguine nouum constituatur patrimonium, de eisdem abiectis pijssimis uoluntatibus fundatorum: & alia etiam execrabilia pro cursorum suorum stipendijs, quos transmittit in Angliam, iam imponit, qui non tantum tuum ac tuorum uictum auferant & uesturas, sed eorum pelles ac carnes lacerent uelut canes. Nunquid Nabuchodonosor Regi debeat comparari, qui templum Domini deuastauit, & uasis suis argenteis & aureis spoliauit? quod egerat enim ille, agit

& iſte. & ille domus Dei ſpoliauit miniſtros, & ipſam debito deſtituebat auxilio; hæc & hic facit. Certè melius eſt occiſis gladio, quàm fame aliqualiter interfectis; quia illi ſunt mortui ſtatim, & iſti ſiint à terræ ſterilitate conſumpti.

Compatiantur tibi filia, omnes tranſeuntes per uiam, quia non eſt dolor ſimilis ſicut tuus. iam enim præ dolore nimio, atq; effuſione tua nimia lachrymarum ſuper carbones, o facies tua denigrata ita, quòd non es cognita amplius in plateis, in tenebroſis te tuus præfatus ſuperior collocauit, inebriauit te abſinthio & felle. Afflictionem populi tui, eiusq; gemitũ audi. uide Domine, & deſcende: quia cor dicti uiri ſuper cor Pharaonis eſt nimium induratum, quem, populum abire liberum non dimittit, niſi in fortitudine manus ſuæ. non enim ſuper terram flagitat miſerabiliter, ſed poſt mortem; quia quotumcunq; Chriſtianorum bona ſub nomine tituli de inteſtatis conſiſtunt omnia, poſt deceſſum omnia deuorat. Etenim Eccleſia Anglicana, qualiter à retroactis temporibus, Francię in Regnum Angliæ ſuos concupiſcentiæ oculos dirigentes machinabatur, illud ſuæ ſubiecere poteſtati, ſed quod in ipſis hactenus defuit, eſt timendum, ne iugpleat prædicti uiri noua coniecturatio noui hoſtis: quia Regni deficiente theſauro, & eius deſtructo ſacerdotio, efficietur uerè Regnum impotentius contra hoſtes.

Ne igitur tua filia, tuiq; ſacerdotes in miſeriam deducamini longiorem, expedit ut pro tua & tuorum ſalute, quòd Rex tuus Chriſtianiſsimus & Regni potentes, qui amplisſimis beneficijs te ornauerunt, quiq; uos & beneficia huiuſmodi, haberent in hoc cara ſu tueri, reſiſtant coniecturationibus, conſpirationibus, arrogantię, ac ſuperbię dicti uiri, qui non Dei contemplatione, ſed pro præmiſsis & pro ſuis dirando parentibus, ac proximo ſuo, quia Aquilam exaltando per præmiſſa & alia impoſita per eundem, totalem pecuniam Anglicanam noui dominij genere iam compellit, ne diſsimulata in hac parte ſimplicitas Regni huius ſubuerſionem auferat, uelut tuam, & adhibeatur ſerò remedij tunc cautela. Auertat nempe Dominus uirtutum de corde uiri illius uelamen, ſibiq; contritum & humile largiatur: & agnoſcere eum faciat ueſtigia ueri Dei, per quæ à ſuis & tenebris euatur, & præmiſſos labores ſiniſtros dimittere compellatur: nec non & uinea quam plantauit Dei dextra, ſacræ fidei cultoribus repleatur. Animaduerte enim uerba Domini, & Prophetiam Ieremiæ, ad propulſandum huiuſmodi inchoata, quæ dicunt: Tu paſtor, qui Populum meum diſperſiſti, & eum de ſuis habitationibus eieciſti, ecce uiſitabo ſuper te tuorum maliciam ſtudiorum, nec erit uir qui ſuper ſolium Dauid de tuo ſemine ſedeat, nec qui in Iuda ultrà habeat poteſtatem. fiat nidus tuus deſertus, et ſicut Sodoma & Gomorra, taliter ſit ſubuerſus: qui ſi perterritus ex his dictis non deſtiterit ab incœptis, & reſtitutionem non fecerit de perceptis, pſallent pro eo ex tunc nequiter corde indurato pſalmum centeſimumoctauum, illi cui omnia ſeruiunt, aperiè ſingulis ſingulis diebus in Chriſto deuotiſsimi dicimus laudem.

Matthæus Pariſienſis.

MAtthæus Pariſienſis Anglicus hiſtoricus, floruit ante annos 300. et redegit in compendium hiſtorias Angliæ, ſeu præcipuos flores inde decerpſit. In eo opuſculo ualde multa narrat de grauiſsima Papæ tyrannide, qui miris artibus omnia Ecclesiarum iura, electiones, inueſtituras ſeu confirmationes ad ſeſe rapuerit: imò & quam mitis ac multiplicibus artibus Angliam penitus ſit deprædatus, expilauerit, & exuxerit. Narrat idem multa & de certaminibus ſcholæ Pariſienſis cum monachis, quæ ordine adſcribam, ſepoſitis minus ad ſcopum noſtrum pertinentibus. Ad ſcribam uerò etiam ipſa uerba prædicti hiſtorici, maioris fidei gratia. Dolendum uerò eſt, numeros aliquando eſſe corruptos.

Anno Domini 1094. Rex Angliæ non multum fauebat Eccleſiæ Romanæ; quia ſolito impudentius munera poſtulabat. Nullum igitur de ſuis permittebat Romam abire, allegans, quòd Petri ueſtigijs non inhærebant, præmijs inhiantes, nec eius poteſtatem retinerent, cuius ſanctitatem probabantur non imitari. Et paulo pòſt Romæ ſuæ Anshelmus, qui ex Regno Angliæ profugerat, concilij moderator, præſidente Vrbano, ed..is

A cuius consilio Papa inuestituras Ecclesiarum laicis ademit, & accipientes synodali auctoritate priuauit, aliisq; rudimentis Anshelmus Papam reformauit.

Anno 1095. Anshelmi prouidentia Vrbanus apud Clarum montem in Aluernia concilium tenens, hæc fecit statuta inter alia: Quòd Ecclesia Catholica sit in fide casta, & ab omni seculari seruitute libera, ut Episcopi uel Abbates uel clerici Ecclesiasticas dignitates de manu principũ non accipiant, neq; ab aliquo laicorum, sed tantum à Papa. Quòd qui cæperit Episcopũ, exlex fiat: & qui facti ordinis uiros, anathema: & qui monachorum uel clericorum bona acceperit. Quòd qui ad Ecclesiã uel crucem cõfugerit, immunitate gaudeat.

Emericus primus Rex, in coronatione promisit: Mortuo Archiepiscopo uel Abbate, nihil accipiam de dominio Ecclesiæ, uel de hominibus, donec successor in eam ingrediatur. Anshelmus redijt Regis permissione, ac sedem repetijt.

B Anno Domini 1012. Anshelmus concilium tenuit Londini in Ecclesia sancti Pauli, ad festum Michaelis, in quo decreta Romana de inuestituris publicauit, ne scilicet ullæ Ecclesiasticæ dignitates de manu laica susciperentur. Deposuit etiam quosdam Abbates, à Rege in eam dignitatem promotos. Et quoniam noluit consecrare quosdam à Rege institutos Episcopos, denuò factus est profugus: perduxitq; secum Romã à se degradatos Abbates, denuòq; ei pristinas dignitates intermediantibus muneribus impetrauit. Circa idem tempus maxima fuit Romæ inter Anshelmum & legatos Regis de inuestitutis contentio. Tandem Rex suo iure de inuestituris cessit, anno Domini 1017.

Anno Domini 1119. Anshelmus obijt post multa certamina, pro potentia ac opibus Papæ, & clericorum contra Regem suscepta.

Anno Domini 1128. Ioannes Cremensis Apostolicæ sedis Cardinalis, de licentia Regis Anglorum ueniens in Angliam, in Episcopatibus & Abbatijs perendinans, luxuriis & delicijs inhiabat. Et tandem metens ubi non seminauerat, cum multis donarijs C saginatus, ad natiuitatem beatæ Mariæ Londonijs solenne concilium celebrauit: in quo inter cætera, concubinas sacerdotum, & sacerdotes damnauit concubinarios. Tandem uerò in eodem uicio ipse legatus in delicijs crapulatus cecidit, ac compeditus & deprehensus, scandalum in Ecclesia non minimum suscitauit.

Anno Domini 1133. Rex Stephanus, inuestituras prælatorum sibi reseruat.

Anno Domini 1162. Thomas omnium primus fœlicitatem iurauit Henrico, Regis Henrici primogenito. Idem Thomas adhuc laicus eligitur in Archiepiscopum Cantuariensem, ab Episcopo Roffensi Gualtero. Sacerdos postmodũ ordinatus, habitumq; monachorum à Papa suscepit. Mariam inuocabat (ut integritati fauere uideretur) & Thomam Apostolum, quia in eius die in lucem primùm prodierat.

Anno Domini 1164. apud Clarendam, Ioanne de Oxonia præsidente, multa fiunt super inuestituris, officijs, & facinoribus cleri. Thomas Cantuariensis cum concessisset leges regias, & eas obseruare iuramento firmasset, ad se reuersus, facti pœnituit: ab D altaris officio se subtrahens, donec à pontifice Romano absolutus fuisset.

Anno Domini 1171. Thomas Cantuariensis occiditur. Rex Henricus Hiberniam ingressus, à clero & populo Rex salutatur. permisitq; postea ad Papam liberè appellationes fieri, & consuetudines contra Ecclesiæ libertates in irritum reuocari.

Gildebertus, Thomæ Cantuariensis indefessus persecutor, Ecclesiæ Londinensi restituitur.

Anno Domini 1176. ueniente in Angliam Petro Leone legato, concessit Rex, quòd nullus deceterò clericus ante iudicem secularem personaliter pro crimine traheretur: quòd Episcopatus uel Abbatia non tenerentur in manu Regis ultra annum. ut interfectores clericorum conuicti Episcopo præsente punirentur, & Ioannes Regis filius fit hæres Glouerniæ.

Anno Domini 1179. puer quidã apud Vuadescoch martyrizatur. Concilij generale Romæ celebratur, in quo inter cætera constitutum est, ut clerici continentes uiuant. Et si qui deprehensi fuerint in eo uicio laborare, quod est contra naturam, excommuni-

centur, & à clero abiciantur. Archiepiscopi in uisitatione sint contenti quinquaginta equis, Episcopi triginta, legati XXV. Archidiaconi VII. Decani II. nec stare compellantur Ecclesiastici laicorum iudicijs.

Anno Domini 1189. Baldeuuinus Cantuariensis, Galfrido Eboracensi electo Regis fratri prohibuit, ne ab alio quàm à se ordinem susciperet sacerdotalem, uel consecrationem Episcopalem. Et ne à quoquam redargui posset idem Episcopus, infinita pecunia uoti solutionem de peregrinatione à Papa impetrauit.

Innocentij tertij fauore exortum est in Italia nouum Prædicatorum genus, qui lacobitæ dicebantur: quia Apostolicam uitam cœperunt imitari.

Anno Domini 1198. surrexit dissensio inter Archiepiscopum & monachos Cantuarienses, propter Ecclesiam quam ad Lambetham ædificabat. Timebant monachi, ne sedem illuc transferret cathedralem, aduocatis monachorum loco secularibus sacerdotibus, in eorum opprobrium aut contemptum: præcipuè in contemptu sanctorum, quo tum plerique fuerunt monachi. Romam igitur profecti, Innocentio Papæ grauiter sunt conquesti, ære prodigaliter effuso: quod Papa non refutauit, quamuis esset collectum de pauperum oblationibus.

Vnde sequenti anno compulsus est Archiepiscopus, Pontifice imperante, Ecclesiam suam ignominiosè complanare.

Eo anno fiebant horrendæ tempestates. Papa Innocentius sub colore subuentionis terræ sanctæ, pecunias colligebat: hoc tolerantibus Regibus, ne qui indigebant, in pace suspecta, auxilio papali destituerentur. Quæ argumentosa extorsio per futuros eucnius Deo creditur displicuisse.

Anno Domini 1206. Ioannes Fetendinus legatus in Angliam ueniens, eamq; perlustrans, magnam pecuniæ summam congessit: & tandem ne nihil feciſſe in spiritualibus uideretur, Radingæ concilium celebrauit. Quo pacto sarcinulis cum magna cautela dispositis, festinus ac repentinus uictor Romam remeauit.

Anno Domini 1207. Romæ post multas hinc inde susceptiones de Archiepiscopo Cantuar. electos cassauit Pontifex, admisso Stephano de Langton Cardinali, quo pô erat in curia maior. Extunc ergo non potuit ei deesse Papa in omni tribulatione: quia creatura sua fuit, inquit Matthæus Parisiensis.

Anno Domini 1211. Innocentius Papa omnes à fidelitate ac subiectione Regis Ioannis absoluit: imò à mensa, consilio, & colloquio inhibebat, sub anathematis comminatione. Vnde fugientium ab eo maior pars diuersa morte interijt.

Papa Innocentius sententionaliter diffiniuit, ut Rex Ioannes à Regni solio deijceretur, iniunxitq; illud officium Regi Francorum in remissionem peccatorum: promittens ei, si id faceret, quòd iure perpetuo ipse & successores sui Angliæ Regnum possiderent. Scripsitq; ad alias nationes, ut cruce se signarent, pro uindicanda uniuersalis Ecclesiæ iniuria contra ethnicum. Accinxit se Rex Francorum, paratis nauibus ad pugnam, coronam Angliæ authoritate Papali adempturus: uenerunt q; cum illo omnes Episcopi & plures monachi Angliæ proscripti, cum clericis & laicis exulantibus, iactabantq; se habere omnium fere Angliæ magnatum literas, de conniuentia et fauore. Interim Angli ceperunt ex Francorum nauibus trecentas, frumento, uino, farina, carne, armis ac alijs rebus onerotatas, alijs iniecto igne combustis.

Anno Domini 1213. hæresis Albigensiũ dilatata, totã prouinciam cœpit maculare. Nicolaus Tusculanensis legatus, qui cũ quatuor equis et duob. mulis intrabat, quinquaginta in breui stipatus, & multa familia incedebat, miramq; in Ecclesijs tyrannidé fecit.

Anno Domini 1214. post quam se submisisset Rex Ioannes, iratum Francorum Regem deridebant, qui expenderat plus quàm LX. millia librarum in illo magnifico apparatu, præter amissas naues. Asserebat insuper coram Pontifice, aduersus Simonem Langton, Archiepiscopi Stephani fratrem, Ioannem Regem benignissimum fuisse, & modestum, Ecclesiæq; Romanæ pronum ac deuotum: sed in exactionibus ablatorum Archiepiscopum & Episcopos fuisse protetuos contra Regem humiliatum, & supra

A supra modum auaros, & quòd Regni libertates plus æquo deprimerent, laxatumq; est interdictum.

Anno Domini 1215. Papa in Angliæ Barones offensus & iratus, multa rugoso & indignatione maxima, chartam libertatum Angliæ, licet pia & iusta continentem, in perpetuum per sententiam diffinitiuam damnatam cassauit, excõmunicabatq; rebelles. Suspensus erat Archiepiscopus ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinorum celebratione, quia nolebat Barones excommunicare per suam diœcesim. Barones in Regem eligunt Francorum Regis filium: cuius in Angliam progressum Guilo Cardinalis impediuit, adferens ad Francorum Regem mandatũ, ut Ioannem Ecclesiæ Romanæ feudatarium protegeret, defenderet, & diligeret. Respondit Francorum Rex: Regnum Angliæ patrimonium sancti Petri nunquam fuit, nec est, nec erit: nullus Rex uel Princeps dare potest Regnum, quod est reipublicæ dominium, sine assensu Baronum suorum, qui Regnum

B tenentur defendere. Et si Papa hunc errorem tueri decreuerit, pernicioſum Regibus & regnis omnibus præbebit exemplum. Non approbo factum Anglorum Regis Ioannis, aduersarij mei: sed doleo de regni eius ancillatione, cum Princeps prouinciarum fiat sub tributo.

Tunc circunsedentes Franciæ magnates, quasi uno ore clamare cœperunt: Per pretiosam Christi mortem, in quem credimus, in hoc articulo stabimus ad capitum sectionem, quicquid fecerit Anglorum Rex: quòd Princeps non poterit principatum suum dare tributarium, ut Regni nobiles inde efficerentur serui, præsertim sacerdoti. Superueniensq; ex industria Ludouicus Regis filius dicebat: Rogo ne propositũ meum iustum impediatis. me elegerunt in suum Dominum Anglici Barones, pro hęreditate mea: dum cor in pectore palpitat, decertabo. dissimulatq; idem pater.

Magister Simon Langton, frater Archiepiscopi Cantuariensis, et Gerualius de Hop-

C brugge, Ecclesiæ sancti Pauli Lond. præcentor, cum quibusdam alijs, Papæ excommunicationem inanem habuerunt.

Anno Domini pace inter Anglos & Francos composita, excepti sunt ab eo beneficio Episcopi, Abbates, priores, monachi, canonici, et clerici multi, qui Ludouico ac Baronibus consilium & auxilium præstabant: maximè magister Simon de Langton, & Gerualius de Hobrugge. Qui omnibus beneficijs spoliati, Romam adierunt, propalàm misericordiam expectaturi, quæ parua erat. Legatus in clerum mirabilem (ut par erat) tyrannidem.

Papa eo tempore hydropisi spirituali laborans, euacuauit per legatum clericorum & claustralium loculos. Hugo Lyncolniensis pro Episcopatu recuperando mille marcas exposuit, ac legato centũ numerauit. eius exemplo & alij sunt edocti, eandẽ sedare sitim.

Anno Domini 1221. dissensio orta est inter Richardum de Marisco Episcopum Dunelmensem, & eiusdem cœnobij monachos. Romæ tandem se mutuò accusantes de si-

D monia, adulterio, sacrilegio, & periurio. Et cum seruus Episcopi monachum semel Dunelmi percussisset, dicebat conquerenti Episcopus: Malas grates habeat deles ille famulus, qui consumillum non interemerit. locum que depauperauit.

Anno 1226. Papa per Othonem legatum præbendas à toto Angliæ regno petijt sibi dari. Debent (inquit) matris inopiam filij naturales subleuare. Petijt ab omnibus Ecclesijs cathedralibus duas præbendas sibi dari: unam de portione Episcopi, alteram de capitulo. Similiter de cœnobijs diuersas portiones. Pro Rege atq; omnibus alijs, respondit Ioannes Bedefordensis archidiaconus, hæc non debere fieri.

Eodem anno Magister Romanus ad Francorum partes legatus, Bituricense concilium tenuit: & eadem in Gallijs fecit, quæ Ottho in Anglia. Comitem Tholosanum deputat cruce signatũ. Eodem anno obijt Franciscus Minoritarum institutor, et Pandulphus legatus.

Anno Domini 1227. obijt Papa Gregorius, leo feritate, sanguisugus auaricia. Successit Honorius, de quo scribitur.

O Pater Honori, multorum nate dolori.
Est tibi decori uiuere, uade mori.

Anno

Anno Domini 1228. exigebat Papa Gregorius aduersus hunc Cæsarem, decimas a
omnium rerum mobilium, in tota Anglia, Vuallia, & Hibernia. Quod clero mediante,
pro maiori parte obtinuit, ex redditibus, prouentibus, fructibus, & de omnibus obuen-
tionibus Ecclesiarum, altarium, uel possessionum, quocunq; nomine censeantur, non
debitis, uel expensis aliqua occasione deductis. habuitq; collector authoritatem excom-
municandi & interdicendi.

Anno Domini 1231. Anglorum clerici uidentes oppressiones Italicorum cleric-
rum, eorum blada subitò flagellata uiolenter rapuerunt, pauperibus uendiderunt, quis
bus inquietudines ministrabant.

Anno Domini 1232. Gregorius Papa constituit uisitatores, super uitros religiosos
per orbem generaliter uniuersum, cum ista authoritate, Gregorius Episcopus, etc. Egres-
sus est à facie dei satanæ. Rogerus Londinensis eo anno accusatus de consensu, distra-
ctionibus frugũ Romanorum clericorum, Romam profectus ut se purgaret, Parmæ pe-
cuniã suam nocte amisit: nec ideo ei in aliquo pepercit Romanæ curiæ censura iudici-

Anno Domini 1235. Iudæi effusa pecunia admirandum priuilegium à Papa im-
petrauerunt, ne à Regibus aut principibus pro exactione pecuniæ turpiter tractarentur:
& quòd liceret eis Christianos habere seruientes, etiam Christianas puerorum suorum
nutrices, in derisum magnatum Christianorum.

Eodem anno Papa in Angliam usurarios misit, quos uocabat suos mercatores, seu
escambiatores. Londonijs hi habitabant, terram infecerunt. Hos Rogerus Londinensis
Episcopus, uir optimè literatus, excommunicabat: qui à Papa procurabant, ut ualeret
dinarius personaliter citaretur, Romæ responsurus. Extunc sine contradictione usuras
exercebant.

Anno Domini 1240. ab Imperatore reprehensus est Anglorum Rex, quòd tam im-
pudenter permiserit terram suam per Papam depauperari. Leolinus Northualiæ Princeps
moritur. Papa per suum legatum petijt in concilio Redingensi, quintam partem bono-
rum omnium contra Imperatorem. Dissuadet Imperator: ac benè contradixisset Rex,
nisi prius consensissent prælati, ab Eadmundo persuasi.

Absoluebat quoq; Papa cruce signatos pro pecunia, Christianis in terra sancta sine
numero occisis, cum Duce Britanniæ, exulat Eadmundus Cantuariensis. Petrus Rabeus
pro pecunijs legatus in Angliam uenit, conuocans clerum ad Northantonam.

Anno Domini 1241. magnates Angliæ iter Hierosolymitanum arripuerunt. ex
prælatis multi sunt per Cæsarem submersi, dum irent ad Concilium generale. Duo re-
manserunt in Anglia Papales nuncij, pro colligendis pecunijs: de quorum extortioni-
bus, ne autes offendantur, melius est silere, quàm aerem cædendo recitare.

Anno Domini 1244. Martinus Papæ Innocentij nuncius, pro colligendis pecunijs
in Angliam uenit. E contrà Cæsar supplicabat, ne aliquid in suum damnũ Papæ contri-
bueretur. Respõderuntq; prælati, quòd patri spirituali pro Ecclesia dimicanti nõ deessent.

Anno Domini 1245. Fridericus Cæsar excommunicatur. Dum Papa esset Lugdu-
ni in consilio, repentino incendio combusta est eius camera, ministris incautè ignem
curantibus. Eo igne creditur ipsa charta obligatoria de Angliæ tributo fœliciter combu-
sta. Dum Fridericum persequeretur, Magister Richardus de Vuicho eligitur in Episco-
pum Cicestrensem. In concilio Lugdunensi conquestus est Rex Angliæ per procurato-
res, super innumerabilibus exactionibus Papæ. Et contradictum est tributo Angliæ, quo
inuoluit eam Rex Ioannes tempore belli, & alij inter ipsum & nobiles de regno, &c.

Anno Domini 1246. prouisum est in Parliamento, ut efficaciter scriberetur Domi-
no Papæ, ut à consuetis oppressionibus cessaret. Scripserunt igitur per se Episcopi, Scripse-
runt Abbates & Priores, scripserunt Comites & Barones, scripsit & ipse Rex, ita ut
omnium scripta ferina possent emollire corda. Hæc & alia eò facilius Matthæus Pans
scripsit, quia ex præcepto Regis accepit. Eo anno Papa audiens per quosdam suisma-
nes, quòd clerici quidam in Anglia opulenti, indecenter à seculo migrassent, statutum
fecit, ut defunctorum clericorum bona cederent in usum ipsius. Robertus Habes archi-
diaconus

A diaconus Lyncolnienſis, moriens inteſtatus, pluta millia marcarũ cum uaſis argenteis reliquerat. Almaricus archidiaconus Bedefordienſis, pecunia abundans maxima, mortalitate præoccupatus obierat. Et Iohannes Hoteſt archidiaconus Northampton, morbo repentino correptus, V. millia marcarum, cum XXX. cuppis argenteis, & aliquot aureis, cumq; infinitis iocalibus reliquit. Cum hæc ad Regis aures peruenirent, reclamauit constanter, ne hæc inaudita nouitas procederet. prohibuitq; prælatis, ne pecunias Papæ contribuerent. Sed Papa hæc omnia contemnens, ſcripſit in contrarium, ut ſibi contributio ſolueretur: potentes executores conſtituens Epiſcopos, Vuintonienſem & Norwicenſem. At hi negocium papale ita fulminibus exequebantur, ut territis prælatis, Regi ſilentium impoſuerint, in quo confidebant, ne mutiret. Et quid iuuat hos Regis conatus fruſtratorios deſcribendo recitare, qui frequenter finem tam flebilem ſortiuntur?

B Gualterus Carleolenſis Epiſcopus, Oxonij prædicatorum ordinem ſuſcepit: poſtquam Papa & ſui dientes Imperatorem depoſuiſſent, in eius necem traditorie conſpirauerunt. Aſſumens ex præteritis audaciam Papa, miſeros Anglos opprimere tentabat, ſolito imperioſius demandans prælatis, ut omnes in ſuis beneficijs reſidentes, tertiam bonorum ſuorum partem ei per triennium conferrent: non reſidentes, dimidiam, adiectis conditionibus duriſſimis, ad quod exequendum, Epiſcopum Londinenſem conſtituit. At prohibuit per ſuos clericos Rex, ne conſentirent. Eadmundus canonizatur.

Anno Domini 1247. repuit fidelium deuotio circa Eccleſiam, propter quotidianas extorſiones. Vnde quidam Francorum nobiliſsimi contra Papam mirabilem fecerunt conſpirationem, epiſtolas & facetias inter ſe multas conficientes.

In parlamento Londini repoſita eſt querimonia lamentabilis, ad protectionem reipublicæ, pro pellendis iniurijs Regno illatis, ſuper imperioſa Romanorum poſtulatione pecuniæ. Epiſtolas ſolito mordaciores ad eos ſcribebant Anglí.

C Deſtinantur in Angliam duo Minores, Iohannes de Cantia, & Adamus, Papa iubente, pro pecuniaria ſubuentione, auxilijũ ad opus Papæ charitatiuè petituri. Poſt multas uerò diſceptationes, conſenſerunt prælati ad contributionẽ XL. millium marcarum.

Eodem 1248. anno, Matthæus Paris, huius operis compoſitor, ex præcepto Papæ miſſus eſt in Nortuuegiam, pro reformando nigro ordine in cœnobijs monachorum S. Benedicti.

Prædicatores competientes Regis deuotionem, magna induſtria acquiſiuerunt petram quandam albi marmoris, in qua ueſtigium pedis Chriſti dum aſcenderet, impreſſum uidebatur. Minoritæ Chriſti ſanguinem in multis locis, ac Ciſtertienſes lacmatiæ. Erantq; multi per hos dies per incubos (id eſt, monachos) generati.

Anno Domini 1250. Robertus Lyncolnienſis citabat religioſos ſuæ diœceſis, meliorandæ uitæ gratia. Sed exemptionibus à Papa per pecuniam impetratis impeditur. Ad Papam ergo querulus uenit, dicens: Domine credidi, ut auxiliante conſilio ueſtro

D omnes, de quibus ſum conqueſtus caſtigarem, atq; ab errore penitus reuocarem. Ipſi uerò de prato monſtrato, & quidam alij data pecunia, proh dolor, redemerunt. Cui Papa: Frater, liberaſti animam tuam: Quid ad te de gratia mea? fecimus eis gratiam. Numquid oculus tuus nequam eſt, quia bonus ſum? Hæc de conſilio Cardinalium fecit. unde uacuus receſsit Lyncolnienſis Epiſcopus, & ſuo fraudatus propoſito, atq; confuſus, multorum euacuatis crumenis, & ipſo Epiſcopo ſene ac infirmo.

Anno Domini 1251. cum Henricus Rex plenè delere uellet Iudæos à ſuo regno, dictum ei fuit, Ne penitus de ſub cœlo delerentur, ſed quòd ſint adinſtar Cain maledicti, profugi: nec omnino occidantur, ſed toti mundo pateat miſeria eorum continuata. Deteſtabiliores eis erant tunc iudicati falſi Chriſtiani, ac Papę uſurarij tunc impinguati.

Eodem anno Lyncolnienſis Epiſcopus incontinentes ſacerdotes caſtigabat, beneficijs eos priuans: quoſdam fuſtigabat, quoſdam expellebat. Tenebræ palpabiles atq; horribiles eo anno fiebant.

Anno Domini 1253. Lyncolnienſis apud Buggeden decubuit, grauiter infirmatus: qui ſpiritu prænoſcens Eccleſiæ tribulationẽ futuram, uocauit ad ſe fratrem Ioannem de

S. Egidio

S.Egidio Dominicanum, in arte medicinali peritum,& in Theologia magistratum re-
gentem, recitansq; quædam facta Romanorum, eum grauiter redarguit, reprehensis dia-
conis atq; Minoritis, quòd liberius eorum uicia non reprehenderit, eosq; ob id hæreti-
cos uocabat. Hæresis (inquit) est, sententia humano sensu electa, Scripturæ sacræ con-
traria, palàm edocta, pertinaciter defensa. Et post reprehensionem prælatorum, maxi-
mè Romanorum, subiunxit: Dare curam animarum paruulo, uel indocto, sententia est
alicuius prælati humano sensu electa, propter carnem uel temeritatem: & est contraria
Scripturæ sacræ, quæ prohibet fieri pastores qui non sunt idonei ad arcendos lupos. Et
est palàm edocta, quia manifestè portatur sigillata charta. Et est pertinaciter defensa:
quia si quis uoluerit contradicere, suspenditur & excommunicatur. Cui enim hæc hære-
sis diffinitio conuenit, hæreticus est. Et qui poterit eis contradicere, & non contradicit,
hæreticorum fautor est. iuxta illud Gregorij: Non caret scrupulo societatis occulto, qui
manifesto facinori desinit obuiare. Nam uulgò dicitur,

Cantabit uacuus coram latrone uiator.

Hæc & alia multa lugubria proposuit ante mortem, grauiter infirmatus, obgra-
ues Ecclesiarum oppressiones. Migrauit ergo ab huius mundi exilio sanctus præsul, pius
Regis sui monitor, terrificus Papæ redargutor, manifestus prælatorum correptor, mo-
nachorum corrector, presbyterorum director, clericorum instructor, scholarium susten-
tator, populi prædicator, incontinentium persecutor, Scripturarum perscrutator, Roma-
norum malleus & contemptor, Lyncolniæ sepultus. Suborta est tunc discordia inter
Vniuersitatem Parisiensem & fratres Prædicatores, qui multiplicati & exaltati nimis
bant scholarium iuribus subiacere. Robertus Lyncolniensis Zelum habens Dei, canonis
cos suos uexauit, in religiosos terribiliter, in religiosasq; terribilius fulgurauit.

Anno Domini 1254. Romanus pontifex dicebat: Verè, inquit, de Philosophia dici
potest.

Prostat, & in precio pro meretrice sedet.

Cum uellet Papa Innocentius iratus ossa Lyncolniensis Episcopi extra Ecclesiam
proijci, ut acclamaretur per totum mundum ethnicus, rebellis, & inobediens: Sed in vi-
sione nocturna ab eo (ut fertur) percutitur ad mortem. Innocentius Papa obtulit regnum
Siciliæ Regi Anglorum, ad opus Eadmundi filij eius, Conrado Rege defuncto. Rex mi-
mis indiscretè regnum suum obligat Papæ mercatoribus.

Anno Domini 1255. dixerunt ad Regem Iudæi usurarij: Papæ nos supplantare
tunt, permitte nos liberè exire de tuo regno.

Grauis dissensio Parisijs erat inter scholares & Dominicanos, qui contra Vniuer-
sitatis consuetudines pleraq; fecerunt in magna superbia.

Stetit Rex pro uniuersitate. Similiter & ciues. prævaluerunt tamen Dominicani,
Papæ deuoti ob multimoda eorum obsequia. Iudæi Lyncolniæ, Hugonem puerum
crucifixerunt.

Rustandus legatus in Angliam uenit, ut decimas in Anglia, Scotia & Hibernia col-
ligeret pro Papa, ad debellandum Manfredum Friderici Cæsaris filium, Romanæ Ec-
clesiæ inimicum. Rege enim per Petrum de Egebrancko Episcopum Herefordensem
dementato, multa detestabilia à sulphureo fonte Romanæ Ecclesiæ, proh dolor, manc
temporis emanarunt, ad multorum perniciem. Infinitam enim post crucis prædicatio-
nes exigebat Rustandus pecuniam. inaudita erat exactio, quam petebat Pontifex. Vnde
Londinensis Episcopus dixit: Antequam tantæ Ecclesiæ seruituti consentiam, & iniu-
riæ, ac intolerabili oppressioni, profectò decapitabor.

Reuocata erat Parisijs uniuersitas, quæ dispersa fuerat propter suspensiones lectio-
num et disputationum per fratres Prædicatores, qui omnia, sed suo malo, perturbabant.
Orta est discordia inter Episcopum Batoniensem, & Abbatem Glasconiæ.

Transijt hic annus Romanæ Ecclesiæ, & papali curiæ, si deuotionem reputes, uiro-
lentissimus. Expirauit enim quæ consueuit haberi deuotio, habita à prælatis & populo
penes matrem Romanam Ecclesiam, et patrem ac pastorem nostrũ Dominum Papam.
Etli illa

A Etsi illa curia fideles Christi multoties usq; ad amaritudinem spiritus cruentauerit, nunquam tamen, sicut & sequenti anno, tam lethaliter uniuersos Christi seruos & singulos sauciauit. Coguntur enim insontes idololatræ, & quasi apostatæ, ueritati, quæ Deus est, abrenunciare. Et præter hoc quod intolerabile est, temporalia bona uiolenter deprædantur. Papa operatur omnia non in ædificationem, sed in ruinam. Consueuerunt semper laici prælatis, scilicet Papæ usurarijs. Concessa fuit decima in subsidium terræ sanctæ. Cogimur eam transferre in subsidium Apuliæ, contra Christianos. Ex obligatione iniustissima, grauiora subire cogimur, multipliciter mentiri falso iuramento præstito, quod in utroq; testamento cœlitus prohibetur. Concedere cogimur terminos solutionis, quos nullo modo possumus obseruare, nisi incidamus in laqueos usuratiorum, quos socios eorum & participes nouimus. Datur potestas personis prorsus indignis super nobiles Ecclesias. Venduntur prælati ut boues
B & asini. Hæc ultimæ seruitutis conditio. Ecce uenditores eijciendi à templo, ac flagellandi. Sed quia ignobilius est facere iniuriam uiolenter, quàm pati cũ innocentia: credendũ est, quòd super hoc clamor ascendit querulus ad Deũ Dominũ ultionũ, &c.

Anno Domini 1256. Rex Henricus Vuintoniæ cum fratre suo Athelmaro Episcopo natale Domini tenens, inter alia rogabat, ut dispersos monachos, qui ipsum sublimauerant, congregaret. Numquid non nosti (inquit) Romanorum hydropicam sitim toties expertam? Noui (inquit) quod nunquam sedabitur, nec unquam siccabitur mei fons thesauri, quin follosis eorum rictibus & spongiosis uisceribus satis
C infundatur, donec meum de monachis mihi aduersantib. desiderium adimpleatur, &c.

In congregatione Londinensi, cum Rustandus diceret, Ecclesias omnes esse domini Papæ: respondit pro omnibus magister quidam Leonardus satis modeste: Verum est (inquit) tuitione, non fruitione, uel appropriatione. ac si diceretur, defensione, non dispersione. Adduxerunt chartam Regis Iohannis, qua resignauit confirmationes & inuestituras prælatorum pro se & hæredibus, cum confirmatione Innocentij tertij, ut omnia confunderent. præuaricatores, susurrones & magnatum adulatores, omnia his diebus perturbabant, ac molestabant, habentes in ore: Nolumus Principes offendere. Oportet enim his diebus multa dissimulare, & conniuentibus oculis (licet lædant) pertransire. O meticulosos, &c.

Hoc anno obijt Ioannes Romanus Archidiaconus Richemondiæ, quàm pluri
D mis signatus redditib. & thesauris hominum auarissimus. Hic fermè annis 50. thesauris incumbens acruandis, explorator impijssimus, arcana Angliæ reserauit: ac prouocauit Romanos, ut Angliæ thesauris solito auidius per fas & nephas inhiarent. Quo defuncto, Rex omnia occupabat.

Eodem anno obijt Guilhelmus de Eboraco Sarisburiensis Episcopus, alumnus curiæ ab adolescentia, per quam promotus fuerat. Hic quandam pro lege cõsuetudinem pessimam in regno suscitauit, scilicet ut pro quantulocunque teneamento tenentes, in subditorum damnum ac detrimentum, paruum iuerò superiorum emolumentum, curiam uel domnium inuiti sequerentur, &c.

Bonifacius Cantuariensis Archiepiscopus uexabat Ecclesiam Roffensem, quẽ uoluit Rex ob Reginam molestare.

Minoritæ Londini scandalum incurrebant: quia LXXI. Iudæos ad supplicium reseruatos, ob necem pueri Lycolniensis, suis intercessionibus, pecunijs conducti, à morte & carcere liberabant. Tepuit Londinensium deuotio penes Minoritas, sicut Parisiensium refriguit charitas erga Prædicatores, qui Vniuersitatis consuetudines infirmare conabantur. Iohannes de Derlingthona, de ordine Prædicatorum, literatura & consilio excellenter pollens, ad Regis familiare consilium uocabatur, unde regnum patuit papali discrimini.

Tepuit deuotio multorum erga Papam & Ecclesiam Romanam, ob eorum extorsiones. In principio suæ creationis precum suffragia à fidelibus exigebant,

quam aliqui hypocrisin putãt pro seculatitatis palliatione. Quia opera sequentia, cõ A trarium prædicabant. Spes ergo de sanctitate Papæ prorsus euanuit exufflata. Quod sit tempestas horribilis uenti, grandinis, pluuiæ, tonitrui, coruscatis & fulguris euertis domibus, molendinis, & horreis, quosdam occidit, ac multos terruit.

Quòd Rex Angliæ tunc fuerit imago bestiæ, patet per hoc, quòd idem Rex ab Alexandro Papa susceperat. De illorum (inquit) molestijs plus dolemus, quorum circa sedem ipsam, sic semper deuotio seruiuit, claruit que syncerita s. Hi meruerunt uberiore ab eadem sede sulciri fauore, & attolli honorificentia potiori. Horum namque grauamina illicò sentimus in nobis, cum læduntur, degustamus suarum amaritudinem læsionum, &c.

Iohannes de Diua, de ordine Minorum, in Angliam uenit, ut authoritate Papali, quæ emendatione indigebant, reformaret. Omnia enim poterant in Romana curia pecuniæ.

Apud sanctam Trinitatem Londini canonici sæpe de lana caprina contendebant. Ira litem suscitauit, lis contentionem & odium parturiuit, odium ultionem studuit, ac Diabolo procurante per occisionem fratris consummauit. Nam unus tandem alterum interfecit: & ut uideretur ad hoc prouocari, seipsum grauiter uulnerauit.

Manfredo Rege Siciliæ Imperatoris filio, contra Papam pugnante, prosperante ac triumphante, nullus erat qui Papæ condoleret.

Prior Vuintonienſis Andreas expulsus, dedit mense Papali 365. marcas pecuniarum, ut restitueretur in perpetuo redditu, quem Papa patentibus rictibus deglutiuit. Tanta his temporibus ex auaricia procerum nocendi cupiditas, ut quos prædecessor excoriauerat, successor immisericorditer euiscerauerit.

Cum audissent prælati, quòd Rex & Papa confœderati essent in auaricia, in subuersionem Ecclesiæ Anglicanæ, multi restiterunt: præcipuè prior Dunelmensis, & prior de Giseburna, sustinentes in tali certamine suspensionem à diris Romanæ curiæ, persecutionem, & mercatorum Florentinorum usurariorum iurgia.

Canonicis Eboraci in collegio prandentibus, clanculò intrabant Romani, & inaudita fraude ignotum decanum molestabant. Authoritatem tam tyrannicam Domini Papæ, cui Rex se totum inclinauit, & ut aptius dicam, incuruauit, multi uehementer formidabant, imago, *

Rex in ira sua, præcepit officiatijs, ut nulla Cistercienſibus gratia exhiberetur: unde plures eorum sunt coacti, cucullas & tunicas suas uendere. Quidam introducti, ac monachi fraudulenter facti, Glasconiæ & Vuintoniæ cœnobia spoliabant.

Episcopus Herefordensis Reipublicæ proditor, sub licentia Regis & Papæ decimam collegit. Pudor prohibet modum extorquendi huius iniquissimi hominis recitare. Discurrentibus in curia Romana muneribus, ac simonialibus præmijs, Andreas prior Vuintonienſis intruditur, post infinitas expensas.

Diebus his Rex pessimo fretus consilio, ut filium suum Eadmundum in regnũ Siciliæ umbratile promoueret, paupertatis uinculis per Papæ negociatores irretitur. Dederat enim Rex intelligi, quòd in Anglia pecuniæ puteus esset inexhaustus. Vsuræ autem pecuniæ alienæ, ad plusquam centum quotidie libras ascenderunt, ut immineret Angliæ desolatio & ruina.

Crebrescentibus scandalis & odijs inter magistros Parisienses & fratres Prædicatores, electi sunt cum magna deliberatione celebertimi magistri, Guilhelmus de S. amore, Odo de Doaco, Christianus canonicus Beluacensis, Nicolaus de Baro super Albam, Iohannes de sicca uilla Anglicus rector Vniuersitatis Parisiensis & Iohannes Belin Gallicus, omnes philosophi, omnes rectores in artibus, in decretis, & in theologia, de nobilibus procreati, ut Romam aditent ad Dominũ Papam, pro tranquillita-

A quillitate Vniuersitatis Parisiensis,& fidei reintegratione,quæ detrimentum patieba
tur magnum. Nam fratres noua quædam prædicabant,legebant & docebant delira
menta, ex libris Ioachimi Abbatis: incipitq; eorum liber,Euangelium æternum: &
quædam alia,quæ non expedit recitari. Prædicatores autem suos expeditos nuncios
contra Vniuersitatem miserunt,ut magistris in faciem contradicerent. Subsannabat
populus eleemosynas consuetas subtrahendo,uocans eos hypocritas,Antichristi suc
cessores,pseudoprædicatores,Regum & Principum adulatores,falsos conciliatores,
ordinationum contemptores,& eorundem supplantatores, thalamorum regalium
subintratores,confessionum præuaricatores, & qui ignotas prouincias peruagando
peccati audaciam subministrabant. Auditis igitur hinc inde querelis, præcipit Papa,
ut nouus ille liber,quem Euangelium æternum nominant,secretò, & si fieri posset,si
ne fratrum scandalo combureretur, & alia quæ de Ioachim scriptis emanasse dice=
B bantur. Diligẽtia igitur Hugonis Cardinalis, & Ioannis de Columna Archiepiscopi
Messanensis, qui de ordine prædicatorum erant,cautè ac tacitè procuratum est, ut tu
multus ad horam conquiesceret.

Anno Domini 1257. Ricardus Cornubiensis Regis frater, in Regem Alemaniæ
eligebatur: quia odio tunc habebatur Francorum superbia. Alemanorum intestinũ
bellum,& Italorum insatiabilis rapacitas: elegerunt eum propter linguam Anglica=
nam Alemanicæ consonam,atq; originis communitatem. Elegerunt eum ob fidelita
tem,constantiá & sapientiam,thesauriq; abundantiam. Vnde Satyricus quidã inquit.
Nummus,ait,pro me nubit Cornubia Romæ.

Albanus martyrio coronatus est anno Domini XXVII. Quidam ordo fratrum
Londonijs apparuit, nouus & incognitus, Papale tamen autenticum ostendẽtium,
ita ut ordinum confusio uideretur. Ioannes Messanensis Angliam uisitat. Rex allocu
C tus est Matthæum Parisiensem ad phanum S. Albani, & conqueritur Matthæus su=
per uniuersitate tam Oxoniensi quàm Parisiensi. Prædicti fratres, quia saccis induti,
Saccij uocabantur.

Romanus Pontifex per Archiepiscopum Messanensem,& Archiepiscopum Ta
rentinum,infatuabat Regem super Sicilię & Apulię regno,pro suo filio Eadmundo,
fecitq; in clero tyrannidem.

Cantabrigiæ conceditur mansio fratribus Bethleemitis in uico uersus Trum=
pijthonam. In habitu similes erant Prædicatoribus, habentes tamen stellam rube=
am in pectore quinque radijs crinitam, in cuius medio rotunditas erat aerei coloris,
propter stellam quæ nato Domino apparuit in Bethlehem. Totq; iam ordines appa
ruerunt in Anglia,ut ordinum confusio uideretur inordinata.

Liberati tandem erant monachi Dunelmenses,& canonici Giseburnenses,à su
spensione papali per pecuniam. O si habuissent in tribulatione consortes, & in eo=
D rum constantia coadiutores: quàm fœliciter Anglicana Ecclesia de tortoribus trí=
umphasset.

Cum Adamus de Matisco Minorita in Episcopum Eliensem esset electus,dixit:
Absit ut occupem tam nobilem Episcopatum,aut usurpem cauteriata conscientia tan
tum ministerium. Nam uidebat se ea prius functione destitutum.

Prælati miserabiliter eneruati, & meticulosi, concesserunt Regi quadraginta
duo millia marcarum, ad mancipandum Apuliæ regnum Eadmundo eius filio, in
enormem Ecclesiæ læsionem.

Romani uigilanter temporalia procurant. Prior & monachi Vuintoniæ, atq;
Abbas & conuentus Glasonię, per ambitiones & discordias scandalum suscitarunt
ac schismata, quæ curiæ Romanæ fomenta præstabant, reticenda.

Scholares Parisienses, propter fratrum Prædicatorum persecutionem receden
tes, ciuitatem pro magna parte uacuatam reliquerunt. At frater Hugo Cardinalis in=
stabat uigilanter & potenter, ut partem scholarium infirmaret, & fratres roboraret.
Rustandus omnium in Anglia locupletior habetur, quod Papæ displicet.

Stephanus de Lexintona, natione Anglicus, Abbas olim Clareuallensis clarissimus, obijt. hic scholam Parisiensem, quæ Chadanæi dicitur, plantauit primùm, & initiatam sustentauit.

Statutum est Romæ, quemlibet electum transalpinare, ut Romanorum locus imprægnent, in ruinam regni Anglici. Ecce uenalitas prælaturarum, uexatio personarum, Ecclesiarum interitum.

Seuuallo Archiepiscopus Eboracensis excommunicatur, pulsatis campanis, & candelis accensis, in terrorem. Papalem tyrannidem exemplo Roberti Lyncolniensis patienter sustinuit. Indignis noluit sacerdotia conferre. Sed quantò plus præcipiente Papa maledicebatur, tantò plus à populo benedicebatur, licet tacitè propter metum Romanorum.

Anno Domini M. CC. LVIII. Brancaleus senator Papam uicit, iuuante quodam Anglo Matthæo de Bealuerio, incurrens amicitiam Manfredi, quem dilexerat: unde pecunia, quam Rex Henricus illuc transmiserat pro regno Apuliæ, inæstimabilis, non sufficiebat ad quietandum usuras, quæ tacitè subrepuere. Imponit igitur Papa, quod Ecclesiam deceperat: unde sorduit eius fama inter nationes.

Excanduit ira Papalis in Regem, proposuitq; sententiam excommunicationis in eum fulgurare, ac regnum interdicere. succedentibus grauioribus, Rex mente confusus, quinq; millia marcarum ultro numerauit: ut iram cordis eius temperans, sententiam ad tempus prorogaret. Inde perijt tota spes de Apuliæ regno.

Rustandus in Angliam uenit, qui solito medicamine Pontificem placauerat pro colligendis in Anglia relictis diuitijs, & pro decipiendo Rege circa Apuliam. Magister Gualterus de Oxonia, consecratur in Episcopum Oxoniensem.

Herlotus Papæ nuncius in Angliam uenit, super Apuliæ regno responsum recepturus, exigit in parliamento pecuniam infinitam, quam obligabat se Rex soluturum Papæ mercatoribus, sub magnis pœnis, quas reor inhonestum recitare. numerus autem pecuniæ ad tantam ascendit summam, ut stuporem ac horrorem auribus generaret.

Aggrauauit manum suam Papa contra Archiepiscopum Eboracensem, & deteriorata est ad seculum conditio, ad Deum uerò meliorata: quia multiplicibus persecutionibus, patientia incrementum suscepit.

Venit in Angliam frater mansuetus Minorita, sequens Erloti uestigia, maximaq; roboratus potestate, in tantum, ut uotis mutatis absolueret (ut dicebant) Regales quoscunq; pro libitu, uel excommunicatos ac falsidicos & periuros iustificaret, unde multi rei audaciam sumpserunt delinquendi. Nam facilitas ueniæ, peccandi particulam occasionem: sed prudentibus sibilum & derisum, sicut sequens declarabit sermo. Erlotus intrauit XX. superbissimis equis.

Responderunt in parliamento nobiles, periculosa esse ac dubia, quæ Regi offert Pontifex de regno Apuliæ. Quod cum Pontifex intellexisset, alios misit nuncios, qui uulpinis sermocinationibus credulam Regis simplicitatem circumuenirent, undè certatim aduenerunt, Sterlingorum speciem olfacientes, ut munera reportarent: Episcopus Bononiensis, qui ex parte Papæ annulo quodam Eadmundum Regis filium pro regno Apuliæ inuestiuit, Archiepiscopus Messanensis, nunc Ioannes de Diua, nunc magister Bernardus, nunc Senisius, nunc Rustandus, nunc Erlotus, & alij nonnulli. Quos omnes infatuatus Rex cum summa reuerentia suscepit, in regni sui damnum. Magnates igitur, quia prælati meticulosi siluerunt, meritò prouocati, Regis uias deinceps dirigere conabantur, in fineq; responderunt, se amplius nolle tales extorsiones sustinere.

Simon de Passelouu clericus Regis, dolosus & mendax, confictis statim literis conabatur ab Abbatijs multas extorquere pecunias, ad friuolum Regis usum. Et cum ab eis responsum fuisset, quòd præter alia incommoda timuissent periurium: Amici (inquit)

A (inquit) charissimi, ne super hoc solicitemini: habet Dominus Rex fratrem quendam sanctissimum, nomine Mansuetum, de ordine Minorum, à Papa ad cautelam destinatum, qui omnes iuramentorum transgressores in urgenti necessitate absoluendi potestatem plenam habet. Hoc (inquit) non solum, ut crus quis frangat pro inueniendo chirurgo, durante parliamento Regi impositum erat à legatis, quod pro missa non seruaret, sed Ecclesiæ claues contemneret.

Minores authoritate Papali, sese intruserunt in ciuitatem Buriensem, audaces effecti, contradicentibus monachis: tandemq; prævaluerunt, admirantibus multis eorum impetum violentum.

Seuualus Archiepiscopus Eboracensis, dum constanter contra Romanæ cu-
tiæ tyrannidem dimicaret, tribulationibus lacessitus expirauit: hic in amaritudine
B animæ constitutus, cogitauit Papam ad multorum perniciem à Deo super Ecclesiam permissum, exemplo Ruberti Lyncolniensis prouocatus, & dolens inconsolabiliter, scripsit ad Papam breuiloquium quoddam, ut à consueta tyrannide temperaret, humilitatemq; sanctorum sequendo prædecessorum: ut & exemplo Petri pascat oues Christi, non tondat, non excoriet, non euisceret, aut deuorando consumeret. Promouerat enim ad Ecclesiastica officia ignaros, ac linguę Anglicanæ inexpertos, præcipuè Iordanum quendam Decanum. At Papa subiannans & contemnens omnia, maiorem concæpit indignationem, renuitq; inclinari.

Brancaleon Romæ senator in fauorem Manfredi, qui ad Imperium anhelabat, parentes & affines Cardinalium suspendit: plures Iohannes de sancto Egidio Dominicanus.

Medicus peritus, à periculo uenenati poculi Comitem Cylouerniæ liberauit:
C sicut olim ab eadem potione liberauerat Robertum Lyncolniensem.

Multi hoc poculo potionati contabescebant, ac moriebantur: putabantq; toxicum illud à Pictauiensibus aut Iudæis uenisse, quorum primi per Barones, alij per Papæ usurarios uexabantur.

Bernardus de Nimpha, propè Romam oriundus, nuncius Papæ, ex improuiso obijt. Qui uir uafer, & extortor nummorum à cruce signatis, argumentosus erat.

Inuentum est apud illum scrinium plenum scedulis bullatis & scriptis, ut pro uoluntate sua talibus fraudulenter abuteretur.

In locis quibusdam secretissimis uasa, quæ costrelli uocantur, ueneno plena reperiebantur, seris tutissimis munita. In illis generaliter inuentus erat liquor cæruleus, uenenum habens lethale: quem canibus oblatum noluerunt gustare, nisi cibis permixtum: & tunc moriebantur. Hoc in Anglorum interitum ab alienis procurabatur. Tres enim aduersarios habebat tunc Anglia, Romanos, Pictauienses, & Iudæos.

D Famis inedia pleriq; tunc perierunt: & honorabiles quidam hostiatim mendicando impransi & esurientes, multiplicatis etiam suspirijs noctes transegerunt insomnes. Vnde, quod inauditum erat, ad huc in festo omnium Sanctorum messis expectabatur: quæ, licet inutilis, domum asportabatur, alibi uerò, tanquam sterquilinium terram impinguebat, uidebatur tamen primitus fertilis.

Erlotus Papæ consiliarius, clericus & notarius, cum uidisset regni perturbationem, tacitè ac prudenter recessit ab Anglia. Interim Opidamus Douore custos littoris, & transeuntium indagator, multos inuenit numismate onustos, qui alienigenis desiderata detulerunt: quos ut leuius transirent, quàm citius exonerauit. Et inuentæ sunt mille marcæ electi Vuintonienſis, quas ad stipendia quatuor militibus dabat, ut Romam adeuntes ex parte Regis & Magnatum, dispendia compendiosè narrarent, & quomodo post mortem Bernhardi bullatas schedulas inueniſſent uacuas.

Manfredus Friderici Imperatoris filius, in Regem Apuliæ coronatus, uilescere fecit Romanum nomen, nulla de Eadmundo Anglorum Regis filio facta mentio-

ne. Creauerat enim inuito Papa, Archiepiscopos & Episcopos, qui plus Regi quàm Papæ obediebant. Vnde Rex Angliæ grauiter est conquestus, quòd Papa tam magnum thesaurum ob illud regnum habuerit, misso etiam annulo.

Brancaleo senator Romanus, superborum malleus, malefactorum extirpator, populi protector, ueritatis defensor, ac iustitiæ amator obijt, erecto eius in cleri improperium triumpho. Successorem uerò protinus elegerunt eius auunculum, Papales nuncios contemnentes atq; cachinnantes: sequebatur tonitruus in Anglia, uehemens uentus, & corruscatio terribilis.

Anno 1259. Pictauienses magnum thesaurum in saccis lanarum subdolè detulerunt. Richardus Rex Alemaniæ in Angliam redijt. Fratres Prædicatores eadem facie bant apud Dunstable, pro habitatione habenda, quæ minores in uilla Gurienſi faciebant, in Canonicorum nocumenta. Domicilia enim construxerunt sumptuosa, exhaustis oblationibus. Et hos iuuabat Hugo Cardinalis.

Vniuersitas Parisiensis per Prædicatores & Minores non mediocriter est molestata, Totq; ordines exorti sunt, ut hi hos, & è conuerso supplantarent: nec sufficiebat (ut consueuit) populus eleemosynis eos sustentare.

Templarij, & Hospitalarij, fratres de S. Lazaro, & fratres Thomæ Acconenses, se mutuo interfecerunt in terra sancta. Vnde qui olim erant Ecclesiæ defensores, iam facti sunt dissipatores. Papa Regi Alemanię Richardo Imperium procurauit: sed sub silentio callidè, ne manifestus uideretur Hispaniæ Regi aduersarius. Quia thesaurus Richardus abundabat, in Anglia latitando quietius.

Hucusq; scripsit uenerabilis frater Matthæus Paris. qui eo anno (ut fertur) obijt mortem. Alius eiusdem cœnobij frater sequentia addidit, cuius opus sic incipit.

REx Henricus componit cum Rege Franciæ de terris. Eodem anno Manfredus Friderici Imperatoris filius, se fecit in Regem Siciliæ coronari: quem Papa, ut regni inuasorem, excommunicabat.

Ex Regis delidia in multis ꝺ̃pprimebatur Anglia, Pictauiensium & Romanorum dominatione, præcipuè Homerici Regis, fratris quoq; Regis uterini, & Petri de Subaudia auunculi Reginæ, atq; aliorum. His etiam diebus Romani, & eorum legati, super Ecclesiasticis admissionibus in Anglia multa grauamina intulerunt, proui dentes suis uacantia, & ampla beneficia pro uoluntatis suæ arbitrio, excommunicantes ubiq; sibi aduersantes: hos tandem cum Pictauiensibus, licet serò, exire compulerunt.

Anno Domini 1260. Alexandro successit Vrbanus, qui auxilio crucesignatorum fugauit Romæ exercitum Manfredi, contulitq; Carolo Francorum Regis fratri regnum Siciliæ, gestareq; deinceps eum fecit arma Francorum. Teukisburiæ moritur, in latrina.

Anno Domini 1265. Vrbanus Anglici regni perturbationi compatiens, Sabinensem Episcopum in Angliam misit, nec ingredi potuit. Claruerunt Thomas, Aquinas, & Bonauentura: Octobonus in Angliam uenit.

Anno Domini 1266. reformata est pax inter Regem & comites, qui tandem se Regi submiserant. Helicapitur.

Anno Domini 1267. in Concilio Northantonensi, Octobonus legatus excommunicabat Episcopos comitibus fauentes, ediditq; noua statuta. Manfredus à Carolo Siciliæ Rege occiditur. In parliamento Burtensi legatus decimas uendicabat ad opus Romanæ curiæ, propter debita Siciliæ, Apuliæ & Calabriæ, in nomine filij Regis Eadmundi. Quod negatum est, cum non esset ad utilitatem Regis aut regni. Ad Romanæ Ecclesiæ obedientiam uocabantur rebelles in insula Elienſi, per legatum: cui respon-

A cui respondebant, quòd Romanæ Ecclesię tanquam capiti obedirent, sed non cupiditatibus aut exigentijs eorum uoluntarijs. Et rogant legatum ad suas literas restitui, ne amplius habeant deprædari.

Anno Domini 1268. Legatus Londini prædicat crucem, aduersus comitem Cluerniæ, Regi tunc rebellem: qui tandem reconciliatur.

Anno Domini 1269. Octobonus legatus Londini concilium conuocauit, in quo multa statuit ad reformationem cleri Anglici.

Anno Domini 1273. Theobaldus Placentinus Leodinensis Archidiaconus, qui cum Eduuardo uenerat ad Acon, in Papam eligitur. Hic cessato electo Cantuariensi, Roberto Kilbarbi Dominicanorum prouinciali pontificatum dedit. Rexerat iste ante ordinis ingressum, Parisijs, in artibus. Crematur Ecclesia Norwicensis, per furientes ciues. Obijt Henricus Rex, qui sacerdotibus in eorum missis assistere solebat, at

B que eorum osculari manus. Cui cum S. Ludouicus olim dixisset, non semper Missis audiendis esse uacandum, sed frequentius sermonibus audiendis: fatuè respondit, Se malle amicum sæpius uidere, quàm de eo loquentem audire.

Verum ut aliquando tandem expilationes & calamitates Ecclesiæ Anglicæ finiamus, præcedentibus ex Matthæo Paris. descriptis, unam ipsius Regis Angliæ supplicatoriam epistolam ad Papam apponemus, quæ uel sola tristissimam tyrannidẽ Antichristi Romani super Ecclesiam abundè depingere potest.

Petit Rex Angliæ à Papa, ne suas Ecclesias cuiquam tradat, sed sibi ac subditis liberam electionem relinquat.

C Sanctissimo in Christo patri, Domino Clementi, diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ ac uniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici, Eduardus eadem gratia Rex Francorum & Angliæ, & dux Hiberniæ, deuota pedum oscula beatorum. Pensata sedis Apostolicæ clementia, quæ de fouenda deuotione Christi fidelium, & animorum salute solet esse summè solicita, non quærens quæ sua sunt, sed quæ sunt potius Iesu Christi: tenet probabiliter nostra fiducia, quòd uestra maternitas, inspecta Celsitudinis Apostolica præclaritate meritorum, & scientiæ diuinitus iam erecta, ea quæ decus Ecclesiæ ac deuotionem plebis attenuant, & animorum ac rerum pericula comitantur, curabit misericorditer, tollere.

In publicam autem non ambigimus notitiam peruenisse, qualiter ab exordio, nascentis Ecclesię in regno nostro Angliæ, progenitorum nostrorum Regum Anglię & procerum ac fidelium dicti regni, dignè recolenda prioritas propter diuini cultus augmentum construxit Ecclesias, & ipsas amplis dotauit possessionibus, & priuile-

D gijs communiuit, ponens in eis ministros idoneos, qui fidem catholicam in subiectis sibi linguis & populis fœliciter propagarunt, per quorum curam & solicitudinem uinea Domini Sebaoth, in cultu & fructu itidem mirificè fœcundauit. Sed quod dolendum est, ipsius uineæ progenies degenerauit in labruscas, & exterminant eam apri de sylua & singulares feræ depascunt eam, dum impositiones & prouisiones sedis Apostolicæ, quæ solito grauius inualescunt, ipsius peculium, contra piam uoluntatem & ordinationem donatorum, manus occupant indignorum, & præsertim exteriorum: & eius dignitates & beneficia pinguia personis conferuntur alienigenis, plerunque nobis suspectis: qui non residentin dictis beneficijs, & uultus commissorum sibi pecorum non agnoscunt, & linguam non intelligunt: sed uelut mercenarij, solummodo temporalia lucra quærunt: & sic diminuitur Christi cultus, animarum cura negligitur, subtrahitur hospitalitas, Ecclesiarum iura depereunt, ruunt ædificia clericorum, attenuatur deuotio populi.

Clerici dicti regni, uiri magnæ literaturæ, & conuersationis honestæ, qui cum animarum possent ibi & regimen salubriter peragere, & pro nostris fo-

rent & publicis consilijs opportuni, studium deserunt, propter promotionis cõgruæ A spem ablatam, quæ diuinæ scimus non esse placita uoluntati: quinimò in graue nostrum & fidelium nostrorum uertitur præiudicium, & ineffabile periculum, nisi citius & consultius caueamus. Nam ius patronatus, quòd nos & fideles nostri in talibus obtinemus beneficijs, eneruatur: curia nostra, in qua duntaxat causæ super iure patronatus dictorum beneficiorum tractari debent, & sic iura coronæ nostræ regiæ, tã probrosè quàm damnosè depereunt: & regni thesaurus ad extraneos, ne dicamus nostros maleuolos, asportatur, subtili forsan coniectura, ut depresso sacerdotio, eius que exhausto thesauro, reddatur regnum debilius in aduersis. Quæ singula, & alia quæ ex præmissis sequuntur incommoda, fuerunt nuper coram nobis in parlamento nostro generali per communitatem dicti regni palàm exposita, unanimi & feruenti petitioni sibi iuncta, ut prædictis dispendijs, quæ dictæ communitati uidentur intolerabilia, celeriter occurramus.

Nos autem Anglicanæ depressionem Ecclesiæ, & exhæredationem coronæ regiæ, ac mala prædicta, quæ dissimulata diutius addixerint, non uerisimiliter grauiora pericula cernentes, intuitu ad uos successorem Apostolorum principis, qui ad pascendum, non ad comedendum oues Dominicas, & confirmandum, & non deprimendum fratres suos mandatum à Christo suscepit: ista deferimus, uotiuis affectibus supplicantes, quatenus præmissis ponderatis, & considerando, quòd de iure credendi sunt deuoti populi magistratus, & iuxta dictum Prophetæ, Dandi sunt deo dem loco populi uinitores, quod per beatos Apostolos esse factum, dum gentibus uiros linguarum suarum habentes notitiam transmiserunt: pensata etiam deuotionis plenitudine, quod domus nostra regia & clerus ac populus dicti regni præstiterunt hactenus inobedientia dictæ sedis, propter quod non haberet eis paternus affectus onera & grauia cumulare: sed uelitis, ut pater filijs thesaurizans, alleuiare dictarum impositionum & prouisionum ac onerum, iam per sedem Apostolicam inualescentium, grauitatem: promittentes ulterius, ut patroni patronatus sui solatium non admittant, Ecclesiæq; cathedrales, & aliæ dicti regni liberas electiones & eorum officium habeant. Quas quidem Ecclesias dicti regni progenitores dudum in singulis nationibus eorundem personis idoneis iure suo regio liberè conferebant, & postmodò ad rogandum ad instantiam sanctæ sedis sub certis modis & conditionibus concesserunt, quòd electiones fierent in dictis Ecclesijs per capitula eorundem. Quæ cõcessio fuit per sedem ipsam ex certa scientia confirmata: sed contra formam concessionis & confirmationis prædictarum, dicta sedes per reseruationes & prouisiones suas dictis capitulis adunit supradictas electiones, & nobis ius & prærogatiuam, quę iuxta formam dictæ concessionis nobis competunt in hac parte. Propter quòd iuxta legem regni nostri, ex quo lex in concessione posita non seruatur, concessio resoluitur, & statim reuertitur in primæuum.

Super præmissis igitur dignetur quęsumus uestra benignitas, ad honorem Dei & salutem animarum, nec non ad tollenda scandala & præiudicia prælibata, festiuũ & salubre temperamentum apponere, ut nos & nostri, qui personam uestram sanctissimam & sanctam Romanam Ecclesiam dominari cupimus, ut debemus, cessantibus dictis malis intolerabilibus in paterna uestrę dilectionis dulcedine quiescamus reuiresca tq; nostra deuotio, per ostensam nobis piæ moderationis nostræ clementiam recreata. Conseruet uos altissimus, & regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora prospera & longæua. Datum apud Vuason, die VII. Anno regni nostri Franciæ IIII. Regni uerò nostri Angliæ XVII.

Arnulphus Aurelianensis.

HAbeo magno ac eleganti charactere in ueteri membranaceo q́ue codice descriptam quandam Synodum Remensem, celebratam anno Dom ini, 991. Imperan-

A imperante Ottone II. & regnantibus in Gallijs Hugone & filio eius Ratberto, quæ nondum impressa est, credo secundam esse. In ea, inter alios multos Episcopos, fuit Arnulphus Aurelian. de quo sic initio eius synodi scriptum est: Arnulphus autem uenerabilis Episcopus, ordinis in ea synodo custos, ac omnium gerendorum interpres declaratus est, eo quòd inter omnes Galliarum Episcopos sapientia & eloquentia clarissimus habebatur. In ea synodo actum est potissimum de depositione Arnulphi Archiepiscopi Remensis, qui Lotharij filius fuit, multasq; ante Episcopatum cum Gallicis Regibus inimicitias gessit: & composita controuersia, acceptoq; à Regibus eo Archiepiscopatu, præstitoq; fidelitatis iuramento, Remes Carolo patruo suo, bellum forte contra Reges Gallicos mouenti, ita prodidit, ut ciuitas ea non tantum occuparetur, sed etiam diriperetur. Patrauerat alioqui & alia multa ac tetra facinora. Hunc Reges Galliæ, fortassis repulso iam Carolo, cæperant, ac primùm co-
B dictam congregari curauerant. Deinde Papa nihil respondente, synodum præ-
Arnulphus, ac defensores eius uellent causam Romam ad Papam reijci, scientes ni-
mirum ibi facilè sceleratos elabi ac absolui, contradixit eis constanter & erudite Arnulphus Aurelianensis, de quo initio dixi. Cuius orationis, quoniam lectu digna est, partem aliquam adscribam, & quædam illam præcedentia.

Ex synodo Remensi secunda, capite XXV. Ad Romanum autem Pontificem causam perlatam fuisse dicebant, epistolarum exemplaribus in hunc modum prolatis. Beatissimo Papæ Ioanni Hugo gratia Dei Francorum Rex. Nouis atq; inusitatis rebus permoti, &c. Item cap. XXVI. Domino & Reuerendissimo Papæ Ioanni, Episcopi Remorum diœceseos, &c. Si autem finit: Suffragetur nobis uestra authori-
C tas & in huius apostatæ deiectione, & in eius qui domui Dei præesse possit, Archiepiscopi noua ordinatione: simulq; inuocatis Episcopis nostris fratribus necessaria promotione, ut sciamus & intelligamus, cur inter cæteros Apostolatum uestrum præferre debeamus.

Obserua aculeum in fine. Volunt, Papam aliquid eximium re ipsa præstare debere, ut appareat, cur sit cæteris præferendus. Sequitur ordine ad præcedentia, cap. XXVII. eiusdem Synodi, sic ad uerbum.

His epistolis in media synodo recitatis, missionis earum tempus, & relata legatio ab defensoribus Arnulphi perquirebatur. Et de primo quidem, mensis undecimus reperiebatur: de altero autem, nihil memoria dignum, sed legatos tantum scripta Romano Pontifici porrexisse, primoq; se blandè acceptos esse: postea uerò quàm
D Hiriberti Comitis legati equum corpore præstantem, niueo colore insignem, cum alijs muneribus Pontifici obtulerunt, se per triduum ante ianuas palatij defatigatos, nec admissos, infecto negocio redijsse. Adstipulabantur etiam huic rationi Brunonis Episcopi præsentes clerici, qui se pro eius captione Romanum Pontificem adisse dicebant, à quo maledicta in reos cum ex authoritate Apostolica expeterent, eius ministri summam solidorum X dari censebant. Quibus derisis, eo quòd, si pecunia redimi posset, nec mille talenta moras inferrent, hoc tandem in responsis ab ipso Pontifice acceperunt, ut is pro quo captus esset, bene illi prospiceret. Non ergo sedem Apostolicam huic iudicio præiudicare. Benè quoq; Aphricanos Episcopos super hoc Romanorum typo permotos fuisse, qui super hac re synodo CCXVII. Episcoporũ, tempore Zosimi Papæ inchoata, & per tempora Bonifacij distenta, tandemq; sub Celesti no consummata, quid de Romani Episcopi potestate sentiri uellent, in æternis monumentis statuerunt. Quod concilium quoniam insigne est, & beati Augustini præsentia illustrata, uimq; multiplicis argumenti huic synodo præbuit, ad plenum his gestis adnectere utile iudicauimus.

Sequitur cap. XXVIII. sic ad uerbum: Multa super his pater Arnulphus publicè locutus est, multa cum sibi tunc assidentibus contulit, quæ ne fortè minus suaui-

ius suauitatis habeant, ita sparsim posita, ut sunt ab eo prolata, ea in unum colligere A
malimus, ut continuata oratio plus utilitatis studioso lectori conferat. Nos quidem
inquit: Reuerendissimi patres, Romanam Ecclesiam propter beati Petri memoriam
semper honorandam decernimus, nec decretis Romanorum Pontificum obuiare
contendimus: salua tamen authoritate Nicæni concilij, quod eadem Romana Ec-
clesia semper uenerata est: statuta etiam sacrorum Canonum, diuersis locis, di-
uersis temporibus, sed eodem Dei spiritu conditorum, in æternum ualere præ-
cipimus, & ab omnibus seruanda censemus. Duo autem sunt quæ magnopere
à nobis prouideri debent: id est, si Romani Pontificis silentium, aut noua constitu-
tio, promulgatis legibus Canonum, uel decretis priorum præiudicare potest. Si
enim silentium præiudicat, omnes leges, omnia priorum decreta, eo silente, silere ne
cesse est. Si autem noua constitutio, quid prosunt leges conditæ, cum ad uniusarbi-
trium omnia dirigantur? Videtis, quia his duabus causis admissis, Ecclesiarum Dei s
status periclitatur: & dum legibus leges quærimus, nullas omnino leges habemus.
Quid ergo? Num priuilegio Romani Pontificis derogabimus? Minime. Sed si Ro-
manus Episcopus is est, quem scientia & uitæ meritum commendet, nec silentium
nec noua constitutio metuenda sunt. Quod si uel ignorantia, uel metu, uel cupidita
te abalienatur, uel conditio inuidiam facit (quod ferè sub hæc tempora uidimus Ro-
mæ tyrannide prævalente) tunc multò minus idem silentium & noua constitutio
formidanda sunt. Non enim is qui quolibet modo contra leges est, legibus præiu-
dicare potest.

Sed o lugenda Roma, quæ nostris maioribus clara patrum lumina protulisti,
nostris temporibus monstruosas tenebras, futuro seculo famosas offudisti. Olim ac-
cepimus claros Leones, magnos Gregorios: quid dicam de Gelasio & Innocentio?
qui omnem mundanam philosophiam sua sapientia & eloquentia superabant.
Longa series eorum est, qui sua doctrina mundum repleuerunt. Eorum itaq; dispo-
tioni, qui uitæ merito & scientia cunctos mortales anteirent, rectè uniuersalis Eccle-
sia credita est: quamuis & in hac ipsa fœlicitate hoc priuilegium tibi ab Aphricanis
Episcopis contradictum sit, has credo quas patimur miserias magis quàm typum
dominationis formidantibus. Nam quid sub hæc tempora non uidimus? uidimus
Ioannem cognomento Octauianum, in uolutabro libidinum uersatum, etiam con-
tra eum Otthonem, quem Augustum creauerat, coniurasse: quo fugato, Leo Neo-
phytus in Pontificem creatur. Sed Otthone Cæsare Roma discedente, Octauianus
Romam redit, Leonem fugat, Ioannem diaconem naso, dextris digitis ac lingua
mutilat: multaq; cæde primorum in urbe debacchatus, in breui moritur. Cui Benedi
ctum diaconem, cognomento Grammaticum, Romani substituunt: eum quoque
Leo Neophytus cum suo Cæsare non longè pòst aggreditur, obsidet, capit, deponit,
perpetuoq; exilio in Germaniam dirigit.

Succedit Otthoni Cæsari, Cæsar Ottho, nostra ætate cunctos Principes armis, D
consilio ac scientia superans. Succedit Romæ in Pontificatu horrendum monstrum
Bonifacius, cunctos mortales nequitia superans, etiam prioris Pontificis sanguine
cruentus. Sed hic etiam fugatus, atq; magna synodo damnatus, post obitum diui
Otthonis Romam redit: insignem uirum Apostolicum Petrum Papiensis Ecclesiæ
prius antistitem, data sacramentorum fide, ab arce urbis deijcit: deponit, squalore
carceris affectum perimit. Num talibus monstris hominum ignominia plenis, scien-
tia diuinarum & humanarum rerum uacuis, innumeros sacerdotes Dei per orbē ter-
rarū sciētia & uitę merito cōspicuos subijci decretū est? Quid est hoc, Reuerēdissimi
patres? Vel quo nam uitio fieri credendum est, ut caput Ecclesiarum Dei, quod in sub
lime erectum, gloria & honore coronatum est, ita in infima deiectum, ignominia &
dedecore deturpatum sit? Nostrum, nostrum est hoc peccatum, nostra impietas, qui
quærimus quæ nostra sunt, non Iesu Christi. Si enim in quouis ad Episcopatum ele-
cto morum grauitas, uitæ meritum, diuinarum ac humanarum rerum scientia sub-
tilitertia

A tiliter inuestigantur: quid in eo qui omnium Episcoporum magister uideri appetit, inuestigandum non est? Cur ergo in summa sede sic infimus constituitur, ut etiam in clero nullum habere locum dignus inueniatur? Quid hunc, Reuerendi patres, in sublimi solio residentem, ueste purpurea & aurea radiantem, quid hunc inquam esse censetis? nimirum si charitate destituitur, sola q; scientia inflatur & extollitur, ANTICHRISTVS est, in templo Dei sedens, & se ostendens tanquam sit Deus, Si autem nec charitate fundatur, ne scientia erigitur, in templo Dei tanquam statua, tanquam idolum est: à quo responsa petere, marmora consulere est.

Quò ergo consultum ibimus? Euangelium docet, quendam in ficulneo tertium quæsiisse, & quia non reperierit, succidere uoluisse, sed admonitum expectasse. Expectemus ergo primates nostros, quoad possumus: atq; interim diuini uerbi

B uicinæ nobis sunt, summos sacerdotes Dei, in religione admodum præstantes inueniri, in hoc sacro conuentu testes quidam sunt. Proinde si Regum dissidentium animositas non prohiberet, inde magis Episcoporum iudicium petendum fortè uideretur, quàm ab ea urbe, quæ nunc emptoribus uenalis, exposita ad numorum quantitatem iudicia trutinat. Quòd si quispiam dixerit secundum Gelasium, Romanam Ecclesiam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium, nec de eius unquam iudicio iudicari: is inquam, qui hoc dixerit, eum nobis in Ecclesia Romana constituat, ut de eius iudicio iudicari non possit. quanquam hoc ipsum Aphricani Episcopi impossibile iudicant. Nisi fortè (inquiunt) quisquam est qui credat, unicuilibet posse Deum nostrum examinis inspirare iustitiam, & innumerabilibus congregatis in concilium sacerdotibus denegare. Sed cum hoc tempore Romæ nullus pene sit, ut fama est, qui sacras literas didicerit, sine quibus (ut scriptum est) uix

C ostiarius efficitur: qua fronte aliquis eorum docere audebit, quòd minimè didicit? Ad comparationem quippe Romani Pontificis, in alijs sacerdotibus ignorantia utcunq; tolerabilis est: in Romana autem, cui de fide, uita moribus, disciplina sacerdotum, de q; uniuersali catholica Ecclesia iudicandum est, intolerabilis uideri potest. Is enim est, ut quibusdam placet, qui secundum Ezechielem propheram manet in gazophylatio, quod respicit uiam meridianam, & excubat in custodijs templi.

Cur autem loco prior, scientia inferior, non æquo animo ferat iudicium loco inferioris, scientia prioris? Certè ipse Apostolorum princeps non abnuit iudicium, quamuis loco minoris Pauli, scientia prioris, in faciē sibi resistentis: quoniá non sana uidebatur doctrina magistri. Et Gregorius Papa cum dicat, si qua culpa in Episcopis inuenitur, nescio quis Apostolicæ sedi subiectus non sit: subinfert, Cum uerò culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis pares sunt. Inuolutus ergo criminibus, sentiat præesse sibi Romanum Pontificem: & qui nullis atrocioribus factis

D pergrauatur, intellígat parem, dignam se ac Romano Pontifice in quolibet negotio laturus sententiam. Sed esto, ponamus nunc Romæ esse Damasum, &c. Hactenus ex synodo ad uerbum.

Hæc celeberrimus ille Episcopus de Romano Antichristo, consentiente approbante q; tota synodo, grauiter, eruditè ac piè differuit. Vnde apparet, & Romanos Pontifices iam tunc planè sceleratos ac indoctos homines fuisse: & tamen eorum tyrannidem nondum ita inualuisse, ut docti ac pij Episcopi magnum nefas esse putarent, ab illis dissentire, aut etiam publicè in synodis contra eos declamitare. At uerò nostris temporibus, & proximis aliquot seculis, planè ingens nefas esset, quicquam tale uel priuatim dicere, uel etiam animo solummodo concipere: quum quidem Parum impietas, turpitudo, & inscientia, planè in immensum ab eo tēpore creuerit. Quare quantò quis hoc tempore magis catholicus, magis q; Orthodoxus Christianus uideri uult, tantò turpius Antichristo adulatur, eius q; fœtidissimos (beatissimos uolebā dicere) pedes, alia q; inferiora osculatur. Quasi uerò id Christianę pietatis perfectio apex q; sit: aut propterea filius Dei semet exinaniens, seruilē q; formam accipiens,

sanguinem

sanguinem suum acerbissima morte effuderit, ut totum genus humanum uni cui- A dam turpissimo ac nequissimo tyranno Romæ agenti, turpiter adularetur, seruiret, eius pedes seruiliter oscularetur, omnes eius crepitus ac ructus pro spiritus S. oraculis & afflatibus haberet, omnesq; suas opes, sanguinem, & ipsam animam ad eius libi- tum impenderet, profunderet & perderet.

Petrus de Bruis.

VIxit hic Petrus de Bruis fermè ante 500. annos, docuit cruces & imagines ado- randas non esse. Reprehendit, quòd tot superfluæ Ecclesiæ & altaria tam sumptuosè ædificentur. Item quòd tantum sumptuum in earum cultum fiat: & uera Ecclesia, id est, miseri Christiani negligantur. Damnauit orationem & Missas pro mortuis. unde apparet, eum & purgatorium negasse. Docuit item, iictum boa- tum conductorum sacrificorum, qui in templis sine mente & sine intellectu, sine q; uera fide fit, nihil aliud quàm Dei derisionem esse. Verisimile est, eum omnes simi- les hominum traditiones damnasse. Tribuuntur ei alioqui & ueri quidam errores: quod opinor Papistas studio deformandi hominem mentiri, ut solent.

Anna Cæsaris filia.

ANna uxor Nicephori Melisseni, filia Irenes & Alexij Imperatoris, scripsit histo riam circa annum Domini 1100. quam Alexiadem uocauit. Eius libri sunt XV, in quorum primo meminit contentionis eius quæ fuit inter Henricum Re- gem Alamaniæ, & Papam Romanum, ait enim: ὁ γάρ τοι πάπας φὶ ῥώμης γενναῖ- δὲ αὐτὴ ἀρχὴ καὶ σρατεύμασι πορφανῶς πορφρατ ομένη. μετὰ τὸ ῥηγὸς Αλαμανίας φὶ ρύχα δ ιαφορὰν ἐσχηκὼς ἐβόλετο πρὸς συμμαχίαν ἑλκῦσαι ῥόμπέρτου ἄσλη πορφρέτα- τον γεγονότα, καὶ πρὸς μεγάλας ἀρχὰς ἀκμάσαντα. ἃ δὲ διαφορὰ ῥήγος τε καὶ πάπα ἦν αὐτη τίς ἦν. ὁ μὲν γὰρ κατετίατο τὸ ῥηγὸς ἐνερύχα ὡς τὰς ἐκκλησίας οὐ προῖκα διδόντες ἀλλὰ διωρημάτων ἀποδιδομένων καὶ πα καὶ αὐαξίοις αὐθράσι τὸ ἀρχιερωσύνην κατα πιστεύοντ , καὶ τοιούτων ἐγκλημάτων ἐδίωκεν. ὁ δέ γε ῥὴξ ἀλαμανίας τυραννίδος φὴ πάπαν ἐγράφετο ὡς ἄτορ γνώμης αὐτὸ τὸν ἀποστολικὸν ἁρπάσαντα θρόνον, καί πα καὶ ἀπισχυντήκει πρὸς ὄρμ καὶ ἰζαμωτέροις ἐχρήσατο λόγοις, &c.

Tum narrat Anna quàm inhumanè Regis legatos Papa exceperit. Postea sic exclamat. καὶ ταῦτα, ἀρχιερέως ὢ δίκη, ἢ ταῦτα, πρώτου ἀρχιερέως, ἢ ταῦτα, πρόκει- θημένου φὶ οἰκουμένης ἁπάσης γινόμενον ὥσπ δ ὄμ καὶ οἱ λατῖνοι λέγουσί τε καὶ οἴονη, ἔσι γὰρ ὄρος τῆς ἀλαζονείας αὐτῶν. Deinde subijcit, translato Byzanum & adempto Romanis Imperio, ὅτι μεταπέπτωκε καὶ ἡ τῶ θρόνω ἀρχιερατικὴ τάξις, & synodi Calcedonensis meminit. Prælium postremo commissum refert inter Henricum & Papam, καὶ ὅτι ὑπὲρ τὰς διακοντα χιλιάδας ἄνδρες κατ' ἐκείνην τὴν μάχην ὡς φά- σιν ἐπεπτώκεσαν. Papam uerò simul & Saxonum Duces ταντὸλφόντε καὶ ὑνέλ- φορ, qui Papæ auxilium laturi uenerant, eo prælio superatos. ὁ δὲ inquit κατα πτυσας ὅτ πάπας (οὐδὲ γὰρ ἔχω τί ποτ' ἂν ἄλλο ὄρμ αὐτονομάσαιμι τὴν ἀπάνθρωπον ἐκείνην ὕβριν φὴθυμηθεῖσα τὴν ἐσ τὸς πρέσβεας) μετὰ πνευματικῆς χάριτ ἢ ἐναγγελικῆς ὁρμ νης ἐπὶ μὲν πόλεμον ὁ διαπότης ἐχώρει ὅλη γνώμη καὶ ὅλας χρσὶ μὲν ἐμφυλίου ὁ ἐρινι κός. ταῦτα καὶ τὸ ἐρηνικὸ μαθητής, &c.

Conradus Episcopus.

CONradus Episcopus Chronicon quoddam Moguntinum scripsit, ac narrat inter cætera, quomodo duo pij, iusti & pacifici Archiepiscopi Mogunt ini, nempe Henricus & Christianus, quod à fraudibus & à tyrannide ei generi ho- minum usitata abhorrerent, à Papis sint tanquam somnolenti & inutiles depositi, uendito Archiepiscopatu alijs sacrificulis, ob ingentem auri summam, cuius in ea Ec- clesia maxima tunc copia fuit.

Miserabilis uerò cum primis, plenaq; manifestæ iniustitiæ est historia prioris

Archiepis-

A Archiepiſcopi, nempe Henrici. Nam ille cum ſe apud Papam delatum intelligeret, miſit eò ſuum quendam intimum clericum, nomine Arnoldum, á ſe ad maximas quaſq; dignitates euectum, qui ſe apud Papam excuſaret. Sed ille bonus homuncio pro excuſatore fit accuſator, corrumpit duos præcipuos Cardinales pecunia, ac impetrat per eos à Papa, ut illi ipſi cognitores in rem præſentem mittantur. Qui cum ueniſſent in Germaniam, citaſſentq; Henricum, contempta omni quantumuis iuſta apologia, eum deponunt: & ſubſtituunt Arnoldum, ſpe nimirum Eccleſiaſtici auri.

Qua iniuria bonus ille patet affectus, hiſce uerbis (teſte hiſtorico) Cardinales illos alloćutus eſt: Venerabilis uir Henricus, tam manifeſta peruerſitate commotus, ipſos peruerſos alloquitur in hunc modum: Si ad ſedem Apoſtolicam appellarem, contra ueſtrum iniquum proceſſum, Papa forſan ipſe nihil amplius attentaret, & nihil mihi accreſceret, niſi labor corporis, amiſsio rerum, & afflictio ſpiritus, & euiſce-
B ratio mentis, & euacuatio gratiæ. Appello ergo ad Dominum Ieſum Chriſtum, tanquam iudicem iuſtiſsimum. Vos cito ad eius tribunal, ibi mihi coram ſummo iudice reſpondebitis. Nec enim iuſtè, nec ſecundum Deum, ſed mercede corrupti, ſicut placuit, iudicaſtis. At illi: Cum tu præceſſeris, nos ſequemur. Hæc autem ridentes & deridentes dixerunt. Acta ſunt hæc Anno gratiæ 1105.

Poſthæc, narrat hiſtoricus mortuum eſſe Henricum, & ſtatim poſt eius mortem duos illos Cardinales miſerabiliter una die perijſſe. Sic enim inquit:

Mors uenerabilis Henrici multis innotuit. Peruenit etiam ad aures illorum Cardinalium, qui ab Epiſcopatu eum amouentes, ſe promiſerant ſecuturos, & ludentes ad alterutrum dixerunt: Ecce præceſsit, nos ſuo tempore ſequemur. & ecce tranſijt tempus breue, & ambo uno die moriuntur. Nam unus ſedens in ſede naturæ: ut purgaret uentrem, omnia inteſtina ſua in cloacam eiecit, & animum miſerabiliter exhalauit. Alius manuum ſuarum digitos articulatim abmordens, & de ore expu-
C ens, deformatis manibus quaſi ſeipſum deuorans expirauit. O Deus ultionum, Domine Deus ultionum, hoc eſt, iuſtum exercens iudicium: & in his omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Audita ſunt hæc in terra noſtra, & fama celebri diuulgata: nec à quoquam aliud dicebatur, quàm, Benedictus Dominus, qui uenerabilis Henrici iuſtè iniuriam uindicauit. Nec multum poſt horum exitium, etiam ipſe Arnoldus horribili caſu in ſeditione perijt: aliquotq; diebus inſepultus humi, uilis. cuiuſq; etiam ſcorti uexationi ac laceration i patens iacuit. Expoſita cæde Arnoldi, cõpellat Hiſtoricus hiſce uerbis Cardinales: O Cardinales, huius rei uos eſtis initium. Venite ergo, uenite, haurite nunc & ferte architriclino ueſtro diabolo, eiq; offerte cum ea, quam deglutiſtis, pecunia, etiam uoſmetipſos.

Sic nimirum auri ſacra fame Simonem, non Petrum, ſed Romanum, eiusq; filiolos ſatellites Cardinales, alios q; ſpirituales regente & agitante, Eccleſię Chriſti, & pijs paſtoribus, & animarum ſalute, & templorum theſauris ſunt ſpoliatæ. Nam
D idem ſcriptor narrat, fuiſſe Moguntię in ornatu Eccleſiaſtico immenſum theſaurum, calices, cruces, & alia inſtrumenta, non tantum ex argento, ſed etiam ex ſolido auro: inter cætera unam crucem nomine Bennam, ponderis 600. libratum, cui uerſus hic fuit inſcriptus.

Auri ſexcentas habet hæc crux aurea libras.

Ita ut ſolum eius aurum, præter gemmas, & duos maximos carbunculos, ualuerit circiter octuaginta millia coronatorum. Quantum ſanè ex illis, quæ hiſtoricus hic narrat, conijcere licet, ualuerunt ornamenta & inſtrumenta Moguntinæ Eccleſiæ tunc temporis, ad millies millenos florenos. At ignari rerum clamabunt, & iam clamant, Lutheranos illos & alios Eccleſiarum theſauros diripuiſſe: cum ueriſsimè de illis & alijs & pleriſq; dici poſsit, quod mihi ante paucos annos centenarius quidam ſenex Hoxariæ in Haſsia interroganti, de uicino illic monaſterio Corbeia, dicebat: O Corbeia, Corbeia, auream olim Corbeiam ſoliti ſunt nominare homines, uerùm ſpoliata eſt, non à militibus, ſed à ſcortis.

Bernhardus.

BErnhardus floruit circa 1130. annum, id est, ante annos 400. Satis acriter pugnauit pro gratuita iustificatione per solam fidem, & gratia, contra merita operum, & liberum arbitrium. Vide serm. 67. & 50. Reprehendit impietatem Papæ, Cur tisanorum, Episcoporum & spiritualium, eosq; inter cætera Antichristi ministros appellat. Lib. ad Eugeni. & serm. 33. Supra Cantica alicubi dicit, prælatos esse factos Prælatos. Obijcit etiam Eugenio, quod neglecto uerbo Dei, humanas traditiones promoueat, quodq; tyrannidem supra Ecclesiam exerceat. Reprehendit & superstitiones monachorum, ac dicit alicubi, se non credere olim tantas superstitiones in monasterijs fuisse. In quodam sermone pulchrè de coniugio dicit: Tolle de Ecclesia honorabile connubium, & thorum immaculatum: nonne reples eam concubinarijs, incestuosis, seminifluis, mollibus masculorum concubitoribus, & omni denique genere immundorum?

Hugo Cardinalis in Postilla super 1. Iohannis citat Bernhardum hæc alicubi dicentem: Videtur bone Iesu aduersus te coniurasse uniuersitas Christianorum, & illi in tua persequutione primi sunt, qui in Ecclesia tua uidentur primatum tenere, &c. In ipso quoq; mortis articulo clarè & grauissimè omnes suas, ut ita dicam, sanctitates & iustitias damnasse dicitur, ac ad solius Christi meritum confugisse, inquiens: PERDITE uixi.

Sanè quàm fuerit corruptus iam tum spiritualium Papæ status, satis indicat iste S. uir, is quinq; ad Eugenium libris, in quibus grauissimè in Papam, eiusq; spirituales inuehitur. An uerò ab eo tempore in melius peiusue promouerint, non difficile est cuiuis conijcere. Inquit alicubi inter cætera: Sic factitando, probatis uos habere plenitudinem potestatis, sed iustitiæ fortè non itidem. Facitis hæc, quia potestis: sed utrum & debeatis, quæstio est, &c. Potuissem fermè infinita, eaq; uehementissima B. Bernhardi dicta contra Papam & clericos annotare, nisi alioqui ipse author integer omnibus notus & peruulgatus esset.

Arnulphus.

NArrat Hugo, Platina, & Sabellicus, Arnulphum quendam Archiepiscopum Lugdunensem, qui magna nominis celebritate, magnoq; mortalium concursu diuinam legem per Gallias, Italiam, & tandem Romæ prædicabat, impiè à spiritualibus ob reprehensa eorum scelera, libidines, & errores, necatum esse: tulisseq; id Honorium Papam iniquo animo, sed tamen quæstione abstinuisse. Quod ipsum subindicat, eum nõ nimium iniquo animo tulisse. Accidit id ante 420. annos. Hugo quidem dicit captum & suspensum, quod sine publica authoritate fieri non potuit. Similis fermè per omnia historia narratur & de quodam Illyrico monacho, quæ circiter ante 40. annos Romæ acciderit.

Verùm adijciamus sanè narrationem Trithemij de hoc Arnolpho, ex eius Chronico Hirsauiensi, quandoquidem id nondum opinor editum esse. Hisce temporibus sub Honorio Papa secundo, uenit Romam quidem presbyter, Arnolphus uir magnæ deuotionis, & prædicator egregius: qui cum inter annunciandum uerbum Dei, clericorum lasciuiam, libidinem, auariciam, & nimium fastum reprehenderet, & paupertatem Christi & Apostolorum eius, integerrimamq; uitam ad imitationem omnibus proponeret: à Romana quidem nobilitate ut uerus Christi discipulus laudatus est, sed Cardinalium & clericorum odio nimium est habitus, à quibus & noctu captus occultè est interfectus. Hoc suum martyrium antea cum adhuc esset in heremo, diuinitus sibi fuit reuelatum, cum per Angelum ad prædicandum Romam mitteretur. Vnde & publicè dixit: Scio quòd animam meam quæritis: scio quod me breui clam occidetis. Sed quare? Veritatem uobis dico: fastum, superbiam, auariciam, luxuriam, nimiumq; studium quòd, comparandis diuitijs miseri impendiris, reprehendo; propterea uobis nõ placeo. Ego testem inuoco cœlum & terram, quòd non

A quòd annunciauerim uobis ea quæ mihi Dominus præcepit. Vos autem contemnitis & me & creatorem uestrum, qui uos per unigenitum filium suum redemit. Nec mirum, si hominem me peccatorem uobis ueritatem annunciantem, morti traditurum estis: cum etiamsi sanctus Petrus hodie resurgeret, & uitia uestra, quæ nimis multiplicata sunt reprehenderet, ei minimè parceretis. Cum hæc alta uoce clamasset, subiunxit: Ego quidem mortem subire pro ueritate non timeo: uobis autem in uerbo Domínico prædico, quòd omnipotens Deus non parcet impuritatibus uestris. Vos enim omni spurcicia pleni, plebem uobis commissam præceditis ad infernum. Deus uindex est. Cumq; odium cleri propter ueritatem in eum sæuire cœpisset, eorum insidijs captus submersus est. Scribit hic submersum esse: sed Sabelícus & Platina suspensum esse affirmant. quibus ego tanquam rerum Romanarum magis gnaris, B potius credendum esse arbitror.

Arnoldus Episcopus Brixiensis.

ARnoldus Brixiensis Episcopus, damnauit ciuilem administrationem in clero, seu quòd sibi ius temporalis gladij usurparent clerici, atq; ob eam causam est ab Hadriano 4. hæreseos damnatus. Floruit circa 1150. annum, id est, abhinc ante 400. annos. Balæus.

Iohannes Saresburiensis.

IOannes Saresburiensis, & Episcopus Carnotensis, floruit circa annum 1150. Solitus est duriter insectari scelera Papæ, & totius cleri. Scripsit etiam libellum titulo Obiurgatorium cleri. In suo Polycratico uerò sic scribit.

Sedent (inquit) in Ecclesia Romana Scribæ & Pharisæi, ponentes onera im- C portabilia in humeros hominum. Pontifex magnus, omnibus grauis, ac penè intolerabilis est. Ita debacchantur eius legati, ac si ad Ecclesiam flagellandam egressus sit satan à facie Domini. Nocent sæpius, & in eo sunt diabolo persimiles. Apud eos iudicium nihil est, nisi publica merces. Quæstum omnem reputant pietatem. Iustificant pro muneribus impium, afflictas grauant conscientias, argento & auro mensas ornant, & exultant in rebus pessimis. Siquidem peccata populi comedunt: eis uestiuntur, & in eis multipliciter luxuriantur, dum ueri adoratores in spíritu adorant patrem. Qui ab eorum dissentit doctrina, aut hæreticus iudicatur, aut schísmaticus. Manifestet ergo seipsum Christus, & palàm faciat uitam, qua nobis est incedendum, &c.

Testatur Petrus Parisiensis cantor, in suo Abbreuiato uerbo, de quo postea, eum in Lateranensi concilio Papæ ac Episcopis, uolentibus nescio quas nouas traditiones condere, restitisse, ac dixisse: Adeò non esse nouas traditiones condendas, ut etiam de ueteribus aliquid potius diminuendum sit, etiam si essent utiles. Nam & il- D larum utilium traditionum numero ac copia nimium Christianos onerari. Illudq; potius agendum esse, ut uerbum Christi seruetur. Iam enim uerè Christianis obijci posse, quòd propter hominum traditiones, Dei mandatum irritum fecerint. Tales saniores doctores subinde fuerunt in Ecclesia: sed non sunt ausi omnia clarè dicere ac scribere quæ opus fuisset. In Speculo est, hunc Iohannem ab Hadriano Papa audiuisse inter alias querelas & hoc, Papam uerè seruorum seruum esse: quia cogatur seruire Romanis, auariciæ seruis. Idem Adrianus & illud solebat dícere ad eundem Iohannem, multos Pontifices magis Romulo succedere in parricidijs, quàm Petro in pascendis ouibus. Inueni in quodam manuscripto libello, cui titulus est, de Vita & honestate clericorum, quòd hic Io. Romam ex Anglia ueniens, Hadriano 4. cui familiaris, amicusq; fuit, interroganti, quid sui homines de Papa Romanaq; curia sentirent ac loquerentur: responderit, Eos dicere, non posse illum expleri omnibus totius Ecclesiæ opibus, quin semper plura expetat, queraturq; se egere, &c.

Etmundus Cantuariensis Archiepiscopus.

DE Etmundo Archiepiscopo Cantuariensi, qui circa hæc tempora uixit, refert Albertus Rigensis Archiepiscopus eum ualde solitum esse à muneribus abhorrere, ac dicere: Per munera, quæ nunc data sunt, nunc accepta, corrupta est Christianitas hodie, deficietq; prius quàm animaduertant: nisi se curare studuerint ab hac peste. Grandia profectò hæc uerba sunt: sed credo hunc bonum patrem respexisse ad id, quod Antichristus omnes doctos & potentes ad se muneribus ac distributione terrarum, id est, Episcopatuum & prælaturarum, alliciat, quo suæ impietati conniueant, sicut Daniel de eo prædixit.

Petrus Blesensis.

PEtrus Blesensis uixit ante annos 400. Scripsit multa, in quibus grauissimè uituperat tum uitam moresq; spiritualium corruptissimos, tum neglectionem officij, tum denique & impium abusum clauium. In quadam epistola ad quendam officialem (ut uocant) Episcopi, monet eum, ut quamprimum ab ea functione recedat. Hortatur quoque, ut exeat ex illa Babylone. Dici sanè uix satis potest, quàm horribilibus uerbis describat Episcoporum impiam tyrannidem, quam illi miserabiliter & nefariè per suas infernales Harpyias, id est officiales, Ecclesiam Christi turbato omni humano ac diuino iure uexent, deglubant, lacerent & discerpant, dum opes coacernare studeant, quas postea turpissimè per luxum & libidinē profundant. Quam epistolam totam hic apponemus.

QVia te affectuosissimè diligo in uisceribus Iesu Christi, proposui te salutare & cum bus monitionibus ad hortari, ut de Vr Chaldeorum, & de medio Babylonis tempestiuè exeas: ut ministerium damnatissimæ uillicationis omittas. Scio quia munerum cupiditas subuertit cor tuum, ut fieres officialis Episcopi. Cumque legeras, sed fortasse negligebas uerbum illud Iob. Ignis deuorabit corpora eorum, qui libenter accipiunt munera. Igitur beatus est, qui excutit manum suam ab omni munere. Credo hominum officiales non ab officio nomine, sed ab officio uerbo mutuasse uocabulum.

Nam genus est hominum quod dicitur officiperda officit, est uerbum crudele nimis & acerbum. Dictio plena malis. hinc dicitur officialis. Tota enim intentio officialis, est ad opes Episcopi suæ iurisdictioni commissas, ut miserrimas oues quasi uice illius tondeat, emungat & excoriet. Isti enim sunt Episcoporum sanguisugæ euomentes alienum sanguinem, quem biberunt. Diuitias quas congregauit impius euomet, & de uentre eius extrahet illas Deus. Isti sunt quasi spongia in manu presentis: quasi quidā collatoria diuitias suis Dominis influentia, & execrandis acquisitionibus nihil sibi præter peccati sordem & fœtulentiam retinentes. Quod enim aggregat per oppressionem pauperum, Episcopis cedit quidem ad delicias, officialibus autem ad tormentum.

Sic uos non uobis mellificatis apes.
Sic uos non uobis accumulatis opes.

Isti sunt secretiora hostiola, per quæ minister Belis sacrificia quæ super mensam ponebantur à Rege, clanculum asportabat. Sic Episcopus longa manu bona aliena dirimit, & notam criminis à se remouens suis officialibus culpæ & diffamiæ discrimen impingit. Ideo quasi sub umbra Episcopi, & obtentu iusticiæ palliatæ subditos opprimunt, Ecclesias grauant, redditus alienos uiolenter inuadunt. Oculos habent ad munera, pupillo & uiduæ non intendunt, Verba sunt filij Syrach: Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam. Ita & qui facit per uim iudicium in-

A ciam iniustum, spado uirginem opprimit: & prolem in oppressione non quærens, corrumpit, non gignit. Sic prælatus iracundiæ aut auaritiæ suæ satisfaciens, nec fructum iustitiæ quærens, corrumpit non corrigit, exasperat non emendat.

Quod enim sit prætextu fucatæ religionis ac simulatæ iustitiæ, non fructificat ad uitam, non ædificat ad salutem. Parcit Saul optimis gregibus Amalech, quasi sacrificaturus ea Deo, & incurrit in diuinam offensam. Gedeon quidem de præda Madianitarum fecit Ephot, & hoc sibi & domui suæ uersum est in ruinam.

Hanc administrationem quam tibi damnabiliter usurpasti, patientius ferrem, si in sacrarum literarum scientia præemineres. Causæ & iudicia, quibus te imprudenter, ne dicam impudenter, immisces, potius consuetudinario et seculari uiro destinantur. Virum literatum & Ecclesiasticum non sic decebat secularibus negocijs
B implicari. Apostolus ad Corinthios scribens ait: Secularia negocia si habueritis, eos qui contemptibiliores sunt inter uos constituite ad iudicandum.

Officium officialium, quorum te numero aggregasti, hodie est iura confundere, suscitare lites, transactiones rescindere, innectere dilationes, supprimere ueritatem, fouere mendacium, quæstum sequi, æquitatem uendere, inhiare exactionibus, uersutias continuare. Isti sunt qui hospites suos grauant superflua electione, & multitudine clientelæ. Quærunt delicatos & superfluos cibos, cum scriptum sit: Comedentes & bibentes quæ apud illos sunt. De alieno enim prodigi, de proprio sunt auari, uerborum insidiatores, & aucupes syllabarum, tendunt laqueos & pedicas in capturam pecuniæ, iura interpretantur ad libitum, & ea pro uoluntate sua nunc abdicant, nunc admittunt, benè dicta deturpant, prudenter allegata peruertunt, rumpunt fœdera, nutriunt simultates, fornicationes dissimulant, matrimonia distrahunt, adulteria fouent, penetrant domus, & mulierculas oneratas
C peccatis captiuas ducunt: diffamant innoxias, & nocentes absoluunt. Et ut multa sub uerborum paucitate concludam, dum omnia uenaliter agunt, filij Mammonæ, se diabolo uenales exponunt.

Dominus in Euangelio dicit: Gratis accepistis gratis date. Et Salomon in parabolis: Veritatem eme, & noli uendere sapientiam, iustitiam & doctrinam. Vereor ne rapiat spiritus elationis, & dominandi cupido ad uanitates & insanias falsas: utinam attenderes uerba Sapientiæ talia comminantis: Quos qui complacetis uobis in turbis, data est uobis potestas à Deo, qui interrogabit opera
& cogitationes uestras, qui cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis.

Horrendè autem apparebit, & iudicium durissimum his qui præsunt, fiet: at fortioribus fortior instat cruciatus. Amice, in aranea huius seculi periculosissimè
D pugnas: Mors te sequitur, uita fugit, caro palpat, mundus allicit, leo rugiens, & quærens quem deuoret, circuit, cucurrit.

Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Vtinam ab omnibus seculi huius noxijs abstineres, ut in te quod suum est, non inueniat. Princeps huius mundi: & in palæstra qua curritur ad brauium nihil haberet aduersarius, quo te caperet, aut teneret, aut à brauio retardaret.

Si mihi credis, imò si credis in Deum, relinque maturius officialis officium, ministerium damnationis, rotam malorum, spiritum uertiginis, qui te ad inania circumuoluit. Miserere animæ tuæ placens Deo, cui placere non potes cum isto damnationis officio.

Clerum sæpe alioqui nominat, Syriam, Edom, uitulos Bethel, idola Aegypti, pingues Samariæ, sacerdotes Baal, iudices qui condunt leges iniquas, & multò plura. Episcopi domo, (inquit) ut cum familia dominum comprehendam, nihil

est damnabilius ad meritum, nihil inhonestius ad mores, nihil sordidius ad con-
scientiam, nihil culpabilius ad famam, nihil perniciosius ad exemplum.

Aufer Domine de domo tua idolum, & confringe cornua peccatoris. Munera Romæ omnia peruertunt, & omnia monachis licere permittunt: imò ad omnes cat nis illecebras, quas annua redimunt pensione. Cantantur eorum turpitudines in tentoriis Geth, & in compitis Ascalonis. Sic factus est princeps Sodomorum, disci- pulis post eum in cathedra pestilentiæ sedentibus, &c.

Rhythmicæ ueteres cantilenæ.

RHythmicas quasdam cantilenas primùm anno 48. & iterum 52. auctiores edi- di: quæ quantum ex duorum codicum uetustate, genere musices eis adiunctæ, aliisq; quibusdam circumstantiis conijcere licet, uidentur ut minimum ante 300. annos compositæ. Suspicor autem ob sermonis latinitatem, & metri genus, eas esse Hildeberti Episcopi Cenomanensis, qui ante 450. annos floruit, & similia plura composuit, nec admodum Romanensibus Curtisanis fauit. Verùm de eo supra satis.

Inter eas admodum piè & magna spiritus alacritate, Christi beneficium ce- lebrant: & gratuitam iustitiam, quæ sine omni nostro merito contingat, prædicant.

Multæ etiam reprehendunt Papam, & eius abusus. Vna inter cæteras queritur, principem Babylonis uenisse in templum Salomonis, ibiq; sibi altam sedem con- struxisse.

Orat etiam Deum, ut eum inde pellat. Quæ uerba aliter intelligi non possunt, quàm quòd Papa Antichristus irruerit in templũ Christi, ibiq; sedeat ac regnet, ut scri ptura prædixit. Alia queritur, prælatos factos hæredes Luciferi, eosq; Ecclesiam opprimere. Alia queritur, monastica hypocrisi meritũ Christi obscurari. Alia lamẽta- tur, Ecclesiam factam esse spelunca uespillonum: id est reprehendit uigilias et Mis- sas pro mortuis, ad quas totum ministerium Ecclesiæ translatum sit, ita ut sacrificuli o obliti prorsus mandati Christi, Ite & prædicate Euangelium, nihil aliud propemo- dum quã uespillones sint. Queruntur et de persecutione à clero excitata. Arq; ita aliæ alios errores & scelera spiritualium Papæ reprehendunt, & Deum orant ut Eccle- siam repurgare uelit.

Potest autem fieri, ut & à pluribus authoribus compositæ sint illæ cãtilenæ. Alię enim sunt monodia, aliæ bicinia, aliæ tricinia, aliæ Latinæ, aliæ Gallicæ. Adhæc, in utroque exemplari sunt multa, quæ in altero non reperiuntur: ut appareat, aliquos pios sibi diuersorum authorum cantilenas collegisse, quas potuerunt nancisci.

Vnde cognosci potest, iam olim multos pios fremuisse contra Antichristum, & eius abominationes in templo Dei collocatas: gemuisseq; ad Dominum pro Ec- clesiæ liberatione, & repurgatione: ac ex animo cupiuisse uidere diem renouationis Euangelij, quem nos ingratissimi magno cum tædio spectamus & fastidimus.

Similis his Rhythmica cantilena extat & in Vrspergense Abbate, in narratione D terum à Philippo Barbarossæ filio gestarum, in qua is (nam ab eo composita uide- tur) curiam Romanam, tanquam fontem omnium malorum insectatur. uixit au- tem is Abbas ante annos 300.

Extant quoq; in Præmonstratensium, ut dicitur, breuiario, in Omnium sanctos tum officio, ista Rhythmica carmina, contra sanctorum inuocationem, meritum & intercessionem:

Adiuuent nos eorum merita,
Quos propria impediunt scelera?
Excuset eorum intercessio,
Quos propria accusat actio?
At tu qui eis tribuisti
Cœlestis palmam triumphi,
Nobis ueniam non deneges peccati.

Quæ om-

Quæ carmina olim fortaſsis ante annos 400. (nam tam diu & amplius Præmonſtratenſium ordo durauit) ab aliquo pio compoſita, manifeſtè damnant inuocationem & mediationem Sanctorum: & ad ſolum Deum omnis boni fontē, eiuſq; filij meritum nos reuocant.

Hildegardis.

Hildegardis monacha, & multorum iudicio prophetiſſa, floruit circa annum 1170. id eſt, fermè ante 400. annos. Grauiſsimè in ſuis prophetijs Papiſticorum ſpiritualium, non tantum ſceleratam facinoroſamq; uitam, ſed & Eccleſiaſtici officij neglectionem, atq; adeò Eccleſiæ Dei horribilem deſtructionem inſectatur. Alicubi inquit: Nunc autē in populo ſpirituali lex neglecta eſt, qui bona docere ac facere contemnit. Magiſtri quoq; & prælati neglecta & relicta iuſtitia dormiunt, in quadam uiſione apparet ei Eccleſia in forma fœminæ, querens, à ſacerdotib. faciem ſuam eſſe puluere conſperſam, & ueſtem diſciſſam, &c. eos nec doctrina nec exemplo populo perlucere, ſed contraria potius facere: eos innocentem agnum à ſe pepulisſe. Dixit quoq;, omnia inſtituta Eccleſiaſtica in peius inclinaſſe, ſacerdotesq; legem Dei non docere, ſed deſtruere. Atq; ob hæc horribilia ſcelera & impietates, grauiſsimam eis Dei iram, & triſtes pœnas minatur ac prædicit.

Non eſt autem, quòd ſibi Papiſtici ſpirituales inde blandiantur, quòd illa etiam bona denuò ſequutura miniſtris Eccleſiæ pollicetur: ſicut & Ioannes de rupe ſciſſa, aliiq; eiuſdem generis uates. Præponunt enim fore, ut priuſquam meliora tempora ſequantur, illi pœnitentiam agant.

Quo ſermone haud dubiè indicant pios miniſtros in inſtauratis Eccleſijs, qui pleriq; fuere ex ſpiritualibus, ſed turpem uitam, et impias idolatrias deſeruerunt. Iam cum ſacrificuli & monachi, id eſt, tota lerna ſpiritualium, habeat Hildegardim pro uera prophetiſſa, agnoſcere debent, ſe non ab homine, ſed à Deo per eam ſeuerisimè accuſatos eſſe. At Deus bone, quantum ab eo tempore, nempe hiſce 400. annis turpidinis, impietatis & idololatriæ ſpiritualium cumulatum eſt? Adſcribam hic quandam huius uatis prophetiam ex Alphabetica ſylua locorum communium Henrici Token (de quo alibi) deſumptam, propterea quòd noſtris temporibus impleri eam clarè cernimus. Prædicit enim præſentem religionis inſtaurationem, eamq; pientiſsimam fore prænunciat:

Tunc inſula Apoſtolici honoris diuidetur, quia nulla religio in Apoſtolico ordine inuenietur: & eapropter dignitatem illius nominis uilipendent, alioſq; ſibi oratos & Archiepiſcopos præficient: ita etiam, ut Apoſtolicus eo tempore ex diminutione honoris uix Romam, & pauca adiacentia ſub infula habebit. Hæc autem ex parte per bellorum incurſionem euenient, ex parte quoque per commune concilium, & conſenſum ſpiritualium & ſecularium perſonarum. tunc iuſtitia in ſua rectitudine ſtabit: ita ut in dieb. illis homines ad antiquas cōſuetudines & diſciplinas antiquorū hominū honeſtè ſe conuertent, & eas obſeruabunt, ſicut antiqui. Concordat gloſſa, &c.

In hac ſanè prophetia & Hildegardis & Token ſunt Lutherani, imò & peſsimi hæretici, qui crediderunt & ſcripſerunt, neglecto ſanctiſsimo Romano Antichriſto, piam Eccleſiæ Dei reformationem fieri poſſe. Sed hæc Hildegardis prophetia unà cum quibuſdam Sibyllæ uerſiculis ſeparatim prolixius´que eſt à me edita.

In pluribus, ijſq; uetuſtis codicibus reperio, quandam eius non ita prolixam prophetiam, de uenturis pſeudoprophetis: quę non niſi de mendicantibus, qui eam paulo pòſt ſecuti ſunt, ſi quis rectè rem perpendat intelligi poteſt:

In diebus illis exurget gens inſenſata, pompoſa, cupida, perfida & doloſa, quæ peccata populi comedet, ordinem quorundam timentium deuotariorum ſub diſsimulata mendicantium ſpecie tenentes, ſeq; cæteris ficta deuotione inflata ſcientia ac prætenſa ſanctitate præferentes, ſine rubore ac Dei timore ambulantes multa noua mala adinuenientes, fortes & ualidi à ſapientibus & Chriſti fidelibus ordo ille maledicetur: à laboribus, ceſſabunt, & ocio uacabunt, aſſumentes potius ordinem adulantiū

quàm mendicantium. Studebunt insuper omnes nimium, qualiter doctoribus ueritatis peruersè resistant, & eosdem cum potentibus interficiant, & potentes seducant & decipiant, propter necessitatem uitæ, & delectationem mundi.

Diabolus namque in eis quatuor uicia radicabit, uidelicet adulationem, inuidiam, hypocrisin & detractionem, adulationem, ut eis largè detur: inuidiam, & quando alijs dabitur, & non ipsis: hypocrisim, ut per falsam simulationem hominibus complaceant: detractionem, ut seipsos commendent, extollant, & alios uituperent, propter laudem hominum, & seductionem simplicium, ac sine deuotione & exemplo martyrum prædicabunt instanter, detrahent Principibus secularibus, Ecclesiarum sacramenta ueris pastoribus subtrahentes, recipientes que elemosynas pauperum, infirmorum & miserorum, nec non se in multitudinem populi trahentes, familiaritatem cum mulieribus habentes, easq; instruentes, qualiter maritos & amicos suos blandè & per uerba dolosa decipiant: nec non res proprias eiusdem furtiuè subtrahant, & ipsis tribuant.

Tollent namque res furtiuas, & malè acquisitas, & dicent: Date nobis, & nos orabimus pro uobis: sic, ut aliorum uicia curiosius tegant, & suorum penitus obliuiscantur. Heu etiam tollent res miseras à raptoribus, prædonibus, spoliatoribus, furibus, latronibus, aut sacrilegis, ab usurarijs, fœneratoribus, adulteris, hæreticis, schismaticis, apostatis, mulieribus luxuriosis, lenis & lenonibus, à potentibus, per iuris mercatoribus, falsis iudicibus, militibus, tyrannis: à Principibus contra legem uiuentibus, & à multis peruersis persuasionem diaboli, & dulcedinem peccati ac uitam delicatam, transitoriam & breuem, nec non satietatem in condemnationem æternam sectantes.

Hæc autem omnia in eis aperta, & manifesta erunt populis uniuersis. Ipsi uerò de die in diem duriores & nequiores efficiuntur, & cum seductiones & iniquitates eorum exploratæ fuerint, tunc cessabitur eis dari: & tunc ibunt circa domos famelici, & ut canes rabidi, submissis in terram oculis contrahentes cerui ces suas, uelut turtures, ut pane satientur. Tunc clamabit populus super eos: Væ uobis miseri, filij mœroris: uos mundus seduxit, diabolus ora uestra infrenauit: caro uestra lubrica, & corda uestra sine sapore: mens uestra uaga fuit, & oculi uestri delectabantur in uanitatibus, & in insanijs multis. Venter uester delicatus dulcia fercula appetit, pedes uestri ueloces ad currendum in malum.

Mementote, cum eratis apparenter beati æmulatores, pauperes diuites, & simplices potentes, deuoti adulatores, perfidi traditores, peruersi detractores, sancti hypocritæ, ueritatis subuersores, nimis directi, superbi, effrontes, doctores instabiles, martyres delicati, confessores lucri, mites, calumniatores, religiosi auari, humiles, elati, pij duri, mendaces, dulces, pacifici, persecutores, simplicium oppressores, malarum sectarum per uos de nouo excogitatarum adinuentores, misericordes nequam, amatores mundi, uenditores indulgentiarum, spoliatores beneficiorum, oratores incommodi, conspiratores seditiosi, suspiratores crapulosi, delide ratores honorum, zelatores criminum, mundi raptores, insatiabiles prædicatores, applausores hominum, seductores fœminarum, seminatores discordiarum.

Benè etenim de uobis glorioſus Propheta Moyses in cantico suo cecinit: Gens absq; consilio, & sine prudentia, utinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Aedificatores in altum, & dum altius ascendere non poteratis, tunc cecidistis: sicut Simon magus, quem Deus contriuit, & plaga crudeli percussit: sic & uos per seductionem, nequitias, mendacia, detractiones & iniquitates uestras corruistis. Et populus dicet illis: Ite doctores peruersitatis, subuersores ueritatis, fratres Sunamitis, patres hæretici prauitatis, pseudoapostoli: quia simulastis uos uitam seruare Apostolorum, nec tamen in minimo uitam illorum impleuistis: filij iniquitatis, scientias uia-

A entias uiarum ueſtrarum nolumus. Nam præſumptio elata uos decepit, & inſatiabilis concupiſcentia ſubuertit erroneum cor ueſtrum: & cum in altum ultra quàm decet aſcendere uoluiſtis, iuſto Dei iudicio deorſum in opprobrium ſempiternum cecidiſtis.

Et floruit beata Hildegardis, cuius hæc eſt prophetia, circa annos Domini M. centeſimum quadrageſimum ſextum, ut habetur in Martini Chronica, &c.

Ekbertus Abbas Benedictinus.

B EKbertus Benedictus Abbas S. Florini diœceſis Treueren. & frater D. Eliſabethæ de qua mox, floruit circa annum 1160. multa magno zelo nec etiam uulgari (ut tunc quidem fuerunt tempora) eruditione ſcripſit. Inter alia etiam epiſtolas, quarum ego perpaucas uidi. In eis tamen quædam ſunt noſtro inſtituto admodum conuenientia. Nam in quadam epiſtola ad Colonienſem Epiſcopum ita de bonorum Eccleſiaſticorum profuſione, deq; profligata monaſteriorum pudicitia ſcribit.

Sed nondum mi Domine, intra uiſcera Eccleſiæ pax ueſtra recepta eſt, adhuc mater paſsionis quaſi torſiones intrinſecus ſentiens in hunc modum gemebunda congeminat: Ventrem meum doleo, uentrem meum doleo, foris pax, intra prædatio.

Pacem negociatores habent, ſed nondum ſuper filios pacis pax requieuit. Ecce enim penè ubique miniſtri Eccleſiæ debita ſe conſolatione priuari conqueruntur. Sicut enim ipſe noſti, ita à Domino ab initio ordinatum eſt, ut de altari uiuerent, qui altari deſeruirent. Et ut rata hęc eſſet ordinatio, per manus Regum ac Principum locupletem fecit Eccleſiam, ut abſque ſolicitudine corporalis nutrimenti, milites Chriſti C orationi ac lectioni ſcripturarum intenderent. Sed ecce in his temporibus ordinatio iſta, uſq; quaque euacuari cernitur, maximè per diſpenſatores ac diſpenſatrices Eccleſiarum qui conſtituti ſunt ſuper familiam Domini ut dent illis cibum in tempore.

Hi enim dũ quę ſua ſunt, quærunt, bona Eccleſiarum aut per iniuriam negligunt, aut in ſuis uoluptatibus conſumunt, aut in laicas manus pro ſeculari fauore, aut obſequio conferunt, atque ita de abſconditis filiorum adimplent uentres alienorum. Si quis autem filiorum petierit panem, pro pane lapidem, aut ſcorpionem, aut ſerpentem illi porrigunt, dum aut duram obiurgationem, aut præurgentem læſionem inferunt, aut uerſutam excuſationem prætendunt. Vnde fit ut miniſtros Eccleſiæ aut pro D prijs ſtipendijs militare, aut ſi hæc nõ habent, aliena impudenter mendicare, aut ſiccis faucibus mœſtas Deo laudes concrepare oporteat.

Atque hac occaſione per omnes pene Eccleſias diuinæ laudis organa ſuſpenduntur, & nemo conſiderat: uix in una quaq; Eccleſia tribus aut quatuor miniſtranti bus continuè alijs urgente neceſsitate ad cognatos & notos, ſiue ad negociationes ſuas diſcurrentibus.

Verti me aliò, & appoſui cor meum, ut huius tam generalis ruinę cauſas intelligerem. Inſpexi, clericorum Eccleſias, ac reperi in eis enormitates grandes & innumeras.

Vidi clauſtra uirginum, quorum alia rectius uiſcarium ſ. id eſt aucupium ſatanę appellauerim: & ecce ignis alienus cuncta uaſtauerat, lilia caſtitatis aruerant, & deplorandus uniuerſo orbi animarum interitus ubiq; apparuit. Omnia ergo conſiderans, & præfatę ruinæ cauſas intellexi, & Domini patientiam uehementer admiratus ſum.

Circumſpexi autem & ſuſtinui, qui ſimul mecum contriſtaretur ſuper omnibus malis his, & uix unum de mille reperi, qui dignus haberetur inſcriptione TAV. Si itaque in his diebus ſuſcitauit nobis DEVS Machabeum, qui à finibus noſtris

nostris gladium coherceat, utinam & Patriarcham nobis suscitet, qui à sanctifica- A
tis Domino alienarum auium rostra prohibeat. Vtinam & Phineam nobis sus-
citet, qui & enormitates & contaminationes tabernaculorum Domini, districtiu-
dicij pugione confodiat.

Hæc autem omnia in uobis Domine mi, opto cõcurrere, ut uera & integra pax Ecclesiæ Dei per uos restituatur.

In alia item epistola ad eundem de antecessoribus eius Episcopis, deq; schis-
mate inter Romanos Pontifices scribit:

Multi sapientes secundum carnem, multi nobiles, multi potentes in cathe-
dra illa te antecesserunt, sed non in pluribus eorum beneplacitum erat Deo. Erant
enim homines amantes seipsos, & non apposuerunt cor suum, ut iuxta debitum
officij sui magnificarent coram hominibus eum, à quo omnis paternitas in cœlo &
& in terra nominatur.

Indulgere autem carni, delicioseè ociari, pompaticè incedere, quæstui inten-
dere, magnificare parentes: Hoc illis erat Episcopari. Monumenta sui quidam ex
eis, ne nihil fecisse uiderentur, reliquerunt in rupibus, siue in ruribus ad ocium ele-
ctis, structuras lapidum modicæ utilitatis, aut concupiscibiles formas celijs & peni-
cillis curioseè laboratas. Beatius autem illis erat, ab ijs lapidibus, qui ædificio con-
gruunt, supernæ ciuitatis testimonium sibi conquisisse pietatis & religionis, ut cum
defecissent, recipere eos possent in æterna tabernacula.

Melius melius Episcopari te opto, ô inclyte dierum istorum. feliciter ut di-
cunt incedis', utinam benè. Non enim omne quod feliciter, benè. Felicitas mun-
di porrexit manum tibi, & amplexata est te, & inijsti fœdus cum ea, &c. C

Et paulo post.

MOuentur montes, qui stillare debuerant dulcedinem, & quomodo non
commouebitur subiacens terra? Ecce enim effusa est contemptio super prin-
cipes principalis Ecclesiæ, quæ omnium mater est, & sciderunt unitatem
summi sacerdotij, ruperunt uinculum pacis Ecclesiasticæ, ita ut inuicem mordeant,
inuicem se interficiant, anathematizando alterutrum.

Est tamen incertum quæ duarum partium percutiat in gladio Petri, cum nec
possit in partes diuidi, nec indiuisus sibi aduersari: Vnde fit, ut non iam correctio-
nis dulcedinem, sed dissensionis amaritudinem amarissimam propinent om-
nibus terris.

Et omnes, inquit, colles turbati sunt. Ecce enim ex illorum uesano motu, non D
modica turbatio derivata est, in omnes subditos illis Ecclesiarum patres, qui cui
parti magis assentiendum sit ignorantes, ipsi quoque sibi inuicem malitioseè ad-
uersantur, alterutrum se abominantur, odijs; que & detrectationibus se inuicem
persequuntur.

Ek de Repkau.

GLosauit ac declarauit ius Saxonicum EKREPKAV, qui circiter ante
400. uixit annos. Is quoq; non pauca pro ueritate contra Pontificem dicit.
Nam libro secundo, articulo 24. commendans coniugium, inquit.

Fürwar wie wol wusse das Got/ das er nicht sprach in schöpffung der frawen Eue/ Es ist nicht
gůt/ das kein Mönch noch Nonne sey/ sondern er sagt/ Es ist nit gůt das der man allein sey. Dann die
weil

A weil der man allein bleibt/so ist kein ehe/sonder wir machen ihm ein gehülffen/vff das da werde ein ehe/ In disem orden müssen sein alle die/die zů Gott gehören/entweder leiblich oder beweisslich/dañ die ehe beweiset keuschliche liebe des vatters/die er hat zů seiner braut der heiligen Christenheit/ Es beweiset auch die reyne enthaltnuss des heiligen geists in den ausserwelten seelen.

Item lib.3.articulo 61.disputat contra Donationem Constantini,inquiens,inter alia. Sage aber dennoch das/so gethan gab durch recht nit lang/vñ nit tauge vñ in Authen. de non alienan. aut permu.Eccle.reb.§.Si igitur collat.3.& C.de legib. & cõsti.Prin.& edic. leg.digna uox.& instit.quib.mod. testamentum infirmatur.§.1. Dann von solcher gab mochte er das gantze reich vergeben/Ach pfaffe/des erzürne nün nit auff mich/sondern zürne auff Accursium. Dann dise wort sint Accursij/in der gemeinen glos/ut in Authenti. ut determinatus sit numerus Cleri.§.1. super uerba bonum & compotens Col.1. Dann ob wol der König Constantinus gab dem Bapst Syluestro weltlich gewalt/er gab ihm darumb alle weltliche gericht nit.

B Item lib.3.articul.57.pronunciat Papam non habere ius utriusq; gladij nec esse supra Cæsarem. Inquit enim inter alia.

Nün des allen zů einem vnderricht/soltu wissen/das der Bapst beide Weltlich vnd Geistlich gericht haben soll/das ist vnrecht. Dañ hie wider ist 10.distinct.quo iure. Da sieht das Gott habe das Geistlich gericht vnd das Weltlich gescheiden an zweyen personen/das ist an dem Bapst vnnd am dem Keyser.

Honorius Augustodunensis.

HOnorius Augustodinensis floruit circa 1120. Domini annum. Is in quodam dialogo suo de prædestinatione & libero arbitrio nõ obscurè indicat Papam ac clerum eius esse ipsissimam Babylonem Apocalypticam. Verba eius hæc
C sunt: Verte te ad ciues Babylonię,& uide quales sint,& per quas tendant plateas &c. Vide,ueni huc ad supercilium montis, ut cuncta possis ædificia cernere damnatę ciuitatis,Intuere principes & iudices (intellige summos Episcopos & prælatos) ecce posita est in eis Bestiæ sedes. Omni tempore ad malum sunt intenti,semper negocijs iniquitatis inexplebiliter occupati, flagitia non solum faciunt, sed & alios facere inniant.

Verte te ad clerum,& uidebis in eis Bestiæ tentorium,Dei seruitium negligunt, terrenis lucris inseruiunt,sacerdotium per immundiciam polluunt, populum per simulationem seducunt: Deum per mala opera abnegant: omnes scripturas ad salutẽ pertinentes abdicant: omnibus modis laqueos ad ruinam populo substernunt, quẽ cæcum ipsi cæci ad interitum pręeunt.

D Contemplare & monachorum conciliabula,& uidebis in eis Bestiæ tabernacula,per fictam professionem Deum irridentes, iram eius prouocant,normam regularem moribus & uita calcant, per habitum seculum fallunt, multos deceptos decepti ipsi decipiunt,secularibus negocijs impliciti sunt, in seruitio Dei desides existunt: plerique illorum gulę & illecebris dediti sunt, quidam in immundiciæ sorde computrescunt.

Aspice etiam habitacula monialium, & cernes in eis Bestiæ præparatum thalamum. Hæ à tenera ætate impudicitiam discunt,complices sibi plurimas ad cumulum suæ damnationis adsciscunt,uel se operire festinant, quò magis frena luxuriæ laxare queant: omnibus fornicarijs peius prosternuntur,& ut insatiabilis charybdis, nunquam stercore immundicię replebuntur.

Hæ animas iuuenum illaqueant, & gaudent si plures illaqueant, & hęc uult palmam uictoriæ,quæ alijs prævalet in scelere.

Elisabeth

Elizabeth Germana.

ELizabeth uirgo Germana, floruit circa annum 1150. id est, ante 400. annos, fuit diuæ Hildegardis familiaris. Scripta eius sunt Parisijs, cum præfatione Fabri, opusculis Hermis, Hildegardis, fratris Roberti, & Mechtildis impressa. In eis illi propheticus spiritus tribuitur, quòd quæcunq; scripta reliquerit, in uisione à Deo dicta, reuelata q; acceperit. Inter alia prælatos sic Deus, referente Angelo, per os eius alloquitur: Caput Ecclesiæ clamat, & membra eius mortua sunt: quoniam sedes Apostolica obsessa est à superbia, & colitur auaritia, & repleta est iniquitate, & impietate, & scandalizant oues meas, & errare eas faciunt, quas custodire & regere debuerunt, &c. Et paulo pòst: Hæc dicit Dominus magnis prælatis Ecclesiæ: Recordamini quam rationem reddituri estis in tremendo iudicio meo de ouibus meis, quas suscepistis regere & custodire, quando appreciati estis dona spiritualia populi mei precio iniquitatis, &c. Et paulo pòst: Ego delebo memoriam uestram de terra uiuentium.

Item hisce quoq; uerbis eos accusat: Hæc dicit Dominus: Ecce ego mitto Angelum meum, ut annunciet uobis, qui in sublimi potestate irritatores estis. Dico autem uobis, quòd iniquitates terræ, quas absconditis propter aurum & argentum, ascendant coram me, sicut fumus de igne. Nunquid non animæ sunt plus quàm aurum et argentum, quas suffocatis in ignem æternum propter auaritiam uestram? Idcirco accusat uos religio uestra coram me. Ecce enim fœtere fecistis sanctificationem meam in conspectu populi, & uersa est in abominationem mihi. Occupastis principatum sanctorum meorum, & nesciui. Maculastis stratum meum, & silui. Quid mihi & uobis, exasperatores mansuetudinis meæ? Vnde ascendistis turbare ouile meum, & aggrauare cor meum super filios meos, quos genui in amaritudine animæ meæ, in die laboris & angustiarum mearum? Et adiecit iterum loqui ad me, dicens: Nonne pastores mei quasi in graui somno obdurati sunt? & quomodo euigilare eos faciam super greges meos, qui disperguntur? &c.

Epistola quarta sic Hilinum Episcopum Treuerensem alloquitur: Reddet rationem, quia defraudasti mihi margaritas electas, & gèmmas pretiosas, quæ tibi missæ fuerant de magna Maiestatis potentia, proiecisti post tergum tuum, & noluisti obedire mihi. Nonne tu scis, quia dixi, Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis? Accipe & reuolue uolumen, & inuenies quæ dixi, & quæ facta sunt. Sedes Apostolica obsessa est superbia, & colitur auaricia. Quod si non indicabis eis, quæ tibi sunt reuelata, & ipsi in peccatis suis morientur, & tu iudicium portabis. Vnde animaduerto, etiam illi Archiepiscopo reuelata esse aliqua de sceleribus & reprehensione apostaticæ Romanorum sedis.

Ottho Frisingensis.

OTtho Episcopus Frisingensis, floruit circa annum Domini 1150. nempe ante annos 400. Is ergo sic contra politicum Papæ gladium scribit.

Sicut ad spiritualem gladium spirituales quoq; possessiones, id est, decimæ, primitiæ, oblationes, & alia huiusmodi pertinent: sic materiali omnes terrenæ dignitates, ducatus, ac huiusmodi subiacẽt. Hoc enim Deus nõ in una persona, sed separatim in duabus in Ecclesia esse uoluit, Proinde sicut illi personæ, quæ gladium materialem portat, non licet contingere ea quæ spiritualia sunt: sic & isti ea usurpare, quæ huius sunt, non conuenit. Vnde & in Euangelio scribitur: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei sunt, Deo. Idq; Dominus sicut prædicat uerbis, ita factis declarauit, quando tributum pro se & Petro iussit dari. Paulus etiam, omnem potestatem à Deo esse considerans, in causa positus, non Petrum, qui tunc Romanæ cathedræ præfuit, sed flagitiosissimum ex Dei uoluntate super terram Regem constitutum Neronem appellauit, &c. Damnauit etiam, seu refutauit donationem Constantini, quam uulgò

A quam uulgò sic uocant. Improbat quoq; quòd Greg. 7. Henricum excommunicauerat, regnoq; priuauerat, affirmans nihil tale unquam prius facere ausos esse.

Bernhardus Cluniacensis.

QVidam Bernhardus Cluniacensis floruit ante annos 400. scripsit ad Petrum Cluniacensem Abbatẽ tres quasi satyras, dactilo carmine, in quarum duabus posterioribus acriter clerum insectatur. Reprehendit eorum multiplicia fallitia, libidines, auariciam, superbiam, ambitionem. Reprehendit & simoniam item, & officij neglectionem. Queritur indignissimos ad summa officia in Ecclesia promoueri, atq; ita misere negligi & perdi oues Christi. Ante omnia autem uehementissimè Romanam curiam insectatur: ubi queritur omnia auro argentoq; uendi, etiam ipsam iusticiam. Sed adscribam pauca quædam inde. Nam dabimus operam B aliquando, Deo uolente, ut simul omnia in publicum prodeant.

Lex mala furibus his subeuntibus intrat abundè.
O mala secula, uenditur infula Pontificalis,
Infula uenditur, haud reprehenditur emptio talis.
Venditur annulus, hinc lucra Romulus auget & urget,
Est modò mortua, Roma superflua, quando resurget?
Roma superfuit, arida corruit, afflua, plena:
Clamitat & tacet, erigit & iacet, & dat egena.
Roma dat omnibus omnia, dantibus omnia Romæ,
Cum precio. quia iuris ibi uia, ius perit omne.
C Vt rota labitur, ergo uocabitur hinc rota Roma,
Quæ solet ubere laude fragrescere sicut aroma.
Roma nocens nocet, atq; uiam docet ipsa nocendi,
Iura relinquere, lucra requirere, pallia uendi.
Sæpè notarius, est ibi carius emptus, ut illa:
Quæ cupis exaret, & sacra præparet ipse sigilla,
Si tua nuncia prævenit uncia, surge sequaris:
Expete limina, nulla grauamina iam uerearis.
Quam sapientia non ualet, uncia dat tibi pacem:
Vncia fœderat, uncia temperat ore minacem,
Aurea lamina dat tibi lumina cæca Quiritum:
Ostia peruia, uerbaq; Tullia, cor stabilitum.
Si datur uncia, stat propè gratia Pontificalis:
D Sin procul hæc ualet, hæc tibi lex manet, & schola talis.
Ergo prior tua dextera mortua Roma probatur,
Sparsa per extera iam tua dextera læua uocatur.
Dives indigena, pinguis es arida, libera seruis,
Libera subderis, æreq; uenderis ipse proteruis.
Sæpe reuenderis, hinc reprehenderis ore Iugurthæ:
Scylla uorax rapis, & cupis, & capis, & trahis ad te.
Roma ruens, rota fœda, satis nota cauteriat te.
Gurges es altior, arca uoracior, alta lacuna,
Insociabilis, insatiabilis, omnibus una.
Quo bibis amplius, hoc inhiantius, Hucdace clamas.
Dic rogo, sufficit: at mihi deficit, ipsa reclamas.
Si tibi det sua, non repleat tua guttura Crœsus
Marca uel aureus amodò, non Deus est tibi Iesus.

Paulo post.

Primitus elige, postea dirige, iuris amantes,

Non lucra grandia, sed synodalia iura parantes.
Qui tua nuncia per pereuntia secula clament,
Nostraq; frigida peßima, feruida facta reflamment.
Sed facis hoc secus Eccleſiæ decus extenuantes,
Mittis in extera tollere munera* so flagrantes,
Quem tua dirigit huc manus, exigit ille tributum,
Nec bona secula, sed bona fercula molleq; fulcrum.
Suetus ab ubere non niſi currere, uel peditare
Celtica curribus exit equeſtribus arua meare.
Qui modò greßibus ibat ouantibus incomitatus,
Militat arduus, & ſibi confluus eſt equitatus.
Conſiliarius, ipſeq; nuncius, & literalis,
Papa tuus præit, acta libri uehit huc ſynodalis.
Hoc fremit hoſpite ſiue ſatellite regia plena,
Clerus equeſtria uix animalia paſcit auena.
Serica pallia dat ſibi Gallia, Roma caprinum,
Errat ibi pedes, ambulat his eques in reſupinum.
Gens fluit, obuia fit ſibi, gloria pulchra uideri.
Vrbs ſtrepit, æs ſonat, atq; modos tonat huic ſchola cleri.
Ductus in atria Pontificalia, mollè recumbit,
Pocula præcipit, agmina ſuſcipit, oſcula iungit.
Concilium uocat, in ſolij locat aggere ſeſe.
Imperioſior ambit, & altior eſſe, præeſſe.
Audit amantius impia, ſurdius æqua ſubaudit:
Nam lucra terrea cauſa parit rea, non rea claudit.
Roma quid exequar, imò quid eloquar, aut tibi promam?
Vncia te rotat, uncia te notat, haud ſore Romam.
Tu populos tibi, te rutilans ſibi uarca ſubegit.
Semper enim lucrum progenies tua uult, agit, egit,
Dum lucra Parthica, dum tuus hoſtica munera Craſſus
Vult, ſitit, inſpicit, heu ſibi deficit, æs bibit aſſus.
Hæc ſitis ebria ſtat tibi propria marte togaq;,
Te cremat, impiat, urit, inebriat, excruciatq;,
Das ſacra culmina, das moderamina ſacra probroſis,
Arida mitibus, afflua ditibus ambitioſis,
Fas mihi ſcribere, fas mihi dicere, Roma fuiſti:
Ecce relaberis atq; reſolueris ordine triſti,
Clauda ruis feris à pede roboris, intus ab equi,
Irreparabilis hic ibi labilis inſcia recti.
Vrbs ſine iuribus, & ſine patribus obruta marces:
Dardanias premit, Auſonias emit aureus arces.
Fas mihi ſcribere, fas mihi dicere, Roma periſti:
Obruta mœnibus, obruta moribus occubuiſti.
Vrbs ruis inclyta, tam modò ſubdita, quàm prius alta:
Quo prius altior, hoc mihi preßior, & labefacta.
Fas mihi ſcribere, fas mihi dicere, Roma periſti:
Sunt tua mœnia, uociferantia, Roma periſti:
Clauda redis, caput alta iaces, apud omnipotentem.

Iohannes Monachi.

VIdi quendam libellum iam olim ſcriptum, in quo ſunt uariæ picturæ Chriſti eiicientis extemplo uendentes & ementes, lauantis pedes Apoſtolis: Papæ in throno

A in throno suæ maiestatis sedentis, & aliarum personarum. Singulis quoq; illis pictu-
ris adscripta sunt dicta, ex sacris literis, patribus & decreto, plerumque contra Papæ
accleti inscitiam, turpem uitam, uarios eorum errores, & falsæ doctrinæ persecu-
tiones directa. Quorum unicum tantum adscribam quod supra Papam in throno
suo sedentem, & petentibus uarias, ut loquuntur, gratias concedentem, positum est,
ut inde & de alijs iudicari possit.

Curia mult marcas, bursas exhaurit & arcas,
Si bursæ parcas, fuge Papas & Patriarchas.
Si dederis marcas, & eis impleueris arcas,
Culpa solueris quacunq; ligatus eris.
Intus quis? tu quis? ego sum. quid quæris? ut intrem.
B *Fers aliquid? non, sta foris, fero, quid? satis, intra.*

Iohannes Monachi dicit, quòd Roma fundata à prædonibus, adhuc de pri-
mordijs retinet. dicta Roma, quasi manus rodens. Versus.

Roma manus rodit: quod rodere non ualet, odit.
Dantes exaudit, non dantibus ostia claudit.
Curia curarum genitrix, nutrixq; malorum,
Ignotos notis, inhonestis æquat honestos.

Concordat Iohannes Andreę in Nouellis de Statu religiosorum c. Isto. libro 6.
& de malicia Romanorum Iohannes Monachi, c. fundamenta. de electione libro
6. in Nouellis remittit ad cap. 1. Rom. ubi Paulus specialiter scribit de uitio contra
naturam, & concordat Bernardus in epistola ubi scribit ad Eugenium Papam, &c.

Quando porrò libellus hic sit compositus, non ausim pro certo affirmare:
credo tamen circiter ante 100. annos, Porrò nomen Iohannis Monachi non eò ad-
C scripsi, quòd putem eum scripti huius authorem esse: sed quòd eius in hoc dicto
mentio fit.

Concilium Lateranense.

COncilium Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, circiter ante 360. an-
nos, habet inter alia & hoc decretum contra nouos monachorum ordines,

Caput XIII.

Ne nimia religiosorum diuersitas grauem in Ecclesia Dei offensionem indu-
cat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam religionem inueniat. Sed qui-
cunq; uoluerit ad religionem conuerti, unam de approbatis assumat. Similiter qui
uoluerit religionis domum fundare de nouo, regulam & institutionem accipiat de
religionibus approbatis. Illud etiam prohibemus, ne quis in diuersis monasterijs lo-
D cum monachi habere præsumat, nec unus Abbas pluribus monasterijs præsidere.
Clarè affirmat in hoc decreto synodus, quòd ista tanta uarietas religiosorum seu
monasticorum ordinum, grauem Dei offensionem pariat: eoq; ne plures porrò no-
uiq; ordines fierent, seueriter prohibet. At Deus bone, quot ab eo tempore nouæ isto-
rum fucorum sectæ inuentæ ac excitatæ sunt? Quin & adhuc quotidie nouæ inue-
niuntur, ut iam non tanta auium aut piscium uarietas sit, quanta monachorum.

Opusculum tripartitum.

IN secundo tomo Conciliorum anno 1551. Coloniæ impresso, insertus est liber
titulo opusculum Tripartitum, De negocijs Ecclesiæ. In eius ultima parte multi
& tetri næui, seu abusus Ecclesiæ ac prælatorum taxantur: quòd abunde indicat
falsissimum esse, quòd Romanistæ, eorumq; adulatores & mancipia tantopere de
suæ Ecclesiæ puritate gloriantur. Scriptum uerò est id opus circiter ante 400. annos,

ut collector Conciliorum autumat, & ex textu ipso diuinari potest. Verùm adscitabam aliqua inde, ut quale sit quod dicitur, cognosci possit.

Ex tertia parte opusculi Tripartiti, in secundo Conciliorum tomo impressi, Cap. 1.

CIrca hoc sciendum est, uulgare esse, quòd malæ mulieres dicunt, quòd plus lucrantur in uno festo de peccato suo, quàm per totam septimanam, uel quindenam ferialem. Similiter constat de multis aliis peccatis, quòd plura fiant innumerabiliter in festis, quàm in aliis diebus. Et ideo uidetur, quòd acceptum esset Deo, quòd pauciora festa essent in Ecclesia Dei, cum in ipsis Deus plus offendatur: uel saltè quòd liceret operarijs, post auditum diuinum officium, in aliquibus festis minoribus ire ad opera sua, præcipuè cum plurimi non habeant, unde se & suos sustentent nisi de labore suo: & illi qui iam abundant & habent, plus expendant in tabernis diebus festis, quàm aliis ferialibus. propter quod tanta festorum multitudo plurimum cedit in populi grauamen.

Iterum, In quibusdam Ecclesijs cathedralibus est consuetudo, quòd quando canonici aliqui non reddunt clericis quod debent, clerici faciunt cessare à diuinis. Vnde & sæpe cessatur in istis Ecclesijs: imò quandoq; ex modica causa & occasione. Videtur autem, quòd multò melius esset, ut aliæ pœnæ contra huiusmodi canonicos constituerentur, ne cultus diuinus in huiusmodi Ecclesijs annihilaretur.

Iterum: Etiam in quibusdam diœcesibus est consuetudo, quòd non cantatur per artem, quæ potest addisci ferè per annum: sed per usum, qui uix potest sciri per 6. annos. Et ideo sunt multi clerici in huiusmodi locis ualde illiterati: quia tempus quòd deberent expendere in literis addiscendis, oportet eos expendere in huiusmodi usu addiscendo. Et ideo multò melius uideretur, quod ubiq; cantaretur per artem. C

Iterum in multis Ecclesijs cathedralibus est consuetudo, quòd ut totam Bibliam legant per annum, faciunt lectiones adeo prolixas in matutinis, quòd ferè nullus audit totas matutinas: & si qui remanent ibi, dormiunt, ut frequenter. Et ideo uideretur melius, quòd in istis Ecclesijs omnes lectiones tam de tempore, quàm etiam de festis, fierent ita temperatæ, quòd fragilitas humana posset audire eas usq; in finé.

Item in multis Ecclesijs cathedralibus, ita pauci clerici ueniunt ad horas Canonicas, quòd quandoque uix sunt in choro plus quàm quatuor aut sex cum tamen sit magna multitudo clericorum in istis Ecclesijs, quæ habet stipendia ab illis Ecclesijs, & de nullo alio seruit, nisi de officiando Ecclesiam. Porrò remedia contra hæc omnia possunt haberi per statuta, in quibus dicatur breuibus, & decentibus, quod in festis hactenus consuetis liceat operari, post auditum officium, præterquam in talibus. Et quòd de cætero non cogantur homines ad aliqua festa noua. Et paulo D post ex Cap. 2.

Quia nemo inferior audet ponere os in Ecclesiam Romanam, tantò magis deceret, ut ipse dominus Papa & domini Cardinales attenderent diligenter, corrigenda in Ecclesia Romana, & inciperent ab illis, ut correctio aliorum, quæ ad eos summè pertinet, maiorem haberet efficaciam. Ecce enim quantum damnum, & quantum scandalum emanauit per totum mundum, ut de alijs taceatur, in tantis uacationibus Papatus, quæ contigerunt in diebus nostris. Et paulo pòst, ex Cap. 3.

Totus ferè mundus obloquitur, & scandalizatur de tanta multitudine religiosorum pauperum, qui introierunt in mundum: qui non iam religiosi, sed trutanni uocantur à multis, quod cedit in maximam uilipensionem religionis sacræ. Et licet istorum status bonus posset dici, & adhuc possent in huiusmodi statibus bonis multi boni inueniri, tamen non uidetur expedire, istos pauperes multiplicari, nisi tantum, quantum potest mundus commodè portare, & quòd honor religionis seruetur: sicut non fiunt Episcopatus uel parochiæ, uel canonici in eadem Ecclesia, nisi quantum

A quantum rationabile uidetur. Iterum, sunt quædam mulieres religiosę pauperes, quę occasione quærendi necessaria discurrunt per uillas & castra: quòd est ualde indecens, & etiam periculosum in mulieribus. Et paulo pòst ex Cap. 4.

Cum innumerabilia mala sequantur ex malis prælatis, uidetur quòd in eorum promotione deberet apponi maxima cura, per intelligentem inquisitionem de persona, à personis quæ non consueuerunt mentiri. Iterum, tanta difficultas est in deposition prælatorum secundum iura propter multitudinem testium, quæ ad hoc requiritur, quòd nullus, quantumcunq; sceleratus, depositionem timet. Et ideo Ecclesiæ innumerabiles sub uno prælato pestifero stantes multis annis, destruuntur & temporaliter & spiritualiter. Et ideo bonum uideretur, quòd ordinaretur per aliquod ius, quòd prælati malifacilius possent remoueri. Et sequeretur ex hoc fructus duplex: scilicet, Liberatio Ecclesiarum, quæ sub ipsis pereunt: & incussio timoris in
B aliįs malis prælatis. Nec uidetur quod in diebus istis sit eadem ratio prædictæ difficultatis seruanda, quæ fuit olim: quia tunc ferè omnes prælati erant boni: & qui contra eos mouebantur, malè mouebantur. Nunc autem ferè nullus mouetur ad accusandum prælatum, nisi boni, qui habent zelum Dei accendentem eos contra malos prælatos.

Iterum, tanta est omissio in prælatis circa correctiones, quòd raro sit aliquis qui corrigat, etiam de illis qui boni esse reputantur. Et cum ex hoc proueniant mala innumerabilia, esset circa hoc magnum consilium apponendum.

Iterum, tanta uanitas & lasciuia apparet in familia prælatorum multorum, in uestibus partitis, & uirgatis, & capellis de floribus, & corrigijs deauratis, & similibus multis, quòd non est Rex neq; Princeps secularis, in cuius familia maior uanitas
C inueniatur: & benè deceret, quòd in familia successorum Apostolorum maior disciplina appareret in habitu & ornatu: sicut iura ordinauerunt de habitu clericorum, quòd sit honestior, & magis disciplinatus quàm laicorum. Paulo pòst Cap. 5.

In curijs multorum prælatorum tanta fit extorsio pro sigillo, quòd ultra omnes expensas, quas requirit sigillatio, habent prælati multi de lucro sigilli modò mille libras, modò duo millia, & similia: quod non uidetur posse fieri sine magno animæ periculo, cum ordinarij, qui sunt competenter stipendiati, gratis ea quæ sunt iustitiæ, debeant exhibere.

Iterum, multi usurarij ad hoc inducunt debitores, quòd faciant sibi literas dari, & recognoscere eos cum iuramento, quòd tantum sibi debent de sorte, quod falsum est, qua faciant sibi usuram in sortem computari. Et officiales multi, licet sciant istam fraudem, sigillant tales literas, propter lucrum sigilli. Et expediret multum,
D contra fraudes istas, quæ multum sunt multiplicatæ, remedia inueniri. Et paulo pòst ex Cap. 6.

Iterum, diuites parochiæ dantur, ut frequenter talibus personis, quę nunquam residentibi: & raro inuenitur Episcopus, qui circa residentiam huiusmodi nimis facile & cum multis non dispenset, in damnum maximum animarum, & destructionem Ecclesiarum.

Iterum, quando ponuntur Vicarij à personis curatis in suis parochijs, nō habetur ut frequenter respectus ad bonitatem & sufficientiam personæ, sed ad illum qui pro minori salario habetur. Et fiunt innumerabilia mala in extorsionibus, & alijs, per huiusmodi uicarios.

Iterum, parochiæ ut frequenter non dantur secundum Deum, sed per preces & familiaritates, personis omnino indignis, & quæ nihil ualent ad regimen animarum. Et quod peius est, tanta est hodie remissio in multis prælatis, quod sacerdotes parochiales, qui in immunditijs & alijs criminibus notorijs sunt exempla & uia perditionis suis subditis, non corrigunt: etsi interdum fortassis puniunt in pecunia, inscelerib⁹ suis dimittendo eos. Iterum, tanta est ignorantia in sacerdotibus innu-

merabilibus quod in soluendo & in ligando & in huiusmodi indiscretè multos ad A infernum mittant: & ideo expediter,&c. Et paulo pòst Cap.7.

Tanta immunditia luxuriæ notoria est in multis partibus mundi,non solum in clericis, sed etiam in sacerdotibus,imò (quod horribile est audire) in prælatis maioribus.

Iterum,tam malè expendunt illi bona Ecclesiæ modò in uanitatibus, modò in superfluitatibus,modò in dirandis & sublimandis consanguineis,modò in suis luxurijs & peccatis. Iterum sunt tot & tanti, qui nihil boni faciunt in Ecclesia, nisi quòd de bonis Ecclesiæ ducunt dies in delicijs: quòd ualde timendum est, ne Deus propter huiusmodi & alia scelera nimis grandia & multa,& quæ diu durauerunt, confundat, uel confundi permittat statum Ecclesiasticum,nisi aliqua correctio subsequitur: sicut factum est de Iudæis à Deo primùm exaltatis, & postea destructis in perpetuú, B & confusis.Paulo pòst ex Cap.10.

Item concilia antiqua,& etiam posteriora, uix inueniuntur.& est mirabile,quo modo hoc ita neglexit Ecclesia Romana: & quomodo non ordinauit, quòd in Ecclesijs cathedralibus,uel etiam Metropolitanis saltem, semper haberentur. multa enim sunt in eis ualde utilia,quæ non sunt redacta in ius.sicut patet in Lateranensi concilio,in quo data est forma indulgentiæ,quæ datur sumentib. crucē: & mandatur prælatis,quòd nō habeant nisi tria fercula: & alia multa bona,quę nō sunt scripta in iure. Item cum tota Ecclesia regatur hodie per iura canonica, & non excusentur illa nescientes, in multis casibus : ualde bonum esset, quod fieret, &c. Paulo pòst ex Cap.12.

Quia plurimi prælati (proh dolor) sunt tepidi circa ea,quæ Dei sunt,imò etiam contrarij ferè omni bono,non uidetur modo aliquo expedire. Et paulo pòst:

Item dicitur,quòd ciconiæ congregatæ,quando instinctu quodam naturæ sentiunt,quod aliqua de illis,relicto compare suo,commixta est alij, omnes insurgunt C in eam,& cum rostris deplumant eam,& in eam desæuiunt: quid ergo debent facere prælati boni congregati,de illo socio suo, cuius luxuriæ turpitudo innumerabiles inficit,& fœtet in tota sancta congregatione?

Item,2.Esdræ.9.capitulo legitur,quòd Esdras purgando Israel à mulieribus alienigenis,incœpit à sacerdotibus.propter quod uidetur quòd purgatio istorum, omnes alias debēt præcedere,etiā iuxta illud Ezechielis,A sanctuario meo incipite,&c.

Item dicitur,quòd tempore Regis Philippi,totum regnum Franciæ fuit suppositum interdicto: quia tenebat quandam mulierem pro uxore, quæ non poterat iustè esse eius uxor. Quid ergo est faciendum de prælato, qui nō solum mulieribus maritatis abutitur,sed etiam monialibus & abbatissis euidenter?

Item,temporibus modernis duo Imperatores depositi sunt in Concilijs, propter temporalia damna quæ Ecclesiæ inferebant. Rex etiam Portugaliæ remotus est per Ecclesiam, ab administratione proprij patrimonij, quia ad regimen ineptus D uidebatur. Quomodo ergo Ecclesia potest dissimulare,quin prælatus, qui etiam innumerabilia mala infert Ecclesiæ,& ineptus est penitus ad regimen animarum,solemniter deponatur. Timendum est uehementer, ne propter tales dissimulationes & tolerantias,ira Dei contra Ecclesiam cumuletur.

Alboinus.

IN fragmentis Auentini, inuenio Alboinum quendam, admodum doctum uirum,qui ante 400.annos uixit,defendisse coniugium sacerdotum. Haud dubiè multi tunc ea de re scripserunt,quandoquidem circiter 24. Episcopi unà cum suo clero ut supra dixi tunc uxorati fuerunt. sed cur eorum scripta non reperiantur, causa est, quòd Antichristus cum suis ministris omnia talia sedulò suppresit, & oppresit, timens nimirum lucem ueritatis suis mendacijs ac errotibus futuram intolerabilem.

Hugo

Hugo.

HVgo gloſſator & Cardinalis, qui floruit ante annos 320. id eſt, circiter 1230. annum, ſcribit in ſua gloſſa, Diabolum olim habuiſſe duas filias, Auaritiam & Luxuriam. Auaritiam elocaſſe Iudæis, Luxuriam ethnicis. Cæterùm iam clericos utriſq; illorũ ſuas ſponſas eripuiſſe, ſolosq; uelle ſibi proprias utramq; habere, ſcilicet & Auaritiam & Luxuriam.

Dicit etiam idem, ſpirituales nullam habere coactiuam poteſtatem: & ſi quã ſibi uſurpent, habere eos ab Imperatore. ſuper Pſalm. 77. uerò inquit, Multi clerici ſunt progenies uiperarum. Fœtus enim interficit matrem, quando naſcitur: quia mater crepat, & multi ex quo nati ſunt in Eccleſia, perſequuntur matrem Eccleſiam, & Chriſtum patrem: & quantum in ipſis eſt, interficiunt. In Poſtilla ſuper 1. Ioannis, citat Bernhardum hæc dicentem: Videtur bone Ieſu, contra te coniuraſſe uniuerſitas B Chriſtianorum, & illi in perſequutione tua primi ſunt, qui in Eccleſia tua uidentur primatum tenere, & gerere principatum, iuxta illud: Qui edebat panem meum, magnificabat ſuper me ſupplantationem, &c. Vnde apparet ſanè, eum aliquatenus Eccleſiaſtici ordinis ſummam impietatem, imò & Antichriſtianiſſimum perſpexiſſe.

Petrus Comeſtor.

PEtrus Comeſtor ſcholaſticæ hiſtoriæ author, & cantor Pariſienſis, floruit circa annum Do. 1145. nempe ante 400. annos, is in quodam quadrageſimę ſermone in clericos inuehitur, dicens, eos in ſtudio ſcripturę eſſe negligentes: cõſumere eos bona Eccleſię, quę pauperib. debebantur, luxurioſiſsimè in exquiſitas delicias C et nimiam crapulam ac ingurgitationem. Vocat eos falſos fratres, ac prolixè eorum luxu perditam uitam depingit, addens ſeueriſsimam comminationem iræ diuinæ.

Iohannes de Argentina.

IOannes de Argentina floruit circa annum 1220. nempe ante 330. annos. Is, ut Vrſpergenſis ſcribit, fuit uehemens concionator. Ac, ut ex eiuſdem Vrſpergenſis narratione intelligi poteſt. gratuitam iuſtificationem diligenter inculcauit, quæ tunc uiſa eſt noua doctrina. Quia doctrina de meritis operum, prorſus iam inualuerat. Poteſt autem inde colligi, eum doctrinam de gratuita iuſtificatione docuiſſe, quòd is Chronicus ſcribit, multos inde cogitaſſe ſic, & locutos eſſe: Peccemus igitur, quoniam crux Chriſti nos ab omnibus peccatis liberabit, & abſoluet. Sic enim & Pauli tempore, & noſtro, multi uel abuſi ſunt Euangelio. uel ita id ſunt calumniati, ut dicerent: Faciamus mala, ut ueniant bona. Item, Peccabimus igitur, &c. Veriſimile eſt eũ fuiſſe Vualdenſem. Nam illis temporibus fuerunt Vualdenſes circa Argentinam, ut eſt alibi infrà annotatum. Vtinam haberemus eius pleniorem hiſtoriam.

D

Abbas Ioachim Calaber.

ABbas Ioachim Calaber, homo eruditionis, & etiam ſanctitatis uitæ nomine cum primis celebris, qui floruit anno 1230. in quibuſdam Germanicis rhythmis iam quidem olim ſcriptis, ſed recens Francofordiæ editis, affirmat, Papam & eius ſacrificulos eſſe Antichriſtos, quòd in ſimoniam ſint immerſi, ac luxu & libidine penitus perditi, quorũ utrumq; ſcelus prolixè proſequitur. Dicit eos ſua turpitudine & ſceletibus abſterrere Iudæos & ethnicos, quo minus ad Chriſtum conuertantur. Inter alia quoq; ſic inquit.

Sehet welch vnehr/mit dem ſpott/
Der Chriſten pfaffen bringen Gott.

Extant quædam eius propheticæ picturæ ſuper Apocalypſim, cum Italicis expoſitionibus, ubi etiam aſperius Papam & ſpirituales accuſat. Damnatus eſt a Papa in quodam concilio Laterano, quod quædam minus rectè de diuinitate docue-

rit. estq; ea damnatio iure canonico inserta: sed à Luthero propria quadam disputa- A
tione defenditur. In alio quodam libello prædicit etiam fore, ut Christus Eccle-
am suam repurget: & ratio reformationis præsentium temporum rebus pulchrè
consonat.

Super Hieremiam sic scribit: Est & alia ficus, quæ maledictione prævaricatio-
nis iam aruit, Latina Ecclesia, siue nauicula S. Petri: cuius folia temporalia, de quibus
conficiuntur perizomata ad excusandas excusationes in peccatis, quibus inhonesta-
tem uitæ suæ tam Adam summi Pontificis, quàm Eua Ecclesiæ subiectorum operi-
ant, & in ligno Ecclesiasticæ gloriæ sese miserabiliter abscondant. Sed quia patrimo-
nium Iesu, quod ipsi Pontifices à Principibus Christianis, quasi boni & mali scientiæ
lignum sumunt: boni, quo ad sustentationem uitæ: mali, quo ad dissipationem &
libidinem uitæ, & abusum, cupientes gigantes fieri super terram, reipub. famosiq; ui- B
ri per totam latitudinem Imperij Christiani, non contenti stipendijs, &c.

Et aliquanto post.

Nam secundum sententiam S. Brigittæ, potens est Deus suscitare & Francos
aduersus Ecclesiam. Cum enim Ecclesia Romana deficiet, quo ad obedientiam, &
Pontifices ex Alemannis thesaurum extrahentes filios & filias ad culmen dignita-
tis secularis promoueat, uolante matre cum pullo, ad errorem ducetur populus
Christianus: tum finis, clamor & ululatus uniuersæ carnis ueniet ad Dominum astro-
rum, &c. Curabo Deo dante ut aliquando eius ille commentarius in publicum pro-
deat. Plenus autem est prophetijs de futura Ecclesiæ reformatione, & infectatione
perditissimi status Ecclesiæ, præsertim cleri & prælatorum. C

Petrus Cluniacensis Abbas.

PEtrus Cluniacensis Abbas, floruit ante 400. & paulo amplius annos. In eius epi-
stolis quædam ab instituto nostro haud quaquam aliena inuenio, quę adscribã.
In epistola ad Rotomagensem Episcopum, describit cuiusdam amici, no-
mine Guilhelmi, morbum ac mortem, indicatq; eum ante communionem inun-
ctum esse, sicut & ueteres Agendæ præcipiunt, contra hodiernam Papistarum con-
suetudinem. Fuit uerò huius uiri tempore grauissima contentio Cluniacensibus
cum Cistertiensibus, cum quidem eorum Abbas D. Bernhardus huic Petro amicus
& familiaris, uiueret de nescio quibus decimis, quibus Cistertienses uolebant priua-
re Cluniacenses. Non satis pernoui controuersiam, nec sanè nostri instituti eam pe-
nitus pernosse admodum interest. Fuerat is Abbas Petrus in bona gratia apud Pa-
pam, ut ex multis eius epistolis apparet: & tamen illi impetrauerant, ut Papa Clunia
censibus seueriter mandaret, ut in decimis illis cederet Cistertiensib. In epistola igitur
ad Emericum Cardinalem, & Cancellariũ Papæ, queritur grauiter, accusatq; Roma- D
nistas, quòd seuera sententia sit contra ordinem suum nec auditũ, nec etiam uocatũ,
incognita causa, nullo q; processus ordine seruato, lata. In epistola ad Innocentiũ Pa-
pam, de eadem re scripta, queritur adeò, auctũ esse numerum monachorum acmo-
nasteriorum Cistertiensium passim, quin etiam in uicinis locis circa eorum mona-
sterium, idq; contra canones, ut si ipsi de suis decimis eos alere ac sustentare debeant,
necesse sit uel minuere suorum numerum, uel etiam penitus cedere. At Deus bone,
quantum ab eo tempore mundus istis fucorum aluearibus, accedentibus Francisca-
nis & Dominicanis, Augustinianis & Marianis, aggrauatus est! In eadem epistola
inquit ad Papam: Si aliter res processerit, quod salua patris gratia dico, aut sua me
cum Ecclesia retinebit, aut sine me iustè hucusq; possessis carebit. Vnde potes pie le-
ctor animaduertere, quàm acriter illi sanctissimi patres, mundi desertores, pauper
tatisq; uoluntariæ possessores, de huius mundi opibus sint digladiati.

In epistola ad Clareuallensem Bernardum, ac alios, grauiter cũ eis de eadem
re expostulat.

A re expostulat. Dicit, inimicum hominem illa zizania in eos seuisse. Exclamat etiam his ce uerbis: Quis credat, semel mundo mortuos, ei iterum uiuere uelle? Quis credat, sanctum collegium uestrum, luxũ & seculi delicias pro Christo spreuisse, & nunc pro egestate sordibus, ac miserijs litigare?

Et paulo pòst:

Nam ut quod uerum est, fratribus & amicis fatear, hoc uno uerbo, ueluti iaculo, amicorum pariter & æmulorum pectora terebrastis: & Episcopos, clericos, abbates, monachos ipsos, ad quos etiam peruenire potuit, laicos, aduersus uos unanimiter concitastis. Nec potuit satanas nequiciæ suæ utilius inuenire consilium, &c.

In quadam admodum prolixa epistola ad S. Bernardum, hortans eum, ut adB iuuet concordiam inter Cistertienses & Cluniacenses monachos, ostendit, non debere esse inter eos ordines dissidium, propter rituum aut uestis diuersitatem: quia illa sunt libera. Et citat ex Benedictina regula admodum bonas sententias, quarum prima hæc est: Sic (inquit regula) Abbas omnia temperet atque disponat, ut animæ saluentur: & quod faciunt fratres, absq; murmuratione faciant. Qui canon indicat, omnes ritus ac cęremonias, obseruationes ue monachorũ, ubique ad timorem Dei & charitatem attemperandos esse. Quare exponens iste Abbas prædictam sententiam sic concludit: Monachus ergo patris Benedicti regulam profitens, tunc eam uere seruat, quando in seruatis uel mutatis quibuslibet eius capitulis, charitatis legem ubique conseruat.

De libertate quoq; uestium hunc canonem ex regula profert: Regula præcipit, ut de uestium colore ac grossitudine non causentur monachi: sed illius coloris aut qualitatis uestibus utantur, quę in prouincia, in qua habitant, uel facilius inueniri, uel leuius comparari possunt. Quæ regula clarissimam libertatem uestitus indicat. Ac C nunc monachi, adeò statuunt necessarium sibi ad salutem sui generis cucullam esse, ut si uel dormirent sine ea, iratum se habituros Franciscum statuerent. Quare semper pectori paruum cucullum alligant. Testatur item, summam fuisse uarietatem cæremoniarum in Ecclesijs suo tempore. Sic enim inquit:

Si lex Christi, id est, charitas, ab omnibus diuersos usus sequentibus relinquenda est, nusquam planè ultra quærenda est. Nusquam enim inueniri poterit, postquã ab omnibus morem diuersum sequentibus excluſa fuerit. Non ne charissimi, totus orbis terrarum Christi Ecclesijs iam ab antiquo refertus est? cumq; omnem penè numerum excedat multiplicitas Ecclesiarum, sub una fide & eadem charitate Deo famulantium, tanta penè apud eos inuenitur uarietas usuum, quanta infinitas est loco rum. Hoc in cantibus, hoc in lectionibus, hoc in omnibus Ecclesiasticis officijs, hoc in uestitu uario, hoc præter autentica quæ mutari non possunt ieiunia, in ieiunijs diuersis: hoc in uniuersis similibus, quæ pro temporum, locorum, gentium, regionum uarietatibus à prælatis Ecclesiarum, quibus secundum Apostolum, quantum ad talia D pertinet, in suo sensu licet abundare, instituta sunt. Relinquent ergo omnes istæ Ecclesiæ charitatem, quia mutauerunt consuetudinem: cessabunt esse Christiani, quia uidentur in diuersis usibus uarij. Peribit ab his summum pacis bonum, quia unusquisq; modo uario operatur bonum. Non ita sensit uita & uerbo doctor Ecclesiæ Ambrosius, qui de ieiunio sabbati scribens, quod Romæ seruari uiderat, & Mediolani Episcopus factus seruari non inuenerat, ait: Quando Romæ sum, ieiunium à Romana Ecclesia seruatum custodio: quando Mediolani, morem eiusdem Ecclesiæ sequens non ieiuno.

In alia epistola ad Papam Eugenium sic scribit: Non pertinet quidem, quod dicturus sum, ad proprium negocium: sed quoniam alienũ est, quod uestrum quolibet modo est. Est autem uestrũ, totius Ecclesię Dei in hac ualle lachrymarum peregrinantis causas audire, auditas discutere, discussas iudicio Apostolico diffinire. Et licet persona uestra cõstituta sit super gẽtes & regna, ut euellat & destruat, & disperdat & dissipet, & ędificet & plantet: tamẽ quia nec Deus, nec Ierem. Propheta, cui hoc dictũ est, estis,

est,estis,potestis falli: potestis ab his,qui ea quæ non Iesu Christi, sed quæ sua sunt, & quærunt,decipi. Hoc ne fieri possit,oportet ut fidelis si quis fuerit filius, quę sibi nota, uobis fortè ignota sunt,patri fideliter pandat: & ne hi de quibus legitur, Venenum aspidum sub labijs eorum, synceritatem uestram toxico suo inficere ualeant, modo quo potest,præmuniat. Nam non est paruum Dei munus,à talibus liberari.

Vnde apparet,hunc patrem longissimè ab eorum Papæ adulatorum errore ac mendacio fuisse,qui negant Papam errare posse.

In eadem epistola,commendans Pontifici quosdam monachos,inquit: Intelexi,nec me falli putaui cunctorum Latinorum institutis, eorum propositum præferendum, nec esse eos de illis qui liquant culicem & camelum glutiunt: hoc est,qui itritum faciunt mandatum Dei propter traditiones hominum, & decimantes mentam & anetum & ciminum,& (iuxta unum Euangelistarum) omne olus, dimittũt quæ sunt grauiora legis,iudicium, misericordiam & fidem. Non enim præcipuè in cibis,in potibus,in uestibus,in laboribus uel similibus regnum Dei consistere putant, licet hæc discretiuè facta multum eidem regno Dei militent: sed in pietate illa de qua ait Apostolus: Corporalis exercitatio ad modicum utilis est,pietas autem ad omnia utilis,promissionem habens uitæ quæ nunc est pariter & futuræ.

Ex quibus licet cognoscere,iam tum quosdam monachos in superstitiosa dierũ, ciborum,uestium ac gestuum obseruatione pietatis summam constituisse: sed hunc patrem,aliosq; saniores,longissimè ab ea opinione fuisse.

Episcopus Fluentinus,seu Florentinus.

CIrca annum Domini 1119. grassante per Italiam armis Paschali II. Papa, & in primis affligente Ecclesiam Rauennatem,quæ nunquam adhuc se prorsus Papis subijcere uoluerat,cœpit cõcionari ac prædicare Fluentinus Episcopus (seu Florentinus, ut Molinæus uult) Antichristum aduenisse: ipsum nimirum Papam in q dicans. Adeò autem Papa id ad se pertinere,seq; eo peti sensit, ut ea de causa reste Sabellico & Antonino, eò in propria persona sit profectus, silẽtium que ei imposuerit. Haud dubiè non parum ille Antichristus suo regno timuit: nec leui periculo motus fuit,quòd ipsemet eò profectus est.

Balduinus.

BAlduinus,Constantinopol. Imperator,regnauit circa annum 1205. Cum Papa eum nescio quid obiurgasset,sibiq; in ipsum ius uindicaret, scripsit Innocentio III. meminisse eum debere,quod non dominus Imperatoris,sed subditus sit,ita crarumq; literarũ testimonijs probauit, Papam & omnes clericos politico magistratu obedire,& non dominari debere. Inter alia citauit etiam dictum Petri: Subditi estote omni creaturæ propter Deum,siue Regi. &c. Ei Imperatoris piæ epistolæ respondit Papa æquè superbo ac indocto scripto,cuius pars aliqua recitatur c. Solite. tit. de obedientia & maioritate,&c. Eludit enim id dictum ineptissimè,quo d non præceptum iuris sed consilium humilitatis sit. Sic sacri Papæ luserunt & illuserunt sacris literis,prout eorum impotenti libidini libuit,& immani tyrannidi profuit.

Petrus Cantor Parisiensis.

PEtrus Cantor Parisiensis,à Comestore diuersus,uixit circiter ante 350. annos,tempore Henrici VI. scripsit prolixum & eruditum librũ titulo Verbum abbreuiatũ, in quo taxat non tantũ Epicuream uitam clericorũ, & neglectionem officij, sed & multos alios abusus Papæ,eiusq; spiritualiũ seu sacerdotũ. Ioan. de Vesalia in suo libello contra indulgentias, scribit, q̃ hic Cantor dixerit indulgentias esse pias fraudes. Aliacus in sua reformatione citat Cantorẽ hũc,in suo Abbreuiato uerbo damnantem pluralitatẽ beneficiorũ,& exemptiones, q̃d Papa multos Abbates & Prælatos suorũ Episcoporũ iure ac obedientia temerè eximere soleat. Taxat inter alia grauiter multos Missę abusus, & præsertim eius nimiam multiplicationẽ & prophanationẽ.

Accusat

Accusat uehementer sacerdotes, quòd uerbi Dei prædicationem omiserint, ac canes muti facti sint. Reprehendit traditionum Papisticarum copiam & impietatem, dicitq; per eas effectum esse, ut secundum Christi dictum, propter hominum mandata, Dei mandatum sit factum irritum & neglectum. Ait quoq; instauratores cæremoniarum uelum templi semel laceratum resarcire: id est, Iudaismum instaurare. Precum battologias, & prolixos ululatus ex templis tollendos censuit. Obiurgat etiam concionatores, quòd omissa sana doctrina, ad fabulas, & curiosas ociosasq; cogitationes sese conuerterint, easq; prædicent ac doceant. Obijcit eis quoq; obscura tionem, elusionem, & deprauationem genuini sacrarum literarum sensus. Dicit rectè de eis illud Scripturę dici, quòd uerbum Dei admixta aqua adulterent, & cauponentur. De fide iustificante non malè sensit. Abusus in Ecclesia ac religione in immensum excreuisse, & omnia oppressisse asserit: ut uerè possit dici, à capite usq; ad plantam pedis sanitatem in ea non esse. Omnino fuit uir pius ac eruditus, multaq; uicia, abusus, & impietates, in Ecclesia & religione grassantes taxauit, sed plura haud dubiè uidit, quæ dicere ausus non est, ob metum Romani Antichristi, eiusq; Pharisæorum ac Pontificum. Tales sanè semper plurimi fuerunt.

Vuilhelmus Parisiensis Episcopus.

VVilhelmus Parisiensis Episcopus, uir eruditionis ac pietatis nomine percelebris, floruit circa 1230. Domini annum. Sensit dum de articulo iustificationis, tum & de multis alijs religionis partibus, longè melius cæteris eius temporis doctoribus. Scripsit libellum unum de collatione beneficiorum, in quo primùm docet, qualis debeat esse sacerdos, tum in uita, tum in doctrina. Deinde acerrimè insectatur sacerdotes sui temporis, & prælatos, qui tales admitttant, eisq; beneficia conferant. Dicit in eis nihil pietatis ac eruditionis comparere, sed potius diabolicas turpitudines, omnium spurcitiarum ac uiciorum monstruositatem: eorum peccata non simpliciter peccata esse, sed peccatorum monstra terribilissima, eos non Ecclesiam, sed Babylonem, Aegyptum ac Sodomam esse: prælatos non ædificare Ecclesiam, sed destruere, ac Deo illudere: eos cum alijs sacerdotibus prophanare ac polluere corpus Christi: prælatos omnibus Ecclesiasticis honoribus membra diaboli & Dei hostes honorare, eos in cœlum Ecclesiæ Christi Luciferum restituere. Ipsius authoris uerba recitaui. Tertiò disputat, eos nequaquam beneficia conferre posse. Postremò pugnat acerrimè cõtra eos, qui uel accipiunt uel dant uni plura beneficia: quos multipliciter reprehendit ac damnat. Fit enim non raro apud Papistas, ut unus aliquis egregius auceps, aliquot centurias beneficiorum, præbendarum, canonicatuum, & similium reddituum conquirat & congerit. Audiui fuisse aliquando, qui ad septingenta haberet. Circa idem tempus scripsit quidam librum titulo Bonum uniuersale, de proprietatibus apum: qui itidem uehementissimè in eos inuehitur, qui plura beneficia habent, aut detinent: ac refert multa tristia exempla subitaneæ mortis talium sacerdotũ. Memorabile uerò est, quod refert, quendam magnum canonicũ dixisse, cum audisset suum socium uesperi benè ualuisse, & manè inuentum mortuũ: Quid multis? secundum usum & consuetudinem Ecclesiæ mortuus est, ut uidetis. Ita apparet, tunc fuisse adeò frequentia exempla repentinæ ac tetræ mortis sacrificulorum & canonicorum, ut iam diceretur, esse secundum consuetudinem Ecclesię mori. Nec multò aliter hodie accidere uidemus Antichristi spiritualibus, eorumq; parasitis nobilibus ac ignobilibus.

Bernhardus Vuesterrodi.

INueniuntur in bibliothecis rhythmi quidã, titulo planctus Bernardi Vuesterrodi, in quib. grauiter admodũ insectatur maliciã cleri. Obijcit autẽ eis præcipuè summã uitę turpitudinẽ, et officij neglectionẽ. Monachos dicit mũdo ipso mũdaniores, et uanitate ipsa uaniores: eos nõ pietatis, sed opũ et deliciarũ gratia monasteria intrare.

Prælatos

Prælatos dicit esse meros Pilatos & tyrannos, id est, persecutores & oppressores Ec- A
clesiæ. Dicit quoq; grauissimè uexari Ecclesiam Christi à clericis, ita ut periculum sit,
ne intereat. Deniq; ait, ubiq; patere idololatriam, & enormes clericorum abusus.
Opinor hunc esse illum, quem & Tritemius uocat Bernhardum Corbeiensem mo-
nachum. Ita enim facit Vuestphaliæ mentionem, ut appareat, eum in ipsa habitasse.
Curabo, Deo uolente, ut aliquando id scriptum simul cum alijs poematibus olim cõ
tra Papam scriptis, prodeat. Fortè ante annos 200. & amplius uixit.

Henricus de Gandauo.

HEnricus de Gandauo, qui uulgò doctor solennis à sophistis uocatur, floruit an
te 300. annos. Sæpe in suo Quodlibeto secundo differit contra inanes causas
dispensationum Paparum de pluribus beneficijs, & similibus. Dicit, prælatũ B
esse ministrum & subditum legis, non dominum. Dicit item, mala non ideo fieri bo
na, quòd ea Papa permittat aut iubeat. Citat idem Bernhardum multum de ea sen-
tentia disputantem, quòd nihil ualeant Papæ mandata, aut dispensationes contra
Dei mandatum. Item dicentem illa uerba: Bona ne hæc species est? sic factitando
probatis uos habere plenitudinem potestatis, sed iustitiæ fortè non item. Facitis
hoc, quia potestis: sed utrum & debeatis, quæstio est. Quodlibeto porrò 8. quæst.
27 disputat contra abusum bonorum Ecclesiasticorum, sed tamen loco dominorum
haberi, cum rectè eis utuntur: cum uerò malè, loco prædonum.

Fuit sanè hic scriptor talis, qui multos Papistarum abusus ex animo oderit, de-
testatus sit, atq; cupierit eos corrigi ac tolli. Multi omnino tales fuerunt, qui ex animo
quidem omnia recta piaq; esse in Ecclesia optarint, quiq; etiam aliqua non parua ui-
tia religionis eius uiderunt: sed tamen partim educationis longa consuetudine, par-
tim etiam metu uicti, non sunt ausi omnia quæ eis displicuerunt, reprehendere. C

S. Lucas Hungarus.

IN scholijs Verbi abbreuiati Cantoris Parisiensis legi, S. Lucam de Hungaria ex-
communicasse quendam hominem, ignoro ob quod scelus: qui mox ad Papam
Alexandrum secundum, ut opinor, profectus, facilè pecunia absolutionem emit.
Verùm S. Lucam nihil absolutione, authoritate, & minis Papæ, tanquam iniustis,
motum, secundò & tertiò eundem, quandoquidem sibi non satisfecerat, excommu-
nicasse. Qua re offensum Papam, primùm suspendisse illum beatum Lucam (fortè
fuit Episcopus) mox etiam excommunicasse. Adeò autem non motum de sua sen-
tentia excommunicationibus Papæ Lucam, nec ueniam petijsse, ut & mortuus sit in
ea excommunicatione: sequuta uerò esse non pauca miracula post Lucæ illius mor-
tem, quibus Deus pietatẽ ac sanctitatem eius sit testatus. Si hęc Papistarum historiola
uera est, discant & inde, sæpe Papæ mandata & excommunicationes sine peccato ac
ira Dei contemni posse. Cognoscant etiam, quàm parui hic sanctus uir, aliq; plurimi, D
Antichristi Romani minas, excommunicationes & authoritatem fecerint: eos que
imitentur.

Gilbertus monachus.

IOh. Huss in sermone, Vos perhibebitis testimonium, citat quendam doctorem
Gilbertum (opinor eum, qui fuit monachus Cistertiensis, & ante 260. annos ui-
xit) dicentem, factum esse in clero abominabile monstrum super terram: quia sit
gradus summus, animus infimus: sedes prima, uita ima: lingua magniloqua, manus
ociosa: sermo multus, fructus nullus: uultus grauis, actus leuis: ingens authoritas, nu
tans stabilitas: speculator cæcus, præco mutus: pugil mancus, præcursor lentus: me
dicus morbi ignarus. Quibus nominum antithesibus ille bonus uir, quicunque fuit,
satis aptè peruersissimum cleri statum, afflictamq; Dei Ecclesiam depinxit, in qua sa-
ctifici & prælati nihil minus essent, quàm uideri uolebant, aut etiam esse debebant.

Fabulæ.

Fabulæ.

VEtus quoddam exemplar fabularum Aesopi ac similium, cum pulchris picturis, extat in bibliotheca Fuldensi & alijs. Multæ ibi sunt picturæ, prælatos Papisticos egregiè taxantes. Sæpe ibi uidere est lupos cucullatos, concionantes. Inter alias una est, ubi lupus monachali cuculla indutus, raso q; uertice concionatur ouibus circumstantibus. Est autem interpretatio adiuncta hisce uerbis: Lupus cucullatus hypocrita est. Vnde in Euangelio: Attendite à falsis prophetis.

Prima omnium fabula habet lupum cucullatum, & baculo subnixum, ac concionantem anseribus, & dicentem: Testis est mihi Deus, quàm cupiam uos omnes in uisceribus meis. Alia est de catto infulato, & manu tenente Episcopalem scipionem, ac prædicante muribus, ut eos conuertat. Cui sorex maximus natu respondet
B hisce uerbis: Charius est mihi ut moriar paganus, quàm sub uestra manu fiam Christianus: atq; omnes mures aufugiunt. Voluit fortè is, quicunq; demum olim illas picturas fecit, indicare, Pharisæos, hypocritas, Antichristi circuire mare ac aridam (ut Christus inquit) quò unum proselytum acquirant, quem tamen postea duplo magis gehennæ reum faciant, quàm fuit antè. Indicauit item, eos esse meros lupos, seductores & deuoratores gregis Domini.

Vicelius in quodam suo scripto illarum fabularum mentionem facit, easq; Lutheranissimas uocat. Fortè sunt ante 200. aut 300. annos primùm scriptæ.

Durandus.

DVrandus, omnis diuini humaniq; iuris consultissimus, natione Vasco Gallus, Episcopus Mimatensis, & auditor Rotæ Romæ (ubi & sepultus est) floruit circa 1300. Domini annum. Scripsit Speculum iuris, unde Speculator est di-
C ctus: item Rationale diuinorum, admodum prolixum. Scripsit & de concilio celebrando, idq; authoritate & iussu Clementis V. concilium Viennense celebraturi. Editum est id scriptum Parisijs, anno Domini 1545. Titulum ei præposuerunt. De modo celebrandi concilij generalis. Verùm non de modo, sed de rebus in concilio deliberandis, in eo opere agitur. Multa profectò utilia author monuit, & præcipuè de reformatione Papæ & cleri. Nam statim initio ita queritur, de corruptissimis eorum moribus: Secuti sunt uiam Balaam ex Bozor, qui mercedem iniquitatis amauit, correctionem uerò habuit suæ uesaniæ. Nam subiugale mutum, quod hominis uoce locutum est, prophetæ insipientiam probauit. Quod etiam hodie accidit, cum tam stulta & dissoluta perpetrentur in Ecclesia Dei à dictis personis Ecclesiasticis, quę deberent esse lumen aliorum, & lucernæ super candelabrum positæ, iuxta id quod Dominus ait, sensus hebetant ludæorum, & etiam paganorum. Et etiam illi, qui ratione diuinæ agnitionis omnimodo carent, istorum detestantur insaniam, & eorum
D distorta & Deo contraria itinera sanius sapiendo redarguunt. Ex quo secundum eum docti ab indoctis, clerici à laicis necessariò redarguuntur, ut ibidem & Aug. ait: Qui nec reguminis inseritionem habuit, nec sua delicta deterfit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicendus est magis quàm Episcopus. 2. quæstione 7. Nec reguminis.

Titulo secundo, compendiò docet, quomodo Reges & Papæ Ecclesiam reformare commodissimè possent: nempe si ueteres leges sacrarum literarum, conciliorum & Cæsarum seruarent, nouasq; in contrarium institutas dist. et abusus tollerent. Item, si suam ipsi uitam primùm corrigerent. Sed adscribam eius uerba: Si itaq; duo, à quibus regitur humanũ genus, sicut à ministris Dei, uidelicet Ecclesiastica authoritate, & Regali potestate (sicut Gelasius Papa scribit Anastasio Imperatori. 96. dist. Duo sunt.) uellent intendere ad dictam reformationem, & salubre regimen humani generis, haberent uiam amplecti prædictam, ut uidelicet seipsos & humanum genus regerent, secundum quod in lege, & in Euangelio, & in cõcilijs spiritus sancti in-

ctu probatis, ut 16, dist. Habeo. & in alijs humanis & comprobatis legibus & iuribus continetur: & quicquid per alios inuenitur in regimine mundi in contrarium attentatum, corrigeretur & reformaretur, prout melius posset: & prouideretur, ne in contrarium impunè attentaretur, & quòd huius uitæ nouitas non negligeret, quæ ab antiquitate fuerunt hactenus consulta, & prouidè constituta, sicut ait lex illa canonizata, 2. quæst. 6. anteriorum. §. illud. Et insuper, quòd omnes usus, seu uerius abusus, consuetudines, quæ censendæ sunt corruptelæ, dispensationes, priuilegia, libertates, & exemptiones, contrarietates, & contrariantia suprà dictis diuinis & humanis legibus approbatis & generalibus tollerentur. Quòd autem S.D. Papa & Reges debeant seruare præmissa in lege & in Euangelio, conciliis & iuribus approbatis contenta, de facili potest ostendi.

Titulo tertio disputat, limitandam & restringendam esse superiorum, etiam Papæ potestatem, ne sibi nimium licentiæ sumant. Inter alia enim sic inquit: Quæ pauca sufficiant ad probandum, quòd si supradictæ potestates, scilicet Ecclesiastica & terrena, uelint mundum & genus humanum salubriter gubernare, quod se & sua facta & dicta deberent diuinis & humanis legibus conformare, & se per imitationem eis subijcere, & exempla eorum quæ agenda sunt, sequentibus & subditis demonstrare: & non ut præsint, nec ut ipsi uel sui diuites efficiantur, rempublicam gubernare. Aliter enim, secundum dictum Leonis Papæ: si quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, facilè à legibus & doctrinis suprà positis disceditur, & dominari magis quàm consulere subditis placet, honor inflat in superbiam: & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam.

Quarto titulo uult dispensationes cohiberi. Quinto, multis & firmis rationibus damnat exemptiones, quas uocant, ac uult omnes penitus reuocari: omnesq; Prælatos, Abbates & Abbatissas, prius Episcoporum suorum iure à Papis liberatos, denuò suis ordinarijs subijci. estq; hic titulus ualde notatu dignus.

IN PRAEFATIONE secundæ partis, diligenter disputat, ac firmiter probat, ueritatem potius sacratum literatum, quàm ullas consuetudines quantumuis longas, sequendas esse. Queritur item ibidem, iam primitiuam Ecclesiæ formam fermè abolitam esse. uerba eius hæc sunt: Sanè cum Alexandro Papa recolentes, quomodo hæc sancta plantatio Ecclesiæ Dei fuerit instituta, dolentes dicere possumus cum eodem, quòd etsi non ab omnibus, neq; in omnibus & plerisq;, tamen & in pluribus ab illa sancta institutione primitiuæ Ecclesiæ sanctorum patrum, conciliorum & decretorum, Rom. Pontificum in tantum uidetur esse declinatum, ut aliqui ex nobis primæ institutionis uideantur obliti. Ext. de Statu mona. recolentes. Vnde Bern. contra personas Ecclesiasticas specialiter inuehens ait: Christus docuit uerbis & exemplis, eligendum quod carni est molestum, &c.

In primo & secundo titulo eiusdem partis, disputat ex canonibus, quòd Episcopus non deberet facilè ex suo Episcopatu in alium transire, nec etiam liceat plura beneficia in unum congerere.

Titulo septimo differit, quòd Papa non deberet facilè pati causas ex prouincijs in curiam transferri, nec quenquam eò sine grauissimis causis citare. Item quòd non deberet iurisdictione Episcopum perturbare, nec beneficia in alijs regionibus existentia à curia cuiquam conferri deberent, de qua re eius uerba hæc sunt: Videtur, secundum dictum Gregor. Ecclesiasticus ordo confundi: quia Ecclesiastica beneficia, ad ipsorum Episcoporum collationem & prouisionem pertinentia, per sedem Apostolicam & per alios conferuntur, etiam antequam uacent, non solum in Curia Romana, sed extra.

Sed sub finem concludit hisce uerbis: Prouerbium uulgare est. Qui uult totum, perdit totum. Ecclesia Romana sibi uendicat uniuersa.

Titulo undecimo, recitat formam concilij ex Isidoro, quam dicit ualde uetustam esse, in eaq; etiam laicos in concilium intromittit.

Titulo

Titulo decimotertio, dicit utile uideri, constitui, ut nec iuuenes, nec uirgines an te 25. annum consecrentur.

Titulo 17. diligenter disputat, Ecclesias peregrinis commendandas non esse, & concludit hisce uerbis: Hoc autem non seruatur à Romana curia, & presbyteris prælatis, qui curas animarum & prælationis committunt talibus qui nec subditos intelligunt, nec intelliguntur ab eis.

18. Titulo differit, indignos non esse promouendos: & monet Papam ac concilium, ut cogitent, subuerti ea ratione totam Ecclesiam, quod indigni ad Ecclesiastica munia promoueantur, cæciq; duces cæcum gregem unà secum in æterni exitij foueam trahant.

Titulo uigesimo monet, ut simonia Romanæ curiæ reprimatur: quam ibi per
B inde regnare dicit, ac si nullum peccatum esset,

Titulo 21. probat multipliciter, non esse amplius ferendum, ut ita multa beneficia in paucos congerantur, sicut iam in curia Romana fiat. Sed adscribemus inde aliqua eius uerba: Et in dicta synodo expresse dicatur, quòd nullus possit esse canonicus præbendatus, nisi in una Ecclesia. Et cum contrarium fiat in Ecclesia Dei, quia uni personæ præbendæ multæ & beneficia multa, & multæ dignitates & personatus cumulantur: potissimè si de præsentiũ Ecclesiæ Dei parentela existant, & ex hoc paria tur generale præiudiciũ uniuersali Ecclesiæ, quę debitis officijs & obsequijs, rectoribus administratoribus & defensoribus defraudatur, eleemosynæ subtrahũtur, personæ Ecclesiasticæ sic ditatæ in superbiam efferuntur. Et secundũ quod dicitur Pro. 1. cap Eorum prosperitas perdit eos, &c. Et paulo pòst: Quare uideretur utile Ecclesiæ sanctæ
C Dei, ut ordinatio Bonifacij super hoc facta in dicta decretali, Cum singula. quantum ad regulares, extenderetur ad clericos seculares, & ad dominos Cardinales, qui in graue animarum ipsorum periculum, & uniuersalis Ecclesiæ dispendium, multa milia florenorum librarum & marcarum sibi & suis pestifera adinuentione, super Ecclesias etiam parochiales & curatas faciunt cumulari, & Ecclesias etiam cathedrales & ultramarinas sub diuersis coloribus commendari, & certas sibi solui ab illis qui eorum promouentur auxilio pensiones, quæ nunquam in Romana Ecclesia moriuntur, sed ab uno cardinali in alium, uel in eius uel domini Papæ propinquum uel nepotem deriuentur. Ex quibus sequitur (cum sibi uendicent uniuersa) quòd infœlix
D clericus, qui de prædictis beneficijs sustentari debuerat, mendicat in plateis, & seruili operi inciputus publicam deposcit eleemosynam.

Titulo decimonono monet, ut caueatur in concilio, ne tam temerè prælati sua aut præcessorum decreta aut promissa irrita faciant, sicut alioqui solere præsertim Romanos hisce uerbis affirmat: Hoc uidetur honorabile & utile obseruari, ne paulatim gratitas Ecclesiastica deperire uideatur, maximè in Ecclesia Romana, in qua usum est, quòd dominus Papa reuocabat aliquando non solum gratias, & alia concessa prædecessoribus suis, uerùm etiam facta & concessa à seipso contra grauitatem, authoritatem & honestatem Ecclesiasticam & iuridicam. Verùm usitata est etiam hodie hæc ratio Papis, ut beneficia aliquanto prius concessa reuocent, quò bis aut ter eandem rem uendere possint: sicut prolixè Theodericus Niemus de sui temporis Papis scribit.

Titulo uigesimotertio disputat, quærenda esse remedia, ne tam temerè Prælati & Episcopi infamentur, & ad curiam Romanam trahantur.

Titulo 31. disputat, prouidendum esse, ne tam temerè omnes lites ex prouincijs trahantur, ne ue ita in longum trahantur, & quasi immortales fiant, ut plerumque accidit.

Titulo 32. dicit, sacerdotes non seruare ea quę in canonibus de eorum uita & honestate sunt mandata. Citat etiam ex Chrysostomo dicente, Sacerdotes & Pontifices nostri omnem iustitiam populo mandant, & ipsi nec modicum seruant, &c.

Titulo 34. citat multa ex epistolis Gregorij, quomodo ille noluerit se uel

quenquam alium Vniuersalem Episcopum uocari. Probat item prolixè ex multis ue A
terum Papatum epistolis, eos solitos alios Episcopos sibi præferre. Quare monet ex
Gregorio, ne nimium Papæ subiecti simus, ne eorum uitia uenari compellamur. &
tandem concludit id caput hisce uerbis: Ex quibus omnibus uideretur modus assu-
mendus, quòd sic Romana in scribendo honoretur Ecclesia, & quòd aliis honor de
bitus nullus negaretur.

Trigesimo octauo titulo differit, Episcoporum luxum modis omnibus cohi-
bendum esse, eos q; ad antiquam frugalitatem compellendos. Monet ibidem, omni
um reddituum Ecclesiasticorũ, siue secularium siue regularium, decimam partem es-
se pauperibus scholasticis decidendam, ut docti homines haberi queant. Item, ut pau
peribus etiam ex suis redditibus prospiciant. Monet quoq;, prohibendũ esse, ne tam
temerè excommunicationes fiant. & contrarium curiæ Romanæ abusum taxat his-
ce uerbis: Nullus sacerdotum quenquam hominem rectæ fidei pro paruis & leuibus B
causis excómunicare habeat, sicut in concil. Agathen. c. 3. & in concil. Aluemen. 11. q.
3 Episcopi, & c. nullus sacerdotum. Quod minimè obseruatur in Romana Ecclesia,
in qua, & à cuius delegatis, contra prælatos et alios pro minimo sententiæ fulmi tan
tur, contra decretalem illam Alexan. IIII.

Titulo 52. docet, non permittendum esse, ut temerè clerici euagentur sine per-
missione Episcorum. Sed adscribamus totum eum titulum, cum admodum breuis
& utilis sit. Item in 25. c. prædicti concil. Agathen. fuit constitutum, quòd clericis sine
commendaticijs Episcoporum suorum literis licen. non pateat euagandi licentia. &
hoc idem sit conforme alijs concil. & iuribus, 71. 72. & 73. dist. & ext. de cler. peregri-
nis. Et dicta iura & similia non seruantur, ex quo multæ insolentiæ committuntur,
plurima scandala in clero & populo eueniunt, & pericula animarum: uideretur sa-
per hoc prouidendum, cum uideantur omnes personæ Ecclesiasticæ euagari, sicut C
oues non habentes pastorem.

Titulo 41. eiusdem partis, dicit, reuocandum esse canonem Mileuitanum, ut
causæ finiantur in suis prouincijs.

Titulo 45. disputat, non temerè dandam esse impunitatem sontibus ad tem-
pla confugientib us, sed inde extrahendos esse.

46. Monet, uideri utile, ut in Concilio matrimonium sacerdotibus concedatur,
cum planè frustra & incassum hactenus sint ad castitatem coacti: cum q; Græci sacer-
dotes ius matrimonij habeant, id q; etiam Apostolorum tempore in usu fuerit.

Titulo 49. disputat, id modis omnibus agendum, ut literatis potius quàm indo
ctis Ecclesiastica stipendia dentur.

Titulo 50. ostendit, non esse permittendum, ut clerici à suis Ecclesijs absint. & se
quenti docet, non esse ferendum, ut uenationi uacent.

Titulo 53. agit de cohibenda monachorum peccandi licentia. Ostendit eos co-
gendos esse ad laborem manuum. dicit q; in Aegypto eum morem fuisse, ut nullum D
planè monachum reciperent, qui aliquam artem non nosset, aut alio qui manibus
operari nollet. Item probat ex ueteribus concilijs, nullo modo esse ferendum, ut sa-
cramenta laicis administrent, atq; ita pastorum officium inuadant. Inquit enim, se-
cundum Eugenium Papam, abs q; nephandissimo ausu pro aliquo lucro terreno de
monasterio eis exire non licet, neque pœnitentias dare, neque baptizare, neque infir-
mum uisitare, nec; mortuum sepelire, nec; ad secularem Ecclesiam transire, nec; alijs
quibuscunque officiolis sese implicare: cum claustro suo debeat esse contentus, cum
sicut piscis sine aqua, sic monachus sine monasterio, &c. Sed adscribam quædam pre
terea eius uerba: Item cum in prædicto 38. dicti concilij Agath. fuerit constitutum,
quòd prædictis monachis sine commendatitijs Episcoporum literis, licentia non
pateat euagandi, & si contrarium fecerint, & post uerborum increpationem se non
emendauerint, quod uerberibus castigentur. Et hoc principaliter non seruatur, quia
contra regularem eorũ ordinis disciplinã pre cæteris euagẽtur, & multi eorũ ubiq; po
nant

A nant dissensionem, brigam & scandalum, contra conditionis eorum statum & offi
cium: cum deberent habere simplicitatem columbæ, ne cuiq; machinentur dolos.
Titulo 54. dicit, Episcopos, cum maximè in suis Ecclesijs esse deberent, solere in
curia Romana, aut in aliorum Principum aula esse.
Titulo 57. abusum imaginum taxat.
Titulo 60. queritur, decreta de simonia non seruari: eoq; id scelus impunè in cu
ria Romana & alibi apud prælatos patrari. Quare monet, ut in concilio cohibeatur.
Titulo 61. queritur, in curia Romana facilè absolui eos, qui aduersus Christia
ni nominis arma adferunt: idq; porrò corrigendum esse censet.
Titulo 66. queritur, Episcop. & alios prælatos non uisitare Ecclesias, ac reforma
Ecclesias: & tamen interea procurationes accipere earumq; iura accidere. Quod mo
dis omnibus impediendum esse ac prohibendum putat.
B 67. Docet, prohibendum ne in iudicijs Ecclesiæ munera accipiantur: utq; æ
quo ij qui donant, aut non donant, audiantur.
PARTE tertia, titulo primo, differit, quòd si Ecclesia rectè reformanda sit, à ca
pite incipere oporteat. Sic enim statim initio inquit: Sanè quantum ad reformatio
nem uniuersalis Ecclesiæ, utiliter & perseuerabiliter ac efficaciter faciendum uidetur,
quòd à capite ratio sit edenda, uidelicet à sacrosancta Romana Ecclesia, quæ caput
est omnium. Titulo quarto eiusdem partis, queritur religionem Christianam
deridere ob insciti am ac ruditatem sacrificorũ: eoq; uidendem, ut posthac studeant.
Titulo decimoquinto ostendit, rapacitatem & sordes ministrorum curiæ Ro
manæ corrigendas & cohibendas esse. Sed adscribam integrum illud caput, quod
& breue & utile est: Item cum in uniuersali Ecclesia Quęstores multos errores disse
minent: multosq; seducant simplices, & multas abusiones procurent, & uitam ge
rant enormiter dissolutam, in tantum quod patent risui, potestasq; clauium Ecclesiæ
contemnitur, cum pro uno obulo uel nihilo indulgentia concedatur, nec proficiat
C prouisio concilij Lateranen. de pœniten. & remissio. cum ex eo propter eorum im
portunitatem, & propter pecunias, quas effundunt in curijs Episcoporum, à quibus
literas obtinent questuosas ac indulgentiarum, & de audientia ab Ecclesiarum re
ctoribus, curatis populis sub magna pœna paranda eisdem, & ex hoc diuina officia
perturbentur, sermones & prædicationes impediantur, & populi extra uoluntatem
propriam retineantur in Ecclesijs, contemnantq; impositas pœnitentias ab eorum
curatis & confessoribus adimplere, putantes se absolui propter dictas indulgentias
ab eisdem, & propter facilitatem ueniæ pro obulo obtinendæ & pecunia redimen
dæ, delinquere non formidant: 11. q. 3. pauper. de sent. excom. ut fame. l. di. si lapsis.
uideretur super hoc de cõpetenti remedio cessarent prouidendum, & insuper quòd
quæstus cursorum & nunciorum Romanæ curiæ.
Decimosexto titulo, agit de reformatione monachorum mendicantiũ: ac do
cet, cogendos esse ad opera manuum, sicut & suprà de monachis dixerat. Item dicit
D prohibendum, ne quis q; inuitis parentib. ad monasteria conuolet: quod et in Gan
grensi concilio statutum esse affirmat. Queritur item, quòd neglectis sacris literis, isti
ijdem monachi hominum figmentis uacent, ac ea cõcionentur: quod omnino pro
hibendum esse ostendit. Titulo 28. differit de ualidis mendicantib. quos prohi
bendos esse putat. Sequenti docet, pauperib. & hospitalib. prospiciendum esse ex bo
nis Ecclesiasticis: quoniam prælati eorum redditus ad se rapuerunt.
Titulo 23. dicit, Abbates sese multipliciter à suorum Episcoporum obedientia
eximere, quod eis permittendum non sit. Sed adscribam aliqua uerba inde: Contra
superiores & monachis & subditis eorundem, & quòd claustralibus, & alijs in re
fectoribus comedentibus congrua prouisio fiat: quòd Episcopi debeant esse subie
cti, & de iure sint, sicut probatum est plenè suprà in prima parte, in ultimo titulo, in
quo de exemptionib. tractatum est. Delinquunt autẽ & excedunt dicti Abbates qui
buscunq; ingenijs possunt, se ab obedientia & subiectione Episcoporum & Archi

epiſcoporum,& Epiſcopalia iura non ſoluendo,& etiam uſurpant multipliciter præ A
ſumendo contra illud c. accedentibus de exceſ. prælat. cum tamen ſubiaceant correc-
tioni Epiſcoporum, 18.q.2. Abbates.& c. Abbatibus,&c. ſi quis. Item quia confeſsio-
nes audiunt, & pœnitentias iniungunt illis qui eis confiteri uolunt, quod facere
non poſſunt.

Titulo 27. agit iterum de deſperata Eccleſiæ Romanæ reformatione, de qua-
re tres primos eius tituli paragraphos adſcribam: Sanè quantum ad reformationem
Romanæ Eccleſiæ uideretur, quòd ipſa Romana Eccleſia, quæ non debet habere
maculam, neq; rugam, & quæ mater eſt fidei, & magiſtra debet eſſe uniuerſalis Ec-
cleſiæ,& ad quam omnis ſanctæ religionis relatio debet referri,& ab ea normam re-
cipere, exhiberet ſe regulam & ſcholam uirtutum, ut benè uiuendo normam aliis be
benè uiuendi & rectè per ſemitas iuſtitiæ ſeipſam duceret, nec aliquando aborſum tra-
heret: & ſic correctione in ſeipſa præhabita in Dei & proximi dilectione, uera humili B
tate, uitæ honeſtate, morum grauitate, diuini cultus ſedulitate, uictus & ueſtitus par-
citate fundata: ornamentorum, apparatuum, & familiarum & pomparum elatiua
ſuperfluitate reſtricta, ſcientiæ profunditate dotata, trabeq; de oculo ſuo eiecta, quòd
diſtortum eſt, prauumq; reperiret in ſubiectis & inferioribus corrigeret, & etiam re-
formaret Chriſti exemplo, qui prius cœpit facere quàm docere.

Item quod legem ſibi ipſi imponeret, ne tranſgrederetur contenta in diuinis
& humanis legibus approbatis, quibus genus debet per eam & authoritate impe-
riali & Regali gubernari humanum: ſed ea uſq; ad ſanguinem obſeruari mandaret,
nec in contrarium diſpenſaret, nec priuilegia, nec indulgentias, nec exemptiones
concederet, & conceſſa in contrarium reuocaret: Nec dominus Papa ſine cõſilio fra-
trum aliquid agitaret notabile, nec reuocaret à prædeceſſoribus ſuis rationabiliter C
conſtituta uel conceſſa, nec uenire permitteret contra Eccleſiaſticam libertatem.

Item cum Epiſcopi ſint in locum Apoſtolorum, qui parem cum Petro hono-
rem & poteſtatem acceperunt à Deo, quod non leguntur feciſſe curiales, non Epi-
ſcopi, quod eiſdem Epiſcopis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, Primatibus & Patri-
archis, Abbatibus,& aliis honorem debitum in ſcripturis, poſſeſsibus, ſedibus intra
& extra Eccleſiam & aliis uerbis & factis impenderet: & conſuetudines Romanæ
curiæ & alias contrarias reuocaret, cum honor ſit Eccleſiæ ſupradictæ,& dehono-
retur ex contrario, prout Gregorius atteſtatur, & inde tota Eccleſia uilipendatur, &
quaſi contemptui habeatur.

In ſequentibus paragraphis oſtendit, curiam Romanam non debere aliarum
Eccleſiarum iuriſdictionem impedire: quòd non deberet indignis tradere functio-
nes: quòd caueret omnem ſpeciem ſimoniæ: quòd non deberet Papa uni plura offi
cia ac præbendas commendare, ne cauſæ in longum producantur: quòd miſerabi-
bus perſonis ius gratis dici deberet: quòd nulla iura generalia Papa amplius ſuo ar- D
bitrio condere deberet, ſed tantum de conſenſu concilij. Item quòd ſingulis decen-
nijs generalia concilia celebrari deberent: quòd nulli cognati Romani Pontificis
promoueri deberent: quòd in pœnitentiaria Papæ non temerè abſoluerentur. Volt
etiam eodem titulo, ut primatus Papæ cohibeatur. ſic enim inquit: Item quòd pri-
matus dictæ Romanæ Eccleſiæ declararetur & diſtingueretur per iura Eccleſiaſtica
& ſecularia, nec dominus Papa uocaretur uniuerſalis Eccleſiæ Pontifex, cum hoc
prohibeat Greg. & contra aliquem indignitate conſtitutum non audiret aliquam
querelam, niſi conditione & zelo querelantis examinatis: nec aliquem perſonaliter
citaret ad curiam, niſi prius ſummaria contra ipſum inquiſitione præmiſſa.

Vigeſimooctauo titulo, agit de reformatione prælatorum, quò multa præce-
dentia pertinere indicat. & inſuper addit, quòd deberent crebrò concilia prouin-
cialia celebrare, quòd extra ſuas diœceſes non temerè debeant euagari: quòd debe-
rent habere œconomos ac gubernatores rerum temporalium, ne ipſos ſit neceſſe
ea tracta-

A tractare, & spiritualia negligere. Item quòd nequaquam deberent clauibus abuti temerè excommunicando, interdicta & suspensiones ponendo. Item quòd debent apud se habere, & alioqui fouere & alere uiros doctos & studiosos. Eodem modo & in sequenti titulo, clerum reformandum esse monet.

Titulo 31. differit de generali modo, quo tota Ecclesia reformari possit, ac denuò, sicut & statim initio dicit, eam procul dubio uel optimam, uel solam eius reformationem esse, ut ueteres leges seruentur, omnesq; nouitates, priuilegia, indulgentias, exemptiones, & aliæ Romanistarum captiones & artes, quibus fraudem legibus faciunt, tollerentur. Omnium enim malorum causam esse ait, quòd Papa & Romana curia omnium iura ad se trahat, rapiat & euertat. Hæc enim eius sunt uerba: Nouitas nostri temporis sub inquietudine degit, quia dictũ gradum & ordinem derelinquũt. Secundum namq; August. minus ordinata inquieta sunt, ordinata uerò quiescunt.

B Et ideo, quia antiqua ordinatio de regimine mundi & Ecclesiæ, & sua cuique iurisdictio à Romana Ecclesia & præsidentibus non seruatur, & ordo Ecclesiasticus confunditur, sicut Gregorius attestatur. Sed ad se, quæ ad minores & medios pertinent, trahere uolunt, ut in eis uerificetur illud, Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum: mundus turbatur uniuersalis, Ecclesia lædítur & grauatur, & ordo Ecclesiasticus confunditur, sicut Gregorius attestatur.

Titulo 32. docet, etiam id magnum fore ad reformationẽ compendium, si Ecclesia Romana primùm semet reformaret. Sed apponã eius uerba: Secundò posset uniuersalis Ecclesia reformari si Rom. Ecclesia à se primò, & gradatim à prælatis & alijs mala exẽpla tolleret, ex quib. scandalizatur, & quasi inficitur populus uniuersalis, & nomẽ Domini dominatores populi secundũ Esa. ex hoc sinũt blasphemari. Nam secundũ Augustinũ, nihil magis confudit Ecclesiã Dei, uel ei officit, quàm dicere, Peiores sunt clerici quã laici. Proh dolor, quia uidetur in ipsa Ecclesia uerificari dictũ Esa.

C 34. in figuram Babylonicæ ciuitatis, gloriosæ in regnis, & inclytæ in superbia Chaldęorum, de qua dicitur: Erit cubile draconum, & pascua strutionum, & occurrent dæmonia, onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. Ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos. Illic congregati sunt milui, alter ad alterum.

Titulo 33. de auaricia Romanæ curiæ dicit, & multa eius rapacitatis exempla recenset. adscribam eius uerba: Sanè quòd reproba exempla ambitionis, cupiditatis & auariciæ publicæ uocẽtur & arguãtur per fideles, & infideles, in Rom. & etiam in uniuersali Ecclesia, euidenter demonstrãt quæstus & munera, quę pro Ecclesiasticis beneficijs, dignitatibus & officijs recipiuntur & dantur, in animarum dantium & recipientium detrimentum, in peccatum simoniæ, quam utriusq; pagina testamenti detestatur, & quæ est & reputatur hæresis. Ad idem pertinent quæstus, qui fiunt per legatos & nuncios & familiares Apostolicæ sedis, & per illos qui in domini Papæ & prę

D latorum seruitijs commorantur. Ad idem pertinent talliæ, subiectiones, subsidia, procurationes in absentia, emolumenta scripturarum & sigillorum, quæ exiguntur, recipiuntur & leuantur à prælatis superioribus & inferioribus eorundem: ad idem, quæstus indulgentiarum, priuilegiorum, dispensationum & exactionum. Ad idem speciant multiplicationes beneficiorum Ecclesiasticorum, & pensionum, quæ indebitè uni committuntur & conferuntur personæ. Ad idem, exemptiones munerum, uenditiones iurisdictionum, lucra turpia & inhonesta negociationũ secularium & mercationum, quarum multæ ad speciem usurariam, quam mercatores Ecclesiasticarũ personarum pecunias tenentes exercent dietim, pertinent. Ad idem pertinent eleemosynarum defraudatio, hospitalitatis restrictio, munerum Ecclesiasticarum personarum ad cultum diuinum deputatarum diminutio, prælatorum & curatorum in solennitatib. & alijs Ecclesiasticis ciuitates & loca sua fugientiũ euagatio. Ad idẽ pertinet argumentũ satis de nouo in Rom. curia introductũ, de his quæ pro bulla, scriptu-

tis & alijs quibuscunq;,quæ consueuerunt in ea ab antiquo persolui. Super quibus A
omnibus esset de competentibus & contrarijs remedijs (cum, secundum physico-
rum assertionem,medicina fiat per contrarium)salubriter in hoc sacro concilio pro-
uidendum. Nam in omnem terram, in qua exiuit sonus Apostolorum, sancta Dei
Ecclesia,& potissimè sacrosancta Romana infamata est,& uulgariter cuncti clamãt,
& refricant: Quòd in ea, &c.omnes à maiori usq; ad minorem auaritiæ studeant. Ex
quo autem in Ecclesijs,sicut in Romano imperio,creuit auaricia,perit lex de sacerdo
tibus,& uisio de prophetis.

Titulo 34. eiusdem partis, agit de superbia & fastu Papæ,& curiæ Romanæ
prælatorum, quem omnino nimium, ac cohibendum esse censet. Ac inter alia di-
cit, quòd cum Romana Ecclesia omnes alias præ se contemnere ac opprimere per-
gat,mirum non uideri,si uicissim ab omnibus contemnatur. & accommodat huc il
lud Domitij dictum: Cum ego tibi senator non sim, nec tu eris mihi cõsul. Sed adseri
bamus pauca ex eius tituli initio:Quòd pernicioſa exempla elationis et superbiæ ma
nifestè tam in capite quàm in membris in Dei nascantur Ecclesia,cum probent excel-
sus notorij uestium,ornamentorum,uerborum,& factorum,quibus status Ecclesia-
sticus extollitur,se quibuslibet præferendo,aliorum uitam & merita deprimendo et
obumbrando, seipsos commendando,& improbos defendendo, sancta indignis
committendo,malos pro bonis,& bonos pro malis approbando,&c.

Titulo 36.agit de corrigendo luxu,& nimium sumptuosis prælatorum conui-
uijs. Adscribemus inde duo eius breuia dicta: Quòd pernicioſa exempla peccandi
læ uniuersus populus Christianus à clero recipiat, in aperto apparet, eum dictus cle-
rus lautius & splendidius & plurib. ferculis,quàm faciant Reges & Principes domi-
ni,contra honestatem Ecclesiasticam,& clericalem regulam,& doctrinam constitu-
tam à sanctis patribus,conuiuentur. Et paulo pòst:Esset itaq; super sobrietate & par-
simonia seruandis in statu Ecclesiastico prouidendum,cum magna pars Ecclesiasti- C
corum redditnum in excessiuis conuiuijs & commessationibus expendatur. Vnde
uerendum est, quòd Deus propter hæc & alia, contra Ecclesiam & eius ministros
irascatur,& quòd eam permittat deprimi,sicut fecit Iudæos.

In sequentibus titulis, usq; ad finem,queritur de negligentia ac insciția cleric-
rum, proponitq; multa remedia, quæ in tanto malo opponi possent ac deberent:
præcipuè autem,ut pauperibus scholasticis prouideatur, utq; tantum dignis benefi-
cia dentur. Sed adscribam aliqua pauca ex eis titulis, & primum tit. 43. sic habetur:
Tenent namq; aliqui propter fauorem, quem in Ecclesia habent,tot beneficia,quòd
uiginti,& aliquando quinquaginta scholares,& ultrà, possent in scholis sustentari
de eis. Nec ita successiuè beneficiati, plus cæteris pauperibus cõmuniter proficiunt,
quin imò frequentius deficiunt, & expendunt in pompis & uanitatibus dies suos,
& Ecclesiasticos redditus, cumulatos eisdẽ. Posset etiam talibus clericis prouideri de
beneficijs,quę diuitibus indebitè conferuntur. Et paulo pòst tit. 46. Deprehenditur D
& notatur in Ecclesia sancta Dei,quia manifestè apparet,quòd Ecclesia Romana can
sas electionum multis uijs & remedijs ad se trahit, & Ecclesiæ remanent ex hoc lon-
gis temporibus uiduatæ,gregemq; Dominicum propter defectum pastoris lupus ra-
pax inuadit. Et paulo pòst tit. 47. Negligentia etiam circa curam dictarum anima-
rum manifestè apparet. Quia per Romanam Ecclesiam absq; euidenti necessitate
uel utilitate dispensatur cum multis, ut pluralitatem beneficiorum curatorum obti-
neant. Et quòd non teneantur ad tempus ualde longum residentiam facere personа-
lem:& dictam curam habentes, & etiam prælati absq; necessitate & utilitate præ-
dictis,longis temporibus in Romana curia detinentur, & diuersis uijs ab Ecclesijs,
quæ eisdem & eorum curæ commissæ sunt, se absentant.

Item paulo pòst tit. 50.Hæc negligentia nimis manifestè apparet in clero,tam in
capite quàm in membris, & utinam non uerificetur uerbum in clero Esaiæ dicentis:
Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Item paulo pòst
titulo 65

A titulo 61. Destituitur Ecclesia, perditur deuotio subditorum, Ecclesiastica iura depe-
reunt. Et cum ipsas Ecclesias & Ecclesiasticas personas grauet Romana Eccle-
sia, & aggrauantib. faueat, neruus disrumpitur Ecclesiasticę disciplinę: nec oportet ex
empla super præmissis longè quærere, cũ reperiãtur depropè quodãmodo, & ubiq;.
Item initio ultimi tituli. Sanè si ad distributionem Ecclesiasticorum prouentu-
um consideratio habeatur, uideri potest, quòd expenduntur in superfluos elatos &
uanos usus uestium, ornamentorum, familiarum, apparatuum, & superfluitatem ci-
borum & potuum: uel exinde ditantur. exaltantur, et nobilitantur parentes, & datur
carni & sanguini quod est Christi: ut de cæteris, dantibus histrionibus, personis uili-
bus, & lusoribus, principaliter taceamus.

Hinc facilè Christiane lector perspicis, Ecclesiæ cleticorum, prælatorum, & in
primis Romanæ curiæ statum iam olim ante 300. & amplius annos, longè corru-
B ptissimum & desperatissimum fuisse: eumq; accusasse, deplorasse & corrigi optasse,
non tam uulgares aliquos homunciones, quàm summos ac doctissimos quosque.
Verùm adeò non est emendatus, ut ab eo tempore centuplo deterior sit factus, siue
turpiss. eorum mores, siue neglectionem officij, siue doctrinæ ac religionis formam,
siue denique intolerabilem planè ipsorum tyrannidem, qua Ecclesiam Dei oppresse-
runt, rectè perpendas ac examines.

Michael Constantinopolitanus & Leo Atridanus Archiepiscopus.

HI duo Episcopi paulo pòst millesimum Domini annum uixerunt. Scripserunt
quandam epistolam contra Romanam Ecclesiam, non quidem de maximis
eius uitijs aut erroribus, sed tamen subindicant in fine, se etiam de pluribus
ac maioribus rebus scripturos, si ea benignè ac cum studio ueritatis accepta fuerit. Ve
C rùm adijciam ipsam eorum epistolam ad uerbum.

Epistola Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Atridani Episcoporum aduersus Romanam Ecclesiam Græco sermone edita, & Iohanni Tramensi Episcopo in sigillationem omnium Latinorum directa, cum fuisset Trami exhibita fratri Humberto sanctæ Ecclesiæ Syluæ candidæ, eiusq; studio est in latinum translata.

MIchael uniuersalis Patriarcha nouæ Romæ, & Leo Archiepiscopus Atridę Me
tropolis Bugrarorum dilecto filio fratri Iohanni Tramensi salutem. Dei ma-
gna dilectio, & iucunda compassionis uiscera flexerunt nos scribere ad tuam
sanctitatem, & per te ad uniuersos Principes, & ad ipsum Rom. Pontificem, & me-
D morari de Azymis & sabbatis, quæ infestè & indecenter custoditis, & communica-
tis Iudæis. Etenim Azyma & sabbata ipsi custodire à Mose iussi sunt. Num uerò Pa-
scha Christus est, qui ut non iuxta legem inueniretur aduersarius, ideo & circumci-
sus est & legale Pascha celebrauit primitus. Sic illo discedente nostrum nouum ope-
ratus est. Sicut in Euangelio secundum Matthæum de mystica cœna loquens, sic
quoq; incipit: Prima autem die Azymorum accesserunt ad Iesum discipuli dicentes:
Vbi uis paremus tibi comedere Pascha. Qui ait: ite in ciuitatem ad quendam, & dici-
te ei: tempus meum propè est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. Vespere au-
tem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis, & edentibus illis dixit: Amen
dico uobis, quia unus uestrum traditurus est me. Et post pusillum dicente Iuda: Num
quid ego sum Rabbi? dicit ei: Tu dixisti.

Hucusque Dei homines uniuersa legalis Pascha sunt. Deinde ea qui my-
stici, sunt & nostri, addidit Euangelista, & dixit: Accipite & comedite, hoc est
corpus meum, quod & pro uobis tradetur. Et accipiens calicem gratias egit, &
dedit eis

dedit eis dicens: Bibite ex hoc omnes, Hic est sanguis meus noui Testamenti. Dicen- A
do enim noui, ostendit, quoniam ea quæ ueteris fuerunt Testamenti cessauerunt.
Aspice quomodo panem corpus suum sub nouo Testamento uocauit, sicut uiuifi-
cum & plenum spiritu, & sicut caloris demonstratiuum, uos quidem panem, nos
ἄρτον dicimus. ἄρτος autem interpretatur eleuatns, & sursum portatus à fermento
& sole, calorem & eleuationem habens. Azyma autem nihil distat à lapide line
anima & luto lateris deorsum coniuncta terræ & sicco luto comparata, quæ cum
amaritudine Mosis comedere miseris Iudæis semel in anno constituit legem di-
cens: Quoniam malæ passionis & tribulationis symbola sunt significatiua: no-
strum uerò pascha gaudium & lætitia est totum: & extollit nos ab humo propter
gaudium ad cœlum. Sicut & fermentum propter proprium calorem panem, qui
panis omni suauitate repletus est. Azyma uerò neque sal neque fermentum ha- B
bens lutum est aridum. Aut non auditis Iesum Christum dicentem discipulis suis:
Quia uos estis sal terræ. Et quoniam simile est regnum cœlorum fermento, quod
fermentaretur totam massam, Satum etiam uocat, satis imò tribus, hoc est, tribus
modijs repletus, patrem & filium & spiritum sanctum, quorum nequaquam luto-
lentum azymum est particeps. Dicit autem & Dauid de Christo. Tu es sacerdos
in æternum secundum ordinem Melchisedech, qui ante Mosen & Abraham, cœli
& terræ & omnium creaturarum agnoscens Deum exurgens obtulit illi panem &
uinum.

Ideo ait diuinus Apostolus: Quoniam si consumatio per leuiticum sacerdo-
tium erat, non secundum ordinem Melchisedech sacerdos Christus diceretur, &
quia translato sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat, quæ lex luculenta con-
stituit Iudæis Azymum custodire. Idem ipse Paulus 1. Corinthiorum 11. inquit. Fra-
tres ego accepi à Domino quod & tradidi uobis. Quoniam Dominus in qua no- C
cte tradebatur, accepit panem & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & comedi-
te: Hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur. Similiter & de calice, hic est
calix nouum Testamentum in meo sanguine: hoc facite in meam commemora-
tionem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis,
mortem Domini annunciabitis.

Azyma uerò neque commemorationem habet Domini, neque mortem Do-
mini annunciauit, sine Mosaica & ante mille & quadringentos annos ex lege con-
stituta, & per nouum Testamentum, hoc est per sanctum Euangelium & per Chri-
stum maledicta & derelicta.

Sabbata uerò quomodo in Quadragesima Iudaicè obseruatis, qui dixit etiam
An nescitis quid fecerit Dauid, cum esuriret ipse & qui cum eo erant, quomodo in-
trauit in templum, & panes propositionis acceperit, &c.

Et quia sabbatum propter hominem & non homo propter sabbatum. Qui D
& dicebant: Quoniam homo iste non est ex Deo, qui sabbatum non custodit. Etite-
rum loquente Christo in sabbato ei qui manum aridam habebat. Similiter & ei
qui dæmonis spiritum habebat in sabbato mundato & murmurantibus Iudæis &
similia dicentibus dixit Christus hypocritis, Vnusquisq; uestrum nõne soluit asinum
à præsepi, aut bouem suum in sabbato & ducit adaquare? Et paralytico similiter
quem saluum fecit. Et ideo qui sabbata cum azymis custodiunt, neque Iudæi neque
Christiani sunt, sed similes sunt leopardo: sicut Magn. dicit Basilius, cuius capilli nec
nigri nec albi omnino sunt. Quomodo autem & suffocatum hi tales comedunt, in
quibus sanguis tenetur, aut nescitis, ut omnis animalis sanguis anima ipsius sit, &
qui comederit de sanguine animam comedit: & id circa secundum hoc nec genti
les ex toto sunt. Illi occidunt aut plagantes comedunt. Etenim Halleluia in Quadra
gesima non psallitis: sed semel in pascha tantũmodo, quod interpretatur, Dominus
uenit, laudate & benedicite eum & hymnũ dicite. Et ergo secundũ hoc laudate, neq;

Benedictus

A Benedictus qui uenit, psallitis, & istud nomen Halleluia Hebraicè dictum est. Cui talem cantum deceptionem horum talium non aspicitis, nec intelligitis, nec corrigitis populos & uosmetipsos, sicut qui debentur iudicari à Deo, non derelinquitis quòd dicitur: quoniam Petrus hoc & Benedictus, & Paulus & cæteri dixerunt: Decipitis uosmetipsos, & populos in istis. Quæ uerò scripsimus, ea sunt quæ Petrus & Paulus, & cæteri Apostoli, & ipse Christus docuit, & sancta atq; catholica Ecclesia suscepit, & custodit religiosè. Quæ & uos correcti custodite. Azymos uerò & cuito dias sabbatorum proijcite miseris Iudæis, & suffocata barbaris gentilibus, ut fiamus puri omnes & immaculati, & in recta fide, & unus grex unius pastoris Christi, cuius in cruce diuino sanguine inebriati laudamus, puri purè patrẽ, & filium, & Spiritum sanctum. Vniuersi enim qui Mosis legem custodiunt, derelinquentes Christum, lucem amiserunt, permanentes in umbra sicut insipientes in perpetuum. Hoc autem B homo Dei multotiens, & ipse cum populo agnoscens, docuisti eos, & correctus scripsisti multis talem consuetudinem habentibus. Et ut habeas salutem animæ tuæ, mitte principibus sacerdotum, & sacerdotibus Francorum, & admone: ut per hæc seipsos corrigant, & populum, ut mercedem & in istis habeant. Et si hoc feceris, proponemus & per secundam scriptionem maiora & perfectiora his scribere tibi, fidei uera ostensione & firmamento animarum, pro quibus Christus posuit animam suam.

Probus Tullensis Episcopus.

CIrca annum Domini 1280 floruit Probus Episcopus Tullensis. Is restituit Papæ Honotio quarto, quartam partem redditruum Ecclesiasticorum à clero exigenti, cuius orationem ex Auentino describam.

C Probus Franciscanus Episcopus Tullensis, Tubiorum oppido in Suenia oriundus, sacrarum literarum interpres, cuius tam clara facundia atq; pollens erat, in labro lustrico consistens, huiuscemodi orationem fecit. Quousq;, collegæ charissimi, Romulei illi uultures patientia nostra, ne dicam stultitia, abutentur? quousq; eo tum flagitia, auaritiam, superbiam, luxum tolerabimus? Non cessabit hoc genus Archisynagogum pessimum, nisi omnes ad egestatem & seruitutem durissimam redegerit. Discordia nostra hocce malum creuit, discordia nostra illi nebulones usi sunt. Nec unquam, quàm diu illi salui fuerint, Christianis festam pacem seruare, ab armis feriari, pietatem inter se colere licebit. Nuper Saxones atque Suenos inter se commiserunt: deinde diuum Fridericum secundum, Reipublicæ Christianæ utilissimum, Conradum quartum, Suenos atque optimos Principes, Imperio simul atque uita priuarunt. In Germania discordiæ mala, Satanæ & Antichristi satrapæ seminarunt: Conradum postea insontissimum, immeritissimum, & optimæ indolis adolescentulum, prolem Diuorum, iure gentium hæreditatem maiorum repetentem, fraude, D dolo interceperunt, ac crudelissimè necarunt. Suenos atq; Francos Vestriacos inter se armis, ueluti spectaculum sibi ac paria componentes, cõmiserunt. Deinde aduersus hos, Hispanos concitarunt. Nunc nos aduersus Galliæ atq; Hispaniæ proceres, cognatos nostros, ex Germania quondam profectos, concitare nituntur. In memoria habete, quid ante duodecim annos ille sanè egregius Decimus, cum decimis egerit: idem Quartus, cũ quartis aget. Vt illas Gregorius uigilantissimus à nobis emungeret, Scythas, Arabes, Turcas in nos armauit: Mentiar, nisi hosce (nempe maximum uectigal) magis saluos, quàm nos esse uelint. Diui Bernhardi consecranei, quibus tamen ut amicis ille consultum uolebat, millibus aureum nummis sexcentis se redemerunt. Hinc licet existimare, quanti illa conciliabula constent, quantum ue auri corradatur. Fallacia fallaciam trudit, atq; placita huiusmodi argutorum hominum magis more, quàm ex bono atq; æquo, satanæ illi lucem simulantes, comminiscuntur, quibus populo tenebras offundunt. Quæ nequaq; Christo Domino Deoq; nostro cordi esse, exitus & opera, nisi planè cæci simus, probant, euẽtus docet, sacrę literę cantãt.

Proinde

Proinde patres Christo deuotissimi, expergiscimini, consulite, succurrite rebus A perditis: reuipiscite, atq; capessite rempublicam. Maiores nostri immunes imperij ta men Romanos armorum studiosissimos, disciplinæ militaris peritissimos, gentium uictores, rerum dominos, orbis terrarum domitores, humano generi, finitimis impe ritare permoleste tulerunt, eorumq; imperium armis soluerunt. Nos pueris atq; efficæ minatis (ne quid grauius dicam) æquo animo seruimus. Qui sit ille Tusculanus, nõ sum nescius. Noui hominis mores: auri suga est, uenalisq; fœnerator, atq; perfidus, ui le pecuniæ mancipium. Ego minas eius floccifecero, senatum q; totius orbis Christia ni appello. Hæc ubi Probus dixit, cæteri omnes sententiam eius collaudant, atque sequuntur. In paucis diebus uniuersi, Tusculano uim formidante, neq; in publicum prodire audente, paulatim dilabuntur. Ita re infecta, concilium solutum est. B

Thomas de Aquino.

THomam Aquinatẽ, qui circa annũ Domini 1260. uixit, quem in primis Papistæ, ob suam quandam sanctitatem & eruditionem, uenerantur & prædicant. At qui ne hic quidem omnes Papæ errores penitus approbauit.

Catharinus in quodam libro contra Asorum Hispanum monachum con tendit, Thomã de lib. arb. antiquorum patrum sententiam sequutum esse, contra recen tiores sententiarios. Et sane in 6. cap. Rom. & 2. ac 4. ad Ephes. commodè loquitur. Nam Rom. 6. inquit: Liberum arbitrium semper seruum esse aut gratiæ aut peccati, super Eph 2. affirmat fidem & omnino accessum aut conuersionem ad Deum, non liberi arbitrij opus esse, sed singulare donum Dei. De articulo etiam iustificationis sa pe admodum bene loquitur, asserens nos non per opera, sed per fidem, atq; adeo per solam fidem iustificari. Super Rom. 3. & 1. Tim. 1. clarè dicit nos sola fide iustifica ri. Verum in huius rei testimonium quædam eius dicta adscribemus. C

In Cap. 3 Epistolæ ad Gal. lectione 4. Quicunq; ex operibus legis sunt. Intelli gendum est de operibus cęremonialibus & non de moralibus. Vel dicendum, quòd loquitur hic Apostolus de omnibus operibus tam cęremonialibus quam moralibus Opera enim non sunt causa cur aliquis sit iustus apud Deum, sed potius sunt executio nes & manifestationes iustitiæ. Nam nullus per opera iustificatur apud Deum, sed per habitum fidei, non quidem acquisitum sed infusum. Et ideo, quicunq; ex operi bus iustificari quærunt, sub maledicto sunt, quia per ea peccata non remouentur, nec aliquis quoad Deum iustificatur, sed per habitum fidei charitate informatum Hęb. 11. Hi omnes testimonio fidei probati.

Ex cap. 3 Epistolæ ad Titum, lectione 1. Ipse cognouit figmentum nostrum, ideo Psalmus dicit: Salus autem iustorum à Domino. Sequitur: deinde cum dicit: Non ex operibus iustitiæ, ponit rationem saluandi, & primò excluditur ratio præsumpta: secũdò ostenditur ratio uera. Ratio præsumpta est quòd propter merita no stra simus saluati, quod excludit cum dicit: non ex operibus quæ fecimus nos. Ro. 11. Reliquiæ D secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. Deut 9. Non propter iustitias tu as & æquitates cordis tui ingredieris, ut possideas terrã eorũ &c. Sed uera iustificatio nis ratio est SOLA misericordia Dei. Itẽ in Ep. ad Rom. cap. 3. lect. 4. ostendit, hic ludæ os & gentiles esse æquales quantũ ad statũ gratiæ, ostendendo sola fide Christi fieri iustificationem. Ex 1. Tim. 1. lect. 3. ubi inquit, Data est lex ut cognoscatur peccatũ Ro. 7. Quia nisi lex diceret: Non concupisces &c. Non est ergo in eis spes iustificationis, sed in sola fide, Ro. 3. Arbitramur homines iustificari, per fidem sine operibus legis.

De libero arbitrio.

IN c. 2 ad Eph. lect 3. posset, inquit, quis credere quod ipsa fides esset, à nobis & q̃d credere in nostro arbitrio constitutum est. Et ideo hoc excludens dicit: Et hoc nõ ex uobis. Non enim sufficit ad credendum liberum arbitrium, eò quòd ea quæ sunt fidei, sunt supra rationes, Eccles. 3. plurima supra sensum homines ostensa sunt ubi

A tibi 1 Cor. 2. Quę Dei sunt, nemo nouit nisi spiritus Dei &c. Et ideo quod homo credit hoc non potest ex se habere, nisi Deus det secundū illud Sap. 9. Sensum autem tuū quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum sanctum de altissimis? Propter quod subdit. Dei enim donū est scilicet ipsa fides. Phil. 2. uobis autem donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam pro eo patiamini &c.

De communione sub utraq; specie. lectione 5. in cap. 11. ad Cor. sic scribit. Traditur autem hoc sacramentū sub duplici specie propter tria. Primò quidē propter eius perfectionem: quia cum sit spiritualis refectio, debet habere spiritualem cibū, & spiritualem potum. Nam & corporalis refectio non perficitur sine potu & cibo. Vnde & supra decimo dictū est, quod omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Secūdò propter eius significationem. B Est enim memoriale Dominicæ passionis, per quam sanguis Christi fuit separatus à corpore: & ideo in hoc sacramento seorsim offertur sanguis à corpore. Terriò propter huius sacramenti effectum salutarem. Valet enim ad salutem corporis, & ideo offertur corpus, & ualet ad salutem animæ, & ideo offertur sanguis.

De coniugio sacerdotum multò melius sensit, quàm nunc rabies pontificia sentit ac dictat. Sic enim Durandus eius sententiam describit, sent. 4. d. 38. q. 2. ubi de sententia multorum ait, solennitati ordinis non esse annexum uotum continentiæ essentialiter, sed solum ex statuto Ecclesiæ, & accidentaliter. Et ideo in tali uoto posse dispensari per Ecclesiam, non obstante consecratione, cui non coniungitur uotum per se. Sed non tantum dispensatione Pontificis Thomas Aquinas docuit, melius esse presbytero matrimonio uti, quàm scortari, sed & consilio presbyteri confessoris. Nam in summa quæ incipit, Commiserationes Domini sunt super omnia (cap. 165. quod incipit, Post hæc dicendum est de incestu) sic inquit ad uerbum: Dicit canon C quòd si clerici in minoribus ordinibus constituti, continere non possunt, & matrimonium contrahere uoluerint, debet eis assignari sustentatio sua de beneficijs suis extra Ecclesiam, ita quòd de cætero non ministrent in Ecclesia in ordine suo, sed consuetam habeant, & libertate gaudeant clericorum. Contra hanc canonicam institutionem hodie obtinet consuetudo, quòd statim ex quo acolytus contrahit matrimonium, omni Ecclesiastico beneficio priuatur. Cum canon, ut dictum est, præcipiat, de beneficio sustentari. Si autem acolytus in secreta confessione ad discretum sacerdotem ueniat, & se nullo modo continere posse dicat, non multum peccat sacerdos, D dando ei consilium, ut cum aliqua occultè matrimonium contrahat, & occultè sui Episcopi oculos fallat. Minus enim credimus esse peccatum, beneficium cum occulto coniugio retinere, quàm fornicariam contra diuinam prohibitionem habere. Si uerò postea ad sacros ordines à suis prælatis cogatur accedere, credimus minus esse peccatum uxore uti, quàm cum alia fornicari, si ex toto noluerit continere. Atque hæc sunt uerba Thomæ illius, qui & inter monachos societatis Dominicæ uixit uitam cœlibem, & inter eruditos doctrinaq; excultos uiros docendi sanctitate nomen inuenit. Qui simpliciter uidetur probare sacerdotum coniugium, sed ob leges papatum non prorsus audet id tueri.

Glossa Decreti.

GLossa decreti ante 300. annos facta, multis in rebus rectius loquitur, quàm uulgus sophistarum & monachorum. Vt de confessione auriculari: hæc sunt eius uerba. dist. 8. de poen. Sed melius dicitur confessionem institutam fuisse à quadem uniuersalis Ecclesiæ traditione potius, quàm ex noui uel ueteris testamenti auctoritate. Satis clarè ostendit hic glossa, auricularem confessionem esse humanæ traditionis, non diuini præcepti. Addit eadem Græcos non obligari ad confessionem.

Asserit ea & communionem sub utraq; specie de conse. dist. 2. Hæc enim sunt eius uerba: Nec superfluè sumitur sub utraq; specie. Nam species panis ad carnem, & species uini ad animam refertur. Cum uinum sit sacramentum sanguinis, in quo est sedes animæ. Ideoq; sumitur sub utraq; specie, ut significetur quod utrūq; Christus as-

sumpsit,& carnẽ,& anima. Et quod tam animę,quã corporis participatio ualeat. Vn A
de si sub una tantũ spe-cie sumeretur,ad ruition ẽ alterius tantũ ualere significaretur.

De coniugio sacerdotum dicit glossa. dist. 84. quod Syricius primus mandauit cœlibatum & quod ante eum licuerit sacerdotibus contrahere matrimonium.

De Cæsarum authoritate dicit glossę annotatio,quòd amplius 800. à nativitate Domini annis leges de rebus Ecclesiasticis tulerint: quodq; eis Ecclesia obediuerit, ut iudicet nouitates postea secutas minus iustas esse.

Extremam unctionem iterari posse ostendit, dist. 95. At nunc tantum in extremo agone,idq; solum semel datur. Verum olim sæpius fuit iterata,ut uetustissimæ Agendæ testantur. Dicit & alia multa paulò rectius, quàm tunc, & postea Pontifices eorumq; mancipia senserunt & docuerunt. 8

Innocentius IIII.

INnocentius IIII. sedit circa 1250. annum. Is igitur in commentarijs suis,titul. de conuers. coniug. c. Placet,sic de sacerdotum matrimonio scribit: Matrimonium de iure naturali non impedit quenquam ordinari ad sacros ordines. Quia naturali iure potest ordinatus uti matrimonio contracto,sicut facit Orientalis Ecclesia.Et etiam contrahere posset: nisi constitutiones Ecclesiæ hoc prohibeant, &c.

Ergo hic quoque Papa diserte confitetur, coniugium sacerdotum per sese,seu sua natura malum non esse. Cur uerò rem per sese bonam ac licitam, Antichristi Romani tam atrociter damnant,ac tam multos propterea iugulant & præsertim cum uideant,infinitas libidines,aliaq; scandala inde ingenti copia erumpere.

Gualterus Mapes.

EDidit Balæus quosdam rhytmos contra Papam, Episcopos,prælatos ac clericos,scriptos. Titulus ac forma scripti est. Apocalypsis. Fingit enim sibi omnia diuinitus in quodam libro reuelata esse. Grauiter sanè in eò scripto accusantur illi,tum de extrema uitæ turpitudine,tum de horribili non tantum neglectione,sed & peruersione officij, utpote qui pro eo quòd oues per rectam uiam ducere, docere ac pascere deberent,seducunt,deuorant & perdunt. Describam uerò aliqua inde, ut aliquantò rectius de eius scripti ac scriptoris sententia iudicari possit. C

Postquam perlegerum præmissum titulum,
Subscriptum legere cœpi capitulum:
Quo mores didici uitamq; præsulum,
Qui duces populi seducunt populum.
Væ genti inutili,cornutis ducibus, D
Qui multant mutilos annatis fructibus:
Dum habet quilibet fœnum in cornibus,
Non pastor ouium,sed pastus ouibus,
Non tantum cogitat ille de miseris,
De claudis ouibus,agnisue teneris:
Quantum de computo lactis aut uelleris,
Sic ouem perditam reportat humeris.
Si uulgi inuenerit excessus pauculos,
Causatur fidei læsos articulos:
Trahit ius ouium in caulæ tribulos,
Vellens exuuias,& mungens loculos.
Errantem sequitur grex errans prævium,
Quem pastor deuius ducens per deuium,
Post lac & uellera dat carnes ouium,
Luporum dentibus,& rostris auium.

Et paulo

Et paulo pòst.

Hic ſcriptas repperi conſuetudines,
Officialium raptim imagines:
Fraudes, inſidias & turpitudines,
Quæ magnas codicis excedunt margines.
Hi ſunt, quos retinens mundus inhorruit,
A quorum facie totus contremuit:
Quos dum in cautibus Rhodope genuit:
Ad omnes ſcelerum motus exacuit.
Quantum ex ſibimet innato ſcelere,
Vel ex officio poſſunt officere:
Nequit hic calamus ſcribentis pingere,
Quæ uox, quæ poterit lingua retexere?

Tribuunt quidam hoc poema Gualtero Mapes, aut Goliæ ſacerdoti, uiris Anglis. Balæus ſanè non dubitat, authorem fuiſſe Anglum.

Anshelmus Auelburgenſis.

Hic Auelburgenſis Epiſcopus, quod non ignobile oppidum ſitum eſt in Marchia ad Auelum, non procul ab Albi, floruit circa annum Do. 1150. Ac fuit homo pro eius temporis ratione eruditus, non tantum in ſacris, ſed et in linguis. In multis ſanè paulò rectius ſenſit quàm reliqua fex hypocritarum. In quadam epiſtola confert prolixè monachum, cum communi ſacerdote, & adimit laudem perfectionis monachis qui uel maximè iactant ſe perfectionis uiam ſequi. Sunt alioqui et alia eius, quæ contra communes errores rectè dicta uideantur. Sed propterea etiam nomen eius adſcripſi, quod is prolixè teſtatur multos ſuo tempore fuiſſe, qui pugnauerint contra uarietatem & nouitatem ſectarum monaſticarum, ſubinde in Eccleſia orientium, eamq; in uarias ſectas diſcerpentium. Recitabo eius uerba.

De eo, quod quidam ſolent mirari tam uarias Chriſtianæ religionis formas.

SOlent pleriq; mirari & in quæſtionem ponere, & interrogando non ſolum oppugnare uerum, ſed etiam alijs ſcandalum generare. Dicunt & tanquam calumnioſi inquiſitores interrogant. Quare tot nouitates in Eccleſia Dei fiunt? Quare tot ordines in ea ſurgunt? Quis memorare queat tot ordines clericorum? quis non miretur tot genera monachorum? quis denicq; non ſcandalizetur? & inter tot diuerſas formas religionum diſceptatium tædioſo nõ afficiatur ſcandalo? Imò quis non contemnere Chriſtianam religionem tot uarietatibus ſubiectam, tot adinuentionibus imminutam, tot nouis legibus & conſuetudinibus agitatam, tot regulis & moribus ferè annuatim monachorum fluctuantem? Quod modò, inquiunt, à quibuſdam propter regnum cæleſte prohibetur. Quod modò tanquam ſacrilegium inhibetur, ſubitò tanquam ſanctum & ſalubre conceditur. Tales homines odioſi ſunt, inducunt quæſtiones, & corda ſimplicium peruertunt, dicentes: omnem religionem tantò eſſe contemptiorem, quantò mobiliorem. Quod enim, inquiunt eſt tam mobile? tam uariabile? tam inſtabile, quomodo alicui ſapientum dignè poteſt eſſe admirabile? Propterea quippe ſua uarietate probat ſe reſpuendum eſſe.

Ecce uidimus in Eccleſia Dei, ut aiunt, quoſdam emergere, qui pro libitu ſuo inſolito habitu induti nouum uiuendi ordinem ſibi eligunt, & ſiue ſub monaſticæ profeſsionis titulo, ſiue ſub Canonicæ diſciplinæ uoto, quodcunq; uolunt ſibi aſſumunt, nouum pſallendi modum, & metas cibariotũ ſibi ſtatuunt, & nec monachos qui ſub regula S. Benedicti militant, nec canonicos qui ſub regula Auguſtini Apoſtolicam uitam gerunt, imitantur. Sed omnia pro libitu ſuo noua facientes, ipſi ſibi ſunt lex, ipſi ſibi ſunt authoritas: & quos poſſunt in ſuam ſocietatem ſub prætextu

nouæ legis colligunt. Et in hoc religiosiores uideri putantur, si ab omni religiosiori habitu ac disciplina sequestrati inueniantur, & tanquam præ cæteris notabiles, digito demonstrentur. Hæc & his similia dicunt, & crebris quæstionib. alijs inquietant.

Disputauit idem Constantinopoli contra Græcos, & præsertim quendam Nechitam oppugnantem Papæ primatum. Dubito, an idem sit cum Niceta de quo supra dixi, qui hoc Anshelmo uetustior fuisse meo iudicio uidetur.

Vualdenses.

CVum diligentius pro mei tenuitate iudicij rem perpendo, uideor mihi animaduertere, & Deum & satanam sub idem tempus, eadem consilia instaurandi confirmandiq; suum cœtum & religionem agitasse. Nam ante quadringentos annos, & satan quatuor quosdam Apostolos, ueluti quatuor suæ impietatis columnas excitauit, qui suum Antichristum eiusq; abominationes egregiè confirmarunt, stabilierunt q;: & Christus suam religionem Antichristi abominationibus munitam, mundo denuò exhibuit, ac ostendit. Quatuor illi satanæ Apostoli, quiante 400 annos Papatum egregiè cõfirmarunt, ac ueluti à fundamentis instauratunt, fuerunt primùm Gratianus Decreti collector, & Petrus Lombardus, qui Magister sententiarum uulgò à sophistis uocatur: quorũ uterq; partim ex sacris literis, partim & multò magis ex patribus ac concilijs mala fide collectis, peiorique interpretatis ac detortis sententijs, Papisticam religionem probare, stabilireq; sunt conati. Deinde Franciscus & Dominicus, qui instituta noua hypocrisi monachatus, homines etiam magis quàm quisquam antè, superstitionibus ausi sunt dementare.

Porrò Christus potissimum per quendam Petrum Valdum Lugduni primatium ciuem, suam ueritatem, depulsis Antichristi tenebris (ut postea clarius apparebit) illustrauit. Accidit autem ea doctrinæ religionisq; Christianæ instauratio, ut multi historici testantur, hoc modo:

Circa annum Domini 1160. fuerunt Lugduni aliquot optimates, quodam loco congregati, conferentes de uarijs rebus: ut solent sæpe, præsertim æstatis tempore, in Italia & Gallia in porticibus Magnates conuenire dispellendi tædij, fallendiq; otij causa, ac colloquendi cum alijs sui ordinis uiris. Ibi dum illi ociosi sermones cedunt, accidit, ut subitò unus spectantibus omnibus alijs mortuus corrueret. Eo tam tristi exemplo fragilitatis humanæ diuinæq; iræ perterritus ac commotus unus ex illis nomine Valdus, homo prędiues, haud dubiè impellente eum etiam Dei Spiritu, cœpit cogitare de emendanda uita, placandoq; Deo, ac uera pietate aliquanto magis seriò colenda, quàm antè fecerat. Cœpit igitur & eleemosynas largius distribuere, & seu amq; domum, ac eos qui eum aliquando quacunq; occasione accedebant, docere & admonere de pœnitentia, syncero Dei cultu, ac uera pietate.

Progrediente paulatim tum beneficentia eius in egenos, tum ipsius studio docendi, aliorumq; discendi, iam etiam frequentior cœtus ad eum confluere cœpit: & ipse eis non suas aliquas regulas, suiq; capitis somnia dictare, sed sacras literas tum explicando declarare, tum in uulgarem Gallicam linguam transferre. Fuit enim homo doctus, ut ex uetustis membranis cognosco: & non curauit sibi ab alijs uetti, ut quidam ueritatis inimici mentiuntur.

Episcopus porrò & Prælati, qui, ut Christus inquit, claues regni cœlorum abstulerunt, ac nec ipsi intrare nec alios intromittere uolunt, ægrè ferentes hominem laicum & secularem (ut isti spiritualis clericatusq; nomine gloriantes, tumentesq; alios Christianos præ se contemnunt) sacras literas in uulgarem sermonem uertere, docendo declarare, & iam etiam quasi cœtus quosdam domi suæ habere, eiq; concionari: primùm monuerunt eum, eiusq; sectatores, ut ab instituto desisterent: addita etiam excommunicationis cõminatione. Verùm nec ipsius studium promouendæ gloriæ Dei, salutisq; proximi: nec fames uerbi Dei, qua pusilli Christi, nemini alioqui in templis

A emplis uerbum Dei syncerè docente, laborabant, talibus Pharisæorum & Pontificum mandatis cohiberi poterat. Dicebat enim & doctor & auditores, Deo magis quam hominibus obediendum esse. Esse uerò Dei præcipuum mandatum, uocem Dei audire.

Quare neglectis impiorum mandatis, cœpit etiam diligentius esurientes Christianos non tantum re familiari, quæ nimia largitate paulatim magis ac magis exenuabatur, quàm uerbo Dei, salutaribusq; monitis ac documentis pascere. Data quoque Valdo, eiq; adhærentibus occasio est, illa prælatorum tyrannide, iniustisq; mandatis, quibus simplicem innocuamq; prædicationem uerbi Dei opprimere ac extinguere conabantur: ut paulò diligentius de sacerdotibus, eorumq; religione ac instituto cogitarent, & paulò liberius loquerentur: atq; ita crescente etiam certamine cum
B sacerdotibus, subinde plures errores ac superstitiones Papisticæ religionis animadnerterent & taxarent. Sicut & hoc tempore accidisse uidimus, ut cum Papa eiusq; mancipia in Luthero ferre nollent solam indulgentiarum reprehensionem, darent ipsi occasionem peruestigandi ac redarguendi plures ipsorum errores.

Eodem etiam tempore collegit Valdus patrum testimonia uulgari sermone, ut suos non tantum scriptura, sed etiam ueterum testimonijs contra aduersarios ueritatis communiret. Cernentes itaq; Episcopus ac eius Pharisæi & Scribæ, Valdi eius que sectatorum in docendo ac discendo Dei uerbo constantiam, quam illi pertinaciam esse calumniabantur: dolentes etiam suas turpitudines, inscitiam, negligentiam in docendo, & aliquos etiam errores ab eis taxari, excommunicauerunt eos omnes simul. Aliquanto uerò post, cum illos ne excommunicatione quidem moueri
C cernerent, ut à suo proposito desisterent, etiam exilio, carceribus, ferro demum ac igni persequi, & crudeliter uexare cœperunt: ut necisitate, præsentiq; periculo coacti sint Lugduno discedere, ac in uarias terras diffugere & dilabi.

Credibile est aliquot annis, fortè quatuor aut quinq;, eum cœtum durasse, ac Valdum docuisse, priusquam planè Lugduno pellerentur ac dissiparentur. Nam & Valdus uir potens fuit, multosq; eum amicos ac cognatos habuisse ueri simile est: eoque non tam facilè opprimi potuit, nec etiam initio statim durius sacrificos Papæ uexauit, deniq; nondum erat inducta in Christianitatem ista pluspquam barbarica & ethnica crudelitas, in pios tam atrociter grassandi, quam nunc inquisitores passim exercent quamq; potissimum immitissimis istis lupis, pellibus ouium indutis, qui se monachos uocant, debemus: ut taceam illud quod in hac re præcipuum est, quòd Deus suis, ante persequutionem, discendi spacium ac commoditatem benignè solet concedere.

Quo tempore proculdubio Valdus & discipulos aliquot egregios ita edocuit
D ac erudijt, ut ei collegæ esse, officioq; docendi rectè fungi possent: & doctrinam suam constituit, seu (ut rectius dicam) Christi doctrinam ac religionem pharisaico Antichristi fermento repurgauit, errores q; ac superstitiones Papæ ac Papistarum notauit, indicauit & refutauit. Appellati porrò sunt non tantum Valdenses illi homines, sed etiam pauperes de Lugduno, Leonistæ, & Insabbatati: uaria enim illis nomina ab aduersarijs indita sunt.

Atq; hæc de ortu, seu potius instauratione huius ueræ Christi religionis ac doctrinæ. Nam etiam aduersarij quidam eorum scribunt, alios dicere, inde à Sylueſtro perpetuò fuisse similium dogmatum sectatores: alios uerò etiam inde ab Apostolis. Iam de ipsis eorum articulis, seu dogmatibus.

Articuli Valdensium.

1. Solis sacris literis credendum esse in ijs quæ ad salutem pertinent, & nulli præterea homini aut scripto, firmiter sentiunt.
2. Sacras literas integrè continere omnia ea quæ ad salutem sunt necessaria: eoq;

nihil penitus recipiendum aut admittendum in religione esse, nisi id solum quòd A nobis Deus in sacris literis præcepit, indubitanter credunt.

3. Vnum esse tantum mediatorem, nec esse inuocandos sanctos ulla ratione, statuunt.

4. Purgatorium nullum esse, sed omnes homines uel per Christum iustificatos in uitam æternam, uel non credentes in æternum exitium abire, tertium aut quartum locum supereſſe nullum, aiunt.

5. Tantum duo sacramenta, Baptismum ac Communionem, recipiunt ac probant.

6. Omnes Missas, & præcipuè eas quæ pro mortuis canuntur, impias, eoq; abolendas penitus esse affirmant.

7. Omnes traditiones humanas reijciendas, uel certè pro necessarijs ad salutem nequaquam habendas esse: eoq; tollendum esse cantum ac recitationem officij, ieiunia ad dies certos alligata, superflua festa, discrimen ciborum, tam uarios gradus ac ordines sacerdotum, monachorum ac monacharum, uarias benedictiones seu consecrationes creaturarum, uota, peregrinationes, & aliam omnem turbam rituum ac cæremoniarum ab hominib. inuentarũ seu excogitatarũ antiquandã esse.

8. Primatum Papæ super omnes Ecclesias, in primis potestatem eius supra omnes politias, seu utrumq; eius gladium penitus pernegant, nec cẽsent alios gradus sacerdotales in Ecclesia retinendos esse, præter sacerdotũ, diaconorũ et Episcoporum.

9. Communionem sub utraq; specie & piam esse, & necessariam, utpote à Christo ordinatam & præceptam, asserunt.

10. Romanam Ecclesiam esse Babylonem, de qua in Apocalypsi: Papam esse omnium errorum fontem, & uerum Antichristum contendunt.

11. Indulgentias quoq; reijciunt: tametsi illæ infra quadringentos annos, nempe ante 250. primùm à Bonifacio octauo excogitatæ sunt.

12. Coniugium sacerdotum pium ac necessarium in Ecclesia esse docent.

13. Verbum Dei audientes, ac rectè sentientes, Ecclesiam eius esse, eiq; Ecclesiæ claues à Christo datas, eoq; eam posse ac etiam debere lupos fugare, & ueros bonosque Christi pastores uocare, & eorum uocẽ audire, ac ab illis sacramenta percipere.

Hi fermè sunt Valdensium articuli, tametsi alij eos per species latius diducant, pluresq; faciant.

Constituta igitur iam, seu potius repurgata Christi doctrina ac religione, instructisq; ac edoctis non paucis, qui ad docendum iam & ipsi idonei essent, accidit proculdubiò non tantum humana aut diabolica persequutorum malicia, sed multò magis diuino cõsilio, sicut Apostolorum tempore, ut crudelitate impiorum Lugduno pellerentur, ac per uarias mundi regiones dissiparentur, quo scilicet in omnem terram sonus eorum exiret, & ueritatis lux dispergeretur. Aufugerunt igitur Lugduno, partim in uarias Galliæ partes, & præsertim in Narbonensem prouinciam: partim, & quidem plures, in Lombardiam, Italiæ prouinciam, quam Romani citeriorem Galliam uocarunt.

Habeo consultationes iurisperitorum Auinionensium, item Archiepiscoporum Narbonensis, Arelatensis & Aquensis, item ordinationem Albanensis Episcopi, de extirpandis Valdensibus, iam ante annos 300. scriptas: ex quibus apparet, plurimos passim in tota Gallia fuisse. Fuit & integrum concilium Tolosę contra Valdenses celebratum, circiter ante annos 355. sed prius in alio Romæ celebrato damnati fuere.

Amplissimum uerò numerum fuisse iam olim Valdensium, grauissimasq; contra eos persequutiones institutas, facilè ex prædicta trium Archiepiscoporum Galliæ corum consultatione ante annos 300. scripta apparet. Nam sub finem eius ita scribunt: Quis enim est solus ille peregrinus, qui condemnationem hæreticorum Valdensium

A denſium ignoret, à longis retro annis tam iuſtiſsimè factam, tam famoſam, tam publicam, tot & tantis laboribus, expenſis, & ſudoribus, fidelium inſequutam, & tot mortibus ipſorum infidelium ſolenniter damnatorum, publicèq; punitorum, tam fortiter ſigillatam?

Ex quibus uerbis facilè apparet, & multos Valdenſes iam olim ante 300. annos in multis locis fuiſſe, & magnam tetramq; eorum lanienam Antichriſtum cum ſuis exercuiſſe.

Licet portò magno ſtudio Gallici prælati ac inquiſitores hoſce miſeros Chriſtianos inueſtigauerint, & ſint perſequuti: tamen non ita eos extirpare potuerunt, quin uſq; ad noſtra tempora circa Maſſiliam potiſsimum non pauci ſuperfuerint. Nam noſtris quoque temporibus propria & publica templa habuerunt, publicèq; B ſuas conciones, ſacramenta, & cæremonias peregerunt. Curarunt quoq; Biblia, ſua dialecto eleganter imprimi.

Cæterùm in ipſi homines demum anno 1545. fuerunt à Rege Galliæ Franciſco grauiſsimè ac crudeliſsimè afflicti, uel potius funditus deleti & extirpati. Quæ illorum bonorum uirorum miſeranda calamitas, aduerſariorumq; pluſquam Turcica crudelitas, eſt tum ſeparatim quodam Gallico libello expoſita, tum & à Sledano compendio comprehenſa, cuius locum adſcribam.

Sunt in prouincia Gallia qui dicuntur Valdenſes: hi uetuſta conſuetudine neque Pontificem Romanum agnoſcunt, & aliquantò puriorem ſemper habuere doctrinam: & poſtquam Lutherus innotuit, ampliorem cognitionem auidè ſibi parauerunt. Ad Regem uerò ſæpe fuerant hoc nomine delati, quaſi magiſtratum contemnerent, ac rebellionem facerent. Hac enim criminatione plerique nunc uruntur, inuidioſa magis quàm uera. Continentur autem aliquot oppidis atque uicis, inter C quos eſt Merindolum. In hos ante annum quintum lata ſententia fuerat Aquis, quod eſt prouinciæ ſummum tribunal, ut opprimerentur omnes promiſcuè ut domus ædificijs æquaretur uicus ille ſolo, reſecarentur etiam arbores omnes, & locus redderetur deſertus omnino, ſicut libro decimotertio attigimus.

Porrò, quanquam ſic erat pronunciatum, non tamen ea uis tunc adhibita fuit, Regem admonentibus nonnullis, & in his, Gulielmo Bellaio Langeo, qui tum Prorex erat in Taurinis, ut de cauſa prius cognoſceret: ſed hoc demum anno, iudicij atq; ſenatus Aquenſis præfectus, Iohannes Minerius. Aprilis die duodecimo, ſenatu conuocato, recitat literas Regis, quibus executio mandabatur latæ ſententiæ. Has autem literas, Tornonij Cardinalis commendatione dicitur impetraſſe Minerius, peridoneum ſolicitatorem Philippum Cortinum. Cum igitur eas menſe Ianuario accepiſſet, non ſtatim protulit, ſed in tempus rei gerendæ commodum reſeruabat. Iis recitatis literis, delecti ſunt è ſenatu, qui rem exequantur. His adiutorem ſeD ſe profitebatur Minerius, eo quòd abſente Grinianæ prouinciæ præfecto, rempublicam gerebat. Iam antè uerò mandato Regis paſsim conduxerat copias, Anglici belli cauſa: uerùm his ad ſuum hoc inſtitutum eſt uſus. ad hæc Maſſiliæ, Aquis, Arelatæ, cæteriſq; in locis frequentioribus militiam omnibus imperauerat, qui poſſent arma ferre, graui denunciata pœna: deinde ex Auinionenſis agri finibus, ditionis Pontificiæ, miſſa quoq; fuerunt auxilia.

Primus igitur impetus factus eſt non in Merindolanos, uerùm in agrum, oppido Pertuſio uicinum. Idibus autem Aprilis, Minerius, turba Procerum atque Duce cum ſtipatus, Cadenetum uenit: ſed interea centuriones aliquot, in unum & alterum uicum, ad Druentiam flumen, irruunt: & cædibus, direptionibus, incendijs graſſati, magnam uim pecoris abiguntidem fit alijs etiam in locis, eodem tempore. Merindolani, cum ardere omnia circum aſpicerent, relictis ſedibus in ſyluas confugiunt, & ad uicum Sanſanleſum maxima cum formidine pernoctant.

Huius autem loci incolæ iam & ipſi fugam parabant. Cauallonenſis enim Epi

scopus, pontificij legati uicarius, negocium dederat, nonnullis ducibus, ipsos con- A
trucidandi, Postridie, paulò progrediuntur longius, tecti syluis, nam undiq; periculũ
erat: & Minerius capite sanxerat, ne quis eos ulla re iuuaret, sed ut promiscuè cæde-
rentur omnes, quocunq; loco deprehensi. ualebat idem edictum in locis finitimis
Pontificiæ ditionis, & Episcopi quidam eius regionis ferebantur alere magnam co-
piarum partem.

Ibant ergo difficili & molesto itinere, gestantes pueros in humeris & brachijs,
inq; cunis. & quidem mulieres aliquot grauidæ: cumq; ad constitutum locum ueni-
rent, iam eò confluxerant multi, qui rebus perditis fuga salutem quæsiuerant. Non
multo pòst nunciatur, Minerium aggregare simul omnes copias, ut ipsos inuadat. fu
it hoc sub uesperum: itaq; re deliberata, consilium extempore capiunt. & quoniam B
iter faciendum erat per loca impedita & aspera, mulieres, puellas & infantes ibi re-
linquunt, paucis quibusdam adhibitis, & in his, Ecclesiæ ministro: cæteri, sicut con-
stitutum erat, Musium oppidum petunt. hoc autem ea spe faciebant, fore ut hostis
in imbellem turbam, & omni præsidio destitutam, uteretur misericordia. Quis ibi
fuerit excitatus gemitus, qui complexus, quę lamentatio, facilè quiuis intelligit.

Vbi totam noctem iuissent, superato monte Leberone, multos ardere uicos at-
que prædia conspiciunt: Minerius deinde bipartito agmine, rem aggreditur: & quia
per indicium acceperat, in quam partem Merindolani sese recepissent, ipse Merindo
lum petit, reliquas uerò copias ad illos inuestigandos mittit. Antequam hi peruenie-
rent in syluam, ex militibus quidam, impulsus commiseratione, præcurrit, & è sum-
mo cacumine rupis, qua parte suspicabatur profugos consedisse, duo saxa deijcit: de-
inde per interuallum illis acclamat, licet eos non conspiceret ut fuga sibi statim con-
sulant. & in hoc ipso temporis puncto, ex ijs qui Musium iuerant, duo quidam in-
terueniunt: & hostium aduentu nunciato, ministrum Ecclesiæ, cæterosq; custodes, C
qui pauci numero fœminis erant relicti, sicut diximus, abire cogunt, uia quadam ar-
dua commonstrata per syluam, qua fugientes periculum euaderent. Vix hi discel-
serant, cum ecce milites adsunt, pleni furoris, & eductis gladijs ad cædem omnia po-
scunt, magno cum ululatu: ueruntamen à cæde tamen sibi temperant, & cum inlo-
lenter multa fecissent, omni argento & alimonia spoliatas abducunt. Erat ipsorum
propositi, fœdius illas tractare: sed à Centurione quodam equite interpellati, qui for
tè superueniens pœnam eis minabatur, & ad Minerium rectà contendere iubebat, ab
incœpto desistunt: ijsq; relictis, prædam & pecus abigunt. Erant mulieres numero
circiter quingentæ.

Minerius interim uenit Merindolum, & cum uacuum habitatoribus reperisset, D
diripit ac incendit, edito prius exemplo ualde crudelinam adolescentem unicum ibi
nactus, religari iubet ad oleã, & tormentis occidi: pòst, Cabrieram oppidum petit, &
machinis cõcutit: & administrante Polino Duce, persuadet oppidanis, ut portã pate
faciant, pollicitus immunitatẽ: uerũ intromisso milite post aliquã moram, cõcili fue
runt omnes, neque uel ætatis uel sexus ulla fuit habita ratio. Multi ad ædem sacram,
alij alio, quidam in cellam uinariam arcis confugerant: sed producti foras in pratum,
uestibusq; nudati, trucidantur ad unum ferè omnes, non uiritantũ, sed & mulieres,
pleræq; grauidę. Minerius etiam ad quadraginta circiter fœminas in horreum strami
nis atque fœni plenum includit, pòst ignem subijcit & incendit: cum illę uestibus exu
tis conarentur flammam nascentem restinguere, neque possent, ad maiorem fene-
stram qua fœnum recondi solet in horreum, aduolant, ut sese ejiciant: sed ibi repulsę
telis & hastis, conflagrarunt omnes. fuit hoc Aprilis die xx. Post hæc Minerius par
tem copiarum mittit, qui Costam oppidum oppugnent: ijs iam ingressis iter, depre
henduntur illi, quos paulo antè in cellam uinariam confugisse diximus. Excitato igi-
tur clamore, quasi laterent insidiæ, reuocantur milites, & ad internecionem illos
interficiunt. Cæsorum numerus repertus est tam in oppido quàm foris, numero
ad octin-

A ad octingentos: qui superstites erant infantes, ab eo furore, plerique rebaptizati fuerunt ab hoste.

Rebus ad Cabrieram expeditis, copiæ mittuntur Costam. eius oppidi dominus iam antè cum ciuibus egerat, ut in arcem arma sua conferrent, & quatuor diuersis locis murum dissicerent: id si faceret, se pro sua gratia facilè perfecturum apud Mimerium pollicebatur, ut à maleficio temperetur. Persuasi morem gerunt. post ille discedit, quasi deprecaturus: & non longè progressus, obuium habet militem, hi quum nihilò secius procederent, & impetu primo nihil efficerent, altera luce uehementius oppugnant, & incensis circum ædificijs omnibus suburbanis, facili manu capiunt, eo quòd superiori nocte plerique deserta stationi profugerant, delapsi funibus. Post ediB tam ergo cædem, & oppidum direptum, decurrunt in hortum castello uicinum: & mulieres atque puellas, quæ trepidantes eò confugerant, promiscuè constuprant: & quum diem unum atque noctem inclusas detinuissent, adeò tractarunt inhumaniter, ut illæ quæ gerebant uterum, & natu minores puellæ non multo post extinguerentur. Interea Merindolani, & his adiuncti complures alij, qui per syluas atque rupes oberrabant, intercepti, uel ad triremes mittebantur, uel confodiebantur, multi etiam inedia perierunt. deinde non procul ab oppido Mulsio, quod antè diximus, quidam ingressi cauernam: sub rupe latitabant, numero ad uiginti quinque: sed proditi, fumo fuerunt omnes & igni enecati. Sic adeò nullum sæuitiæ genus fuit præterC missum. Nonnulli tamen, qui lanienam hanc effugerant, Geneuam & ad loca uicina peruenerunt.

Huius ergo rei fama cum in Germaniam emanasset, plurimorum animos offendit: & Heluetij quidem, qui non sunt Pontificiæ religionis, intercedebant ad Regem, ut in eos, qui profugissent, uteretur misericordia: Rex autem & iustas esse causas, cur ita fecerit, & quid suis in finibus agat, aut quomodo in sontes animaduertat, non magis illos oportere sollicitos esse de eo dicit, quàm sit ipse de illorum negocijs.

Anno superiori miserant Valdenses Regi doctrinæ suæ confessionem, scripto comprehensam, quo suam docerent innocentiam. Eius doctrinæ capita sunt: De Deo patre, creatore omnium rerũ: de Filio, intercessore & aduocato generis humani: de Spiritu Sancto, consolatore & commonstratore ueritatis: de Ecclesia, quam aiunt esse cœtum omnino electorum, & caput habere Iesum Christum: de ministris Ecclesiæ, quos loco remouendos esse dicunt, nisi faciant officium: de magistratu, quem institutum à Deo fatentur, ut bonos defendat, sontes uerò puniat: deinde non honorem modò, sed tributum etiam illis & uectigalia deberi, nec ullum ordinẽ hic excipi oportere, nimirum exemplo Christi, qui uectigal ipse soluit: de baptismo, quem signum esse uisibile dicunt, & externum, quod nobis & renouationem spiritus, & mortificationem membrorum repræsentet: de cœna Domini, quam aiunt D esse gratiarum actionem, & beneficij per Christum accepti commemorationem: de matrimonio, quod cum sanctum sit, & institutum à Deo, nemini prohibendum esse iudicant: de bonis operibus, quæ nobis esse colenda docent, & exercenda, sicut sacræ literę demonstrent: de falsis dogmatis, quæ quoniam à uero cultu nos abducũt, uitanda esse pronunciant. In summa, fidei suę normam & regulam esse dicunt, uetus & nouum Testamentum, seque credere profitentur ijs omnibus, quæ in Apostolorum symbolo continentur. Postremò Regem orant, ut narrationi fidem habeat: eteE nim si quid fortè sit delatum aliter, id falsum esse, uelle se demonstrare dicunt, si modò audiantur. Bello tum Rex erat implicatus, itaque conquieuit actio: sed facta pace, recrudit: & instigantibus nonnullis, in hanc tantam exarsit immanitatem. Hactenus Sleidanus.

Cęterũ illi qui in Longobardiam profecti sunt, multò plures mortales ad uerã religionis sententiã perduxerunt, latiusque suã doctrinã disseminarunt. Nã inde per totam

Italiam

Italiam usque in Siciliam suum dogma sparserunt, ut Fridericus II. Imperator in suo A
contra ipsos mandato testatur. Inde etiam in Germaniam, præsertim in Alsatiam, &
circa Rhenum, item in Boemiam, unde porrò in Saxoniam, Sleſiam, Moraviam, &
Poloniâ ea doctrina est ante annos 300. disseminata. Fuerunt enim in Longobardia
ueluti scholæ seu Academiæ quædam huius uerę Christi theologiæ. Quæ omnia ex
inquisitionum libris, alijsq; minimè obscuris testimonijs probare possum.

Habeo inquisitionem in Boemia & Polonia contra Valdenses sub Rege Joan-
ne, circa 1330. Domini annum factam, ubi inter alia disertè fit mentio collectarum,
quas fratribus & præceptoribus suis in Lombardiam soliti sunt mittere. & in alia in-
quisitione inuenio, eos esse solitos ex Boemia causa discendi theologiam, ad suos
præceptores Valdenses in Lombardiam proficisci, ueluti ad scholam seu Academi-
am quandam.

Hermannus Mutius in sua Germaniæ historia dicit, circa annum Domini 1212. B
fuisse multos in Alsatia nobiles & ignobiles qui, affirmauerint licitum esse usum cibo
rum quorumuis quauis die, nec minorem esse in piscibus quàm carnibus luxum, li-
citum etiam esse sacerdotum coniugium: damnasse eos etiam Papam, qui talia pro-
hiberet. Ob quam causam, ait Papam & Episcopos, ita in eos sæuisse, ut aliquando
centum una die interficerentur. Nauclerus narrat, eodem tempore etiam Mediolani
& circa, fuisse eiusdem sententiæ ac doctrinæ homines, misisseq; Alsatos Mediola-
nensibus, tanquam præceptoribus suas collectas, siue eleemosynas. Vnde licet con-
iicere, utrosq; fuisse Valdenses. Bruschius in sua Monasteriorum historia narrat, circa
idem tempus 35. ciues Moguntinos Bingam addúctos, ac ibi exustos, propter Val-
denſium doctrinam. Habeo etiam breuem quandam inquisitionem, in Episcopatu
Moguntinensi contra Valdenses factam.

Valdenses opinor & illos fuisse, de quibus Crantzius scribit libro 8. cap. 28. Me- C
tropoleos, quòd sub Friderico secundo contra Papam & monachos in Hala Sue-
uiæ sint concionati.

Habeo quoq; magnũ processuum uolumen, in quo 443. Valdenses nomina-
tim examinati sunt in Pomerania, Marchia, & uicinis locis, circa annũ Do. 1391. & su-
pradictos articulos sunt confessi. Multi eorum testantur, se 20. & 30. annos in ea secta
fuisse: multi etiam affirmant, suos maiores quoq; sic sensisse. Subindicant tamen, sub-
inde doctores suos ex Boemia ad se uentitare solere. Vnde apparet, etiam istas Saxo
nicas regiones iam ante ducentos annos et amplius, id est longè ante Hus, plenas
Valdensib. id est orthodoxis seu rectè sentientib. Christianis fuisse. Nam ubi 443. no
minatim sunt examinati, ibi facilè est ratiocinari, etiã alios plurimos fuisse qui non
sunt examinati, qui uel latitauerint, uel fuga sibi consuluerint: & sanè illi qui exami-
nantur, subinde plures eiusdem sententiæ homines, qui non aderant, nominant.

Fasciculus temporum indicat, eos etiam progressu temporis doctos ac subtiles
doctores, dogmatumq; suorum propugnatores habuisse, & non pauca scripsisse. Ii- D
dem sanè solidis sacrarum literarum argumentis sese defenderunt, ut ex Alani rela-
tione apparet, quibus nos hodie contra Pontificios utimur.

Politia porrò eorum Ecclesiæ uaria fuit. Haud enim scio an usquam diu publi-
cè seu manifestè suam doctrinam sint professi, suas cæremonias & conciones publi-
cè peregerint, præterq; in Boemia, & in quadam ualle in radicibus Alpium, non ita
procul à Mediolano, uocata Lucerxa, & fortè in prouincia. Narbonensi, ut suprà di-
ctum est. In quibus locis & hodierna die publicè suum dogma profitentur, docent,
ac cæremonias sacramentaq; administrant.

In alijs locis plerunq; clam esse sunt coacti: eoq; uarias temporum, doctorum,
ac locorum commoditates excogitarunt, ut modò contra tam duram Antichristi
persequutionem latitare possent.

Non est quidem id omnino probandũ, quod in multis locis diu sine ulla pub-
lica cõfessione fuerint. Sed tamen negare non audeo, quin & illa septẽ millia longo
tempore

a tempore futente Achabo & Iezabele latitantium piorum, fuerint Dei populus, ac ad æternam uitam pertinuerint: si modò suam imbecillitatem ac nimiam timiditatem, peccatum esse agnouerunt, & à Deo eius ueniam petierunt.

Valde mirum ac dolendum est, nullum paulò uetustius eorum scriptum extare. Sed causa indicatur in quibusdam commentariolis Apocalypsis, Lutheri operà euulgatis, quæ fortè ab aliquo eius sententię homine scripta olim sunt. Indicat enim ille bonus uir, quisquis eius libelli author est, Papistas, & præsertim monachos summo studio talia scripta conquisiuisse, ac oppressisse.

Ego Thaboritarum confessionem anno 1431. scriptam habeo, penitus cum nostra doctrina consentientem, ualidissimisq; argumentis subnixam, quam aliquando edam. Testatur uerò Syluius, apud Thaboritas Valensem doctrinam regnasse.

b Est sanè longè melior ac purior in ea confessione sententia, de omnibus religionis partibus quam uel Husi, uel Vuicleſi fuerit. Ac nequeo sanè mirari, qui acciderit, quòd cum eodem tempore simul Husius & Valdenses in Boemia fuerint, non tamen ex eorum collatione Husius suam doctrinam aliquanto purgatiorem ac solidiorem effecerit, ualidioribusq; argumentis sua comprobauerit.

Sed quoquo modo acciderit, sanè posteri eorum acerrimè inter sese sunt digladiati. Nam Thaboritæ, qui reuera Valdensium dogma sunt sequuti, licet Husitæ uideri uellent, & ex cœtu eius prodijssent, grauissimè sunt uexati & oppugnati à Rokenzana, & eius complicibus omnibus, Pragensibus magistris, qui & ipsi uel maximè ipsissimam Husśj doctrinam ac sententiam retinere uideri uolebant.

Verùm cum ipsorum Valdensium uetustiora scripta haberi nequeant, apponemus hic Papistæ cuiuspiam, Reinerij, ut opinor, summam prolixam dogmatum ipsorum, fortè ante 300. annos confectam, & à nobis ex ueteri membranaceo libro c desumptam. Etsi autem is ipse Valdensium aduersarius, durissimis ac odiosis uerbis eorum dogmata proponit: tamen syncerus ac candidus iudex, neglecta illa hostis uerborum acerbitate, facilè animaduertet, quid illi senserint. Quare ego quidem bona fide uerba aduersarij apponam, sed lectores ueritatis cupidi, ἐπιέικειαν in iudicando afferant: ac sciant, se inimici non historici aut æqui iudicis de suo aduersario scriptum legere.

De Vualdensibus, & eorum doctrina, ex ueteri codice desumptum.

HAereſis septem sunt causæ. Prima est, inanis gloria. quia enim uiderunt doctores in Ecclesia honorari, ideo & ipsi appetunt honorari. Secunda est, quòd omnes uiri & mulieres, parui & magni, nocte & die non cessant discere & docere. Operarius enim in die laborando, nocte discit & docet: ideo parum orant, propter studium. Docent etiam & discipuli sine libris. Docent etiam in domibus leprosorum. Item pro introductionibus seu traditionibus docent uitare septem mortalia peccata, & tria, scilicet mendacium, detractionem, & iuramentum. Hoc multis autoritatibus confirmant, et hoc uocant decem præcepta. Item discipulus septem dierum, alium quærit quem doceat, ut cortina cortinam trahat. qui excusat se, quòd non possit dicere, dicunt ei: Disce quotidie unum uerbum, & post annum scies dicta, & sic proficies. Audiui ab ore credentis cuiusdam, quod quidam hæreticus, quem noui, ad hoc tantum, ut eum à fide nostra auerteret, & ad suam perducere perueretetq;, nocte hyemali, tempore per aquam, quæ dicitur Ibis, natauit ad ipsum. Erubescat negligentia fidelium doctorum, qui non sic zelant catholicæ fidei ueritatem, sicut perfidi Leoniſtæ zelant infidelitatis errorem.

1. Obserua feruorem in docendo ac discendo.

Tertia causa est, quia nouum Testamentum & uetus uulgariter transtulerunt: & sic docent & discunt. Vidi & audiui rusticum idiotam, qui Iob recitauit de uerbo ad uerbum: & plures alios, qui nouum Testamentum totum sciuerunt perfectè

perfectè. Et quia sunt laici idiotæ falsè & corruptè exponunt Scripturam, ut Iohan. 1. A
2. Sui, id est porci, eum non receperunt (sui dicentes, id est, sues) & in Psalmo, In-
crepa feras arundinis dicunt reflectere diu terræ, die Schwalmen/ arundinis pro hi-
rundinis. Psalmis etiam imponunt titulos, der meide spalm. Exurgat Deus, der Raach
psalm/ De profundis, der Rosz psalm/ & sic de cæteris 3. Item in locis occultis do-
cent & discunt, nec aliquem admittunt, qui non sit fidei eorum. Cum in unum cõue-
niunt, primò dicunt: Cauete ne inter uos sit curuũ lignum: id est, ne aliquis extraneus
adsit, & suam doctrinam præcipiunt occultari clericis: sicut quidã loquuntur per si-
gna, quæ nullus intelligit nisi ipsi, sic & ipsi uerba transformant. Ecclesiam uocant
Steinhausz/ uel strohausz/ clericos, scribas, religiosos, pharisæos, & sic de multis aliis di-
rectè non respondent.

2. *est pius iocus, sui pro Sues* 3. *Duræ persecutiones eos monuerunt, ut sibi à prauâ generatione cauerent.*

Quarta causa est, exemplum, de malo exemplo quorundam, ut cum malè ui- B
uere uiderint quosdam, dicunt: sic Apostoli non uixerunt, uel, Sic nec nos, qui su-
mus imitatores Apostolorum.

Quinta causa est, insufficientia doctrinæ quorundam sacerdotum, qui prædi-
cant quandoq; friuola, uel falsa. Vnde quicquid Ecclesiæ doctor docet, quod per te-
xtum noui Testamenti non probant, hoc pro fabulis totum habent.

Sexta causa est, irreuerentia, quam exhibent quidam ministri Ecclesiæ sa-
cramentis.

Septima causa est, odium, quod habent contra Ecclesiam. Audiui ab ore hæ-
reticorum, quòd intendebant clericos & claustrales redigere ad statum fossorum,
per ablationem decimarum & possessionum, & per potentiam & multitudinem
credentium eorum fautorum. Cum quidam hæresiarcha hæreticus chirothecarius C
in Cheron duceretur ad mortem, dixit coram omnibus: Meritò nos damnatis mo-
dò, quia si status noster non esset imminoratus, potestatem mortis, quam exercetis
contra nos, modò exercuissemus contra clericos & religiosos.

In omnibus enim sunt ciuitatibus Lombardiæ: & in prouincia, & in alijs re-
gnis & terris, plures auditores habebant, & in publico disputabant, & populum uo-
cabant ad stationes solennes in foro, & in campo, & prædicabant in tectis. Non erat
qui eos impedire auderet, propter potentiam & multitudinem fautorum suorum.
Inquisitioni & examinationi frequenter interfui. Et computatæ sunt 40. Ecclesiæ,
quæ hæresi infectæ fuerunt, ac in sola parochia Cammach fuerunt decem scholæ
hæreticorum. & huius parochiæ plebanus est ab hæreticis interfectus: & de hoc nul
lum iudicium est secutum.

Sectæ hæreticorum ab olim fuerunt multæ, inter quas omnes sectas, quæ sunt
uel fuerunt, non est pernicioſior Ecclesiæ Dei, quàm Pauperum de Lugduno, tribus
de causis. Prima, quia diuturnior. Quidam dicunt, quòd durauerit à tempore Sylue-
stri. Alij dicunt, quòd à tempore Apostolorum. Secunda est, quia generalior. Ferè D
enim nulla terra est, in qua hæc secta non serpat. Tertia, quòd omnes aliæ, cum im-
manitate blasphemiarum in Deum, horrorem inducant, hęc Leonistarum magnam
habens speciem pietatis, eo quòd coram hominibus iustè uiuant, & benè omnia de
Deo credant, & omnes articulos qui in symbolo continentur: solam Romanam Ec
clesiam blasphemant, & oderunt: cui multitudo facilis est ad credendum, sicut &
uulpes Samsonis, diuersas faces habebant, sed caudas sibi inuicem colligatas: sic hæ-
retici sunt diuersi in sectis inter se, sed in impugnatione Ecclesiæ sunt uniti. Quando-
que in una domo sunt hæretici trium sectarum, quarum quælibet damnat alteram,
& simul Ecclesiam Romanam impugnant: & sic sub dolo uulpeculæ, uineam Do-
mini, id est Ecclesiam, demoliuntur erroribus.

Omnis ergo fidelis Christi, qui legit has nefandissimas blasphemias & erro-
res, compatiatur sanctæ Romanæ Ecclesiæ, matri nostræ, ob pretiosum sanguinem
Iesu Christi, quem fudit pro ea, ut fideliter se accingat hæreticorum Leonistarũ spur-
cissimos

A cissimos errores tationibus,& præcipuè noui Testamenti autoritatibus confutando. Ipsi enim intendunt funditus subruere fidem nostram. Et quia heu rarus est,qui consurgat cum Christo uersus hæreticos malignantes, opponens se murum pro domo Domini,tu ipse surge Deus, & iudica causam tuam. Plurima de his,quæ subscripta sunt, audiui ex ore ipsorum hæreticorum, quædam etiam in scriptis catholicorum inueni.

Secta autem pauperum de Lugduno, orta est hoc modo. Cum ciues maiores essent in Lugduno pariter, contigit quendam mori ex eis subitò coram eis. undequidam de maioribus inter eos tantum fuit territus, quòd statim magnum thesaurum pauperibus erogauit, & ex hoc maxima multitudo pauperum confluxit ad eum, quos habere 4. uoluntariam paupertatem instituit, & esse imitatores Christi & Apostolorum. Cum enim esset aliquantulum literatus,noui Testamenti textum

B docuit eos uulgariter.Pro qua temeritate cum fuit ab Episcopo reprehensus,contempsit,& incepit instare doctrinæ suæ, dicens discipulis suis, quòd clerus, pro eo quod malæ uitæ esset,inuideret sanctæ uitę ipsorum,& perfectæ doctrinæ. cum autem propter hoc sententiam excommunicationis tuliſſet in eos,pertinaciter contempserunt: & sic usq; hodie in omnibus terminis illis proficit doctrina ipsorum. 4. *Falsum est Vuald. habere uotum paupertatis, sed persecutio aduersariorum eos paupertatem docuit.*

Errores istorum distinguuntur in tres partes. Vna pars est de blasphemijs,quibus blasphemant Romanam Ecclesiam,& facta & statuta ipsius,& omnem clerum. Alia pars errorum est, contra Ecclesiastica sacramenta, & sanctos. Tertia pars est de detestationibus eorum,quibus omnes honestas & approbatas consuetudines Ecclesiæ detestantur,contra Romanam Ecclesiam.

Primus error de prima parte est, quòd Ecclesia Romana non sit Iesu Christi, sed Ecclesia malignantium: & quòd defecerit à Sylueſtro, cum uenenum temporalium in Ecclesiam infusum sit. Secundus, quòd omnia uitia & peccata sint in

C Ecclesia, & quòd ipsi soli iustè uiuant. Tertius, quòd doctrinam Euangelicam penè nullus seruet in Ecclesia, præter eos. Quartus,quòd ipsi sunt ueri pauperes spiritu, & persecutionem patiuntur propter iustitiam & fidem. Quintus, quòd ipsi sunt Ecclesia Iesu Christi. Sextus,quòd Romanam Ecclesiam Orientalis non curat: item quòd Romana Ecclesia sit illa meretrix in Apocalypsi. Septimus, statuta omnia Ecclesiæ contemnunt,quia sunt grauia & plurima. Octauus, quòd Papa sit caput omnium errorum, Nonus,quòd prælati sunt Scribæ,& religiosi Pharisei. Decimus, quòd Papa & omnes Episcopi sunt homicidæ propter bella. Vndecimus, quòd non sit obediendum prælatis,sed tantum Deo. *Act. 5.* Oportet,Deo &c. Duodecimus, quòd nemo maior sit altero in Ecclesia. Matth. Vos omnes fratres estis. Decimustertius,quòd nemo debeat flectere genua sacerdoti. Apoc. Angelus Iohanni dixit: Vide ne feceris. Decimus quartus,quod decimæ non sint dandæ: quia in primitiua Ecclesia non dabantur. Decimus quintus, quòd clerici possessiones non de-

D bent habere: Deut. Non habebunt sacerdotes & omnes qui de tribu Leui sunt, partem & hæreditatem cũ populo Israel,quia sacrificia comedent,& nihil aliud accipient. Decimussextus,quòd clerici & clausirales nõ debeant præbendas habere. Decimus septimus,quòd regalia nõ debent habere Episcopi & Abbates. Decimus octauus,quòd terra & populus nõ sit per parrochias diuidendus. Decimus nonus,quòd malum sit dotare & fundare Ecclesias & clausira. Et quòd testamenta Ecclesijs non sint ordinanda.Quòd nullus debeat fieri Ecclesiæ censualis. & omnem clerum damnant propter ocium,dicentes eos debere manibus operari,sicut Apostoli. Nomina prælatorum reprobant,ut Papa,Episcopus &c. Quòd nemo cogendus sit ad fidem. Omnia 5. officia Ecclesiastica reprobant, & nulla reputant: priuilegia Ecclesiastica nihil curant.Immunitatem Ecclesiæ & personarum,& rerum Ecclesiasticarum spernunt. 6. Concilia,conuentus & synodos despiciunt. Et dicunt quòd omnia iura parochialia sint tantum adinuentiones. Quòd omnes obseruantiæ religiosorum sint traditiones Pharisæorum.

De secunda parte errorum: Omnia sacramenta Ecclesiæ damnant. 7. Desa- A
cramento baptismi dicunt quòd nihil sit catechismus: quòd absolutio, quæ datur in
fantibus, nihil prosit: quòd susceptores, quid respondeant sacerdoti, nō intelligant.
Quòd oblatio, quæ dicitur abvvegen, sit adinuentio. Exorcismos omnes & benedi-
ctiones reprobant. Mirantur etiam, quare Episcopis solis liceat confirmare. 8. De sa-
cramento Eucharistiæ dicunt, quòd sacerdos in mortali peccato non possit confice-
re. Quòd bonus laicus, etiam mulier, si scit uerba, conficiat. Quòd transubstantatio
non fit in manu indignè conficientis, sed in ore dignè sumentis, & confici possit in
mensa cōmuni. Malach. In omni loco offertur nomini meo oblatio munda. Quòd
semel tantum in anno communicant fideles, reprobant. Quòd ipsi communicant
quotidie. Quòd transubstātiatio fiat per uerba uulgari sermone prolata. Quòd Mis- B
sa nihil sit, quòd eam Apostoli non habebant, & quòd fiat propter quæstum. Cano-
nem Missæ non recipiunt, nisi tantum uerba Christi uulgaricer. 9. Cantum Ecclesię
dicunt esse clamorem infernalem. Horas canonicas reprobant. Quòd oblatio sacer-
dotis, quæ fit in Missa, nihil prosit. Osculum pacis, & altaris, & manus sacerdotis, &
pedum Papæ, reprobant. De sacramento pœnitentiæ dicunt, quòd nullus possit ab-
solui à malo sacerdote. Quòd bonus laicus habeat absoluendi potestatem: quòd ipsi
per impositionem manus peccata dimittant, & dent Spiritum sanctum. Quòd con- C
fitendum sit potius bono laico, quàm malo sacerdoti. 10. Quòd non sit grauis pœ-
nitentia imponenda, exemplo Christi. Vade, noli amplius peccare. Publicas pœni-
tentias, ut carenas reprobant, maximè in fœminis. Quòd generalis confessio non sit
singulis annis facienda. 8. Sacramentum coniugij damnāt, dicentes, mortaliter pec
care coniuges si absq; spe prolis conueniant. Compaternitatem nihil reputant, quo
ad coniugij impeditionem. Gradus affinitatis, & cōsanguinitatis carnalis & spiritua- D
lis quos 7. etiā instituit Ecclesia, & impediméta ordinis & publicæ honestatis, & Ec
clesiæ uetitum spernunt. Quòd fœmina post partum non egeat benedictione & in-
troductio. Quòd errauerit Ecclesia, clericis matrimonium prohibendo, cum etiam
Orientalis concedat ut contrahant. Quòd continentes non peccant per osculum aut
amplexus.

*7. Intellexerunt proculdubio de actionibus cæremoniarijs, ab hominibus excogitatis. 6. Damnauerunt pro-
culdubio conciliorum abusum tantum. 7. Credo reprehendisse, quod catechismus latinè, non uulgari lingua
à papistis peractus est. Nam Vuald. semper suos infantes baptizarunt. 8. Id est, docuerunt impuros sacerdo
tes à ministerio arcendos. Sed aduersarius omnia depraua t. 9. Docuerunt proculdubio, illum boatum sine fi-
de esse inutilem. 10. Ex hac forte sententia superiora absurda hic aduersarius colligit. 11. Hoc propalam
falsum est.*

Sacramentum unctionis reprobant, quia tantum diuitibus datur, & propter E
plures sacerdotes ibi necessarios. Sacramentum ordinis nihil dicunt esse, quòd om-
nis bonus laicus sit sacerdos, sicut Apostoli laici erant. Quòd oratio mali sacerdotis
nulli prosit. Greg. Cum quis cui displicet. Quòd oratio latina laicis non prosit. Ton
suram clericalem derident. Quod illegitimi & pueri & notorij peccatores in Eccle-
sia sublimantur, etiam subsannant. Quòd omnis laicus & fœmina debeat prædica- F
re. Corin. Volo uos omnes loqui linguis, ut Ecclesia ædificationem accipiat. Quic-
quid prædicatur quod per textum Bibliæ non probatur, pro fabulis habent: quòd
sacra Scriptura eundem effectum habeat in uulgari, quem habet in latino: unde con
ficiunt in uulgari, & dant sacramenta. Textum uerò noui & ueteris Testamenti ma-
gnam partem uulgariter sciunt memoriter. Decretales & decretum, & dicta & expo
sitiones sanctorum respuunt, & tantum inhærent textui sacrarum literarum. Excom
municationem contemnunt. Absolutionem non curant, nisi solum Deum. Indulgen- G
tias Ecclesiæ respuunt, dispensationem derident, irregularitatem non credunt: nul-
lum sanctum credunt nisi Apostolos, nullum sanctum inuocant. 13. Canonisatio-
nem & translationem & uigilias sanctorum contemnunt. Laicos, qui fortè sanctos
eligunt in altari, derident. Letaniam nunquam legunt. Legendas sanctorum non
credunt,

A credunt, miracula sanctorum subsannant: reliquias sanctorum contemnunt. 14. Lignum sanctæ crucis horrent, propter supplicium Christi, nec signant se tali. Quòd doctrina Christi, siue Apostolorum, sine statutis Ecclesiæ sufficiat ad salutem. Quod traditio Ecclesiæ sit traditio Pharisæorum: & quòd maior uis fiat in transgressione humanæ traditionis, quàm legis diuinæ: Matthæi 15. Quare transgredimini mandata Dei, &c. Mysticum sensum in Scripturis diuinis refutant, præcipuè in dictis & actis ab Ecclesia traditis & editis: ut quòd gallus super campanile significet doctorem, & similia.

12. *scilicet seruato ordine.* 13. *id est, penitus damnarunt functionem sacerdotum ueritatem persequentium.* 14. *id est, ociosas significationes cæremoniarum & uestimentorum Ecclesiasticorum.*

Tertiæ partis errores sunt hi: Omnes consuetudines Ecclesiæ approbatas, quas in Euangelio non legunt, contemnunt: ut festum luminum, palmarum, reconcilia-
B tionem pœnitentium, adorationem crucis in parasceue: festum paschæ, & omnia festa Christi & Sanctorum spernunt, propter multiplicationem festorum: et dicunt, quòd unus dies sit sicut alius, & in festo operantur occultè. Ieiunia Ecclesiæ non curant: Esaiæ 5. Numquid est tale ieiunium, quod elegi. Omnes dedicationes, consecrationes & benedictiones candelarum, cinerum, palmarum, chrismatis, ignis, cerei, agni paschalis, matrum post partum, peregrinorum, locorum sacrorum, personarum sacrarum, uestium, salis & aquæ, derident. Ecclesiam muratam reputant ut horreum, & appellant uulgariter Steinhauß/ nec Deum ibi habitare autumant. Actorum 17. Non in templis manufactis habitat Deus, & quòd orationes non plus ibi ualeant quàm in cubiculo: Matthæi 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum. Dedicationem Ecclesiæ nihil curant, & altaris. ornatum Ecclesiæ dicunt esse peccatum, & quòd melius esset uestire pauperes, quàm ornare parietes. Dicunt de altari,
C quod damnum sit putrescere pannum super lapides: & quòd Christus non dedit Apostolis stolas, nec casulas, nec infulam.

Item conficiunt in picario, id est, poculo domestico, pro calice: & dicunt, quòd corporale sit, ut pannus braccarum. De lumine dicunt, quòd Deus, qui est lux uera, non indigeat lumine: & ad hoc ualere in templo, ne clerici pedes lædant. Thurificationem reprobant. Aquam benedictam dicunt ut simplicem. Imagines & picturas dicunt esse idolatriam. Canticum Ecclesiæ subsannant: & quòd in uerbis tantum, & non in melodia sit uis. Clamores laicorum derident: processiones festiuas, ut paschæ, & lugubres, ut dies rogationum & funerum, respuunt. Dicunt, quòd cantus diurnus & nocturnus nouiter sit à Gregorio institutus, quem prius Ecclesia non habebat. Quòd sacerdos plures Missas una die diuersis cantare permittit, reprehendunt. Quòd infirmi ante altare super asserem se mouent, subsannant. Tempore interdicti exultant, quia tunc plures corrumpunt, dicentes, quòd cogantur ire
D ad Ecclesiam propter quæstum, ipsi etiam ad Ecclesiam fictè uadunt, 15. offerunt, & confitentur, & communicant fictè. Peregrinari Romam & ultra mare, dissuadent: cum ipsi se fingant peregrinari, & ita Lombardiam intrantes uisitant Episcopos suos, Sepulchrum Domini & sanctorum sepulchra contemnunt. Item Ecclesiasticam sepulturam reprobant. Matth. 23. Quia ædificatis sepulchra, 16. uellent etiam potius sepeliri in campo, quàm in cœmiterio, si Ecclesiam nõ timerent. Quòd exequiæ mortuorum, Missæ defunctorum, oblationes, pompæ funerum, testamenta, legata, uisitatio sepulchrorum, uigiliæ lectæ, & anniuersaria, & cætera suffragia animabus non prosint. Vigilias nocturnas funerum reprobant, propter insanias & scelera quæ ibi fiunt & perpetrantur. Confraternitatem clericorum & laicorum, quæ dicitur zech, dissuadent: & hæc omnia dicunt agi propter quæstum.

15. *Id est, forte aliquando periculi causa, miseri homines aliquid simularunt aut dissimularunt.*

16. *id est, Nihil ad salutem referre putant, ubi quis computrescat, contra Papistarum superstitionem.*

Hos omnes errores habent, quia negant purgatorium: dicentes tantum duas

uias esse: unam electorum ad cœlum, aliam damnatorum ad infernum. Eccles. 11. A Lignum quocunq; ceciderit, ibi erit. Si est bonus, non indiget suffragio: si est malus, nihil prodest. Item quòd omne peccatum sit mortale, & nullum ueniale. Item quòd unum pater noster plus ualeat, quàm decem campanarum sonitus, & plus quàm Missa. Quòd 17. omne iuramentum mortale sit peccatum: Matth. 5. Nolite iurare omnino, sed sit sermo uester, est est, non non. Qui dicit, uerè, uel certè, reputant iuramentum: per hoc se à peccato excusans, ne prodat secreta, imò plus quàm homicidam reputant, qui cogit iurare: ut confirmator, quia confirmando exigit iuramentum: & iudex à testibus, & examinator in fide, & sacerdos qui cogit abiurare peccata, unde multi fiunt periuri. Item reprehendunt, qui dicit, quòd uiolans fidem, quam sacerdoti dedit, reus sit septem periuriorum: quòd omnes Iudices & Principes damnantur, & dicunt maleficos non damnandos. Rom. 12. Mihi uindictam, & ego retribuam. Matth. 13. Sinite utraque crescere. Item, iudicia Ecclesiastica, quæ habent fieri dicunt non correctionis causa, sed propter quæstum. B

16 *fortè abusum & nimiam consuetudinem iurandi reprobarunt.*

Explanatio dictorum errorum.

SEquitur explanatio dictorum errorum, cum occasionibus suis, & solutionibus catholicis. Primus itaq; error pauperum de Lugduno, qui & Leonistæ uocantur, est quòd Romana Ecclesia non est Ecclesia Iesu, sed Ecclesia malignantium, & meretricis, quæ sedet super bestiam in Apocalypsi: & quòd defecit sub Syluestro, cum uenenum temporalium in Ecclesiam est infusum. Item quòd ipsi sint Ecclesia Iesu Christi, quia ipsi doctrinam Euangelij & Apostolorum uerbis & exemplis obseruant.

Deinde transeamus ad alios errores eorum. Omnia statuta Ecclesiæ contemnunt, nulla esse, autoritatibus & rationib. probantes. Leuit. Arreptis Nadab & Abiu C thuribulis, obtulerunt ignem alienum, quod eis non erat præceptum, & deuorauit eos ignis. Glos. Ignem alienum offert, qui contra statuta Dei alias traditiones docet, uel obseruat: & tales sunt traditiones Ecclesiæ: ergo, &c. Catholica solutio: alienas traditiones, id est contrarias Euangelio. Item Deut. Non addes aliud uerbum, nec minues aliquid. Solutio: ad uerbum, textui sensum corrumpendo. Item, Quod ego præcipio tibi, hoc tantum fac. Solutio: Quædam præcipit Deus per se tantũ, ut Euangelium: quædam per ministros, ut per Apostolos, Epistolas. Item, Non ueni soluere legem, sed adimplere.

Item dicunt, doctrinam Euangelicam & Apostolicam sufficere ad salutem, & statuta Ecclesiæ & canones esse traditiones: Matth. Quare transgredimini mandata, &c. contrà, si Moysi licuit & Prophetis addere legi, & mutare quæ non erant contraria legi, ut sabbatho pugnare: & si licuit Apostolis addere doctrinæ Christi: ergo & successoribus Apostolorum, scilicet doctoribus Ecclesiæ, licet addere quæ sunt utilia D & honesta. Christus instituit baptizare in nomine patris & filij & spiritus S. Apostoli uerò in nomine Christi, contra formam Christi. Corinth. Ego dico, nõ Dominus. Item, Eucharistiam, quam prius paraphrasi sumebant, Apostolus à ieiunio sumi iubet. Item, Apostolus in ordine bigamiam & excommunicationem instituit. Item, Iacobus confessionem & inunctionem extremam. Item, si hæreticis orationes licet facere, & benedictiones, & expositiones nouas, & statuta, & habere consuetudines, quas Apostoli non habebant: igitur & eadem ratione Ecclesiæ licet. Matth. Super cathedram, &c. omnia quæ dicunt, facite, &c. Deut. Qui superbierit nolens obedire sacerdoti, moriatur. Ex hoc patet, quòd institutiones Ecclesiæ & prælatorum tenemur seruare. In eodem, Ad uerbum sacerdotis omne negocium pendet. Luc. Qui uos audit, &c. Rom. Omnis anima potestatibus seculi subdita sit. Heb. Obedite præpositis, &c.

Occasionem huius erroris dicunt, quòd statuta Ecclesiæ grauia sunt & multa, Christi uerò

A Christi uerò leuia & pauca: Act. Cur tentatis imponere onus super ceruices discipulorum, quod nec, &c. Item, multiplicatio præceptorum, implicationem inducit transgressionum. Item, quòd quædam statuta Ecclesiæ contraria sunt statutis diuinis, ut de possessionibus Ecclesiæ: Deut. Non habebunt sacerdotes partem cũ populo. Item, statuta Christi sunt uniuersalia, Ecclesiæ uerò particularia: ut de decimis, Deut. Item, Orientalis Ecclesia non curat statuta. Item, qui statuit, non obseruat: Matth. Alligant onera grauia, &c. Item, statuta Ecclesiæ frequenter mutantur, ut de gradibus consanguinitatis. Christi uerò nunquam. Luc. Verba mea non transibunt, &c. Item, Ecclesia statuit quæ sibi competunt, ut libertatem. Item, statuta Christi finita sunt, sed Ecclesiæ infinita.

Papam dicunt esse caput omnium errorum, uocantes cæcos prælatos, religiosos pharisæos. Dicunt, non operantes clericos peccare. Hos dicunt plenos superbia,
B auaritia, inuidia. Superbia, Matth. Amant primos accubitus, & uocari ab hominibus Rabbi. Auaritia, quia omnia faciunt propter quæstum: Ierem. A minore usq; ad maiorem omnes auaritiæ student. Inuidia, quia soli uolunt esse magistri: Matth. Væ uobis scribæ, qui tulistis clauem scientiæ, &c. Vnde dicunt, quòd omnis homo & fœminæ debeant prædicare: Num. Dixit Moyses, Quis det ut omnes prophetent? Item, Potestis per singulos prophetare, ut omnes discant. Matth. Si hi tacebunt, lapides clamabunt. Apoc. Qui audit, dicat ueni. Item, quia Apostoli prædicantes fuerunt laici. Item, si licet laico prædicare propter quæstum, multò magis propter Deum.

Contrà. Ro. Quomodo prædicabunt, si non mittantur? Ad hoc dicunt se mitti inspiratione diuina, Item, ordo doctorum est præcipuus in Ecclesia Dei: Eph. Ipse dedit quosdam doctores, alios pastores: Cor. Posuit Deus in Ecclesia Prophetas, alios doctores, alios pastores, etc. Nunquid omnes doctores? Cor. Mulieres in Ecclesia ta-
C ceant non enim permittuntur loqui. Item, Catholicos prædicantes hæretici capiũt in sermone. Vnde quicquid prædicator per nouum & uetus testamentum non probabat: talem prædicationem mendacium esse dicunt.

Dicunt etiam soli Deo obediendũ, non prælatis, nec Papæ. Act. Obedire oportet, &c. Idolatriare dicunt Ecclesiam, occasione quorundam prædicantium, Papam Deum esse terræ, maiorem hominibus, parem Angelis, & quia non possit peccare. Vnde reprobant, quòd ipsum Papam patrem uocamus, & mõnachi Abbatem. Matth. Patrem nolite uocare, &c. Item quòd dicunt quidam, obediendum esse quid quid præcipiant. Item genuflexiones quæ fiunt sacerdotibus, contemnunt: Apoc. Cecidi ante pedes Angeli, & dixit, uide ne feceris.

Sacramenta 18. Ecclesiæ, contemnunt occasione scilicet irreuerentiæ, quam quidam sacerdotes exhibent sacramentis, & quia sunt uenalia sacramenta, & propter malam uitam quorundam ministrorum. Dicunt etiam Papam & omnes Episcopos esse homicidas, occasione belli, quod exercent contra Christianos, paga-
D nos & hæreticos: & eos qui crucem prædicant, damãt. Quòd Pruteni & pagani non sint gladio cogendi ad fidem, sed prædicatione alliciendi. Contrà. Exod. Dixit Moyses, ponat unusquisq;, &c. Petrus maledixit Ananiæ, & mortuus est.

18. *id est uituperant abusum & profanationem sacramentorum, quæ ab impuris sacerdotibus fit.*

De Baptismo 19. errant quidam dicentes, paruulos non saluari per baptismum: Matth. Qui crediderit & baptisatus fuerit, &c. sed infans non credit: ergo non saluatur. Solutio: Infans baptizatur in fide parentum. Quidam baptizant, alij imponunt manus pro baptismo. Occasio, 20. quia susceptor non intelligit quæstiones sacerdotis. Matth. Sinite paruulos uenire, &c. Chrisma reprobant. Contrà, Apostoli ungebant oleo: Luc.

19. *hunc errorem nec iam habent: nec alij scriptores, ut Syluius, eis obijciunt.* 20. *cupieruut baptismα fieri uulgari sermone.*

Confirmationem non curant, hanc pauciſsimi recipiunt, etiam quinquagenarij reprehendunt, quod hanc Episcopi solis sibi seruent, licet corpus Domini sit

dignius. Solutio: Soli Apostoli manus imponebant: ut Matthiæ, Actuum.

Sacramentum Eucharistiæ dicunt sacerdotem immortali peccato conficere non posse. Reg. Quia Oza mortuus est, quia tetigit arcam: & Ioannes non audet attingere uerticem Domini. Ité dicunt, quòd bonus laicus, etiam mulier, si scit uerba, possit conficere. Item, quòd non in manu conficientis, sed in ore dignè sumentis, fiat transsubstantiatio: Psalm. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus. Occasio erroris ipsorum: quia corpus Domini ministrabant Leuitæ, ut Laurentius, & Tharsinus Romæ passus. Item, quidam conficiunt ex quacunq; forma, quidam ex labrusca, quidam ex tincto pane in uino, quidam in uno uasculo anaxinum accipiunt, quidam post ablutionem sumptam iterum celebrant. Alij conficiunt cum aceto: quidam Eucharistiam seruant in cameris & in hortis, ut in Bauaria. Item subdiaconi corpus Domini dant infirmis. Item, diaconus tota nocte ludens, seu bibens in taberna, mane in camisia celebrauit, teste Goth hæresiarcha. Item, Eucharistia uermibus scaturiuit, iuxta Zuuetel: testes monachi ibidem. Item, corpus Domini sæpius pedibus conculcatum, & sanguis effusus. Item, ab indignis, in publico peccantibus, sumitur & tractatur: & dignis, ut sacris uirginibus, & uiduis, dari negatur, nisi fortè in cœna Domini. Item, in rure à scholaribus sine precio raro datur. Causa, quia Ecclesiæ plebanis cathedra locantur, & non sufficiunt uicarij scholaribus in precio respondere.

Missam nihil dicunt esse, quia Christus nihil cantauit, nec Apostoli. Item, quia Christus semel oblatus, sacerdos eum bis immolat in die. Item, quòd propter quæstum Missæ cantantur Matth. Væ uobis qui deuoratis domos uiduarum, sub obtentu prolixæ orationis. Item, quia non cantant bis matutinas, uel uigilias. Eos item dicunt peccare, qui comparant seu emunt Missas. Item dicunt, quod prima Missa sacerdotis noui minoris sit efficacior, quàm centesima. Occasio erroris: [21] quidam prædicant, quòd sacerdos peccator, cum casulam induit, ut Angelus mundatur. Item quidam simulant se conficere, sine canone. Item, cantum Ecclesiæ dicunt esse cantum infernalem, & fieri propter placentam: & damnum esse, homines ab operibus impedire. Horas canonicas contemnunt. Contrà psalmus: Septies in die laudem dixi tibi, &, Media nocte surgebam: et Petrus orauit sexta hora, et nona. Dicunt, quòd unum Pater noster plus prosit, quàm sonitus decem campanarum. Oblationem nihil dicunt prodesse offerenti, sed tantummodo accipienti: Luc. Misericordiam uolo, & non sacrificium. Item quòd melius sit dare pauperibus, quàm offerre sacerdoti. Contrà: Si offers munus tuum ante altare. Ad hoc respondent, munus ibi accipi pro occasione, uel pro bono opere. Catholicus: Dominus approbauit oblationem uiduæ. Luc. Hæc uidua plus omnibus obtulit. Item in Leuitico, à primo capitulo usque ad decimum. & 3. Regum. 9. capite. Occasio erroris, quòd oblationes malè expendantur à quibusdam. Item, detrahunt Missæ propter cantum superfluum, & moram. Item, quòd leuibus causis sacerdos sæpe litigat, infra Missam, & sic sacerdos turbatus, sæpè finit Missam. Item consuetudinem Missas comparandi, dicunt esse speciem simoniæ. Quidam adinuentiones lucrosas uocant, consuetudines bonas, & has cogunt seruari, ut quod uulgariter dicitur alwegen.

21. *scilicet Papistæ.*

De sacramento pœnitentiæ dicunt, quòd sacerdos in mortali peccato ligatus, nullum possit absoluere, sed potius bonus laicus: Prouerb. Ab immundo quis potest mundari? Malac. Maledicam benedictionibus uestris, &c. Luc. Medice cura te ipsum. Matth. Eijce primùm trabem. Esa. Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat, & pallium breue utrumque operire non potest. Stratum dicunt animam. Per utrumque, intelligunt Deum & Diabolum. Item dicunt, quòd, bonus laicus habet potestatem absoluendi. Item, quòd quis non habet quomodo dabit? Item dicunt, quòd melius sit confiteri bono laico, quàm sacerdoti malo. Contrà. Luc. Ite & ostendite uos sacerdotibus. Iohannes. Lazarum ligatum ab-

A gatum absoluerunt discipuli. Occasio erroris, quòd interdum Bohemus sacerdos Teutonicum audit, & neuter alterum intelligit. Item, quòd confessio decem hominum simul aliquando audiatur. Itẽ, confessio fit per interpretẽ: Itẽ publica cõfessio fit à damantis. Dicunt etiã quidã, quòd sine oblatione muneris nõ ualeat cõfessio: ideo pauperes negligũt cõfiteri, & hoc est Iudaizare. Item quia piarũ mentium est, culpas ibi cognoscere, ubi culpa nõ est. Neq; matres, quæ infirmos infantes non uident animam exhalare cogunt: sacerdotes cogunt publicã pœnitentiã suscipere, quæ pro uulgarissimo crimine imponi consueuit, & sic discurrentes per cras cras, ruunt in peccata. Tales quandoque discurrunt per multas dietas, ut ingressum Ecclesiæ obtineant, qui tamen nunquam communionem Ecclesæ perdiderunt. Item pro manifestis peccatis tantum pœna pecuniaria puniuntur, & sic nulla satisfactio Ecclesiæ exhibetur: B & facilitas ueniæ, incentiuum tribuit delinquenti. Item, pro occultis peccatis numerum Missarum imponunt. Item, quidam confessiones produnt indirectè. Item, quidam occulta peccata scribunt in literis, & sic proditur confessio. Item, uxor occultè procurans abortum, uel simile, mittitur ad Episcopum, & sic suspecta meritò occiditur.

22. *Intelligunt de sacerdotibus ueritatem persequentibus.*

23. Sacramentum coniugij damnant, dicentes mortaliter peccare coniuges, si absque spe prolis conueniant. Corinth. Qui uxores habent, tanquam non habentes sint. Contrà, Corinth. Qui matrimonio filiam suam coniungit, benè facit: & qui nõ iungit, melius facit. Si non dormierit uir eius, mulier alligata est legi, quandiu uir eius uiuit. Quòd si dormierit uir eius, liberata est à lege, ut cui uult nubat, tantum in C Domino. Beatior autem erit, si sic permanserit. Alij matrimonium reputant ut fornicationem: Vnusquisque suam habeat, propter fornicationem. Solutio: Propter fornicationem cauendam, non explendam. Item, Vxorem duxi, & ideo non possum uenire. Ergo, qui in coniugio sunt, non possunt saluari. Contrà: Quos Deus coniunxit, homo non separet. Corinth. Alligatus es uxori: melius est nubere, quàm sic uri. Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Vacate orationi ad tempus, & tunc redite in idipsum. Timoth. Volo adolescentes nubere. Idem: Nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & discedent quidam à fide, prohibentes nubere. Occasio alia, ex parte coniugij: quia nec tempus, nec matrimonium coniuges obseruant. Alia, ex parte sacerdotum: quia castas uxores cogunt quærere fugitiuos maritos, per multas terras, quæ etiam non tenentur cohabitare maritis, nisi uelint, & sic plurimæ corrumpuntur. Item, sponsa uirgo arcetur ab ingressu Ecclesiæ per undecim dies, sed fornicaria non uno die. Similiter dum est in puerperio, & mortua: cum canones ipsi concedant, etiam primo die ingredi Ecclesiam. Item, quidam D prædicant mulierem in puerperio descendentem damnari: pauperculæ non habenti quod offerat post partum, negatur benedictio. Item quæ partui est uicina, cogitur ad carmina, & sic laborans abortum facit.

23. *Damnant abusum non rem.*

Sacramentum unctionis extremæ dicunt esse ultimam superbiam. Contrà, Iacobi ultimo: Infirmatur quis in uobis. Occasio, quia hoc sacramentum nulli datur sine precio: & hoc facit pluralitas sacerdotum. & licet honestum sit plures sacerdotes induci, tamen sicut baptismus & confirmatio per unum dãtur, sic & unctio. Item prædicant quidam, nulli sacramentum hoc debere dari, nisi qui posset habere saltem duas uaccas. Vnde pauperes grauiter scandalizantur. Item dicunt, quòd duodecim lumina sunt necessaria in unctione: sed tamen sufficiat unum lumen, ubi corpus Christi ministratur, quia est dignissimum sacramentum, ita & hic.

Sacramentum ordinis nihil dicunt esse, quia Apostoli laici erant. Item, Chri-

ſtus non dedit Apoſtolis ſtolas, nec infulã, nec caſulam, nec annulũ, nec aliud ornamẽtum Contrà, Leuit. 20. Sacerdos peccator mundatus, mundat immundos. Heb. Quemadmodum ſacerdotes. Item, Si ſolis ſacerdotibus licuit hoſtias offerre, & legalia ſacramenta dare, ut circumciſionem & benedictionem & mundationem corporaliter & ſpiritualiter, & docere: multò magis Eccleſiaſtico ſacerdoti. Sola tribus Leui habuit ſacerdotium. Oſias fuit leproſus, quia uſurpauit ſibi ſacerdotium. Tonſuram derident, quia Apoſtoli non habebant. Contrà Petrus: Non ut dominantes in clero. Igitur clerus fuit tempore Apoſtolorum. Actuum 3. Paulus ordinauit presbyteros Eccleſijs ſingulis. Exod. Dominus multa præcepit Moyſi de ordinationibus. Timoth. Oportet Epiſcopum, &c. Diaconos pudicos eſſe in miniſtrando, nullum crimen habentes. Conſtitue per ciuitates presbyteros. Occaſio, quia indigni uita & ſcientia, & defectum naturalium habentes, ad ordines & dignitates promouentur, & ſic miniſtrantes uerbo & exemplo Dei Eccleſiam ſcandalizant. A B

24 Dicunt etiam, Eccleſiam Dei grauiter erraſſe, prohibendo clericis matrimonium, quia lex uetus & noua conceſsit: & diſsimulando fornicationem. Item de illegitimo thoro nati, maiores in Eccleſia obtinent dignitates. Item dicunt quidam, quòd continentes quicquid faciunt ſurſum cingulo, oſculis, tactibus, uerbis, uberum compreſsionibus, pectorum amplexibus, omnia fieri in charitate. Contrà Apoſt. Bonum eſt mulierem non tangere. Matth. qui uiderit mulierem ad concupiſcendũ eam. Eſt igitur multò magis, qui tangit, mœchatus. 24. *Hoc eis ab alijs non obijcitur.*

25. Excommunicationem contemnunt, dicentes, excommunicationem eſſe maledictum: Geneſ. Qui maledixerit tibi, &c. Eccleſ. Cum maledicit impius diabolum, maledicit animam ſuam. Ergo ſi maledicit hominem maledicit ſeipſum. Apo. Maledici regnum Dei non poſsidebunt. Contrà, Act. Petrus maledicit Ananiam & Sapphiram, & Simonem. Apoſt. Huiuſmodi tradidit Satanæ. Item excommunicauit Corinthium. Galat. Si quis aliter euangelizauerit, anathema ſit. Ioan. Neq; aue dixeris ei. Quidam dicunt, excommunicationem iniuſtam eſſe tenendam. Item tempore interdicti exultant hæretici, quia tunc poſſent corrumpere Chriſtianos, ut facerent uileſcere cultum Dei. Item, impium eſt innocentes premere, & punire, ſubtractione ſacramentorum, propter aliena peccata. Item, quòd laus Dei & cœleſtis curiæ ſubſtrahatur. Item animæ in purgatorio ſuffragijs Eccleſiæ fraudentur. Item, quòd uiuis fidelibus deuotio minuatur: & ideo, tunc dicunt decimas eſſe non dandas. Occaſio erroris, quia excommunicationes multiplicantur pro leuibus cauſis, ut pro denario decimali, uel ſi non uenit ad Eccleſiam. In ſimilibus fulminat eam iuris ordine non ſeruato, & poſtea communicat eis, nec abſoluuntur, & ſic communicator & excommunicatus & populus ſunt in periculo. 25. *Contempſerunt excommunicationem perſecutorum.* C

Decimas dicunt non eſſe dandas: quia in primitiua Eccleſia non dabantur. Item, ſi decimæ non debent recipi, igitur non debent decimæ decimari. Si dicis, ideo dandas, quia Iudæi dabant: eadem ratione debemus alia legalia obſeruare. Item dicunt, quòd in paucis terris dantur decimæ iuris etiam Romani. Item dicunt, peccare eos, qui dant decimas, & peccare laicos qui recipiunt decimas: quia malè expenduntur. Contrà, Malach. Inferte decimationem, ut ſit cibus in domo mea. Matth. Væ uobis phariſæi, qui decimatis mentam & olus, & quæ grauiora ſunt legis: & hoc oportuit facere, & illa non omittere ſcilicet decimas. D

Poſſeſsiones & proprium dicunt clericos non habere, uel ſacerdotes. Deut. Non habebunt ſacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de tribu Leui ſunt, partem & hæreditatem cum populo Iſrael, quia ſacrificia accipiunt. Act. Et nihil eorum quæ poſsidebant, dicebant eſſe proprium, ſed erant eis omnia communia.

Indulgentias nõ credunt. Luc. Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Abſolutiones Eccleſiæ nihil reputant, irregularitatẽ non curant. Solutio: Deus remittit auctoritate,

A toritate, facerdos officio. Ioan. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Dispensationes Ecclesiæ non credunt. Occasio: multiplicatio indulgentiarum. Item, quia pœna futura relaxatur, quia non credunt.

Festa Ecclesiæ non curant, dicentes, unum diem esse ut alium. Contrà: Præcepit Dominus diem sabbathi sanctificare. ad hoc respondent: si propter præceptum Decalogi seruare debemus, ergo & circumcisionem. Contrà, Christus ascendit ad dies festi. Occasio: centum & uiginti dies in anno. Item, festum Paschæ & Pentecosten dicunt quidam esse Stephani & Iohannis. Item, in festis sunt fora. Item, festa transferuntur in dominicas propter quæstum. Item, tunc operantur sartores & auriga. Item, quia nimia sunt festa, Translationes, Inuentiones, & Octauæ. Item, raro est hebdomada, quin duo uel tria occurrant. Item, propter collectas inducuntur, inde populus scandalizatur. Item, operarij non lucrantur, sed depauperantur. Item, tunc
B plura committuntur peccata. Item, primitiua Ecclesia pauca habuit festa, ideo ipsi operantur occultè.

Ieunia Ecclesiæ nihil curant: nam in die parasceues ipsi carnes comedunt occultè. Apoc. Regnum Dei non est esca. Esa. Numquid tale est ieiunium? Corin. Qui non manducat, manducantem non iudicet. Contrà. Ioannes ieiunauit, & Anna, & Christus quadraginta diebus, & Apostoli Luc. Quando auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Occasio erroris, quia pauperes & operarios in pane & aqua ieiunare oportet per quadragesimam. Item, propter ieiunium non assumuntur ad opus.

Ecclesiam mutatam reputant ut horreum, & appellant eam uulgariter steinhauss. Act. Non in templis manu factis, &c. Nec orationes plus ibi prodesse, quàm in domo alia. Luc. Tu autem cum oraueris, &c. Ioan. Nec in monte hoc, nec in Hierosolymis adorabitis. Apost. Sed in omni loco puras manus leuantes. Contrà: Et ingressus in Hierusalem, primò intrat templum, quodlibet uendere iustè prohibet in
C templo. cantum & laudem puerorum commendat. Item arcentur immundi à templo corporaliter & spiritualiter. Item, Publicanus honorem detulit loco sacro, nolens leuare oculos. Ecclesia materialis fuit temporibus Apostolorum: Corint. Numquid domos, &c. &, Ecclesiam Dei contemnitis? Reg. Nota orationes Solomonis. Ioan. Domus mea, &c. Item, Eiecit de templo ementes. Item, Non sinebat uas ferri per templum. Item, Docuit & orauit in templo. Occasio: quia laruales fiunt in Ecclesia, & ibi pompa uestium ostentatur, & etiam incastellatur.

Dedicationem nihil curant. Contrà: nota de dedicatione templi & tabernaculi. Ioan. Facta sunt encænia, &c. Altare dicunt esse aceruum lapidum, & damnum esse quòd panni putrescunt super lapides. Contrà: nota de dignitate altaris, Exod. 20. Item Noha, Abraham & Iacob. construxerunt altaria. Occasio, magni sumptus, quibus Ecclesiæ construuntur, dicuntur esse utilius dari pauperibus. Matth. Videtis has omnes ædificationes? non relinquetur, &c. Item, quidam habent in Ecclesia tabernam. Item dicunt quidam, quòd quotiens homo Ecclesiã circumit, tot peccata mor-
D talia delentur. Item, quidam dicunt & prædicant, esse peccare ut adulterum, ire ad Ecclesiam alienam. Item quòd melius sit orare in stabulo quàm in Ecclesia.

Ornatum Ecclesiæ dicunt esse peccatum: & quod melius esset uestire pauperes, quàm parietes. Contrà, Nota de ornatu tabernaculi & templi. Exo. 20. R. Maior patrum in processione scorio Antonij ornabatur. Corporale dicunt pannum bracarum. De lumine dicunt, quòd Deus qui est lux uera, lumine non egeat Contrà, Dominus præcepit esse luminaria in tabernaculo, Exod. 20. Item, calicem esse ut bycarium, id est domesticum poculum: quia prius erant uitrei calices. Thurificationem reprobant. Contrà, Dominus præcepit fieri thymiama: Exod. Item, Angelus apparuit Zachariæ, cum incensum offerret. Aquam benedictam reputant ut simplicem. Contrà, Hæc aqua habetur ex aqua lustrationis, durans septem diebus.

Imagines & picturas dicunt esse idolatrias. Exodi uigesimo. Non facies tibi sculptile

sculptile, nec imagines: Solutio. Non facias ad adorandũ, sed memorandum. Item, A picturæ sunt scripturæ laicorum. Occasio: imagines de trunco, & picturæ laruatæ, horrorem magis quàm deuotionem inducunt. Item, In uerbis, non in melodia est nis. Cantum Ecclesiæ subsannant dicentes. Contrà, Par. 23. per totum, Dauid instituit cantores ad laudandum. Psal. Benè psallite in uociferatione. Ideo, Christus approbat cantum & laudem puerorum in templo: Si hi tacuerint, &c. Occasio, protractio, & superfluus cantus, ut uersus, super uersus, clamores laicorum deridentur. Contrà Psal. Clamor meus ad te perueniat. Malach. Clamemus in cœlum. Processiones contemnunt, propter stultitias quæ ibi fiunt.

Sanctos non credunt, ut dicunt, nisi Apostolos, & quorum est mentio in Euangelio, uel in Actis. Contrà, Apost. Laudate Dominum in sanctis eius. Item, nullum sanctum, nec sanctam Mariam, nisi solum Deum inuocant. Contrà Iob. Ad aliquem B sanctorum conuertere. Luc. Dives in inferno orauit Abraham in cœlo. Occasio, sunt falsi sancti: ut Viuanus & cæteri, quorum nec nomina, nec merita, nec uitam sciunt. Item nec fontes uenerantur, ut in Drozo, ubi in fonte sacerdos baptisat crucifixum, & populus offert fonti. Item, arbores sanctæ: ut sanctorum Christophororum, & aerem in campis. Item, nominibus sanctorum illudunt, ut Erhardo, eos oblationibus uenerantes. Item, sanctis ueteris Testamenti nulla deuotio exhibetur. Item, honor qui Deo exhiberi deberet, non soli Deo sed magis exibetur quibusdam. Vnde quidam ieiunant feriam quartam sancto Nicolao, qui Deo feriam sextam non ieiunant. Item, cum nominatur Nicolaus, omnes suspirant: cum nominatur Iesus Christus, omnes tacent. Item, Legendas & passiones sanctorum non credunt. Occasio, contrarietas de baptismo Constantini, & quædam incredibilia, ut in Legenda S. Margarethæ, & Iulianæ, & septem dormientium.

Miracula sanctorum non credunt. Contrà, si miraculis Ecclesiæ non credunt, C ergo Apostolorum credunt. Item, resuscitati adhuc uiuunt. Occasio, si per falsa miracula, ut oleum, sanguis, lachrymæ imaginum, & lumen cœleste. Item hypocritarum, qui uulgariter sterzer uocantur, qui fingunt sibi infirmitates diuersas, & fingunt subtam sanitatem: De hac secta Ecclesiæ ualde nociua, dicetur infrà. Iob. Deus non indiget uestro mendacio. Iurare, dicunt mortale peccatum. 26. Matth. Dico uobis non iurare omnino, neq; per cœlum, neq; per terram: sed sit sermo uester, est est, non non. Contrà: Laudabuntur omnes qui iurant in eo, unde patres iurant, & Apostolus iurauit: Testem inuoco in animam meam. Apocalypsis: Angelus leuauit dextram, & iurauit per uiuentem in secula. Ipse Deus iurauit, Heb. Cum non haberet, per semetipsum iurauit, & Christus. Amen dico uobis, &c. Ergo licet iurare, in casu. Occasio, frequentia iurandi, & assiduitas, pro leuibus causis, & quia incidunt in periuria. Hæretici, qui nunquam iurant, sunt similes diabolo, qui nunquam legitur iurasse. D

26. *Fortè abusum & frequentiam iuramentorum damnantur.*

Reliquias sanctorum non credunt. Contrà: Regum 4. Ad tactum ossium Heliæi surrexit mortuus Act. Semicinctia Pauli curabãt infirmos. Item, fimbria Christi, & umbra Petri. Occasio, falsæ reliquiæ quas quidam circumferunt per uillas, & interbernis deludunt: ut lac sanctæ Mariæ, quæ cum paruo lacte pauit Christum: & lalamandram pro ueste sanctæ Mariæ, & sudorem Christi, & membranam qua inuolutus est Christus. Item reliquias Angelorum. Item quæstuarius publicè se iactitauit, quòd sciret facere sanctos, quando uellet quæsitus, quomodo dixit, quod sæpè os bouis secuit minutatim, & inuoluit purpureis, & circumscripsit sanctos quos uoluit: & hoc sæpe facit. Item, lac sanctæ Mariæ baptizant, & aquam dant ad bibendum. Item, uenales sunt. Item, à muribus sunt comestæ, & hoc plebanus populo retulit, qui multum ex hoc scandalizatus fuit. Item, diuersæ Ecclesiæ litigant de corporibus sanctorum, dicentes se ea habere: ut de corpore sancti Marci, Viti, & cæterorum.

Crucem

A Crucem ſanctam horrent, propter ſupplicium, quod Chriſtus paſſus eſt in ea. Occaſio: Quidam prædicant, crucem furto ſublatam, per ſe rediſſe. Item, lignum crucis dicunt ſimplex lignum. Item, non muniunt ſe ſigno crucis. Contrà, Gal. Mihi autem abſit gloriari, &c. Prouerb. Benedictum lignum, per quod fit iuſtitia. Matth. Videbunt ſignum filij hominis. Item, ſi beatus uenter, qui Chriſtum portauit: igitur & crux, in qua ſanguinem ſuum fudit.

Sepulchrum Domini nihil curant, nec ſanctorum. Matth. Væ qui ædificatis ſepulchra, &c. Contrà, Eſa. Erit ſepulchrum eius gloriоſum. Pſal. Adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes eius. Sepulchrum Domini & Prophetarum etiam gentiles nudis pedibus uenerantur. Sepulturam Eccleſiaſticam non curant. Vellent enim potius ſepeliri in campo quàm in cœmiterio, ſi Eccleſiam non timerent. Contrà. Act. 3.

B Sepelierunt Stephanum uiri timorati. Item, ſancti Patres elegerunt ſepeliri in locis ſacris. Occaſio, non contriti ſepeliuntur, & qui ſe ipſos occidunt, & plenè contritis quandoq; ſepultura negatur. Item, ab omnibus aliquid exigitur, etiam ab infantibus, qui non indigent ſuffragijs: etiam leproſis. Item, quia ſancti quidam ſepeliebatur in hortis, ut Chriſtus: quidam in proprijs domibus, quidam in aquis, ut Clemens. Vigilias funerum propter inſanias, quæ ibi fiunt. Item, cum ius Eccleſiæ ab initio mundi & canones Eccleſiaſtici hoc concedant, ut quilibet homo, ubi ſibi placet, eligat ſibi ſepulturam: multæ lites pro cadaueribus oriuntur, & magnum ſcandalum fidelium & infidelium.

Peregrinationes reprobant, propter diſcurſum. Contrà, Chriſtus apparuit in ſpecie peregrini. Luc. Matt. Argentei dati in ſepulturam peregrinorum. Occaſio, multæ peregrinæ corrumpuntur in uia. Item, falſæ peregrinæ, quæ uocantur ſterzer. Item

C in aquis dicunt Chriſtum & Apoſtolos Eccleſiam ædificaſſe: & peregrinæ omnia peccata ſicut in baptiſmo remitti.

Purgatorium negant, dicentes tantummodo duas uias eſſe, unam electorum ad cœlos, aliam damnatorum ad infernum. Ecce lignum, quocunq; ceciderit, ibi erit, uel in cœlo uel in inferno. Dicunt etiam, animabus nec Miſſas, nec Anniuerſaria, nec oblationes, nec alia ſuffragia prodeſſe: ſed fieri propter quæſtum. Contrà, Mac. Vir fortiſsimus. Cor. Si quis ædificat, &c. ſaluus erit, tum quaſi per ignem. Ad hoc dicunt, per ignem tribulationis. Item, Auguſt. Qui orat pro matre, iniuriam facit matri. Ergo qui pro infantibus Miſſam dicit, uel orat, iniuriam facit eis. Item, ſi bonus, non indiget ſuffragijs: ſi malus, non profuit ei. Item Iohan. Ego pro eis rogo, non pro mundo, id eſt, pro mundanis. Sed non pro uiuis eſt orandum: igitur nec pro mortuis. Solutio: Non oramus pro ualde bonis, quia non indigent: nec pro malis, quia non prodeſt, ſed pro mediocriter bonis uel malis, ut citius liberentur, uel ut

D mitius puniantur. Dicunt etiam, orationes boni laici plus prodeſſe, quàm mali ſacerdotis, & unum Patet noſter efficacius eſſe, quàm multæ Miſſæ. Ioan. Scimus quia peccatores Deus non audit. Eſa. Cum multiplicaueritis preces, non exaudiam. Greg. Cum ijs, quibus diſplicet, ad intercedendum mittitur, reati animus ad deteriora pro uocatur. Item, orationes latinas dicunt laicis non prodeſſe.

De errore purgatorij ſunt tres errores, ſeu opiniones. Primus eſt, quòd nullum peccatum ſit ueniale, ſed mortale. Contrà, Prouerb. Septies in die cadit iuſtus. Secundus error, cum dimittitur culpa, dimittitur pœna. Ex hoc datur occaſio liberè peccandi, & ſacramentum pœnitentiæ euacuatur. Matth. Pœnitentiam agite. Luc. Facite dignos fructus pœnitentiæ. Tertius error, quòd ſuffragia non proſint: quòd eſt ſæuire in mortuos. Eccleſ. Mortuo ne prohibeas gratiam fieri. Ad preces ſororum Lazarus ſuſcitatur: ergo ad preces ſanctorum dimittitur peccatum. Matth. Qui dixerit blaſphemias in ſpiritum Sanctum, non dimittetur, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro: Ergo nec peccatum remittitur in futuro non blaſphemia.

Pius ſecundus, ſeu Syluius, hoſce duos ſequentes errores Valdenſibus non tribuit. Iudices & Principes damnant, & dicunt maleficos non damnandos.

Matth.

Matth. Noli iudicare, &c. Genes. Qui effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis eius pro eo. Exod. Non occides. Matth. Mitte gladium in uaginam, &c. Omnis qui, &c. Matth. In parabolis zizaniorum, Sinite utraq; crescere. Contrà, Actor. Paulus excæcauit Elimam impedientem fidem. Exod. Maleficos non patieris uiuere super terram, & ab altari euellas eos. Luc. Vendat tunicam, & emat gladium. Item Iohannes Baptista: Estote contenti stipendijs uestris, &c. Igitur licet contendere contra malos. Occasio: Principes & iudices sunt tyranni. Item, iustitia uenalis in foro laicorum & clericorum. Esa. Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo, &, pupillo non iudicant, & causæ uiduæ non ingrediuntur ad eos.

Iurare, dicunt mortale peccatum esse. Matth. Dico uobis non iurare omnino, neq; per cœlum, neq; per terram: sed sit sermo uester est est, non non. Contra, Psalm. Laudabuntur omnes qui iurant. Sancti patres iurarunt. Apoc. Iurauit in uoto Domini in animam meam. Apoc. Angelus leuauit manum, & iurauit per uiuentem in secula. Item, Deus iurauit, & Christus, Amen amen dico uobis. Ergo licet iurare in causis. Occasio: Frequentia iurandi, & assiduitas pro leuibus causis: & quia incidunt in periuria. Hæretici, qui nunquam iurant, similes diabolo, qui nunq; legitur iurasse.

De moribus Valdensium.

COgnoscuntur hæretici per mores & uerba. Sunt enim in moribus compositi & modesti. superbiam in uestibus non habent: quia nec precijs, nec multum abiectis utuntur. Negociationes non habent, propter mendacia & iuramenta & fraudes uitandas: sed tantum uiuunt de labore manuum, ut opifices: & doctores ipsorum sunt textores, & sutores. Diuitias non multiplicant, sed necessarijs sunt contenti. Casti etiam sunt Leonistæ. Parci sunt in cibo & potu: ad tabernas non eunt, nec ad choreas, nec ad alias uanitates. Ab ira se cohibent. Si autem operantur, uel discunt uel docent: & ideo parum orant. Item ad Ecclesiam fictè uadunt, & offerunt, & confitentur, & communicant, & prædicationi intersunt, ut prædicantem capiant in sermone. Consimiliter & mulieres eorum sunt modestæ. Cauent à detractione, & à scurilitate, & uerborum leuitate, & à mendacio, & à iuramento. Nec dicunt uerè uel certè, & similia: quia hæc reputant iuramenta. Item, ad quæstiones, raro directè respondent. Vt si quæras ab ipso, scis Euangelium, uel epistolas? respondet, quis docuisset me ista? uel dicit, Hæc debent discere, qui magni & profundi intellectus, uel qui ad hoc sunt otiosi & idonei, & dicunt tantũ, Est est, non non: hoc dicunt sibi licere: quia Christus dixit Iudæis, Soluite templũ hoc: nõ intelligens de tẽplo Salomonis. Finis.

EX ALIO INQVISITORIO LIBELLO.

De modo orandi Valdensium.

MOdus autem Valdensium talis est, uidelicet quòd flexis genibus in terra inclinant, & opponunt se super aliquam bancham, uel consimile ad hoc aptum, &c. Flexis genibus inclinati stant in omnibus orationibus in silentio ita diu, quòd possunt dicere triginta uel quadraginta Pater noster, & Amen aliquoties: & hoc faciunt quotidie reuerenter, quando sunt cum credentibus suis, & consentientibus in facto ipsorum, sine alijs extraneis, ante prandium & post, & ante cœnam & post, & de nocte quando uolunt ire ad lectum, & antequam reponant se. Item, de mane postq; surrexerunt de lecto: Item aliquibus alijs uicibus per diem, tam de mane quàm de nocte. Item, nullam aliam orationem dicunt, nec docent, nec habent, nisi orationem Dominicam Pater noster, &c. Nec aliud reputant salutationem Angelicam Aue Maria. 27. nec symbolum Apostolorum Credo in Deum. Et dicunt illa per Romanam Ecclesiam, non per Christum fuisse ordinata, seu composita.

27. *Id est, negant Symbolum esse orationem.*

Veruntamen articulos fidei septem de diuinitate, & septem de humanitate, &

Veruntã

A decem præcepta,& ſeptem opera miſericordiæ,ſub quodam compendio quodammodo ab eis ordinato & compoſito dicunt & docent, & in illo plurimum gloriantur, & ſtatim offerunt ſe promptos ad reſpondendum de fide ſua, Antequam ponant ſe ad menſam,benedicunt eam dicẽdo: Benedicite, Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon,Kyrie eleyſon,Pater noſter: quo dicto, antiquior inter eos dicit in uulgari: Deus,qui benedixit quinque panes hordeaceos & duos piſces in deſerto, coram diſcipulis ſuis,benedicat hanc menſam,& ea quæ ſunt ſuper eam,& ea quæ apponentur in ea (& faciunt ſignum crucis) in nomine Patris, & Filij,& Spiritus ſancti, Amen. Item quando ſurgunt de menſa in prandio & in cœna, reddunt gratias, hoc modo uidelicet, quòd antiquior dicit in uulgari, id quod habetur in Apocalypſi: Benedictio & claritas & ſapientia & gratiarum actio,honor,uirtus & fortitudo, Deo ſoli in
B ſecula ſeculorum,Amen. Et poſtea ſubdit: Deus reddat bonam mercedem & bonũ cambium omnibus illis qui benefaciunt nobis. &, Deus qui dedit nobis cibum corporalem,det uitam ſpiritualem: & Deus ſit nobiſcum,& nos cum eo ſemper: & alij reſpondent,Amen. Item,quando benedicunt menſam, & quando reddunt gratias,tenent ut frequenter manus iunctas,& eleuant uerſus cœlum. Item poſt prandium,dictis gratijs,& facta oratione,ut ſuprà,prædicant & docent,& faciunt exhortationes ſuas de doctrina ſua.

En alio inquiſitorio libello perueteri.

ANno Domini 1391.4.die menſis Septembris,infra ſcripti ſunt errores pro nunc ſectæ Vualdenſis. Primò Nicolaus de Polonia,Ioannes de Polonia filius cuiuſdam ruſtici, Conradus de Saxonia de uilla dicta Dubun prope Vueyſſeburg filius cuiuſdam ruſtici, Vualricus de Hardech ex artificio ſutor,Conradus de Ga
C mundia Sueuus filius cuiuſdam ruſtici, Simon de Salig Vngarus, ex artificio ſartor, Herannus de Miſtelgen Bauarus ex artificio faber, Ioannes de Drena Bauarus ex artificio faber, prædicti nominantur inter eos apoſtoli, magiſtri, angeli & fratres. Habent autem talem uitam & conuerſationem. Primò ieiunant tres aut quatuor dies in hebdomada in pane & aqua,niſi fuerint in graui continentia ad laborem conſtituti. Secundò faciunt inter ſuos ſubditos,ut coram eis appareant ſuperiores. Item ſepties in die orant.ſenior incipit orationem, & facit eam prolixam uel breuem, ſecundum quod ſibi uidetur expedire: & alij ſequuntur eum in oratione. Item in ueſtibus uilibus incedunt doctores: bini & bini ambulant,ſenior ſcilicet cum iuniore,quocunque pergunt. Item,in uerbis ſunt cauti: mendacia,iuramenta,& quælibet natura turpia deuitant. Item ſuos ſubditos ad eadem diligenter informant.

Ex Aeneæ Syluij Bohemica hiſtoria, de Vualdenſium dogmatibus.

D ROmanum Præſulem reliquis Epiſcopis parem eſſe. Inter ſacerdotes nullum diſcrimen. presbyterum non dignitatem,ſed uitę meritum efficere potiorem. Animas è corporibus excedentes, aut in æternas ueſtigiò pœnas mergi, aut perpetua conſequi gaudia. Purgatorium ignem nullum inueniri. Vanum eſſe orare prò mortuis,& auaritiæ ſacerdotalis inuentum. Dei & ſanctorum imagines delendas. Aquarum,palmarum que benedictiones irridendas. Mendicantium religiones malos dæmones inueniſſe. Sacerdotes pauperes eſſe debere,ſola contentos eleemoſyna. Liberam cuique prædicationem uerbi Dei patere. Nullum capitale peccatum, quantumuis maioris mali uitandi gratia, tolerandum. Qui mortalis culpæ reus ſit, eum neque ſeculari, neque Eccleſiaſtica dignitate potiri,neque parendum ei. Confirmationem,quam chriſmate Pontifices inducunt, & extremam unctionem, inter Eccleſiæ ſacramenta minimè contineri. Auricularem confeſsionem nugacem eſſe; ſufficere,ſua quemque Deo in cubili ſuo confiteri peccata. Baptiſma fluuialis undæ,

nulla interiecta sacri olei mixtura, recipiendum. cœmiteriorũ inanem usum, quæ-
stus causa repertum: quacunq; tangentur tellure humana corpora, nil distare. Tem-
plum Dei latè patentis ipsum mundum esse. Coartare maiestatm eius, qui Ecclesias
monasteria, oratoriaq; construunt, tanq; propitior in eis diuina bonitas inueniatur.
Sacerdotales uestes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patinas, uasaq;
huiusmodi nil habere momenti. Sacerdotem quocunq; loco sacrum Christi corpus
cõficere posse, petentibusq; ministare: sufficere, si uerba sacramentalia tantum dicat.
Suffragia Sanctorũ in cœlis cum Christo regnantium frustra impetrari, quę iuuare
non possunt. In canonicis horis cantandis dicendis q; frustra tempus teri. Nulla die
ab opere cessandum, nisi quæ Dominica nunc appellatur. Celebritates Sanctorum
prorsus reiiciendas. Ieiunijs quoq;, ab Ecclesijs institutis, nihil ineſſe meriti.

Obserua, Syluium Valdensib. non tribuere illos tetros errores, de magistratu,
deq; indignitate personarum. Item de iuramento, &c. quos eis superius falsò tribui
audiuimus. Quare proculdubiò crimina illis temerè, ex odio & inuidia, ab aduersari
is falsò ascripta sunt. Commodè quædam de Valdensib. annotauit etiam la-
cobus de Rebiria, olim Regius Secretarius in suis collectaneis de urbe Tolosa, quæ
inde ad uerbum adijciam.

Valdenses siue Lugdunenses diu primũ locum tenuisse in Gallia Narbonensi,
Albiensi, Ruthena Cadurcensi Agennensiq; diœcesib. celebrior est fama, eoq; tempo-
re nullo aut paruo in precio fuisse eos, qui sacerdotes se Episcopos, & ministros Eccle-
siæ dici uolebant. Indigni enim omnes rerum omnium ignari penè cum essent, faci-
lè illis fuit eruditione & doctrina præcellentissimis, primas in populo partes sibi uen-
dicare. Ex quib. cum ꝓceteris Valdenses acutius de religione disputarent, admitte-
bantur sæpe à sacerdotib. publicè docendi causa, non quod eorum sententiæ sibi pro-
barentur, sed quod Valdenses ingenio pares non essent. Tanto uerò in honore
erat huiusmodi hominum secta, ut & ab omnibus oneribus haberent immunita-
tem, & multò plura ex morientium testamentis consequerentur sacerdotes. Hostis
si fuisset hæretico uiæ itinerisq; comes, ab hoste non lædebatur, salus omnis homi-
num in hæreticorum tutela esse uidebatur. Publicus deniq; locus his erat in quem
suæ duntaxat sectę homines mortui inferebantur. Bernardus Clareuallensis dum
primum tentat ad Viridefolium, quo in loco centum uigebant nobiliorum uitorum
domus antiquissimæ, tela hæreticorum depellere, uulneribusq; Ecclesiæ mederi
& non exauditur, Viridifolio omnia mala precatus est. In quo Deus fertur eius ex-
audisse preces: Nam ab eo tempore & omnes sensim corruisse illas nobiliorũ ædes,
& tandem plebi mala omnia euenisse. quoad is ager à comite Montis fortis Epi-
scopo Tholossano Falconi dono datus est, qui Abbas fuit ordinis Cistercien sis, &
administrationem suscepit anno. M. CC V.

His uerò temporibus sæpe disputatum fuit cum hæreticis apud Viridefolium:
semel & iterum Apumeæ. Celebris uerò disputatio extitit in mente Regali, cui tanq;
arbitri præerant duo nobiles uiri, Bernardus Villanoua, & Bernardus Arrensis, &
duo plebei Raimundus Godius, & Arnoldus Riberia. Nulla uerò de re unquam
conuenerunt.

Qui hæretici existimabantur, & quorum præcipua nomina hæc sunt: Ponti-
cus Iordanus, Arnoldus Aurisanus, Arnoldus Otthonus, Philibertus Castiensis, Be-
nedictus Thermus.

Constanter porrò affirmabant Ecclesiam Romanam non esse sanctam Eccle-
siam, nec sponsam Christi esse Ecclesiam diaboli imbutam doctrina, Babylona esse
illam, quam Iohannes descripsit in sua Apocalypsi, matrem fornicationum & ab-
ominationum obrutam sanguine Sanctorum: Domino non probari, quæ ipsi Ec-
clesiæ Romanæ probarentur Missam neq; Christum neq; Apostolos instituisse, sed
hominum commentum esse. Id sic eos sensisse scripsit Iacob. Rebiria.

His exa-

A His ex aduerso oppositi erant Petrus de Castronouo monachus Cistercienſis, et legatus Rom. Pontificis, & magister Rudolphus missus, et ipse à Pontifice Romano. Didacus Episcopus Erenensis, & Dominicus eiusdem Ecclesiæ canonicus, homines Hispani, quorum posterior sectam instituit prædicatorũ, quam secte aduersatiorum obiiceret. Tandem Innocentius Papa III. misit Arnaldum Amalricum, qui undiq; facta manu tantam molem à Tholosanis depelleret. Iam pridem enim insidijs fuerat interfectus Petrus de Castronouo Pontificis legatus, eiusq; suspicio in Comitẽ Tholosanum non leuis ceciderat. Almaricus igitur promisit passim omnib. peccatorũ ueniam, siquidem arma in hæreticos agri Tholossani sumerent. Sic igitur egit cum Rege & Procerib⁹, ut armati milites mitterentur. Qui anno 1209. primũ Bliterium, deinde & alia loca facta multorum hominum strage expugnarunt. Habentur

B quædã scitu digna de Valden. etiam in Paulo Aemilio in uita Philippi II. Regis.

Benedictus XII.

CIrca annum Do. 1336. sedit Papa Benedictus XII. Is ut Engelhusen refert, rogatus ut plures Cardinales crearet, respondit: Libenter seid facturũ, si modõ nouum mundũ creare posset: nam hunc qui iam existat, uix præsentib. Cardinalibus sufficere. Hic ipsius Papę sententiam de luxu, rapacitateq; Cardinalium, & summa aliorum Christianorum miseria habemus. Adeo enim Cardinales sumptuosos esse affirmat, ut uix eos præsens mundus alere possit. Testatur Appendix Martini Pœnitentiarij Papæ, quod reformauerit monachos, & sæpius testatus sit, pauciſsimos inter eos esse bonos. Verùm adscribam ipsa historici uerba: Benedictus Pontifex anno 1333. fecit multas reformationes circa statum monachorum nigrorum, de modo uiuendi, & de regimine, & de multis alijs. ut patet intuenti reformationes illas, quę cõmuniter Abbatum illius ordinis dominium ampliarunt, & subditos coar-

C tarunt. Harum reformationum promotor & compilator fuit, dominus Petrus Cartusiensis Cardinalis ordinis monachorum nigrorum, qui dictas reformationes incœperat tempore domini Iohannis Papæ 22.

Huic Domino Benedicto maximè insitum cordi fuit, clericos & religiosorum ordinũ professores & status reformare, & uti dicatur uerius infirmare. Paucos enim uel nullos bonos credebat, & omnes à uia mandatorum Domini & consiliorum semita declinasse dicebat. Nullos uel paucos dignos promotionib. uel gradib. Ecclesiasticis existimabat. Hic dominus Benedict. Papa auarus, durus, & tenax, in cõferendis gratis, remissus, tardus, & negligens in prouidendo statui Ecclesiarum supra modum fuit: & in excusationem suæ duriciæ paucos ad hæc dignos & sufficientes dicebat. Communiter etiam & dominos Cardinales fore deceptores sui credebat. Ratò supplicationes ipsorum recipere uolebat, ipsosq; non modicum suspectos habebat, ordines mendicantium supra modum perfecta inuidentia exosos habebat. Paucos uel nullos de ipsis ordinibus ad prelationes promouebat. Diffensiones eorum liben-

D ter audiebat, & subditis contra prælatos fauere uidebatur mirabiliter.

Hic habes ipsius summi ac sanctiſs. Pontificis de suis fratribus Cardinalib. & filiolis monachis, qui quidem & ipse aliquando monachus fuerat, & per omnes ipsorum gradus uixerat ac, uitę genera, ut ei tanquam perito & ipsorum domestico testi meritò fides haberi debeat.

Helias Rubeus Tripelauiensis.

HElias quidã cognomento Rubeus Tripelauiensis Anglus ut opinor, scripsit circiter ante 300. annos, 7. libros titulo Semidialiũ, in quib. primũ de idololatria Ethnica differit: deinde etiam de alijs uitijs ac sceleribus omnium ordinũ. Multa inter alia dicit etiam de clericorum multiplici ac nõ ferenda malitia, imò & de Religionis corruptione, Cuius scriptoris, quoniã nõ extat impressus, aliquot dicta adscribemus. Meminit alioqui eius etiam Baleus in suo scriptorũ catalogo, De statuis igitur idolorum differens lib. 3'. recitato Balbi testimonio, ita de eo cõcludit tandem, eos qui primum simulachra Deorum populis proposuerunt, ciuitatib. suis & metum

dempſiſſe,et errorem addidiſſe cõmendabiliter cõiectans Deos facilè contemni poſ- A
ſe in ſimulachrorum ſtoliditate. Cui ſimile ſi quis de noſtris quas in Eccleſia Dei deau
tamus imaginibus,iudicarit,fortè non errauerit.

Libro 2. dicit q̃ relegata longius puritate in ſola religio conſiſtat habitus ſuperfi-
cie. Hæc enim ſunt eius uerba. Monachorũ ſuperſtitiones de ueſtib. hiſce uerbis dam-
nat:ſtolidiſsimum cõiecto ad inæſtimabilẽ, quam ſuper omnia curare debet homo
ſalutem exterioris habitus, coloris et formę alimentorum q̃ in ſeceſſus tranſmitten-
dorum referrè differentiam. Maximè cum aula catholicorum ſummæ diuinitatis ac-
bitrio ſit longius amandata de ueſtibus ſolicitudo, nedum de colore ueſtis uel inci-
ſionis artificio. Item uehementer indice uagatur in uia uanitatis qui et in rerũ fortui-
tarum uarietate,ſuę ſaluti ponit animę. Eodem loco prolixè ſcriptor hic pergit recen
ſere corruptam uitam & ineptas ac impias ſuperſtitiones monachorum. B

Libro III. ſic ſcribit.

QVæ quia continuo uilię ſtillicidio noſtri temporis Eccleſię modernum labe
factant fundamentum: ne totum titubet ædificium fidei, eſt maximè uerẽ-
dum. Nullũ reuera ueluti mihi uidere uideor, hodie genus hominum (etiam
ſi mendax generalitati genus includatur negotiatorum) eſt ſordib. cupiditatũ deciſi-
bilius exæcatum: quàm ſiet miniſtri generaliter Eccleſiarum.

Ad hunc profectò uię finem uitæ peruenimus, quod quamuis ob omni munere manuali mundum omni uita probatum, hominem fieri contigerit ſacerdotẽ uel Epiſcopum: poſt breuem temporis à tempore promotionis excurſum: malè uitiatus multũ prorſus uitabit uitium. Virum ſuperficialiter prídé probum transformauit in furem, factum crederes lupum ex agno Lycaonicũ: Secularib. reb. implicitum ex mi-
lite diuino negotiatorem. His Cynicus quidam ſic competenter alluſit. Quum enim C
monaſticę uitę quendam, quem uitę ſuę ſanctitas cunctis cõmendauerat ad gratiam:
ad id (ut fit) conuocati in Epiſcopum cõſecrarent Epiſcopi, cuidam per eas fortè par-
tes tranſitum facienti, & quodnã conuentus ibi tot faceret Epiſcoporum, ſic Cynicè
reſpondit: Monachum inquit quendam promouendo perimant. Ad id quod ſupra
diximus, alludens. In 4. lib. de Papa hæc breuiter dicit. Quedam autem genera-
litas ſic eſt abſoluta ut pridem Principis, hodie ſummi Pontificis. Cũ ſummus Ponti-
fex de cęteris uoluntate eſt, inſtar ſacrilegij diſputare, ſegnius ad iuris oculo q̃ cæcuti-
enti reſpiciens æquitatem, eum, quem aduerſa pars petierit, paſsim petenti cõcedet
iudicem ad id ius eligendi iudicem, poſtulaturus ut eum quo libuerit flectat, et uel
amicitiam reſpicit, uel fatuitatem: Eſt autem cauendum, ut iuris ait peritus, ne is detur
iudex quem altera pars nominatim petierit.

Eodem libro de Clericis & Prælatis commemorat.

DEcætero, ſi Clericorum generaliter Prælatorum q̃ Eccleſiaſticorum deſcribere D
ſufficienter uellemus enormitates intus et in tergo ſcriptas, multò citius conſu
maretur Oreſtes. Illud reuera triuiale eſt et confeſſum, nec laicis etiam quod
Eccleſię nõ expediret eſt incognitũ, quod hoſtio ſibi quilibet Epiſcopandus nõ relec
rato, fractis ingrediatur parietib. ad Epiſcopatũ. Nec alij inferiorum ſecus cõſcendant
ad apices dignitatum. Atqui nunc̃ in curia niſi curioſus laboraueris uel grauidas æra
crumenas præſentaueris, ad Eccleſiaſticę dignitatis honorem promoueberis. Sine
horum ſubſidio literę nihil prorſus proderunt, ſed nec uirtus, nec religio. In tali caſu
literas uirtutes & moralia realis ſuperat allegatio: Vnde reor, quia promotos ſe
gloriantur pecunię per ſubſidium, exfrontiſſimi fiunt extortores poſtea pecuniarum.
Sed in hac me iudice uiri ſupreme delirant Eccleſiaſtici. Eodem libro ac eadem de
re. Sed quid dicemus de Rectorib. Eccleſię q uos Occidentales uulgariter nolunt
perſonas & certè ut in mera ſubſiſtamus ueritate nil boni citra mendaciũ de eorum
dicere poterimus uniuerſitate. Nam quid turpius deteſtabilius ue eſt, quã ex elee-
moſynis

A mosynis plus iusto superbire ex populorũ peccatis, per immundę uitium gulositatis intumescere: Illicitè petulantiarum superfluitati abutẽdo, spiritualib. lora laxare. Ad tales reuera tam generaliter Occidentales Ecclesiarum Rectores descenderunt, consuetudinum corruptelas: quod contra fas & pium clandestina cõtrahunt matrimonia: uel se concubinarum manifestè fœdant per contubernia, seq; uitia maculant per extra ordinaria. Inde est quod decore domus Dei spreto, penitus & animarum cura exfrontissimè declinetur ad illicita, intentionemq; suam sola dirigãt ad inania, quod res secundum iuris exigentiam, et forensis et Ecclesiastici, pauperib. erogandas, in luxu consumant & in luxuria.

Denicq; in 7. libro hæc scribit. Est enim prohibitum, ne clerici tabernas edendi uel bibendi causa ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi. Sed ad id hodie uentum est, quod et tabernas habent impunè staconnes, ergastia, cõcubinasq;
B uerè fouent, uel figuraliter tabernarias, & in tabernis non secus inebriantur quàm parasiti uel histriones. Nullam rem funditus infamẽ magis quàm parasitus uitant uoluptatem, nec illud quod humanam temperare solet societatem, nec stultiloquium nec scurrilitatem.

Nulla molesta magis res est deitatis honori.
Quàm uitio uictus, rudis absq; rubore sacerdos,
Nempe suum trahit ad uitium dux agminis agmen.
Sumit ab exemplo pecus argumenta regentis.
Grande, sibi licitumq; putat quod fecerit author.
Sed diuina domus Domini rectore sagaci,
Semper eget qui seruet oues sine sorde sequaces,
Indiga semper erit etiam pastore canino,
C *Qui canis est & homo benè circumlatrat ouile.*

Hayabalus.

TEstatur Henricus de Erphordia quod anno Do. 1345. sit Vinione à Clemente VI. uexatus quidã monachus Minorita nomine Hayabalus, propterea quod solitus est publicè concionari & affirmare, se diuinitus iussum cõcionari Ecclesiam Rom. esse Babylonicam meretricem, et Papam ac Cardinales esse meros Antichristos, Benedictum et Ioannẽ huius præcessores esse dãnatos, et alia cõplura huius generis. Dicit quoq; prędictus Chronographus, eadẽ illa eũ monachũ cõstanter et intrepidè corã Papa ipso, cũ accusaretur affirmasse, seq; diuinitus per uisionẽ esse discere iussum, et porrò si posset cõcionaturũ, Obiectum enim est eidẽ monacho, quod hæreticorũ libros haberet, quorũ nomina nõ indicantur, ut uerisimile ualde sit eum plurimos Papę errores animaduertisse, taxasse, et damnasse. Nõ satis clarè indicatur, quanam ratione illũ perdiderint. Sed tamẽ uidetur ex textu id propemodũ colligi
D posse, ꝙ sit in perpetuos carceres cõclusus. Accesit uerò nõ pœnitẽda historiola uexationi huius monachi, quod dum hic corã Põtifice accusatur, et ipse uicissim Papæ iniusticiam accusat, aduenit sacerdos, cũ Papali bulla quam ante Papæ pedes proiecit inquiens, accipe tibi tuam bullam, quandoquidẽ mihi prorsus est inutilis. Iam enim hic triennio institi et supplicaui, nec tamẽ mihi secundum hanc tuam bullam ius meum restituitur. Quo ueluti manifesto experimento fuit monachi accusatio Papalis iniusticię cõprobata. Verùm nõ fuit id illi misero impunè. Nam grauissimè uirgis cæsus, in carcerem unà cum monacho proiicitur, ubi fortè cum eo etiam computruit.

Parisiensis Episcopi.

MOnstratum est in plurib. huius catalogi locis, graues olim cõtentiones fuisse inter Clerum Gallicum, scholam et monachos mendicãtes. Nunc et hoc adiiciatur, testari Henricũ de Erphordia, adscripto etiã diplomate Stephani Parisiẽsis Episcopi, anno Do. 1324. dato, quod olim fortè circa 1300. et ante plures Episcopi Parisienses damnauerint, Thome monachi Aquinatis doctrinam. Non satis clarè explicatur in quib. partib, Sed tamen res non parui momenti fuisse, facilè ex illa bulla

liquet. Verùm prædictus Stephanus reuocat eas dãnationes in dubium, & uult esse A tantũ diſputabiles articulos. Vnde apparet paulatim magis ac magis mendicãtium monachorum ſuperſtitiones & impietates, fruſtra multis bonis repugnantib. inualu iſſe. Vtinam omnia illa cum monachis habita certamina publicè nota eſſent, procul dubiò multa præclara myſteria ueritatiſq; teſtimonia reuelarentur.

Godefridus de fontanis.

VIxit hic uir circiter ante annos 300. & ſcripſit contra monachos mendicantes præſertim id oppugnans, quod cum uitam ſolitariã profiteantur, uelint eſſe gubernatores Eccleſiarum et alios opprimant. Initio autem eius ſcripti habet quædam hiſtoria de certaminib. prælatorum Gallicorum cum monachis, quę quia ad noſtrum inſtitutum faciunt & alioqui ſcitu digna ſunt ad ſcribam.

Noueritis igitur quod prælati regni Franciæ conuenientes Pariſijs, longa ibidẽ præhabita deliberatione uocari fecerunt per præcones in ſingulis ſcholis, & rogari omnes magiſtros cuiuslibet facultatis, Bacularios et omnes ſtudentes, ut dignaren- tur uenire, ea, quę eis proponerent audituri. Cõuenerunt igitur die ſequenti Nicolai magiſtri omnes & ſcholares, et fratres de quolibet ordine potiores in ſalã Epiſco- pi Pariſienſ ubi erant quatuor Archiepiſcopi, et 20. Epiſcopi cõgregati. Surgens autẽ Archiepiſcopus Bituricen. magnus per omnia clericus, primò fecit ſermonẽ de chari tate, et fuit hoc eius thema: Fratres ut ſciatis quę ſit lõgitudo, latitudo, altitudo, et pro fundũ charitatis, et cõcluſit poſtea, quod uera charitas ipſos cõpelleret prouidere ſalu ti gregis ſibi cõmiſsi. Secundò concluſit, quod fortitudo charitatis ipſos armaret ad errantib. obuiandũ. Tertiò concluſit, q; ex debito charitatis & officij ſui ſi neceſſe eſſet animas pro ouibus ponere tenerentur. Quartò cõcluſit quod ex charitate quilibet de beret eſſe contentus ſuis, non officium alterius ſibi uſurpare, quia Eccleſiaſticus ordo cõfunditur, niſi unicuiq; ius ſuum obſeruetur. Sed heu hodie iſta charitas refriguit & C Eccleſiaſticus ordo penitus eſt confuſus: Quia multi falcem mittunt in meſſem alie- nam, ita ut iam Eccleſia monſtrum dici poſsit. Sicut enim in corpore naturali contin git, quod monſtrũ dicitur cũ membrũ unum alterius officium habet: Sic & in corpo re ſpirituali ſcilicet Eccleſia cum utiq; literati & prudẽtes fratres, uidelicet maiores et minores officium ſpecialiter nobis commiſſum occupant, ſed iniuſtè, cum nemo debeat ſibi honorem aſſumere, niſi qui uocatur à Domino tanquam Aaron. Quia ea- go ſuper iſto ſæpe rogari fecimus monachos perſonaliter per dominum Regem, & quoq; per alios magnates rogari fecimus, ut à noſtro officio ceſſarent, nec tamen fe- cerunt, ſed quoniam nobis inuitis prædicauerunt per ſingulas dioeceſes, et confeſsio nes audiuerunt, dicentes ſuper hoc priuilegijs Papalib. ſe munitos. Venimus ad uos, qui præſentes ſumus & habemus literas de rati habitione omniũ Epiſcoporũ regni Francię, ad cõquerendũ nobis de tanta fratrũ inſolẽtia, quia q; nos ſumus uos eritis. Credo enì q; nõ ſit hodie prelatus inter nos, qui de hac uniuerſitate nõ ſit aſſumptus. D

Rogamus præterea et rogari fecimus dictos fratres, ut dicta priuilegia mitterẽt ad ſedẽ Apoſtolicã à domino Papa lucidius interpretanda, q; ſimiliter facere renue- runt. Vt ergo diſcutiatis et uideatis, quid iuris illis cõceſſum ſit ex ipſis priuilegijs, de- creuimus uobis publicè legi. Et ſtatim quidã alter ſurgens in publico ambone legit priuilegia, et poſtea legit conſtitutionẽ Innocentij IIII. quæ his contradicit ut ibi oſten ſum fuit, & ad quam utrumq; priuilegiũ remittit, utpote illi cõſtitutionem derogans. Hæc cõſtitutio habetur in V. Decretalium, & incipit ſic. Omnis utriuſq; ſexus, &c. His lectis ſurrexit Epiſcopus Ambianenſis maximus Iuriſta, & de articulo ad articulum currens, oſtendebat liquidò per iura prædictę conſtitutioni in nullo per prædicta pri uilegia derogatũ, nec licere fratrib. cõfeſsiones audire, & pœnitentias iniungere ſine Epiſcoporũ & parochianorũ ſiue plebanorũ licentia ſpeciali, nullo fratrum in unico uerbo cõtradicẽte. Rogauit ergo dñs Epiſcop. uniuerſitatẽ ut eis in hoc caſu aſsiſtere dignarentur, quia ipſi ſimiliter oẽs et unanimiter deliniuiſſent uſq; ad ſanguinẽ tali iniuriq;

A iniurię obuiare. Hęc facta fuerunt die ſabbati Sequenti die dominica ſcilicet, unus de ordine Minorum apud fratres Maiores fecit ſermonem, quod prius, ut credo uiſum non eſt & paucis uerbis finiens ſermonem. Incepit loqui de materia ſupra dicta & replicãs ſingulos articulos prout poterat, melius ordine exponebat adijciens, quod ſi uoluiſſent dictis priuelegijs uti latius potuiſſent: dicebant etiam quod cum prędicta priuilegia impetrarent, dictus Ambianenſis Epiſcopus præſens exiſtens totis uiribus reſiſtebat, imò omnes prælati nuncios ad curiam miſerunt, & minimè proceſſerunt. Quia dum Papæ ipſi fratres modum utendi, quouſcũq; fuerant dictis priuilegijs uſi, ex ponerent. Papa reſpondit, Placet, Volunt autem, ait, & exigunt iterum prælati à nobis, ut mittamus priuilegia noſtra ad curiam, ut ad impetrandũ quod fatuũ nimis, eſſet, quia ſic daremus locum & occaſionem reuocationi nobis daræ poteſtatis: Prętea noſter Magiſter nouiter obijt. Magiſtrũ quoq; ordinis maiorũ pręſentę non habe

B mus, unde nõ immeritò de tam arduo facto pro toto ordine ſine illis nos intromittere non audemus. Rogamus igitur uos, ut nos excuſatos habeatis, & tam leuiter ad uerſum nos non moueamini, quia nequaq; uniuerſitatis uilius membrum ſumus.

Sequenti die agebatur feſtum conceptionis Beatæ Marię apud fratres Minores: & ecce unus Maiorum faciens ſermonẽ ad eundem finem, ut dicam breuiter, perdu cebat, & credo ibi impleta eſt Scriptura quæ dicit: facti ſunt amici Herodes & Pilatus ipſa die.

Cæterum in uigilia Beati Thomę iterum prælati præconizari fecerunt per ſcholas, ut omnes dominica tertia ſcilicet die, hora ſermonis ad S. Bernhardum conuenirent. Quod factum eſt, & ſurgens quidam magiſter in Theologia fecit ſermonem de hoc Themate: prope eſt dominus & multis authoritatibus & uerbis arguit generaliter illos, qui dominis & prælatis ſuis contemnerent obedire. Fine dato uerbis,

C ſurrexit Epiſcopus Ambianenſis cum quo tantum erat ibi Archiepiſcopus Remenſis & procedens in dicto themate ſcilicet prope eſt dominus omnibus inuocantibus eũ in ueritate, & diuiſit triplicem ueritatem iuxta illos uerſus qui in gloſſa decretalium ſæpe ponuntur. *Eſt uerum uitæ doctrinæ iuſticiæq;. Primum ſemper habe duo propter ſcandala linque.*

Oſtendens per multas authoritates Theologiæ Canonum, & legum, & euidentibus factis: Fratres non habere ueritatem uitæ, quia de hypocriſi ipſa arguantur manifeſtè nec ueritatem doctrinæ, quia corde fel gererent et ore dulcia prædicarent: nec ueritatem iuſticiæ, quia aliorũ ſibi officia uſurparent. Et his finem impo

D nens legi fecit iterum ibi dicta priuilegia cum dicta conſtitutione. Omnis utriusque ſexus, & applicans ſingula ſingulis lucidius oſtendebat per priuilegia ſæpedicta in nullo dictæ conſtitutioni, omnis utriusq; ſexus penitus derogari.

Hoc facto ait: audiui quod fratres dicebant, me præſentem fuiſſe, quando priuilegia impetrabant, & uerum eſt, imò cum ter ad me peruenirent fama huiuſmodi iui ad Papam reclamans & petens dicta priuilegia reuocari, ſed ſequenti die à domino Papa ad remotas partes ſuper arduis negotijs miſſus fuit, ita quod tunc de hoc finem habere non uolebat. Miſimus & poſtea nuncios noſtros pro eadem cauſa ad Curiam, quos fratres dicunt nihil profeciſſe, ſed falſum dicunt, quia literas nobis retulerunt potiorum in curia ſigillis ſigillatas quas domino Regi ſæpe oſtendimus & uobis omnibus oſtendere breuitet uolumus, quibus dominus Papa nobis promiſit dicta priuilegia, uel penitus reuocare uel interprætatione lucidius explanare, quas ſperamus ſub bulla, publica breui habituros. Adultimu m petiuit dominus Epiſcopus omnes cuiuscunq; nationis, ut hæc priuilegia tranſcriberẽt, & ad partes ſuas mitterent, ut omnibus appareat quid per prædicta priuilegia fratribus ſit conceſſum, ſuper his poſtea diſputatum fuerat à Magiſtro Egidio de ordine Auguſtini, qui modo melior de tota uilla in omnibus reputatur & determinatum fuit ab eodem, quod Epiſcopi eſſent in parte longius ſaniori. Quarum determinationem copiam propter nouitatem habere ad præſens non potui, ſi tamen habere potuero, mittere non tardabo.

Aetates Ecclesiæ.

DEscripsi ex ueteri quodam codice libellum, titulo De ætatibus Ecclesiæ, forte ante 200. annos scriptum: in quo breuissimè indicatur, quis status quoq; tempore in Ecclesia fuerit. præcipuè uerò in eo ostenditur, quàm fuerit primitiua Ecclesia aliena ab ambitionibus, & affectatione potentiæ, siue superioritatis: quę mala postea serò inoleuerunt. imò id quoque ibi non obscurè monstratur, olim Papam nullum planè primatum super alios sacerdotes ac Episcopos habuisse: sed paulatim creuisse, & tandem præsentis tyrannidis arcem occupasse. Verùm, adscribamus sanè totum eum libellum, quoniam omnino lectu dignus est: tametsi ualde uereacintegrum non esse.

Caput primum, De ætatibus Ecclesiæ.

COgitanti mihi, & cum animo meo sæpè repetenti, priorem illum Ecclesiæ Dei B
statum, & mirum pariter & indignum uideri solet, quòd unius Ecclesiæ statu
uarietates suscipiente, eò peruentum sit, ut nũc ablata ab oculis ueritate, nec antiqua religio, neque humanitatis ratio teneretur. Quamobrem perfectio ueterum seculorum mutata est. Ait enim quidam Metrista dicens:

Diuitias peperit, quasi mater honorificata,
Religio, quòd ait sententia Gregoriana:
Dum disciplina cessat, regnat q; simultas,
Deficit Ecclesiæ ueritas, perijt q; facultas.

Olim enim erant aurea secula, erat deuotio, feruor, religio, sancta mentis puritas, contemptus diuitiarum, & totius sanctimoniæ decus. Hæc tanquam mater honorificata pepererat diuitias: quia propter has, Reges & Principes amplissimis do- C
nariis Ecclesias & monasteria fundauerunt. Nunc uerò illa antiqua aurea secula gradatim ad argentea, deinde ad cuprea, & abinde ad ferrea descenderunt: quoniam summi Pontifices esse se pastores animarum obliti sunt, & in uirga ferrea, tanquam crudeles tyranni, incœperunt dominari, cõtra dictum primi pastoris Petri: Non quasi dominantes in clero, sed in forma sancti gregis.

Inde igitur uenit, quòd antiqua secula ad ferrea reducta, diuitias antiquas amiserunt: quia deuotio decreuit, & matrem extinxit filia.

Succedente uerò tempore, secula ferrea ad stannum peruenerunt: & inde ad ultimum & infimum metallum, quod est plumbum. Nunc uerò descendendo, ignoro me fateor, quomodo hoc nomen Papæ, ita iam restrictum sit, quòd soli Romano Pontifici adscribatur. Olim enim generale nomẽ erat, & pro omnibus Episcopis supponebatur. Vnde beatus Hieronymus in epistolis, quas ad Episcopos scripsit, eos Papas nominauit. Exemplum: Domino uerè sancto, beatissimo Papę Augustino. Sic D
& reliquis scribit, & in diuersis doctorum scriptis idem reperimus.

Primum legimus in epistolis Damasi Papæ, quòd præposuit nomen presbyteri suo nomini. Exemplum: Dilectiss. fratri Paulino Damasus. Per filium meum Vitalem ad te scripta direximus. Insuper & ipse Romanus Pontifex uocatur simpliciter sacerdos. Vnde in concilio Tauritano sic legimus: Illud decernit præterea sancta synodus, ut quomodo legatos Episcopi Galliarum, qui fœlici comitatu destinarunt, ut si quis ab eius communione se uoluerit sequestrare, in sanctæ pacis consortium suscipiatur, iuxta literas uenerabilis memoriæ Ambrosij, & Romanæ Ecclesiæ sacerdotis dudum latas, quæ in concilio legatis præsentibus recitatæ sunt.

Beatus tamen Bernhardus lib. 2. de Considerat. Romanum Pontificem exaltat & humiliat. Exaltat eum, dicens: Tu Princeps Episcoporum, tu hęres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus: Tũ es, cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Econtrà hunc humi-

A humiliat, dicens: Apostolis interdicitur dominatus, ergo & tu tibi usurpare aude, aut dominans apostolatum, aut apostolicus dominatum: planè ab alterutro prohibeberis. si utrumq; simul habere uelis, perdes utrumq;.

De dominio uerò Papæ idem Bernh. in dicto. 2. lib. ait: Vbi aliquando quispiã Apostolorum iudex sederit hominũ, aut diuisor terminorum, aut distributor terrarũ Stetisse denique lego Apostolos iudicandos, sedisse iudicantes non lego. Et lib. 1. inquit: Quænam tibi uidetur maior dignitas & potestas, dimittendi peccata, an prædia diuidendi? sed non est comparatio. Habent hæc infima iudices suos, Reges & Principes terræ, Cur fines alienos inuaditis? cur falcem uestram in messem alienam extenditis? non quia indigni uos, sed quia indignum est uobis, talibus insistere. Hæc enim terrena substantia, lites & causæ Papam excæcarunt, & eum tamen eleuauerunt, quod humilitatis pristinæ & innocentiæ primitiuæ oblitus est. Lego nempe in B Registro, quòd Antiochenus patriarcha benedixit beato Gregorio magno, & ipse iucundissimè cum omni ueneratione suscepit illam. Nonne maioris est, minori benedicere? Vtique.

Hic sanctus Papa noluit se uocari Papam, non Patriarcham, nõ Primatem seu Archiepiscopum: sed Episcopum, & seruum seruorum Dei se uocari uoluit. Nec uerò hoc fictè, sed uerè, uerbo, scripto, & exemplo ostendit. Nunc uerò hoc fictè fit: & ideo si uerum scribere uellent, utique deberent scribere, dominus dominantium, & similia. Patiuntur etiam, quod plus est, diuinas ascribi sibi laudes: & homines idolatrare faciunt, uel sinunt. Nam ambitiosi & auari, ut ea quæ petunt à Papa impetrent, eius humiles creaturas in suis supplicationibus se nominant. Diuinum opus est, creare: & C unus creator tantum est, ille qui creauit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui respicit terram, & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant. Absit ut homo mortalis, homo puluis & cinis, commune cum Deo nomen habeat: quod solius Dei proprium est, mortalis sibi uendicet.

De cura Papæ. Caput secundum.

BEatus Hieronymus super Epistolam ad Titum, loquens de statu Ecclesiæ primitiuæ, sic inquit: Olim idem erat presbyter, qui & Episcopus: & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego sum Cephæ: quoniam presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquam autem unusquisque eos quos baptizauerat, suos esse putabat, non Christi: in toto orbe decretũ est, ut unus de presbyteris superponeretur, & schismatũ seminatia tolerẽtur. Et paulo pòst ait: Sicut ergo presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ D cõsuetudine, ei qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos: ita Episcopi nouerunt, se magis cõsuetudine quã dispẽsationis Dominicę ueritate, presbyteris esse maiores, & in cõmuni debere Ecclesiã regere. Hæc ille. Quæro igitur, ubi erat tunc illa Monarchia, de qua nunc his diebus tam exquisitè disputatur? Vnde Romanus Pontifex sic exaltatur, ut semetipsum non cognoscat: unde & Monarchia dicitur. Idem beatus Hieronymus ad Rusticum Narbonensem Episcopum ait: Presbyteri negociorum ab initio iudices ordinati sunt, presbyteri sacerdotum intereſſe debent concilio: quoniam & ipsi Episcopi ut legimus, Episcopi nominantur, secundũ quod dictũ est ad Episcopum, Noli negligere gratiam, quæ tibi data est per impositionẽ manuũ presbyterij. Distinguitur autem à iuristis ipsa primitiua Ecclesia, in primam & secundam: unde Dinst. 93. legimus, dicitur: In prima primitiua Ecclesia commune erat officium Episcoporum & sacerdotum, & nomina erant communia, & officium erat commune. Sed in secunda primitiua Ecclesia cœperunt distingui & nomina & officia. Ergo ista nomina, presbyter, & Episcopus, erant prorsus nomina synonyma, & etiam administratio erat communis: quia communi consilio sacerdotum regebantur Ecclesiæ. Ex quo igitur differentia non fuit à principio, igitur ipsi prælati non

nimis

nimis ſuper ſacerdotes ſe debent eleuare. Et ob hoc benè dicit quarta Carthaginenſis ſynodus: Epiſcopus in quolibet loco ſedens, ſtare presbyterum non patiatur. Et eadem ſynodus: Epiſcopus in Eccleſia, in conſeſſu presbyterorum, ſublimior ſedeat: intra domum uerò, collegam presbyterorum ſe eſſe cognoſcat. Sed quia Epiſcopi ex communi decreto presbyteris cæteriſque inferioribus ſunt prælati, ideo & eorum curam gerere tenentur: & quia Romanus Pontifex omnibus prælatus eſt, ideo uniuerſalis cura ſibi tradita eſt. Vnde beatus Bernhardus lib. 2. de Conſid. ad Eugenium ait: Exi inquam in mundum, isq; creditus eſt tibi. Exi in illum, non tanquam dominus, ſed tanquam uillicus, uidere & procurare, unde exigendus es rationem. Et idem lib. 3. Non ſum tam rudis, ut ignorem poſitos uos diſpenſatores: ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Denique quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur: ubi neceſsitas urget, excuſabilis diſpenſatio eſt. Vtilis diſtinctio, quamuis non propria. Nam cum horum nihil eſt, non planè fidelis diſpenſatio eſt, ſed crudelis diſperſio. Quid ergo dicemus ad illas miſerabiles diſpenſationes, quæ modò fiunt? Quid dicemus ad hoc, quòd ipſi ſummi Pontifices circa oues ipſas ſibi commiſſas faciunt? quas non ſolum tondent, ſed etiam excoriant? Quid dicemus ad faſtum & ſuperbiam?

Beatus Bernhardus lib. 4. de Conſid. dicit. Tu paſtor procedis deauratus, tam multa circumdatus uarietate. oues quid capiunt? ſi auderem dicere, dæmonũ magis quàm ouium paſcua. Hoc ſic factitabat Petrus? ſic Paulus ludebat? Vides omnem Eccleſiaſticum zelum feruere pro dignitate tuenda? honori totum datur, ſanctitati nihil, aut parũ. Et idem oſtendens Papæ uiam rectam, per quam ambulet, ait: Conſideres ante omnia ſanctam Romanam Eccleſiam, cui Deo auctore præes, Eccleſiarum matrem eſſe, non dominam: Te uerò non dominum Epiſcoporum, ſed unum ex ipſis. Porrò fratrem diligentiũ Domini, & participem timentium eum. de cætero oportere te eſſe conſidera formam iuſtitiæ, ſanctimoniæ ſpeculum, pietatis exemplum, aſſertorem ueritatis, fidei defenſorem, ductorem gentium, Chriſtianorũ Ducem, amicum ſponſi, ſponſę paranymphum, cleri ordinatorem, paſtorem plebium, magiſtrũ inſipientium, refugium oppreſſorum, pauperum aduocatum, miſerorum ſpem, tutorem pupillorum, iudicem uiduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum ſenum, ultorem ſcelerum, malorum metum, bonorum gloriam, uirgam potentum, malleum tyrannorum, Regum patrem, legum moderatorẽ, canonũ diſpenſatorem, ſal terræ, orbis lumen, ſacerdotem altiſsimi, uicarium Chriſti, Chriſtum Domini, poſtremò dominum Pharaonis. Ecce quàm pulchrum, quàm uigilem, quàm plenum charitate depinxit hominem. Sed ubi iam taliſ: totum nunc peruerſum eſt, autorum obſcuratum eſt, & mutatus eſt color optimus. Sancti uiri paſtoralem curam ſuſcipere trepidabant: nunc uerò ad illas indigni currunt.

Sanctus quoque Baſilius, omni uirtute redimitus, quid de ſe ſenſit audiamus, ait ipſe in dialogo lib. 6. Cap ii. ſcribens ad Chryſoſtomum ſic: Ex illa die, ex quo id in meam notitiam de ſacerdotij cauſa detuliſti, frequenter prope periculum fui: tantus me terror & tantus inuaſit defectus. Conſiderans enim ſponſam Chriſti, & eius ſanctitatem, & ſpiritualem pulchritudinem, ornatumq; eius, atque prudentiam: & cogitans uitæ meæ mala, perſiſtebam ad illa, & me aliqualiter lugens, angustiansq; hebeſcebam apud memetipſum dicens: Quis putas dedit tale conſilium? Aut quid tam grauiter Eccleſia deliquit? Quid eſt quòd adeò exaſperatus eſt, ut eam ſinat mihi tradi, & tam magno dedecori ſubiacere faciat? Hoc crebrò apud memetipſum cogitans, incontentiſsimeq; mihi iraſcens, neq; conſiderationem ſuſtinens, ſicut morbo aliquo ac dolore percuſſus, ſtratus iacebam in terra, & nec audire aliud poteram, nec uidere. Sic & beatus Gregorius fugit, & latuit. Sic omnes ſancti ad curam animarũ accedere trepidabant.

Capitulum tertium, De ætatibus Eccleſiæ.

Non incitę

A NOn inscitè Seneca. Romanæ urbis tempora distribuit per ætates: melius tamen et perfectius tempora Ecclesię per ætates distribuuntur. Infantia quidem post ascensionē Christi incœpit, quamuis de Christi latere fluens antè uidetur nata. Hanc eius infantiam sacra Actuum historia pulcherrimè describit. Vnde B. Hieronymus in prologo eiusdem, qui quidem prologus est epistola ad Paulinum, ubi ait: Actus Apostolorum nudam quidem sonare uidentur historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere. Hæc quidem infantia munda erat, sancta erat, & Saluatoris pabulo nutrita. Pueritia Ecclesię, seu magis propriè loquens, puellarum ætas incœpit ab eo tempore, quo beati Apostoli ab inuicem diuisi sunt, ut in omnem terram exiret sonus eorum, & in finem orbis terrarum eorum procederent uerba: quoniam unum dogma, unam symboli formam prædicare cœperunt: & ex eo tempore ipsa mater nostra sancta Ecclesia aucta fuit, & discipulis plurib. institutisq; formata. Tunc
B enim quilibet Apostolorum dicere potuit cum Euangelico Esaia Prophera, Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus: cum Petrus ntio Achenis uerbum uitæ prædicauit, Paulus Græciam à prauis traditionibus & erroribus antiquis, ad ueritatis uiam direxit, Andreas Achaiam conuertit, Iohannes ipsam Asiam in septem Ecclesias diuisam fidei luce illustrauit, Matthæus Aethiopes horridos agni uestiuit uellere, Thomas Indiam, cæteriq; Apostoli suas prouincias ad Christi fidem, ad ueritatis agnitionem, uerbo prædicationis induxerunt.

Adolescentia uerò incœpit, cum iam dilatata fide, etiam illi qui ex gentibus ad fidem Christi sunt conuersi, martyrium pati nequaq; timuerunt: sed constanter, alacri & iucundo corde tyrannis insultabant, ut Christo placere possent, & uniri sibi. Tunc enim ij qui pòst Gallilæi dicti sunt, Christiani sunt uocati: quod tamen nomen
C in Antiochia habuit ortū. De quo nomine in Esaia dicitur: Et uocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit, de quo gloriamur, quòd à Christo Christianus deriuatur.

Iuuentus autem ab eo tempore uidetur incœpisse, quo pax Ecclesiæ donata fuisse legitur: tunc deniq; confirmatis uiribus florere cœperunt, tunc Ecclesiarum prælati cōuenerunt, et synodos celebrabant, errores extirpabant, et destructis Deorum templis Ecclesias erexerunt. Virilis ætas, seu propriè loquendo, ætas fœminea, utin sexu maneamus, incœpit ab eo tempore, quo Bonifacius 4. obtinuit ab Augusto Phoca, ut Ecclesia Romana caput esset omnium Ecclesiarum. Quia Ecclesia Constantinopolitana primam omnium Ecclesiarum se scribebat. Legimus autem, quòd in Constantinopolitano concilio decretum est, ut illa Constantinopolitana sedes similia priuilegia, quæ ampla Roma habet, accipiat: & quòd in Ecclesiasticis rebus magnificetur, ut illa. Et in Chalcedonensi illud confirmatum legimus: sed additur ibi, ut sit secunda: nullibi autem legi, Constantinopolitanæ concessum sedi, ut sit prima, & quòd ante Romanam nominari debeat. Cum autem Phocas Cæsar sic Ro-
D manam Ecclesiam sublimauit, benè sancta Ecclesia ad uirilem & potentem statum uenit.

Senilis ætas orta est ab eo tempore, quo Orientalium Christicolarum quatuor patriarchales Ecclesię, à Romana Ecclesia sunt diuisæ: tunc senuit, & tandem languida morbidaq; facta est. Creuerunt tandem uitia, & schismata surrexerunt: Ecclesiæ flos decidit, & robur eius perijt. Ismahelitæ confortati, illam terram sanctam olim Patribus promissam, & ab eorum filijs possessam, pedibusq; sanctissimi Domini nostri Iesu Christi calcatam, passione & eius sanguine precioso consecratam, & sepulchro suo redimitam, expulsis Christianis in possessionē receperunt. Vnde illud propheticum, quod in principio Psalmi scribitur, impletum est: Deus uenerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiā. Posuerunt morticinia seruorū tuorū, escas uolatilibus cœli, carnes sanctorum tuorū bestijs terræ, &c. Domine Iesu Christe, respice de sanctuario tuo, & de excelso cœlorum habitaculo, super sponsam tuam, sic humiliatam &

afflictam

afflictam: & libera terram tuam ab ijs, qui sponsam tuam & te oderunt. Resuscita A
Romanum imperium, heu dolor, collapsum, ad conterendam Agarenorum pote-
statem: qui non in te Domine, sed in sua feritate confidunt.

Caput quartum, De infantia Ecclesiæ, & eius pueritia.

FVndamenta sunt iacta, fundandam desuper necesse est infantiam Ecclesiæ ag-
grediamur. Legimus igitur in libro 2. Ecclesiasticæ historiæ cap. 1. ubi Eusebius
allegat Clementem in 6. Disputationum libro, sic in forma: Petrus enim, inquit
& Iacobus, & Iohannes, post assumptionem Saluatoris, quamuis ab ipso fuerint
omnibus penè prælati, tamen sibi non uendicarunt primatus gloriam: sed Iacobum,
qui dicebatur iustus, Apostolorum Episcopum statuerunt. Ex his uerbis uidetur con
cludi, quòd Iacobus super Apostolos accepit principatum, quia Apostolorum Epi- B
scopus factus est. Episcopus autem superintendens dicitur, & sedem Domini Iesu
suscepit possidendam. In tertio uerò libro ait: Post martyrium Iacobi, & continuo
consecutum excidium, trahitur, Apostolos cæteros & Domini discipulos, qui ad il-
lud tempus reliqui erant, in unum è locis omnibus conueniisse simul, cum ijs qui pro
pinqui secundum carnem dicebantur, & habuisse commune concilium, quem opor
tet dignum successorem Iacobi iudicari: omnesq; uno consilio atque uno consensu
Simonem filium Cleophæ decreuisse, cuius mentio in Euangelijs facta est, ut Epi-
scopatus sedem susciperet. Inuenimus adhuc aliquam prælaturam Petri.

Eamus igitur ad Actus Apostolorum, & uideamus quid dicant de synodis. Le-
go ibi c. 1. quòd Apostoli synodaliter congregati, elegerunt per sortem Mathiam in
locum Iudæ traditoris. Lego deniq; cap. 6. quòd secunda synodus celebrata est, de
qua sic dicitur: Conuocantes igitur multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est C
æquum nos derelinquere uerbum Dei, & ministrare mensis, &c. Elegerunt ergo
tunc septem diaconos. Tertia synodus Apostolica habetur Act. 6. cum Apostoli au-
dierunt, quòd Samaria recepit uerbum Dei, miserunt ad illam Petrum & Ioannem.
Synodus quarta habetur Act. 2. Peruenit autem sermo ad aures Ecclesiæ quæ erat
Hierusalem, & miserunt Barnabam usq; ad Antiochiam. Quinta synodus legitur
Act, 13. ubi dicit Spiritus S. Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod ad
sumpsi eos. De sexta synodo scribitur Actorum decimo octauo. Ibi Iacobus Apostolo
rum Episcopus, secundum prius dictum eiusdem historiæ Ecclesiasticæ, dictauit sen-
tentiam dicens: Notum est à seculo Domino opus suum, propter quod ego iudico
non inquietari illos, qui ex gentibus conuertuntur ad Deum: sed scribere ad eos, ut
abstineant se à cõmunionib. simulachrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sangui
ne. & subditur: Tunc placuit Apostolis & senioribus cum omni Ecclesia, eligere ex
eis uiros, & mittere in Antiochiam cum Paulo & Bernaba, Iudam, Barsabam & Si-
lam, uiros primos in fratribus, ijs qui sunt Antiochiæ & in Syria & Cilicia, fratribus D
ex gentibus salutem. Hæc sunt concilia ab Apostolis celebrata: nec ab ipsis solum, ue-
rùm etiam à cunctis Christi discipulis.

Caput quintum, De pueritia Ecclesiæ.

VEniendum nunc est ad pueritiam. Post Apostolorum diuisionem, cum B. Pe-
trus Antiochiam uenit, ibi sedit, & uerbum Dei tanquam fidelis dispensator
seminauit. ibiq; discipuli ab Angelo Dei uiri Galilæi nuncupati, nouum no-
men acceperũt: quia Christiani sunt uocati, & expletis annis, Romam uenit. Cui Pau
lus iunctus est: & secundum historiam Ecclesiasticam, non solum Petrus illi Ecclesiæ
præsedit, sed cum eo etiam & Paulus. Vnde 51. c. dicitur: Fundata igitur & ædificata
Ecclesia, beati Apostoli Lino officium Episcopatus iniungunt, huic succedit Anacle-
tus, post quem tertio loco Episcopatum suscepit Clemens. Iis quidem uerbis præmi-
sit hæc dicens: Qua tempestate in Roma Clemens quoque tertius post Paulum &
Petrum

A Petrum Pontificatum tenebat. & lib. 4. inquit: Alexander Romæ quinta succesio-
ne post Petrum atq; Paulum plebis gubernacula sortitus est. Tunc enim ubique, non
in Iudæa tantum, disseminabatur uerbum Dei, per uniuersam regionẽ, & discipuli re
plebantur gaudio & spiritu sancto, & sagena missa est in mare, quæ ex omni genere
piscium congregauit bonos & malos. De malis erat, Nicolaus unus de septem diaco
nis, in hæresim lapsus: Simon Magus, Ananias & Saphira, qui puerilem Ecclesiæ sta-
tum impetere nitebantur.

Cap. VI, De adolescentia Ecclesiæ, & iuuentute.

PVerilibus annis iam transactis, adoleuit Ecclesia, & accepit robur. Nam Christi
fideles fortes facti sunt in bello tyrannorum minas contempserunt: ad diuersa
supplicia ducti, mortem non timebant. Quia ibant à conspectu concilij gauden
B tes, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Sed non omni-
bus hæc gratia data est, quia multi retrorsum abierunt: nec solum de minoribus, sed
etiam de maiotibus & columnis, imò de maximis. Marcellinus Papa propter me-
tum pauoris, & crimen auariciæ, grana thuris obtulit. Sed tamen conualuit de infir-
mitate, & fortis factus est in bello: qualiter congregauit Episcopos, qui congregati
non deposuerunt eum. oportebat enim reatum proprium confiteri. Pòst, eius con-
fessionem subiunxit dicens: Verè me auarum corrupit aurum. Glos. uerò dicit 21. Hinc
autem reddit rationem, qualiter Episcopi non deposuerunt eum, dicens, quòd para-
tus erat corrigi. Et subdidit: Licet enim Papa sit hæreticus, uel alius malus, si tamen
paratus est corrigi, non deponatur: ut 24. q. 3. Vel idcirco non debebant ipsum depo
nere, quia coactus fecit. Sed in ueritate hæc ultima causa assignatur minus benè, &
omnino non ualet: quia propter nullam causam debet homo idolis immolare, &
C recedere à Deo suo & quia pastor gregis Christi fuit, ideoq; grauius peccauit: pastor
tenetur animam suam ponere pro ouibus suis. Verior causa huius rei est, quia non
erant synodaliter congregati, qualiter ipsam uniuersalem Ecclesiam representare ne
quaquam poterant. Nemo enim primam sedem iudicare debet, sed hoc pertinet ad
dominam & reginam sponsam Christi, cuius seruus & dispensator est Papa, quam
uniuersales synodi representant. Subscripserunt tamen in eius damnatione Episco-
pi, & damnauerunt eum extra ciuitatem: & Melchiades Episcopus subscripsit prius
in eius damnationem.

De adolescentia uerò, uirgo mater sponsa Christi ad iuuentutis statum largo
Dei dono gradatim ascendit, quando Constantinus contemptis idolis, nomẽ Chri
sti confiteri cœpit, & hoc edicto publico scribere iurauit, quod quidem sic incipit: In
nomine sanctæ & individuæ trinitatis Patris & Filij & Spiritus Sancti, Imperator
Cæsar Flauius Constantinus, in Christo Iesu, uno ex eadem Trinitate sancta saluato-
re Domino Deo nostro, fidelis, mansuetus, beneficus, Alemannicus, Gothicus, Bri-
D tannicus, unicus, pius, fœlix, uictor & triumphator semper Augustus, &c. Atque hoc
quidem tempore patres Christianæ plebis in unum conuenerunt, & synodos con-
uocabant, in quibus ea quæ sunt fidei inter se tractabant. Ante enim hæc tempora fœ
licissima, propter persecutionis rabiem, non poterant in unum congregari. Legimus
tamen in 2. libro Ecclesiasticæ historiæ, quòd in Cæsarea Palæstinæ synodus celebra-
ta est persecutionis tempore, sub sancto Victore Papa & martyre, longè ante Nicænã
synodum. Similiter Gangrense concilium, & quædam alia eodem tempore sub san
cto Victore: sed magis absque timore, à tempore Constantini incœperunt, ex qui-
bus quatuor maximæ authoritatis apud patres ueteres extiterunt, in quibus hære-
ses eradicatæ, orthodoxa fides explanata, & Christianæ religionis uitæ forma est
in his depicta. Ibi confusi sunt, qui malè in fide senserunt, & praua dogmata se-
minauerunt: ut puta Arrius, Macedonius, Eutyches, Sabellius, Nestorius,
Dioscorus, Manes & Heluidius, cæteri que prauorum dogmatum assertores. Tunc

ordinatę ſunt patriarchales ſedes: ibi ſtatutum eſt,quòd Romanus Pontifex non de A
bet appellari primæ ſedis Epiſcopus,nec uniuerſalis eſt appellandus. Et in ſanctiſsi=
ma Nycæna prima ſynodo ſcriptum eſt,c.6. Mos antiquus perduret in Aegypto, uel
Libya & Pentapoli, ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatẽ,
quoniam quidem & Romano Epiſcopo paríis mos eſt. Nunc uideatur gloſ. quæ
habetur Diſt.95.an textui ſit forma conſona,qua dicitur in quibuſdam quod uterque
deponit Epiſcopos: uel dic, Romano, id eſt Conſtantinopolitano, quia ſancti Pa=
tres benè expreſsiſſent,ſi ſic deberet intelligi. Conſtantinopolitanus autem tempore
primæ Nycenæ ſynodi ſimplex Epiſcopus erat, & in ſynodo Conſtantinopoli ce=
lebrata, priuilegium Alexandrini patriarchę ad Conſtantinopolitanum Epiſcopum
eſt translatum.& ut clarius pateat, gloſſam illam textuí nõ cõgruere,uideamus quid
inſuper dicat Eccleſiaſtica hiſtoria.Dicitur ibidem lib.10.Cap.6. Sicut apud Alexandri
am & in urbe Roma uetuſta conſuetudo ſeruetur: quia uel ille Aegypti, uel hic ſubur B
bicarum Eccleſiarum ſolicitudinem gerat. patres enim priſci temporis nolebant Ro
manum Pontificem ſic attollere,ſic deificare,quemadmodum hiſce diebus fieri con
ſuetum eſt.

Caput ſeptimum, De uirili ætate Eccleſiæ, & eius ſenectute.

VIrilis ætas perfectus hominis ſtatus eſt. Eccleſia deniq; catholica in infantia
erat innocens,& munda: in pueritia creuit,& dilatata eſt. in adoleſcentia au=
ęta roborataq; eſt, ſed plurimum paſſa in iuuentute, ab hæreticis infeſtata eſt,
& per ſchiſmata diuiſa. Nam Conſtantinopolitanus uniuerſalis uocari uoluit, Ro=
manus uerò in contrarium laborauit. Ob hoc ille magnus beatus Gregorius, per
epiſtolas & ſcripta huius præſumptionis audaciam molitus eſt extinguere. Phoca C
uerò imperante,hoc ſchiſma penitus eſt extinctum. nam Bonifacius quartus ab eo=
dem Cæſare obtinuit,ut Eccleſia Romana caput eſſet omnium Eccleſiarum. Ab eo
igitur tempore ſancta mater Eccleſia, euacuatis ijs quæ erant parulæ, ad fœmine=
am ætatem per gratiam largitoris omnium uiriliter aſcendit. Imperatores clemen=
tiſsimi Eccleſiam defenſabant,largè munera ipſi tribuebant,& à tyrannotum inſul=
tibus ipſam liberabant. Ius habebant non ſolum ordinandi ſedem Apoſtolicam,
ſed etiam omnes Eccleſias cathedrales. Reperio quidem, quòd ipſi Pontifices Ro=
mani nunc eligebantur à populo,nunc ab Imperatoribus: & nonnunquam ab Im=
peratoribus ſimul & à populo. Pelagius ſecundus eſt electus abſque iuſſione Princi=
pis. Inſuper omnes Romani, tam clerus quàm populus,una uoce Leonem in ſum=
mum Pontificem elegerunt.

De Imperatoribus exempla legimus. Nam Leo Alemannus à Cæſare eſt ele=
ctus, quo defuncto, cum ipſe Cæſar nullum Teutonicorum poſſet inducere, ut Pa=
patum ſuſciperet,Brunonem Tullenſ. Epiſcopum ad hoc inclinauit: qui ad urbem D
ueniens, & ex hoc habens conſcientiam, omnino reſignauit, & poſt hoc miraculis
claruit. O quis eſt hic & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in uita ſua. Iam aſpi=
rant miſeri, iam ambiunt & quærunt gloriam. Vbi ſunt illi, qui dicunt Papam non
poſſe reſignare? De utriſq; legimus clara facta. Nam Vitalinus electus à populo, nun
cios direxit ad Cæſarem, iuxta conſuetudinem ſignificans de ſua ordinatione, ut &
ipſius conſenſus adeſſet. Quod autem iura dicunt, quòd in concilio Romano Adri=
anus Papa dedit Carolo Magno ius eligendi Pontificem,& ſedem Apoſtolicam or
dinandi, & Archiepiſcopos & Epiſcopos ſecundum ſingulas prouincias inueſtitu=
ras ab ipſo recipere, uerum dicunt: ſed quòd Imperatores ante illud tempus: hoc
non habebant,nequaquam ita eſt. Nam hic Vitalinus longè ante illa tempora fuit.

Deniq; ſummi Pontifices ad diuos Imperatores oculos dirigebant, & coram
ipſis ſe purgabant. Vnde Sixtus,congregata ſynodo 58.Epiſcoporum, coram Augu=
ſto Valentiniano purgauit ſe de crimine,à Baſſo quodam ſibi impoſito: & Syma=
chus S. con=

A chus S. conuocato concilio CC. & VI. Episcoporum, etiam expurgauit se de crimine falsi, & cum gloria restitutus est. Vnde patet, quòd Imperatores prærogatiuam magnam habuerunt tam in concilijs, ut in superioribus dictum est, quàm in electione Romani Pontificis, & ordinatione sedis Apostolicæ, nec non inuestitura Archiepiscoporum Episcoporum & regalium Abbatum. Vnde ditatæ sunt Ecclesiæ, & prælati in superbiam sunt erecti. Cum igitur Ecclesia in perfectam libertatem uelut in religionem creuit, & simul in delicijs: sed tandem emarcuit, & senuit, & rugosa facta est, insuper diuisa est, & scissa.

De schismate Vrb. VI. & Cle. VII.

B Circa annum domini 1380. fuit longissimum schisma, de quo Niemus illorum Paparum intimus diligentissimè scripsit. Eo tempore multa à multis scripta & dicta sunt de Paparum ambitione, decq; corruptissimo Ecclesiæ statu. Inter alia habeo etiam libellum de concilio, cuiuspiam non sanè indocti uiri, qui præterquàm quòd probat, concilium esse ad tollendum illud schisma necessarium, ac esse supra Papam, & Papam errare posse: etiam multa in concilio corrigenda utiliter proponit. quorum aliqua ordine recensebo. De minuenda Prælatorum & Cardinalium pompa, quos dicit ita opibus (quando quidem aliqui 200. aliqui etiam 300. beneficia tenent) & fastu inflatos & dementatos, ut fermè ignorent sese homines esse. De creandis Cardinalib. ex omnibus nationibus. Quòd clerici Ecclesiasticos redditus tot piter in equos & canes profundant, neglectis pauperibus, neglectisque Ecclesiarum ædificijs, quæ etiam in celeberrimis locis, ut Romæ, planè corruant. De corrigendo abusu clauium: temerè enim excommunicari homines. De moderandis litibus quę etiam in modicis rebus iam planè immortales fiant. De corrigendo uestitu clericorum, qui iam magis milites quàm clerici uideri uelint. De corrigendis itē monachis, qui sese iam fermè totos negocijs politicis & congerendæ pecuniæ dediderunt. Quòd non sit permittendum, ut Papa tradat Ecclesias, quibus uelit. commendare enim eum plerunque exteris & indignis. De corrigendis monasterijs: quòd fœmina tum monasteria sint in lupanaria, monachorum in tabernas, & alia templa in latronum spelunças uersa. De minuendis picturis, & imaginibus, quæ simplicibus idolatriæ occasionem dent. De minuendis monachorum ordinibus & uarietatibus. De cohibendis exemptionibus & priuilegijs Paparum. De non augendo sanctorum ac festorum numero. De explodendis ex templis scriptis apocryphis fabulosis. & de tollenda opinionum uarietate ac discordia: ut in materia conceptionis beatæ Virginis, &c.

Nouus status Ecclesiæ.

D Inueniuntur in uetustis codicibus Bibliothecarum carmina quædam non insicta, cum præfatione ac epilogo solutæ orationis, & hoc titulo, De nouo statu Ecclesiæ. Nam in eo carmine confert author, quicunque ille demum fuit, ueterem Ecclesiæ statum, cum eo qui iam est: ac ostendit, quantum non tantum in moribus, sed & officio, clerus à pristino statu degenerauerit. In præfatione dicit, Iustinianum prohibuisse clericis omnia politica & secularia, ut uocant, negocia: sed iam eos totos illis immersos esse, in ijs que se turpiter gerere, posthabito Dei timore. Id uerò etiam ideo accidere quia nullus magistratus sit, qui eos castiget, eorum ue errata corrigat. Sic quoque de pastoribus gregis Christi, id est, de clericis scribit.

Nomen habens, non officium pastoris adimplet,
Qui terrendo lupos, fit lupus ipse rapax.
Eligitur, quo negligitur plebs publica, pastor
Qui tondens auido gutture sorbet oues.

Talia pluta carmina sunt in eo poëmate. Suspicor circiter ante ducentos annos

esse ab aliquo pio homine, qui Ecclesiæ corruptissimum statum deplorare uolue- A
rit, conscripta.

Ioannes Vunschelbergius.

IOannis Vunschelburgensis, theologiæ doctoris Germani, De signis & mira-
culis falsis liber extat, nondum impressus. Vixit circa annum Do. 1400. - Re-
censet in eo aliquot fallacias auarorum sacerdotum: ut de imagine Christi Iudan
te, de rubigine in manubrio crystallino pro sanguine Christi Cracouiæ adorato: de
cesina ex lignea imagine defluente, & eodem modo pro Christi sanguine habita. De
sacerdote Bohemico, qui suo sanguine ad decipiẽdum populum tinxit hostiam de
mentito sanguine Christi in Vuelsnach, oppido Saxoniæ, cuius causa eum librum
de superstitionibus: uir, ut apparet integer, & amans Ecclesiasticæ ueritatis.

Reperi in quodam manu scripto codice narrationem, de eius quadam con- B
cione in oppido Bauariæ Hamberg habita, cuius aliqua fragmenta aut excerpta ad-
scribam. Inquit igitur: Anno Do. 1439. ipso die S. Bartholomei Apostoli uenerabilis,
uir egregius magister Ioannes Vunschelburg sacræ paginæ professor, oppidiq; Ham
berg prædicator eximius, in Ambone præfati oppidi Ecclesiæ S. Martini uerba se-
quentia intonauit. Gamaleon beatus uir, & excellentis religionis consanguineus Bo
nifacij Papę, qui sanctus est, habuit quandam uisionem de statu Ecclesię, quem habi-
tura esset ante diem nouissimum, &c. Item quartus gladius sciant Regem Romano-
rum terribilem, & ille faciet malum in Ecclesia Dei, de quo Ierem. 6. Ecce populus
ueniet de terra Aquilonis, & gens magna consurget, quæ sagittam & scutum accipi-
et, crudelis est & non miserebitur. Vox eius quasi mare sonabit, & super equos ascen
dent præparati, quasi uir ad prælium aduersus te filiam Sion, id est Ecclesiam san-
ctam. Item paulo post.

Armatus uir est Imperator, qui ueniet à meridie (nempe C.V.) qui incipit malum C
Ecclesię, & malum habebit ortum. Ille coronabitur à Papa, & maiorem Italiam sibi
subiugabit, & auferet potestatem à Teutonicis. Et hi Teutonici eligent sibi Impe-
ratorem de Alemannia alta, id est Rheno: & ille faciet in Aquisgrano cõcilium secu-
lare, & ponet Patriarcham in Moguntiam qui coronabitur in Papam. Et Impera-
tor electus inuadet alium Imperatorem, & occidet eum. Et Roma non curabitur, &
sedes Apostolica cooperietur. Et omnis spiritualitas exibit à Moguntia, & possessio-
nem auferent ab Ecclesia, & occidentur sacerdotes, &c. Hæc ille. Quæ uidentur non
prorsus malè nostra tempora exprimere.

Ciuitatensis Episcopus.

INseruit Hermannus Rid suo libello de Vita & honestate clericorum, partem
concionis Episcopi Ciuitatensis, qua ille accusauit, & deplorauit perditissimum
cleri statum, summamq; tũ eorum uitæ turpitudinẽ, tum officij neglectionem. D
Cuius unum aut alterum dictum hisce meis breuiter interseram, ut inde de tota ea
oratione iudicari, uel potius diuinari possit.

Quid dicam, aut ultrà adijciam, de statu clericorum? Nam, ut uideo, populus
iste duræ ceruicis est, & in iniquitatibus suis uenditus, & in sceleribus suis pertinax.
Vocaui eum, & non erat qui audiret: Esa. 63. Si uerò luxuriam, auaritiam, superbiam,
simoniam, ac cætera clericorum uitia profundius tractare præsumpsero, fantasticus,
ac præsumptuosus totaliter promulgabor, atq; de mendacio arguar, & effundam ser
monem (contra doctrinam sapientis) ubi non est auditus. Sed uæ mihi, Isaia teste, si
tacuero. Populus enim iste, scilicet ordo sacerdotalis & clericalis, ad iracundiam pro
uocans est, & filij mendaces, nolentes audire uerbum Dei: qui dicunt uidentibus,
Nolite uidere: & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: loquimini
nobis placentia, uidete nobis errores, cesset à facie uestra sanctus Israel. Propterea,
quia probastis uerbum meum, & speraſtis in tumultum, erit uobis iniquitas hæc
sicut

A sicut interruptio cadens de muro excelso. Quoniam subitò, dum non speratur, ue-
niet contritio eius, & comminuetur: sicut conteritur lagena figuli contritione uali-
da. Narrauerunt iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. A ueritate enim tales audi-
tum auertunt, & ad fabulas conuertuntur, 2. Timoth. 4. &c. Et paulo post.

O cæcus. Nam si subditi, intelligentes prælatorum ac rectorum leuiter
saltem negligentias & uitia tetigerint, ac sacrorum canonum & diuinorum eloquio
rum testimonia adduxerint, tot indirectis increpationibus, iniustis grauaminibus,
depressionibus, humilitatibus ac contumelijs afficiuntur: imò tanquam fantastici,
& cauteriatas erroneasq; conscientias habentes contemni, & non audiri dicuntur,
quod etiam ex hoc præ humana infirmitate interdum commouentur se defenden-
do, à quo contrà prælati sibi occasionem suscipiunt eosdem quasi iustè deprimendi
& humiliandi, ô nimis stupenda, & uerè culpanda uæsania. Quid perniciosius,
B quidue à salute remotius, quàm illos detestari, & illorum hortamenta in fabulas
conuertere, qui eos satagunt ad salutem reducere, & se letaliter uulneratos sanos æsti
mare? Tales sunt prælati & rectores, qui districtè aliorum uitia reprehendunt: sed
cum ipsis uel leuiter resistitur, uel cum culpa eorum redarguitur, mox ad hæretico-
rum fructum, qui (secundum Originem) suos reprehensores persequuntur, se confe-
runt, & tanquam carnales dissensiones fructificant.

Sundt Ciuitas.

C Irca annum Domini 1407. prohibuit senatus Sundensis (quæ est ciuitas ad ma
re Balticum sita) ciuibus, ne tam sumptuosas & immoderatas exequias suis
mortuis porrò facerent, sicut antea fuerant soliti facere: quòd ea ratione ad ex-
C tremam paupertatem redigerentur, ciuitasq; tota attenuaretur. Interesse enim etiam
reipublicæ, quomodo ciues suis fortunis utantur. Hac quasi cohibitione rapinæ ue-
lut grauissima iniuria cõmotus Conradus Bonoluen plebanus in Voghedeshagen
præcipua totius ciuitatis parochia, factus est hostis ciuitatis. Cœpit coacta latronum
manu non tantum rapere & agere res Sundinensium, sed etiam quibusdam pedes
& manus præcidere. Qua iniuria uulgus concitatum, quosdam sacerdotes ex eo-
rum cõplicibus igni in ciuitate exusit. Vnde porrò etiam maiores lites exortæ sunt.
Nam Episcopus Suerinensis interdixit eis sacra, accusauitq; que eos etiam coram Pa-
pa. Sed tandem res tota, data sanctiss. antea (qua sola delectatur) oblatione com-
posita, transactaq; que est.

Brixia.

D Brixia uetus & celebris Cisalpinæ Galliæ ciuitas est. Eius senatus olim forte
ante annos 100. uidens monachos & alios sacrificos stultum uulgus incitare ad
immodicas profusiones, in sumptus funebres, leges quasdam de ea re tulit,
quibus modum quendam Papæ & cleri funus deducentis & Missarum constituit.
Quod decretum adeò malè habuit monachos eius ciuitatis, dolentes suam rapaci-
tatem cohercri, ut etiam publicum scriptum ediderint, accusantes senatum impie-
tatis, & uiolationis priuilegiorum cleri.

Verùm contrà nomine senatus sunt duæ apologiæ scriptæ, ab Episcopo
approbatæ, & in publicum editæ, quæ & impressæ extant: in quibus tum decretum
illud pium esse probatur, tum monachi cupiditatis, auariciæ que immoderatæ ac-
cusantur. Tum denique etiam probatur salutem Christianorum non in eo sitam
esse, ut plurimæ pro eis Missæ dicantur.

Digna sanè est hæc historiola, quæ obseruetur, tum propter religionis Papi-
sticæ rapacitatem, tum propter illorum gubernatorum sapientiam & constan-
tiam.

Hermannus Ried.

CVraui anno 1555. edi, cum alijs quibusdam, libellum Hermanni Ried, titulo De uita & honestate clericorum, qui circiter ante 100. aut etiam plures annos uixit. In eo author admodum accuratè & grauiter describit mores clericorum, tum quales esse deberent, tum quales iam (proh dolor) sint. Ac sane ualde prolixè & acerbè tum uitæ eorum turpitudinem, tum & officij summam neglectionem insectatur & accusat. Nam inter alia sic quoq; inquit.

Temporibus iam currentibus periculosis, multi reperiuntur clerici, qui rationibus & sententijs patrum non uincuntur, sacram Scripturam non recipiunt, & sanctorum patrum canones uilipendunt, teste beato Bernhardo, in libro ad Eugenium Papam. Hi sunt, qui uiros intelligentes ac catholicos, grauitatem criminum clericorum pensantes, ac contra eorum perfidiam uigilanter clamare nitentes, exosos habent, & derident, imò fantasticos ac pacis turbatores ac erroneas conscientias habentes asserunt, ut patet 1. q. 1. per totum: & qui pro extirpatione uitiorum talium clericorum zelo bono laborant, ac ueritatem in canonibus sacris expressam, quam quilibet intelligens publicare tenetur, allegant, tantis detractionibus, sibilis, risui ac contumelijs, à suis & cæteris prælatis exponuntur, quod tandem tacere & dissimulare coguntur multi. Sicq; uerificatur illud Hieronymi, dicentis in libro de Norma uiuendi 5. c. Nulla in mundo tam crudelis bestia est, quemadmodum clericus uel sacerdos malus. nam corrigi non patitur, nec ueritatem unquam audire potest. Et, ut breuiter dicam, omni malicia pleni sunt. Et aliquanto pòst.

Moderni clerici peiores sunt illis hypocritis, qui licet mali sint, & pessimi praeuaricatores, pro maiori parte: non tamen talia in occulto hominibus nescientibus, ut hypocritæ fecerunt. Vtinam foret ita bonum, ut iusti coram hominibus apparerent, ne homines in eis scandalizarentur. Sed aliter est negocium: quoniam minus uerecundantur laicis, gloriantes de malicia eorum, & male actis. Quot publicos fornicatus, siue fornicarios uidemus? Imò quod peius est, tales & huiusmodi sic uiuere permittuntur publicè ab eorum prælatis, solum quòd omni anno porrigant certam quotam pecuniarum officialibus eorum. Quid fœdius posset audiri, taceo nunc uideri? Neque hoc celari potest, cum publicum est, & omnibus constat. Cæterùm quot simoniaci publicè in tantum etiam, quòd ipsam simoniam celare non potentes, pro subterfugio fingunt alios terminos simoniam exprimentes, sperantes hoc nomine simonia non audito, ipsam simoniam considerari non posse, dicentes: Ordinatio Ecclesiæ est, aut statutum. Alij subtilius euadere conantes, dicunt Papam forte de plenitudine potestatis, qui in talibus potest dispensare, admittere & ordinare: cum simonia sit, quia prohibita, & tunc peccatum. Papa autem prohibente, aut ordinante, statuente ac ordinante, cessat tale dictum: quod ualde est erroneum asserere. Et paulo pòst.

Modernus igitur status Ecclesiasticus, præmissis & sequentibus in eo deficientibus, ex correlatiua sequela ualde est periculosus. Nec unquam fuit ab initio mundi usq; nunc, ut puto, in tanto periculo, sicut in præsentiarum cernitur. Fuerunt penè maiores persecutiones ac uexationes Ecclesiæ: sed tunc semper affuerunt uiri sancti & deuoti, qui gratia Spiritus S. prædicti, fideles consolabantur, erudientes, & confortantes. Modò autem uidetur Ecclesia in securitate posita: sed de talib. sanctis uiris nullibi percipitur. Ideo Ecclesia quotidie in fidelib. & regnis decrescit, in personis propriis tabescit, non obstante quacunq; libertate. Prius autè, cum libertas non tanta fuit, sed dictis sanctis uiris prouisa Ecclesia, quotidiè creuit & augmentabatur, ut uolens scrutari historias apertè uidebit. Ista partim notauit B. Bernard tèpore suo, Sermone 24. ubi sic dicit: Olim prædictũ, & nunc tempus impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima, amara Ecclesia prius fuit in nece martyrũ, amarior pòst in conflictu hæreti-

A hæreticorum, amariſsima nunc in moribus domeſticorum. Non fugare, non fugere eos quiſquam poteſt: ita inualuerunt, & multiplicati ſunt ſuper numerũ. Et ſubdit: Inteſtina & inſanabilis plaga eſt Eccleſiæ, & imò in pace eius amaritudo amariſsima. Sed in qua pace? Eſt pax, & non pax. pax à paganis, pax ab hæreticis: ſed non eſt pax profecta à filijs. Et concludit uox plangentis Eccleſiæ in tempore iſto: Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerũt me. Et hoc quàm periculoſum ſit, idem ipſe ibidem tangit dicens: Si inſurgeret apertus hæreticus, mitteretur foras, & abiceret: ſi uiolentus inimicus, abſconderet ſe forſitan ab eo. Nunc uerò quem ejiciat Eccleſia ſancta? in quo abſcondat ſe? Omnes amici, & tamen inimici: omnes domeſtici, & tamen nulli debitè pacifici. Omnes enim quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Melius enim eſſet paucos eos fore benefacientes, quàm multos male. Hi tamen in clero, qui mali ſunt, hodie (proh dolor) nimis inualuerunt, & multiplicati ſunt ſuper numerum: Pſal. 39. Vnde idem beatus Bernhardus alio in loco ita lamentatur dicens: B Dilatari uidetur Eccleſia, & cleri ſanctiſsimus ordo ſuper numerum multiplicatus eſt. Verùm Domine Ieſu, etſi multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam: dum nihil minus appareat, quàm numero defeciſſe. Vnde idem exponens illud Pſal. LXXII. In labore hominum non ſunt, & c. Ad oculum, inquit apparet, cum cuncti ſtatus habeant aliquid laboris & uoluptatis, clerici inter hæc nouo quodam artificio diſtribuentes, totum quod delectat in quolibet elegerunt, & totum quod moleſtat reſpuerunt. A militibus enim receperunt ſuperbiæ faſtum, amplam familiam, equorum phaleras, & nobiles apparatus: à mulieribus, pelles rubricatas, collo pendentes, & alia huiuſmodi: à ruſticis, fructus agrorum, & horrea plena. laboratorum ſanguinem bibunt in omni diſſolutione, iuxta Prophetæ dictum: Væ uobis, qui ueſcimini ſudoribus pauperum. Et ſubdit idem beatus Bernhardus: Sed benè cauent militaris C loricæ pondus, muliebrem declinant uerecundiam. Omnes ruſtici & agricolæ uictum ſibi labore acquirunt, hi delicijs affluunt: & tamen adueniente fructuum tempore promptuaria eorum plena ſunt tritico, & uinum uaſa bibunt meraciſsimũ, inde incraſſantur, & impinguantur, ac dilatantur. Ecce autem quid concludit ibidem: O clerice diligenter auſcuita: Reſtat, ut ſint in laboribus dęmonum, qui in laboribus hominum non fuerunt. Et paulo poſt:

Miniſtri Chriſti ſunt, & ſeruiunt Antichriſto. honorati incedunt de bonis Domini, cui honorem non deferunt. Inde, quomodo quotidie uides, meretricius mitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus. Inde, aurum in frenis, in ſellis, & calcaribus. Et paulo poſt:

Sed heu, ſunt iam presbyteri, qui nec benefaciunt, nec benedicunt, imò benedicentibus aut benefacientibus contradicunt: & ultra hoc eos perſequuntur, ſubſannant & deridẽt. Ideo multò deteriores ſunt hi illis phariſæis & hypocritis, quos D Chriſtus illo tempore peiores omnibus iudicauit, uelut ſuprà in exordio huius Tractatus eſt oſtenſum. Vnde contrà iam ad ultima mala uidemur peruenisſe, imò quaſi ad ultimum refrigerium charitatis. Et paulo poſt:

Nam ut prius dictum eſt, in labore hominum iam clerici non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia in iniquitate ſua. Lauet ergo iuſtus manus ſuas in ſanguine horum peccatorum. Nam ut teſtatur beatus Auguſtinus in libro de Baptiſmo: Si oportet omnem hominem utentem ratione, in eis quę fidei ſunt ſpiritualiter intelligere, ut ſpiritualis fiat, aut ſaltem laborare ad hoc ut ſpiritualis efficiatur: ſi hoc neceſſarium eſt omni hominiratione utenti, quanto magis neceſſarium eſt ad ſalutem presbyteris, qui alijs debent exemplum eſſe, & per uitam ſuam bonam uitæ ſpiritualis præbere formam? Fœlix igitur eſt, qui effugit, & diſrumpit uincula conſuetudinis clericorum & ſacerdotum moderni temporis, & proijcit à ſe iugum ipſorum. Quoniam qui in cœlis habitat, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos. Et paulo poſt:

Et quid neceſſe eſt ſingula clericorum uitia, quaſi minus nota, publicare, cum A
de his experientia luce clarior mundum repleuerit uniuerſum? Ideo propter mul-
titudinem luxuriæ, cætera uitia, auaricia atq; ſimonia hæreſi infecta, & hæc maxi-
ma mala imò hæreſis & perfidia, quaſi iam peccatum non reputatur: cum tamen
nulla conſuetudo, uel peccantium multitudo, aut iuris corruptela aliquem poſsit
excuſare. Nam diuturnitas temporis, ac peccantium multitudo peccatum non mi-
nuit, ſed auget.

Volquinus.

CVraui Baſileæ edi anno 1555. eius quandam Homeliam, ſuper Euangelium de
interſeminata zizania. Tota conſumitur in inſectatione clericorum, quibus &
ſummam turpitudinem, & deplorandam proprij officij neglectionem ob-
ijcit. Sed adſcribamus pauca aliqua inde, ut melius, qualis ſit, appareat. Quid eſt B
tes monſtroſa? Monſtrum eſt unum corpus, plurima capita: uel unum caput, pluri-
ma corpora habens. Siquidem monachus es, id eſt, unius cuſtos, ab unitate cenſeris,
id eſt, ab unius cuſtodia, ab una lege, ab una profeſsione, tanquam unum corpus be-
nè ordinatum, ſub uno capite. Sed alia eſt facies negotiantis in foro, alia declaman-
tis in palatio, alia degentis in palatio, alia conuerſantis in monaſterio. Ecce quatuor
facies iſtæ, non non elephantorum, ſed draconum. Quid igitur? Monachus es &
cauſidicus, negociator & curialis? Ergo unum corpus quatuor facies habens, mon-
ſtrum te monſtras. Nolo præterire clericum, canonicum, aut plebanum. Veniat in
medium, agnoſcat uterq; monſtrum ſuum. O clerice, uel canonice, tu qui plures præ
bendas, beneficia, altaria, commiſsiones, dignitates, prælaturas, prouiſiones, &c. tu
qui plures habes Eccleſias, an ignoras, quia ſub uno corpore plura capita, uel ſub
uno capite plura corpora tibi conſtituis, & monſtrum te facis? Bicapitalis uel tres C
præbendas, aut plures, tu duas uel tres Eccleſias, tu duo uel tria aut plura beneficia
tenes? &c. Et paulo pòſt.

Proh dolor, & proh dolor. Hodie meretrix antiqua, quæ habens poculum
aureum in manu ſua, plenum abominatione, fornicatione & immundicia, qua mi-
rabiliter inebriat ſacerdotes & clericos. De qua in Apocalypſi: Vidi mulierem ebri-
am de ſanguine uirorum, & de ſanguine martyrum Chriſti. Mulierem mollem di-
cit, emollientem luxuriam carnis, ebriam de ſanguine ſuorum ſcortorum ſiue ſcor-
tatorum. Hæc eſt illa ſanguiſuga, quæ ſugit ſanguinem miniſtrorum Dei, & marty-
rum Dei: qui martyres Chriſti eſſe debuerant, & fiunt martyres diaboli, in honorem
eius & obſequium carnem & ſanguinem conſumentes. Cum uidiſſem, inquit, ho-
mines, miratus ſum. Quis non miretur, & horreat, & obſtupeſcat ſacerdotem Do-
mini, miniſtrum Dei, calice epotato ſitibundum, et potare feces de calice Babylonis,
Veni, dicit meretrix iſta, inebriare uberibus meis, quæ non dulcedinem lacti habent D
ignis. Et paulo pòſt.

Cæterùm alij precibus & adulationibus, alij promiſsis & muneribus, alij ob-
ſequijs, alij prætextu conſanguinitatis, cathedram peſtilentiæ paſsim ſibi uendicare
contendunt. Sed quod turpius ſonat, multi lenones maioribus meretrices nutrien-
tes, aut adducentes, qualicunque modo ad beneficia prætextu illius promouentur.
Quid abominabilius, quid deteſtabilius coram Domino maieſtatis? Quomodo
Eccleſia Dei inde exaltari poſſet? Nequaquam: ſed potius deprimitur, & continuè
annihilarentur in rebus & perſonis, ut clariſsimè quotidiè cernitur. Quoniam hi
omnes nõ per hoſtium, id eſt, per formam canonicæ electionis, aut promotionis in
trant, ſed aſcendunt aliundè. Quid eſt aliundè? id eſt, undecunq;, iniuſtè, indirectè,
extraordinariè, permixtim, per fas & per nefas, ſeditione, ſeductione, dolo, fraude,
prece, & precio. Iſti ergo ſe palpant in errore, & blandiuntur ſibi.

De uita &

De uita & honestate clericorum.

INuenitur in manuscriptis libris, quoddam scriptum titulo De uita & honestate clericorum, diuersum ab illo quod Hermannus Rid scripsit, quodq; anno Domini 1555. Basileæ cum alijs quibusdam edi curaui, fortè & ante 100. aut plures annos compositum. Initium eius est. Apparuit enim gloria Dei & gratia Saluatoris nostri, &c. Disputat ordine, de uita ac officio clericorum, ac indicat tum quales sint, tum quales esse deberent. In multis locis grauiter de eis queritur, quorum aliqua hic adscribam.

Sed heu, sicut iam status stat clericorum, ita paucos uidi, agnoui, experientia ipsa didici, qui sic cum hac uirtute discretionis incœperint: pauciores, qui sine lapsibus grauissimis continuauerint: & pauciss imos, qui ad finem fœlicem perduxerint. Iam ordinantur in ætate minores, in uita non laudabiles, in scientijs necessarijs non sua fundamenta habentes. Et ut de religiosis priuilegiatis taceamus, iam ordinantur in sacerdotes, & postea in cura animarum rectores, in prædicationis officium ascendentes, qui nec grammatices regulas, nec theologicos articulos fidei didicerunt, aut audierunt fortè, aut legerunt probationes: nec casus iuris canonici ad Episcopum uel Papam pertinentes, nec minimum Euangelium populo simplici exponere scientes. & quomodo illi cæci, & duces cæcorum possent euadere laqueos diabolicos, infinitis modis se & sibi subiectos illaqueantes? O quid inquit beatus Gregorius in homel. Designauit? Ecce totus mundus plenus est sacerdotibus, & tamen in messe Domini ualde idoneus reperitur rarò operarius. Tales, inquit Hieronymus, sunt sicut insani gladios euaginatos habentes in manibus suis, nulli accedenti parcentes. Nec mirum, si tales diabolus astutus passim decipit omnes: alium in sua priuata abstinentia per fatuitatem capitis, alium in conuersatione mulierum, alium in confessione audienda, alium in prædicatatione facienda aut facta, alium in sacramentorum uenditione, oblationum extorsione. Quare si contra prędictos stylum ita seuerè acui scribendo, & allegando iura Ecclesiastica, & doctorum sanctorum dicta, nullus mihi pro malo habeat, &c. Et paulo pòst:

Sed heu nunc sunt tot & tanti fornicatores, sacerdotes concubinarij, quòd pauci sint domini aut prælati, qui tales euitant in diuinis: imò publicè permittunt tales sedere cum suis concubinis, & filijs & filiabus. Vnde prælati se cum eis damnant. si eos compescere possunt & nolunt, uel pecuniam ob hoc ab eis suscipiunt: & qui etiã tales scienter permittunt pro se celebrare, uel cogunt uel conducunt eos ut promoueantur. Vnde Hieronymus glorioſus (sicut etiam Eusebius scribit ad Damasum) sic de talibus dixit in agone mortis iacendo: Heu mi Domine, quid dicam, quòd hodie sacerdotes te comedunt in altari ut carnes pecudum & uolucrum, imò quod peius, quia nocte utuntur mulierum actu turpissimo, & manè masticando te comedũt? Vbi Domine latitas? dormis ne, an uigilas? Est tibi hoc acceptum sacrificium? Est hæc oblatio quam elegis? exaudis ne preces eorum de cœlo, de sede maiestatis tuæ? Verè, si hoc uelles sacrificium & libamen, mendax fies, & peccatorum socius. Porrò Domine, si uera sunt quæ locutus es per os Prophetarum, si iustis solum supplicationibus præsto es: & si tibi placet æquitas, hoc tale impediendum est sacrificium ne fiat: quanquam in se & de natura sui sacrificium bonum, nec possit uiolari à malis sacerdotibus, quia malicia non dijudicat hoc sacrificium. Vnde istud sacrificium sit ad sacerdotis præiudicium & damnationem, nec pro quibus fit prodest: imò, ut uerissimè dicam, qui uitam sacerdotis malam agnoscit, & eum pro se celebrare facit, fit eiusdem peccati conscius, nec non & pœnæ particeps.

Similia complura sunt in eo. Alicubi etiam disputat, longè gratius officium esse Deo, cum sacerdotes rectè concionantur, quàm cum suas preces peragunt.

Vitæ Ba-

Vitæ Babergenſium Epiſcoporum.

VItæ Babergenſium Epiſcoporum manu ſcriptas, ante hæc tempora compoſitas habeo. In ijs author ſemel atq; iterum in Papæ ac clericorum corruptiſsimum uitæ ſtatum grauiter inuehitur. Quæ loca adſcribam, ut huius quoque boni uiri teſtimonium de Babylonicæ Thaidis fœditate cognoſcatur.

Atque tum primum genus Caroli magni ignauia Principum Franciæ deficere cœpit, adeò ſocordes & nullius precij homines in principatib. Galliæ tunc erant. Idem etiam accidit ea tempeſtate Pontificali dignitati, ut uidelicet unà cum induſtria Imperatorum, ſimul etiam Pontificum uirtus & integritas deficeret. Plurimi enim tunc fuerunt Pontifices, qui malis artibus Pontificatum adepti ſunt. Plures etiam fuere, qui ſeditiones ſeminauerunt. Tantæ præterea ambitiones & auaritiæ fuerunt, ut non coacti, ut antea, ſed ſponte & largitionibus Pontificium munus obirent, à quibus ſanctiſsimi Petri ſedes occupata fuit potius quàm poſſeſſa. Etali quanto poſt.

Meritò hæc, Babenberga, commendares ſempiternæ memoriæ. Vides quantum inſudauerit ſanctiſsimus ille Imperator tuus Henricus, pro tui Epiſcopatus ſolidatione, ut etiam Romanum Pontificem maxima locorum diſtantia ad te pertrahere meruerit. O quàm fœlicibus es cœpta auſpicijs, quantis ſanctiſsimis inſtitutis, quanta ue religione ac ſanctitate es fundata. O ſi clerus noſter Babenbergenſis mente ſecum (ut deberet) reuolueret: profectò non ita ſeſe in omnem luxum & libidinem effunderet. Quanta ſit libido undiq; conquiſita, quàm corrupti mores, quanta ambitio & pompa, non attinet dicere: cum ita aperte & palam peccent, ac ſi inde laudem quærerent. Ideo refrixit pietas & religio, ut in Eccleſia uix ſupplicare dignentur. Non orant, dum ſacrificatur: ſed rident potius, & quidem impudenter. Non hymnos canunt (id enim ſeruile uidetur) ſed iocos & fabulas ad riſum concitandum inter ſe narrant. Quid plura? quò quis dicacior & laſciuior, eò maiorem in tam corruptis moribus laudem meretur. Tanta eſt eorum ſuperbia & petulantia, tanta ignoratio cùm literarum omnium, tum doctrinæ Chriſtianæ, ut ſeueros & doctos aegrarues uiros reformident, ſpernantq; Quid ita? In tanta peccandi licentia malunt uiuere, quàm benè monenti aut roganti obtemperare: Et ob eam rem Chriſtiana religio, quotidie in peius labitur. Quid diceres Henrice, ſi noſtris temporibus uiueres? Si tam prauam religionem, & ſimulatam potius quàm ueram, in tua Eccleſia uideres? Crediderim ego, ſi hæc futura præuidiſſes, à fundatione tanti Epiſcopatus abſtinuiſſes: cuius ut conſuleres utilitati, noctes etiam inſomnes ducere non es dedignatus. Sed ne (ut aiunt) in cœlum os ponam, Miſſa hæc facio.

Teſtatur quoque hic idem ſcriptor, ſæpè obiectum eſſe Otthoni Epiſcopo Babenbergenſi, multa templa & monaſteria circa annum Domini 1130. extructa, tanto monaſteriorum numero, tantoq; ocioſorum hominum cœtu nimium gra-
uentur laici. Verùm ab eo tempore infinita planè monaſteria extructa ſunt, itum-
pente in mundum Franciſco, Dominico, & alijs, cum ſuis inutilibus turbis.

Thomas de Corſellis.

FVerunt in Baſilienſi concilio multi uiri eruditione, ac uirtute præſtantes, qui pro eo quod eius temporis tenebræ ferebant, ſatis liberè contra Romani Papæ tyrannidem diſſeruerunt. Inter quos ſanè non poſtremus, ſi non primus ac præcipuus, fuit Thomas de Corſellis, cuius admodum prolixa ac luculenta oratio in Syluio extat, qua probat, Eccleſiam & concilium eſſe ſupra Papam. Sed adſcribam aliqua eius uerba, ut melius eius uiri mens & ſententia cognoſci poſsit.

Fundamento autem rei quam petimus, uerba ſunt redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, cùm in pluribus locis, tum ibi cum Petrum alloquitur, dicens: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferni non præ-
ualebunt

A ualebunt aduersus eam. A quibus uerbis ideo placuit exordiri, quòd aliqui uerba hæc ad extollendam Romani Pontificis authoritatem solent adducere: sed (ut statim patebit) alius est uerborum sensus, quàm aliqui opinentur. Et paulo pòst.

At fides Ecclesiæ, cuius personam Petrus gestabat, semper intemerata permansit. De Romanis uerò Pontificibus liceret exempla admodum multa referre, si tempus sineret: quoniam aut hæretici, aut alijs imbuti uicijs sunt reperti. Et paulo pòst.

Sunt enim aliqui siue auidi gloriæ, siue quòd adulando præmia expectant, qui peregrinas quasdam & omnino nouas prædicare doctrinas cœperunt, ipsumq; summum Pontificem ex iurisdictione sacri concilij demere non uerentur. Excæcauit namque illos ambitio, à qua non solum hoc modernum, sed omnia usque in hanc diem schismata suborta reperiuntur. Namque ut olim pestiferam illam bestiam,
B quæ per Arrium primò quasi de infernis extulerat caput, cupidum Episcopatus induxit: sic hodiernam hæresin illi præcipuè nutriunt, quos iam mendicare suppudet: quorum alius clamat, subditorum facta iudicari à Papa, Romanum uerò Pontificem solius Dei reseruari arbitrio: alius dicit, quia primam sedem nemo iudicabit, quòd neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque à Regibus, neque à populo ualeat iudicari. Alius asserit, electionem summorum Pontificum sibi Dominum reseruasse. Alius uerò asserere non ueretur, Romanum Pontificem, quamuis animas caterua-
C tim secum ad inferos trahat, nullius responsioni fore subiectum. Nec considerant miseri, quia quæ prædicant tantopere, uerba aut ipsorum summorum Pontificum sunt, suas fimbrias extendentium, aut illorum qui eis adulabantur. Et quia huiusmodi dicta solutionem habent, recurrunt statim ad Euangelium & uerba Christi, non prout Spiritus sancti sensus exposcit, sed suopte ingenio interpretantur. Plurimumq; illud extollunt quia Petro sit dictum, Tu uocaberis Cephas: per quod eum caput Ecclesiæ faciunt: Tibi dabo claues regni cœlorum: &, Quodcunque ligaueris super terram: &, Rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua: &, Pasce oues meas: &, Duc in altum rete: &, noli timere, iam ex hoc eris homines capiens, quod q; soli Petro, tanquam Apostolorum principi, Christus mandauit pro se & ipso stateremdare: & quia Petrus traxit ad terram rete plenum piscibus magnis, & quòd solus Petrus ad Christi defensionem gladium euaginauit. Quæ omnia hi homines miro modo sublimant, expositionibus sanctorum doctorum omnino posthabitis: quas si (ut par esset) considerarent, manifestè cognoscerent.

Hæc ultima, quæ refutat, ex Decretis desumpta sunt. Vnde liquet quã præclarè ille de iure canonico senserit, contra plerorumque canonistarum & adulatorum Papatum sententiam, quiid planè sacrosanctum, magisq; ipsis sacris literis sequendum esse uolunt.
D

Arnoldus de Noua uilla.

ARnoldus de Noua uilla Hispanus, uir eximiè eruditus, linguarum Hebraicæ Græcę, Arabicę, & Latinæ, philosophiæ & theologię peritiss. floruit ante annos 300. Recensetur à Papa, eiusq; spiritualib. inter hæreticos, quòd eorum errores reprehendit. Multa admodum scripsit. quorum quædam adhuc inueniuntur. Baleus habet ipsius scriptum de Spurcicijs pseudoreligiosorum. Docuit autem, quòd diabolus totum populum Christianum fecerit aberrare à ueritate Iesu Christi. Hanc sententiam non opinor esse falsam. Respexit enim ad tam uarios errores, quos satan miris præstigijs in religionem Christianam inuexit, ut iam pater, postq; detecti sunt. Item quòd fides, quam habent iam Christiani, sit talis, qualis dæmonũ. Hoc quoque uerè dictum est. Nam Papistæ docuerunt, & adhuc docent, tantum de historica fide, quam certum est & diabolos habere, fidem autem fiduciæ non admittunt, nec unq; hanc doctrinam uel intellexerunt, uel docuerunt. Quòd totus

populus

populus Christianus ducatur ad infernũ: Id est, plericq; per falsam doctrinam à Papa ad infernum ducantur. Quod omnes claustrales sunt extra charitaté, et damnantur. Rectè & hic sensit, omnem monasticen esse damnatæ uitæ genus. Quòd omnes falsificent doctrinam Christi. Quòd malè fecerint theologi, quòd miscuerunt philosophiam theologiæ. Quod Missæ non sint celebrandæ. Quòd pro mortuis non sit sacrificandum. Ex quo apparet, eum non tantum Missam, sed & purgatorium reprehendisse. Quòd in iure Papæ, tantum de hominum mandatis & operib. agatur. In quibus articulis plerosq; Papæ errores taxauit. Tribuuntur ei & alij quidam uarij errores: sed per inuidiam, ut opinor, more monachorum Papistarumq; usitato. Nam illud est manifestum mendacium, quòd philosophiam in uniuersum damnauerit, cum tantopere medicinam, & ipsam philosophiæ partem, medicus existens prædicauerit, omnibusq; scientijs tam ardenter & tam fœliciter incubuerit. Sed haud dubiè collatione Theologiæ, Theologicíq; finis, philosophiam reprehendit, negans scilicet eam posse ueram æternæ salutis uiam commonstrare, ut sophistæ alioqui uoluerunt, cum id propriũ uerbi diuini esset: aut certè contendens, eam Theologię miscendam non esse, sicut alioqui fiebat et adhuc fit à Papistis. Ideo sycophantę alioqui (ut fit) clamitarunt, eũ uniuersam philosophiã prorsus damnare. Habuit hic doctor non paucos auditores & sectatores, etiam post mortem, præsertim in Hispania, quos Papistæ Arnoldistas uocauerũt, & tanq; hæreticos sunt persequuti atrocissimè.

Ioannes Semeca.

CIrciter ante annos 300. floruit Ioannes Semeca, Decreti glossator, & præpositus Halberstadensis. Restitit Clementi 4. decimas per Germaniam exigenti. Ob quam rem à Papa excommunicatus, præpositura q; priuatus est. Sed illi iniuriæ Papæ, ipse appellationem ad concilium opposuit, habuitq; multos potentes uiros sibi fauentes. Verùm dum ea contentio inter ipsum & Papam ferueret, mors utrumq; è uita sustulit. Historia est apud Krantzium.

Vuilhelmus aurifex.

VVilhelmus Aurifex claruit ante annos 300. docuit Papam esse Antichristum, Romam Babylonem, & prælatos membra Antichristi. Cæsarius 10. distin. sui Dialogi.

Vuilhelmus de S. Amore.

VVilhelmus de S. Amore, magister Parisiensis, & canonicus Belouacensis, floruit fermè ante 300. annos: id est, circiter 1250. Scribit in quadam concione, seposito neglectis omnibus alijs criminibus, tantum contra hypocrisim concionari, quod inde plus periculi, uel damni potius pietati accedat, quàm ex ullis alijs publicis notisq; criminibus. Totam enim Ecclesiam hypocrisi infectam esse. Neminem fermè inueniri, qui adhuc pestem oppugnet, propterea quòd eam oppugnantibus uitæ periculum sit, seq; ob id atrocissimè coram Papa & Prælatis accusari. Oppugnauit itaq; omnes monachos, præsertim autem mendicantes acerrimè. tum statum eorum damnans penitus, tum accusans eos quòd perturbent Ecclesias, dum inuitis ordinarijs pastoribus concionentur, & audiant confessiones, & simpliciter pastoris officio fungantur.

Omnia scripturæ testimonia, quæ Antichristum eiusq; ministros depingunt, applicauit spiritualibus, probauit signis 39. mendicantes esse pseudoapostolos. Rectè quoq; dictum Christi (Si uis esse perfectus, uade & uende omnia quæ possides, & sequere me) exposuit, mandatam scilicet ibi esse paupertatem habitualem (ut Sophistæ loquuntur) non actualem: id est, flagitare Christum à nobis, non ut iam omnia abijciamus, quæ habemus: sed ut cum confessio diuini nominis & gloria Christi postulauerit, tum propter eum omnia deserere parati simus: sicut &, cum odium patris, matris &

A matris & propriæ animæ in sectatoribus suis Christus requirit, non iubet simpliciter ut non honorent patrem, multò minus ut eum odio habeant: sed ut re ita postulante, omnia propter Christũ negligere parati sint. Verũ quantumuis uera proposuerit, nihilominus ab Antichristo, eius q; turba pro heretico damnatus, proscriptus q; est.

Scripsit hic uir plura contra monachos, inter quæ & quatuor libros, quos ipse Distinctiones uocat, titulo Collectiones catholicæ & canonicæ scripturæ, &c. Sic autem incipiunt: Sapientiam antiquorũ omnium exquiret sapiens. Ego eos uidi: multa ibi utiliter contra hypocritas & hypocrisin ac superstitionem dicit. Scripsit & alium, titulo De quinquaginta signis pseudoprophetarum. Incipit autem sic: Ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Scripsit & contra Bonauentutam, mendicitatis defensorem.

B Matthæus Paris. historicus Anglus, scribit tunc temporis ingentes fuisse contentiones scholæ Parisiensi cum monachis, tum propterea quòd opprimebant Monachi penitus scholam, tum ob nouum quendam ac erroribus refertissimum librum, quem monachi consarcinarant, ac Aeternum Euangelium appellauerant. Quare tandem etiam selecti sunt præcipui ex tota schola uiri numero 6. quorum hæc nomina fuere, Vuilhelmus de S. Amore, Odo de Doaco, Christianus canonicus Beluacensis, Nicolaus de Baro super Albam, Iohannes de Sicca uilla Anglicus rector uniuers. Paris. & Iohan. Belim Gallicus. hi selecti ac præcipui totius scholæ uiri, fuerunt Romam ad Papam missi, ut ibi de monachorum insolentia & erroribus quererentur. Miserunt & monachi suos: ac mox conuicti ac confutati sunt, quòd quidem ad errores sui æterni Euangelij attinet. Sed reliquam tyrannidem monachorum Papa coherce te noluit, quòd putauit utile sibi esse, istos suos satellites ubique quàm potentissimos esse. Eadem de causa quoque cauit Papa cum Cardinalibus monachis, ne publicè C illud æternum monachorum Euangelium damnaretur, ne monachorum ordines ea ratione damnarentur, aut certè uilescerent: sed ut ea litis pars clam sopiretur.

Inuenitur quoque liber quidam titulo, De periculis mundi, qui incipit: Quia nos uacantes sacris scripturis, & c. itidem contra monachos accuratè scriptus. Eum alij tribuunt prædicto Vuilhelmo de sancto Amore: Sed M. Matthias Parisiensis, de quo postea aliquid dicam, in suo prolixo uolumine contra Antichristum, totum id scriptum inserit, ac id toti Parisiensi scholæ tribuit. Apparet certè etiam ex ipso initio scripti, non unius, sed plurium nomine scriptum esse. Verùm papistæ non sine causa id uni attribuere maluerunt, quàm tantæ scholæ, quo scilicet minus eius authoritate premerentur. Verùm ego id scriptum cum nomine ac titulo potius scholæ Parisiensis prodire malui. Editus uerò est Basileæ an. Domini 1555. Habeo eius librum contra monachos scriptum, & duas conciones itidem contra monachos scriptas. In prio- D re, tractat Euangelium de pharisæo & publicano. Pharisæos dicit esse monachos, id q; ex pharisæorum proprietatibus in Euangelio positis probat. publicanum dicit esse laicos: qui, quia sua peccata agnoscant, ideo facilius ueniam consequantur: contrà monachi de sua iustitia confidentes, difficilius. In posteriore monet Ecclesiam, grauissimum ei periculum à monachis imminere. Illos enim fore ministros Antichristi, & seductores.

Porrò quod monachis non sit concedendum, ut in alienis templis, inuitis uetris pastoribus, officio pastoris fungantur, scripsit non tantum hic, sed & plures alij: ut Bernhardus glossator Decretalium, Godefridus de fontibus, Henricus Gandauo, Iohannes monachus Cardinalis, Ioannes de Poliaco, Armacanus primas Hiberniæ, qui dam Basilienses, & Nicolaus de Cusa: tametsi tunc temporis ubiq; locorum ingentes contentiones fuerunt inter pastores, Episcopos ac monachos, qui eis Ecclesias perturbabant. Nicolaus Clemangis in libro de corrupto statu Ecclesiæ, de monachis loquens inquit.

Multa quoq; alia de historia pseudoprophetarum aperta iniquitate, qua domum Dei perfodiunt, & polluunt sacra, in pluribus locis scriptura commemorat

quæ satis eorum perfidiam, quantum ad nostram pertinet breuitatẽ, detegere uide- A
tur. De qua si cuilibeat ampliora cognoscere, Cyrillum uideat & illic mira de eis inue
niet, ad fidelium institutionem longè antè quã oritẽtur, Spiritu S. reuelante prædicta.
Quanquã nec aliquot alij scriptores etiam defuerunt, qui de his subdolis illusoribus
multa ualde utilia & præclara, pòst eorum introitum, ad Ecclesiæ præmunitionẽ &
præmonitionem prodiderunt.

Multos postea sui dogmatis sectatores habuit Vuilhelmus, ut in quodam uete
ri scripto De hæreticis annotatum inueni, inter quos & Ioannes de Poliaco numera- B
tur. Tametsi quidam scribant, & ipsum Cæsarem Sigismundũ in ea sententia fuisse
certè, ut ex eius reformatione apparet, parochis plurimũ, monachis uerò parũ fauit.

Laurentius Anglicus.

LAurentius Anglicus, Magister Parisiensis, & cuiusdam collegij illic præpositus, B
floruit circa 1260. annum: id est, fermè antè 300. annos. Fouit concionando, do-
cendo & scribendo, partes Gulielmi de S. Amore, Christiani Beluacensis, alio-
rumq; monachos oppugnãtium. Scripsit quoq; duos libros contra eos: alterum titu
lo, Cauendum esse à pseudoprophetis: alterum, Defensionis Gulielmi de S. Amore:
& quędam alia, in quibus omnibus ostendit multis signis ac testimonijs, adesse An-
tichristum pro foribus. Dignum autem hic obseruatu est, quòd in huius uita Balæus
narrat, quodq; & ex scripto prædicti de S. Amore apparet, composuisse illis tempori-
bus monachos clam impium quendam librum, suæ nimirũ impietati utilem, quem
uoluerunt obtrudere orbi Christiano, sub titulo Aeterni spiritualisq; Euangelij, sicq;
uerum Euangelium Christi obliterare seu antiquare. Sed in furtiuo uel sacrilego po-
tius conatu deprehensi, refutatiq; à prædicto Gulielmo & alijs, cum uiderent se resi-
stere non posse, reiecta culpa in quendam monachum, qui iam olim erat mortuus, C
eum librum exuri passi sunt, quo simul exurerentur pia Gulielmi & aliorum contra
monachos scripta.

Petrus de Vineis.

PEtrus de Vineis, cancellarius Imperatoris Friderici secundi, floruit ante annos
300. id est, circiter 1230. Scripsit multas epistolas ad diuersos nomine Imperatoris,
potissimum de excommunicatione & depositione Cæsaris, tunc per scelus &
nefas à Papa facta: quæ epistolæ iam aliqua ex parte etiam impressæ extant. In præfa
tione & epistolis Papam, eiusque Cardinales uocat Pontifices & pharisæos. Sedere
hoc tempore dicit pharisæos super Moysi cathedram, eosq; congregari contra Chri
stum Domini. Papam affirmat factum esse lupum rapacem, cauendum esse fermen-
tum. Totum mundum Papæ ingluuiem non posse replere queritur. Curiæ turpitu-
dines tantas esse asserit, ut pudor eas effari prohibeat. Contendit, Papam non habe-
re gladium ciuilem, nec ullum ius deponendi Imperatorem. Deniq; grauissimè D
queritur, & cum Pontifice Romano nomine Imperatoris expostulat, quòd eum
non legitimè citatum, multò minus auditum, excommunicauerit, & deposuerit,
nec ullas planè excusationes aut rationes ipsius audire unquam uoluerit. Multus
uel infinitus potius Christianus sanguis tunc ob eos Papæ furores, per multa bella ac
prælia effusus est. Scripsit idem Petrus etiam librum de potestate Imperatoris contra
Papam, in quo haud dubiè asseruit, Papam nullum ius in politicis rebus supra Impe
ratorem habere. Ob quas causas Papa etiam eum excommunicauit.

Reges Gallici.

REges Gallici longo tempore cum Papis contenderunt, de iure conferendi præ
laturas, de annatis, de seruitijs, & nescio quibus alijs tyrannidis Pontificiæ iu-
rijs, potius quàm iuribus. Prima autem, quod ego sciam, contentio accidit,
regnante Ludouico nono, qui & sanctus Ludouicus uocatur. Namis anno 1228.
sanxit legem contra Papatũ præseruationes & prœuentiones, aliaq; machinamenta,
ut sing

A ut sint electiones Episcoporum & prælatorum & aliorum quorumcunq; liberæ, uali dæ, ac efficaces electoribus patronis & collatoribus. Eodem anno & aliam legem edidit contra Simoniam. Demum & anno Domini 1268. edidit pragmaticam sanctionem, qua in uniuersum prohibuit omnes rapinas & expilationes Romani Pontificis. Hæc enim eius uerba sunt: Item exactiones & onera grauissima pecuniarum, per curiam Romanam Ecclesiæ regni nostri impositas uel imposita, (quibus regnũ nostrum miserabiliter depauperatum existit) siue etiam imponendas uel imponenda, leuari aut colligi nullatenus uolumus, nisi duntaxat pro rationabili, pia, & urgentissima causa: ineuitabili necessitate, ac etiam de expresso & spontaneo iussu nostro, & ipsius Ecclesiæ regni nostri, &c.

Sed huius Ludouici & illud præclarum est, quòd narrant additiones ad histo
tiam Matth. Pariss. historici Anglici, eum monuisse aliquando Regem Anglicæ Hen
B ricum, qui totis fermè diebus Missas audiebat, ut potius crebrò prædicationem uerbi Dei quàm Missas audiret, quod illud magis pium & utile esset. Hinc enim manifestè licet deprehendere, eum sensisse, ueram pietatem magis in prædicatione ac cognitione sacrificij Christi, quàm sacrificulorum missatione seu sacrificijs consistere. Omnino oportet hunc sanctissimum Regem multas impietates & abusus regni Antichristiani animaduertisse.

Alia fuit inter Bonifacium VIII. indulgentiarum patrem, & Philippum Regem
contentio, ante annos 250. Nam Malefacius ille non tantum potestatem super Eccle-
siasGallicas usurpare sibi, sed etiam ius conferendi regnum illud rapere tentauit. Ve
rùm Rex ei duriter respondit, & fortiter restitit, etiam bello. Nam excitauerat ei Papa
bellum. Verùm hac de re mox pleniorem narrationem ex scripta appendice Mattæi ad scribemus, in Stephano Aufreri infrà plura dicentur. Quanquam & circa annũ
C 1140. graues contentiones accidisse non dubito, cum S. Ludouicus Rex sanctionem pragmaticam, aliaq; plurima decreta ad reprimendam Papæ Romanistarumq; rapacitatem decreuit.

Tertia contentio inter illos accidit circiter annum 1400. id est, ante 150. annos,
quo tempore Carolus Rex ad supplicationem totius regni, de sententia parlamenti
sui magni consilij, curiæ & scholæ Parisiensis, sanxit arrestum, id est, decretum quod-
dam, quod cum Clemange impressum est. Qua seueriter prohibuit, ne quisquam Pa
pæ annatas solueret, neue ab eo Gallicas prælaturas acciperet. Contra eam sanctio-
nem appellauit Papa, eiusq; curtisani, non semel. Eis appellationibus Gallici regni le
gati in concilio Constantiensi opposuerunt scriptum quoddam titulo Apostoli, in
quo probant annatas non deberi. Id quoq; scriptum est cum Clemange impressum.

Id scriptum dicit, Ioanni XXII. fuisse ad tempus permissum, ob expeditionem
contra infideles, ut illis oneribus Ecclesias Gallicas grauare posset: sed à Ioanne ut
D opinor XXIII. petijsse regnum Gallicum, ut illa importabilia scandalosaq; onera Ecclesijs Gallicis imponere desineret. idq; eum pollicitum esse, nihil tamen fecisse. Fuit autem res maximi momenti. Nam ut minimum ter centena millia coronatorum ea ratione Papa Gallis annuatim eripere est solitus. ut taceam alia infinita incõmoda, quæ accidebant, dum tantum ijs qui Papæ placere poterant, quantumuis essent peregrini, indocti & per omnia inepti, addo etiam regni Gallici hostes, prælaturæ, conferebantur. Quare mirum non est, si iam Papæ summo desiderio dulce illud lucrum appetentes, ius annatarum Regibus extorquerent. Nam ij magna sui regni difficultate, calamitateq; coacti, denuò id ad se retraxerunt.

Hic idem Carolus etiam paulò ante prædictam arrestationem alias literas de eadem re publicauit. Quas quia editæ antea non fuerunt, nunc hic adscribam.

Epistola Caroli Regis super libertate Ecclesiarum regni & Delphinatus, quoad exactiones, annatas & grauamina per Papam imposita.

CArolus Dei gratia &c. uniuersis &c. Si dotare uel dotari nouas Ecclesias uel ue teres ampliare operibus, opus est perfectæ charitatis: multò præstantius est de presſis & grauatis congrua ſuffragia exhibere. Lamentabilem ſiquidem queri moniam noſtri & plurimum principum proſapiæ noſtrę procuratores, nec non prę latorum, Capitulorum, collegiorum, conuentuum, ac cleri regni noſtri, ac Delphina tus, ac etiam dilectę filię noſtrę Vniuerſitatis Pariſienſis recepimus continentiæ ſubſe quentis. Videlicet, quod quamuis ſecundum Apoſtolicam doctrinam Papæ pote ſtas à Chriſto ſit, ad Eccleſiæ ædificationem non ad deſtructionem ordinata, ad iuſtitiam rectumq; iudicium exercendum, cui non conuenit pro libitu facultas exactio nes, angarias, & tyrannides ſuper Eccleſias aut ſubditos exercendi. Cum Dominus docuerit paſcere gregem & docere, non terrenis literis inhiare aut auaritijs delectari. Quia fructus Eccleſiarum & beneficiorum quorumcumq; & uacantium, tam ſecun dum diſpoſitionem conciliorum generalium & iurium quàm ſecundum piam in tentionem fundatorum ordinati, ad ſuſtentationem miniſtrantium in diuinis, ipſius diuini cultus augmentum, alimentationem pauperum, redemptionem captiuorũ, Eccleſiarum ſuorumq; ædificiorum reparationem, terrarum & poſſeſsionum Eccle ſiæ culturam, uirium ipſarum conſeruationem, cæterorumq; onerum intollerantiã miſſa futuris debent ſucceſſoribus reſeruari, in Eccleſia utilitatem conferenda. Niſi forte in illis locis regni, ubi de uſu & conſuetudine ueteri obſeruatis licitum ſit prælatis ip ſis, & alijs uiris Eccleſiaſticis ſecularibus, de eiſdem bonis facere teſtamentum, quibus etiam ab inteſtato indictis bonis ſecundum conſuetudinem & obſeruantiam ſupra dictis ſui ſuccedunt hæredes. Quodq; licet fuerit decretis ſanctorum patrum inſtitutũ, ut prælati Eccleſias ſibi ſubditas omnes ſingulis annis uiſitare deberent: quatenus ſic docerent indoctos, corrigerent exceſſus, mores reformarent, Eccleſias reſtauraret, & cætera prælatis conuenientia ad Dei honorem exercerent, ac propter hoc procura tiones in uictualibus aut pecuniam reciperent ad uictum uſitatum.

Nihilominus tamen alioqui collectores, & alij officiarij Romanorum Pontifi cum, præſertim Papæ moderni ab aliquibus annis circa Eccleſiam & uiros Eccleſiaſti cos, præfatorum regni & Delphinatus noſtrorum contra prædicta plurib. iuribus & importabilibus ſeruitutibus, oppreſſerunt, & afflixerunt potiſsimè bona prælatorum & uirorum Eccleſiaſticorum decedentium, tam regularium quàm ſecularium, quæ ſpolia defunctorum interdum nuncupantur, reſeruando & uſurpando fructus Eccle ſiæ, tempore uacationis prælaturarum aut beneficiorum Eccleſiaſticorum obuenien tes leuando & capiendo arroragia præteritorum & incognitorum temporum, tan quam debita per fulminationem cenſurarum Eccleſiaſticarum, exigendo à beneficia tis quibuscunq;, annatam exaſperando & extorquendo.

Cuius annatæ medietatem quoad maiores dignitates collegiorum, domino rum Cardinalium conſueuerunt aſsignare, & adhuc annatam unam cum quadam pecuniæ ſumma quam uocant minuta ſeruitia, & quam pro familiaribus eſſe dicũt, cum exactione iuramenti & ſub pœna periurij & alijs diuerſis modis & cenſuris exi gerent, procurationes q; prælatis & alijs ratione factę uiſitationis tanquam debere tur capiendo & leuando in pecuniam numerata, licet uiſitationis officio non impen ſo. Ab illis autem qui ad procurationem nullatenus tenebantur, tãtumdem quidem quod dum uocant exigendo decimas, & alia ſubſidia tractatu non habito cum præ latis pro libitu uoluntatis imponendo.

In his etiam exigendis ſicut nec modis, nec miſericordia, nec æquitas ſeruatur, aut menſura. Et cum prælatus prohibeatur adminiſtrare ſine bullis, quare cui nó placet ſoluere, expellitur: quia bullæ non expediuntur ſine pecunia parata. Vnde ſicut beneficium Eccleſiaſticum obtinere uidetur, cum precio uel mercede quod pro bono communi

A communi potius debetur prædictis scientia aut uirtute, & qui sufficientissimi sunt, ij tamen si pauperes sunt nullatenus promouentur, propter quæ & alia innumera inconuenientia grauamina ipse Ecclesiæ & Monasteria, & eorum beneficia multis in locis dictorum regni nostri, & Delphinatus irreparabili currunt hæreditagia, consp iciuntur inocculta & immobilia. Interdum de facto alienantur aut impignorantur.

Mobilia etiam pretiosa reliquiarum uasa Ecclesiastica, ornamenta, calices, libri, & similia, interdum etiam uili precio distrahuntur, memora non cedenda frequentius inciduntur, & uenundantur, & Ecclesiæ innumerabili mole debitorum importabiliter onerantur.

Numerus Deo seruientium ministrorum, qui sustentari in consueto numero
B nonualent, minuuntur, & qui remanent Deo & Ecclesiæ seruientes, propter frequentes excommunicationes & censuras occasione dictarum exactionum, quibus satisfacere non ualerent, de facto prolatas à diuino seruitio plurimum retrahuntur, & interdum aliqui mendicare compelluntur, & in maximam penuriam redigantur, non habentes de quo ualeant Deo seruiendo, aut in studijs existendo siue comedendo sustentari. Et regnum nostrum quod inter alia regna uiris scientificis communiter floruit copiosè, per quos etiam regni iusticia consueuit gubernari talibus uiris his temporibus, proh dolor mundus curat.

Inde cultus dicimus & opera charitatis quæ fieri debuerant, multipliciter defraudantur & cessant, & intentio fundatoris non seruatur.

His etiam modis regnum redditur pecunijs & opibus plurimum de pauperatum, & infinita uix que enarrabilia scandala quotidie oriuntur. Quæ nomina, licet sint satis ad oculum manifesta, & ad quam est Papæ potestas ordinata, &
C de directo teneatur obuiare.

Fuit que Papa modernus, & alij prædecessores sui super reuocationem aut moderationem dictorum grauaminum, ac de aggregando concilium generale, ad prouidendum de præmissis pluries requisitus, attamen sic omnia absque remedio diuturna continuatione perdurarunt, donec dudum super quibusdam per nostram Regiam ordinationem, & nouissimè super alijs ex dictis grauaminibus, per quendam nostræ curiæ parlamenti sub ea forma nunciatum, quod cessarent, quousque per eandem curiam fuisset aliter ordinatum, prouisumq; extitisse.

Et ut ad perpetuum uberius & plenius prouideretur, in prædictis nuper per procuratorem nostrum Regium, in concilio Prælatarum & dictarum Ecclesiarum Gallicanarum & Delphinat. Parisijs celebrata, ubi erant Archiepiscopi, Episcopi, Ab
D bates, & Prælati, & Procuratores Capitulorum, & Collegiorum, ac Vniuersitatum & alij uiri Ecclesiastici, nobiles magistrandi numero solenniter congregati. Vbi etiam consanguineus noster Rex Siciliæ Ludouicus, & primogenitus noster Dux Aquitaniæ, & Duces Biturie patruus, consanguineus noster Burgundiæ, & Barbanij auunculus, pro nobis illi tunc præsidebant, propositum facit & requisitum, quod taliter ordinaretur & fieret, quod exactiones, & grauamina, de quibus supra, cessarent penitus & omnino, super quod plurimis & repetitis interuenientibus discussionibus, & maturius per prælatos & alios uiros Ecclesiasticos, supra dictos deliberatum extitit & concessum, quod attamen illis quæ supra præmissa sunt & alijs attendendis talia grauamina & usurpationes secundum Deum, & conscientiam non ualebant commodè, nec debeant amplius tolerari.

Supplicabant igitur ut ad Dei laudem, reipublicæ utilitatem, & Ecclesiarum libertatem dictarũ Ecclesiarũ regni, Et Delphinat. conseruationem supradictam effi-

caciter ad perpetuum de remedio opportuno prouidere dignemur prædictaomnia & singula grauamina cessari faciendo, & nihilominus prædictas ordinationes uel per nos factas, & dictum Arrestum Parlamenti confirmando & ad perpetuum extendendo nostram super hoc ordinationem Regiam ubique publicari teneri, & obseruari facientes.

Nos igitur attendentes quod ad stabilitatem Ecclesiæ est potestas Regia diuinitus ordinata, & quod per regnum terrenum cœleste regnum nunc proficit, quando destruentes Ecclesiam rigere principum concernuntur, imò sacri canones sum, & quod in illis, de quibus notoriæ turbatur status Ecclesiæ, etiam Papæ non obedire consuluunt sancti doctores, recognoscentes, ut tenemur, & propter Ecclesiam, quam, quantum ad nos spectat, etiam ex spirituali debito iuramenti CHRISTO DOMINO tuendam suscepimus, Deo sumus rationem reddituri progenitorum nostrorum exemplo edocti, qui sacrosanctas Dei Ecclesias & uiros Ecclesiasticos zelo fidei & piæ deuotionis accensi, immensis muneribus atque priuilegijs munientes, Ecclesias ædificantes, & contritas restaurationes eas à concussionibus, & quibusdam nouitatibus indebitis præseruare curarunt, quarum etiam nos promptos defensores & pugiles existere gloriamur, prædictis omnibus cum debita præmeditatione pensatis.

Habita etiam prius deliberatione cum principibus Regulis nostræ prosapiæ, & alijs Proceribus, multis que uiris prudentibus & notabilibus regni nostri nobis in consilio nostro assistentibus, tam grauem est manifestam deformationem atque destructionem Ecclesiarum prædictarum regni & Delph. uirorumque Ecclesiasticorum desolationem, sub conniuentia oculorum amplius dissimulare non ualentes, ordinamus, & tenore præsentium ordinauimus, quod omnia & singula, exactiones & grauamina superius declarata & enarrata cessare debeant & cessabunt, &c. Vt antea in nostris regno & Delph. prædictis. Et quod illa, quæ per dictum Arrestum curiæ nostræ Parlamenti circa hoc fuerunt, donec fuisset aliud ordinatum, dictaque & pronunciata de cætero indictis regno & Delph. perpetuo tenebuntur, & immobiliter seruabuntur.

Hæc autem præsentium literarum scripto annotarij, publicari que & inter regias nostras ordinationes registrari mandauimus, ut harum partium interuentu, plenam inde notitiam habeat posteritas successura.

Quocirca uobis omnibus & singulis supradictis & uestrum cuilibet, qui superhæc fuerit requisitus, committimus & mandamus, quatenus hanc nostram ordinationem in dictis regno & Delph. nostris publicari, custoditi & immobiliter conseruari faciatis, dictas Ecclesias & personas Ecclesiasticas ab omnibus & singulis exactionibus supra dictis, & liberas & immunes seruari, & in hac libertate manu teneri facietis contradictis, &c. Quod si uolumus, &c. Datum anno CCCCVI, XVIII. Februarij.

In consilio Constantiensi, cum præsidentes Cardinales uiderent plerosque Patres in consessu existentes, negare annatas esse debitas, noluerunt propositam consultationem testibus illis Gallicis Apostolis concludere. Quæ Curtisanorum impia sapientia, & conciliorum turpis seruitus obseruanda est. In Basiliensi uerò concilio annatæ, aliæ que similes expilationes & simoniæ, penitus prohibitæ sunt.

Post concilium Basiliense, Ludouicus Rex passus est sibi à legato & Papa Impio secundo, seu Syluio, denuò extorqueri ius annatarum. Quæ à quo & quando post illud tempus denuò à Regibus Gallicis impeditæ sint, ignoro. Factum enim esse, certum est.

Vltimum certamen accidit sub Leone X. Nam ut ex appellatione scholæ Parisiensis

a sienſis ab eo, uel Lupo uel Leone, ad concilium, impreſſa unà cum Aeneę Syluij commentarijs Coloniæ anno 1535. apparet, Franciſcus Rex Galliæ in Italia bellũ gerens, motuſq; non tantum blanditijs & fraudibus Papæ, ſed etiam ſperans ſe fauore eius adiutum, facilius uictoriam obtinere, & Italiam ſibi ſubigere poſſe, cõceſſerat iterum Papæ ius illud expilandi Galliam.

Verùm cum res aliter accidiſſe uideret, ne ad alia damna illa expilatio etiã regnũ ipſius penitus debilitaret, curauit, interpoſita Pariſienſis ſcholę proteſtatione, et appellatione, annatarum exactionem impediri. Semper uerò in iſtis contentionibus Schola Pariſienſis, totiuſque Galliæ Prælati, ſuo Regi contra Papam adfuerunt, probantes illas expilationes eſſe Simoniam, & multiplicia damna & ſcandala Eccleſiæ Dei inferre.

b Vt uerò magis appareat, quantas rapinas Papa & in hoc regno & in alijs Chriſtianitatis partibus exercuerit, adſcribam locum quendam ex Henrici Token Syluæ communium locorum, qui in concilio Baſilienſi Madeburgenſis Archiepiſcopi legatus fuit.

Milion eſt decies centum millia. Narrauit Archieſcopus Lugdunenſis in concilio Baſilienſi, anno Domini 1436. quòd tempore Martini Papæ uenerunt ad curiam Romanam de Francia nouem miliones auri, (id eſt, coronatorum) computati ab Epiſcopis & prælaturis, abſque ijs quæ computari non potuerunt de paruis clericis, qui quotidie abſque numero currunt ad curiam Romanam, deferentes ſecum ſæpius totam ſuam ſubſtantiam. Archiepiſcopus Turonenſis dixit Baſileæ anno Domini 1439. quòd tres miliones auri uenerunt ad curiam Romanam tempore ſuo in quatuordecim annis, de prælatis & prælaturis, de quibus potuit fieri computatio, abſque paruis clericis ad curiam currentibus. Iudicet timoratus, quæ uoratago hæc.

c Non eſt autem dubium, quin omnibus certis & accidentarijs computatis, Papa ſæpius ſingulis annis decem miliones coronatorum undiquaque corraſerit, præſertim uerò cum indulgentiæ in maiori precio fuerunt. Quod uel inde probari poteſt, quòd Ioannes XXII. tantum nouemdecim annis ſederit, & tamen moriens uiginti quinq; miliones coronatorum in theſauris ſuis reliquit.

Extat publicè libellus Petri Bertrandi, anno 1513. Pariſijs editus, in quo narratur controuerſia, quæ anno 1329. in Gallijs inter Regem ac eius miniſtros, & inter Epiſcopos, Prælatos & Officiales, alias q; Antichriſti Harpyias extitit.

Acriter tunc in toto eo regno certatũ eſt, potiſsimũ de eo, quòd Epiſcop & Prælati uariè mitiſq; que technis iuriſdictionem etiam politicam ad ſeſe rapere ac trahere uoluerunt, & iura ac priuilegia regni debilitare & infringere.

Recenſentur 66. articuli (præter alios ſpecialiores, qui etiam publicè tunc in conuentu Regni exhibiti fuerunt) in quibus enumerantur ordine modi ac uiæ, ſeu ratiod nes, quibus iura & priuilegia Regni à clericis extenuarentur & ſubuerterentur: qui profectò non parui, ſed maximi momenti fuerunt, digniſsimi que ſunt qui ab omnibus cognoſcantur.

Actum eſt de ea re aliquot diebus Pariſijs, in maxima cum politicorum, tum Eccleſiaſticorum hominum frequentia. Tandem pollíciti ſunt pſeudoſpirituales, ſe abuſus, de quib. quererentur Rex & regnũ, breui correcturos eſſe. Et Rex ſubiecit: ſi illi nõ corrigerent, ſe correcturũ eſſe. Sed ſic haud dubiè correxerunt, ut res quotidie peiores fierent: ſicut ſolitus eſt Antichriſtus, unà cum ſuis, reformare. De quibus oneribus ſuprà articulos inter grauamina inſeruimus.

Hæc cum iam ſcripſiſſem, oblatus eſt mihi Caroli Molinæi Pariſienſis commentarius, ad edictum Henrici ſecundi, ubi omnes hæ contentiones Paparum cum Regibus Gallicis, & unà cum plurimis alijs ſcitu digniſsimis, prolixè eruditè que

expoſitæ ſunt. Eum ergo uide. Atq; ut hoc adijciam, teſtatur is, Papam adhuc annua, A
tim ad minimum unum milionem certorum redditauum ex Gallijs habere.

Sed age, nunc recitemus ex manu ſcripta Martini appendice de Bonifacio octauo.

Eodemq; anno Domini M. CCCI. Bonifacius Papa, qui contra Regem Franciæ plurima conceperat, prouocatus tantum miſit literas cum bulla ſua eidem Regi ad perpetuam rei memoriam, in quibus mandauit eidem, quod cum ipſe Papa dominus eſſet in temporalibus & ſpiritualibus in uniuerſo mundo, uolebat quod reputaretur cognoſceretur regnum Franciæ ab eodem & contrarium ſentire, & tenere hereticum iudicabat. Fueruntq; literæ hæ in Regis palatio coram pluribus concrematæ, & ſine honore remiſſi nuncij uacui quod portarent. Et tum Rex artari fecit omnes uias & B
exitus regni ſui.

Eodem anno Papa excommunicauit omnes qui impediebant illos, quiad Romanam curiam ueniebant.

Anno Domini M. CCCI. in fine Quadrageſimæ, Philippus Rex Franciæ conſiderans, quod præuiſa iacula minus feriunt, minusq; lædunt, conuocauit omnes Lrælatos & Barones perſonaliter, omnes quecommunitates regni ſui per procuratores idoneos, & aduenire Pariſios exegit, conſilium & auxilium ab eildem contra omnem hominem petiturus. Specialiter autem contra Bonifacium Papam intentio ferebatur. Fitq; rumor magnus in toto regno, turbatio cordium & confuſio rerum, fueruntq; ipſi Papæ Bonifacio obiecta crimina, & titulus hæreſeos ſuo quæ præ deceſſore uiuente intruſio, & ingreſſus illegitimus ad Papatum, & quod ei non erat C
parendum, ſitq; contra ipſum Papam prouocatio ad concilium generale.

Eodemque anno Domini prælaxato M. CCC. II. in Kalend. Nouembris Romæ Bonifacius Papa celebrauit concilium, quod ante per annum & amplius conuocauerat, prælatorum regni Franciæ, omniumque doctorum regnicolorum, tam in Theologia, quàm in utroque iure Canonico & Ciuili contra Philippum Regem Franciæ memoratum, coruſcationem Papæ multis tonitruis contra Regem, nulla pluuia apparuit ſubſequuta. Defeceruntq; ſibi prælati aliqui in regno, magni quærentes quæ ſua ſunt, & ſibi ipſis ad tempus tantummodo conſulentes. D

Anno Domini M. CCC. III. Bonifacius Papa Regi Franciæ mouet litem, ipſumque excommunicat inducens, quia non permittebat aliquem exire de regno uerſus curiam Romanam, nec liberè pecuniam apportari: ob quam cauſam idem Bonifacius Albertum quondam filium Rudolphi, Ducem Auſtriæ, Regem Alamanniæ, cuius electionem antè repulerat, in Imperatorem confirmat, eidemq; ſubijciens regnum Franciæ, ſicut & alia regna.

Anno Domini M. CCC. III. in uigilia beatæ Mariæ uirginis in ſeptembri Bonifacius Papa Anagniæ in patrio ſolo, ac ciuitate Papæ originis cum ſua curia reſideret, ubi tutus eſſe amplius meritò crederetur in gente ſua, & populo, & natione. Ibi conſcijs aliquibus domeſticis ſuis proditus fuit, captus que atque detentus, & thesaurus ſuus ac Eccleſiæ depredatus & deportatus, non ſine ignominia Eccleſiæ & dedecore graui.

Cardinales uerò ſibi timentes relicto eo fugerunt, exceptis ſcilicet D. Petro Hiſpano Sabinenſi, &. D. Nicolao Hoſtienſi Epiſcopis. Cuius captionis & ſceleris uexiliferis, fuit Guilielmus de Nogauelo de S. Felice diœceſis Tholoſſanę complicibus & conſentaneis Columpuenſibus. Ex quibus olim duos decapellauerat Cardinales, Super ipſum itaque Bonifacium, qui Reges, & Pontifices, & religioſos clerum que & popu-

A & populum horrere & tremere fecerat, & pauor, timor, & tremor, & dolor unà die pariter irruerunt: aurum que nimis sitiens, aurum perdidit & thesaurum, ut exemplo eius discant superiores prælati non superbè dominari in clero & populo, sed forma sancti gregis ex animo curam gerere subditorum, plus que amari appetant quàm timeri. De Anagiua uerò Romam perductus XXXV. die à captione sua in loco doloris, & amaritudinis positus, inter angustias spiritus cum esset, corde magnanimus obijt Romæ V. Idus octobris. Sequenti uerò die fuit in tumulo, quem sibi uiuens præparari fecerat tumulatus in Ecclesia sancti Petri. Anno Domini M.CCC. III. Pontificatus sui anno nono. Plura de hac re infra in Stephano Anfuerio reperies.

B

Ex eodem in Clemente V. de eadem re.

ANno Domini M. CCC. XI. quarto die exitus mensis Aprilis scilicet V. Kalendas Maij, in Auinione per Clementem Papam fuit in Consisterio publico excusatus Philippus Rex Franciæ, de his quæ egerat contra memoriam Bonifacij quondam Papæ, & pronunciatum ad excusationem Regis, quod egerat ea in bona intentione, & bono animo ac zelo præsentibus ibidem Regis nunciis, & hæc fuerunt consequenter, ut dictum est, bullarum Papalium testimonio confirmata. Fuit que ibidem Papæ Clementi commissum totum negocium, totus que processus habitus Bonifacij Papæ memorati ab utraque parte, scilicet accusante & defendente: fuit que renunciatum & concluſum per uiam pacis tractatæ. Papa uerò suscepit super se negocium examinandũ & finaliter terminandum. Item C ibidem Papa Clemens absoluit Guilielmum de Nogareto præsentem & petentem absolui à sententia excommunicationis, qua tenebatur propter Bonifacij Papæ captionem.

Carolus V. aut Sapiens.

HIc fuit quintus huius nominis Rex Galliæ. Regnauit autem circa annum Domini 1360. id est circiter ante ducentos annos. Is cognomen sapientis obtinuit, cum propter eximiam sapientiam ac pietatem, tum præsertim, quod Sacras literas uerti curauit in uulgarem linguam, ut & promiscuum uulgus intelligere eas posset, contra quam nunc papistæ contendunt, nefas esse laicis sacras literas legere.

Idem etiam, teste Molineo, curauit librum edi contra tyrannidem & rapacitatem Paparum, & ipsorum Harpyarum, titulo Somnium Viridarij, in quo prolixè D ac liberè disputatur, de toto regno Pontificio, ei que non tantum politicus gladius, sed etiam superioritas super Episcopos adimitur. Est impressus iam olim fermè ante 100. annos Parisijs. Adscribemus uerò unum eius dictum, ut totius libri Argumentum Christiana Parisia inde cognosci queat. Sciendum itaque quod Ecclesia Romana ab initio sui usque ad tempora Constantini obtinuit licitè prioritatem hanc ex aliarum Ecclesiarum quasi electionis præbentium eidem consensum & obedientiam, sponte tamen non quidem, quia eidem forent aliqua authoritate subiectæ, sed propter Apostolorum Petri & Pauli præeminentiam charitatis, & in fide Constantiam. Et tutum propter multitudinem solennium personarum in ea honestate præpolentium, atque dominia, qui etiam propter ipsorum charitatem, immensam curam, & singulares fideles alios instruere & fraternè monere.

His autem ipsorum monita, tanquam doctorum suscipientibus ipsorum etiam ordinationes, circa Ecclesiasticũ ritum, quoniam utiles uidebantur, postmodum susceperunt, & demum ipsorum mandatis sub Ecclesiastica censura excommunica-

tionis uel

tionis uel interdicti propter fidelium unitatẽ seruandam obedierunt, quæ siquidem A obedientia spontanea per longam consuetudiuem obtinuit uim electionis, cuiusdam: unde licet circa initium Ecclesiæ reliqui Episcopi & Ecclesiæ fidelium, neque diuina, neque humana aliqua obligarentur obedire mandatis uel institutis Ecclesiæ uel Episcopi Romanorum, plusquam è conuerso, inualescente tamen hac utili & rationabili consuetudine, qua fideles in ueritate amplius seruabantur, eo quòd tunc fideli caruerunt legislatore, ipsos ad ordinem reducente, ac in unitate seruante, Obligati fuerunt posteri lege diuina ad obedientiam in licitis, & honestis, ac si demum Episcoporum & Ecclesiam per electionem sibi iudicem statuissent circa Ecclesiasticum ritum, & hoc præsertim usque in hæc tempora quibus potuissent publicè congregari, & de statu Ecclesiæ perfectionis ordinare de contentiosis actibus.

Hanc igitur prioritatem Romanus Pontifex, & ipsius Ecclesia licitè ab initio B per quandam sui charitatem & solicitudinem obtinere cœpit, quæ postmodum propter consuetam deuotionem, reuerentiam, & obedientiam spontaneam, electionis quasi robur assumpsit.

Nunquam enim ex Scriptura colligi potest, quod ex præcepto CHRISTI uel consilio aut alicuius Apostolorum, Ecclesiæ, uel Episcopi reliqui subesse deberent Ecclesiæ uel Episcopi Romanorum, etiam Ecclesiastico rituí, Quod tamen, sine cessitas fuisset, & debitum ad salutem fidelium, quemadmodum asserunt, iam quidem Romanorum Episcopi nec solum circa Ecclesiasticum ritum, uerum etiam in iuribus coactiuis, non tantum super clericos, uerum etiam super seculares principatus quoslibet, quomodo est credibile CHRISTVM & ipsos Apostolos hoc prætermisisse: sed quod CHRISTVS & ipsi Apostoli apertè statuerunt oppositum, præsertim in iurisdictionibus coactiuis, secundum quod pluries est ostensum. C

Tempore Constantini primi Romanorum Imperatoris, qui primus CHRISTI fidem & baptismum assumpsit, Imò fideles inceperunt publicè congregari, & dubia circa fidem diffinire, ut Ecclesiasticum ritum ordinate, ut ex Isidori codice apparet. De primitiua Ecclesia in synodo Nycena, Ab hoc igitur Constantino per edictum Imperiale, iuxta laudabilem & antiquam consuetudinem obtinuit Episcopus & Ecclesia Romanorum prioritatem, quam sibi super alias conueniens & rationabile est competere, pro ut ex iam dictis euidentijs comprobatur, & ultra prioritatem hanc quarundam prouinciarum possessiones, atque dominia, quamuis ante tempora Constantini, & post etiam Romanorum Episcopi suis epistolis siue decretalibus quibusdam prioritatem, quam, super alios illis conuenire monstramus electione, uel constitutionibus Principum, sibi singulariter absque requisitione legislatoris humani, fidelis Collegij, cuiusque uel personæ singularis cuiuscunque præeminentiæ dignitatis existat docuerunt diuina lege deberi. Cuius tamen D oppositum superius est ostensum.

Post tempora uerò Constantini primi Imperatoris, & præcipuè in imperiali sede uacante, hanc sibi deberi prioritatem quandoque lege diuina, quandoque uerò constitutione Principum suis epistolis affirmarunt. Insuper Episcoporum aliqui confirmantes de omni iurisdictione coactiua super omnes mundi ministros Ecclesiarum, & ipsorum collegia, quo utentes tanquam sibi conuenienti ex concessione Principis, quod diu potens extitit Romanorum Princeps, ipsius que regnum & plena sedes, principatu uerè deducto, in seditionem, & præcipuè Imperiali sede uacante, per temporum interualla functi sunt hac potestate, tanquam sibi diuina LEGE concessa, sic etiam suis epistolis expresserunt sibi conuenire temporalium omnium dispositionem seu distributionem pro uoto absque collegij cuiusquam aut personę singularis, cuiuscunque dignitatis uel authoritatis requisitione, & consensu.

Quibus

A Quibus etiam ipsorum excessib. moderni non contenti suis expresserunt epistolis siue decretalib. autoritatem, siue iurisdictionem coactiuam supremam, super omnes mundi principatus, populos, & singulares personas sibi lege diuina deberi, sic quidem, ut nullus principantium prædictorum iurisdictionem coactiuam, quam uocant ipsi gladium temporalem, præter, qui contra ipsorum dictamen seu consensum licitè ualeat exercere. Præter autem aut contrarium facientes, Reges aut populos excommunicationis uel interdicti sententiæ uocaliter pronunciando subiectos, Asserunt igitur se solos in mundo CHRISTI uicarios, qui Rex regum, & Dominus dominantium. Hoc latenter intendentes quod sibi debitum dictum titulum plenitudinis potestatis, propter quod etiam ad suam autoritatem pertinere dicunt, omnia mundi regna & principatus conferre, & auferre licitè posse Regibus & alijs principantibus imperia, atq; regna omnia titulo supradicto plenitudinis, uidelicet
B datæ potestatis à CHRISTO.

Hæc & hisce similia plura sunt in eo libro. Quæ grauiter pie ac uerè contra primatum ac tyrannidem Papæ opponuntur. Nec tamen solum hæc pars regni Antichristi ibi accusatur, sed etiam multi alij abusus & impietates eius taxantur & refutantur. Vnde apparet illum uerè sapientem Regem, eiusq; proceres ac consiliarios nec adeo imperitos fuisse ueritatis, ut plerique potentes tunc & postea fuerunt, nec ita superstitione seruiliter fractas ac prostratos, ut omnibus Papæ nutibus necessario obediendum putarent. Quin potius statuerent pium sanctumq; Pontifici Romano etiam publicis scriptis reclamare.

Cardinalis Portuensis

C Hic Cardinalis amplius ante annos 300. uixit, & in Germaniam misit prophetiam Ioachimi Abbatis cum subsequentibus uersibus de Cardinalium discordia, ut testatur Conradus Halber. fol. 385. sui chronici.

Non concordamus, nec concordare putamus,
Et tamen hic stamus, cum nil pietatis agamus.
Vt consumamus nos, in simul & pereamus.
Sed non curamus de fama, quam lapidamus,
Nec benè pensamus de mundo quem laniamus.
Ergo agamus nos ipsos, & faciamus.
Quod non perdamus hæc tempora, nec repetamus.
Quæ formidamus, hoc casu præueniamus.
Sponsum condamus, quem sponsæ præficiamus.

Humpertus de Romania.

D HVmpertus de Romania Magister V. ordinis Prædicatorum, floruit (teste Alia co) circa annum Domini 1220. Scripsit de ratione tollendi schisma inter Græcos ac Latinos ortum. In secunda eius libri parte cap. 11. testatur, magnam causam eius schismatis fuisse intolerabilia grauamina Papę in exactionibus, excommunicationibus & statutis. De quibus tribus Romanæ curiæ seu Antichristi tyrannidibus, admodum grauiter ibi ille bonus monachus queritur. Et sanè hæc tria compendiò fermè totam Papæ tyrannidem complectuntur.

Ludouicus Bauarus.

L VdouIcus Bauarus adeptus est imperium anno Domini 1314. excommunicatus est, & à Papa depositus, eò quòd ausus fuisset statim post electionem, antequā à Papa iuberetur, nomen eiusq; Imperij sibi usurpare. Quin & pro schismatico & hæretico est à Pontifice proscriptus & damnatus. Multa habuit certamina 33. annos, quib. imperauit, cum tribus Papis, & bella cum seditiosis in Imperio, quos Papa cum Episcopis ad capessendum imperium contra Imperatorem incitabat, gessit.

Sed de

Sed de bellis dicere non est nostri instituti. Quare tantum de articulis, quos A contra Papam defendit, breuiter dicendum est. Francofordiæ ad Menum, in publicis comitijs, publicè proposuit Cæsar suam excusationem, contra Ioannis XXII. excommunicationem. In qua (quod præcipuè à nobis annotari debet) disputat, politicum & spirituale Imperium seu gladium esse penitus distincta. Papam nullum omnino ius habere supra Cęsarem, imò contrà omnem animam debere esse subiectam superioribus potestatibus. Præterea ostendit, Papam se non legitimè citatum, multò minus auditum, modis omnibus iniustè damnasse: ac simul iudicem & accusatorem, uti sanctis istis Antichristis mos est, in sua propria causa esse uelle.

In alio uerò quodam scripto, quo tuetur se de diuortio Ducissę Carinthiæ (cui, ut alteri nuberet, permiserat) & filij Regis Bohemiæ, dicit Papam & alios spirituales nullum planè coactiuum ius habere debere, sed officium eorum esse tantum, ut doceant: illud uerò penes Imperatores aliosq; politicos magistratus esse. Defendit ergo & hunc articulum, quem nostræ quoque Ecclesiæ iam contra Papam defendunt, quòd scilicet rectè per diuortium separatis, liceat denuò contrahere matrimonium, præsertim parti innocenti.

Contulit quoque sine discrimine omnes Episcopatus & prælaturas Imperij, non consulto Papa. Vnde apparet eum primatum Papæ non adeò magni fecisse: sed statuisse, Ecclesiarum curam etiam ad politicos gubernatores, sua quadam ratione, pertinere. Dispensauit etiam inter prædictam Carinthię Ducissam & Marchionem Brandenburgensem, in gradu, quem non nominat, sed à Papa prohibito. Vnde itidem animaduertere licet, eum potestatem Pontificiam eiusq; decretalia non curasse.

Multi autem docti uiri tunc & Cæsarem defenderunt, & Papam oppugnarunt, eiusq; errores refutarunt. Inter quos hi tantum mihi iam succurrunt. Marsilius C Patauinus, Ioannes de Ianduno, Vuilhelmus Okam, Michael Cesenas generalis Minoritarum, frater Bonagratia, Dantes, & Petrarcha: quos cum modis omnibus fouerit, dilexeritq;, non est dubium, & dogmatibus eorum, de quibus alibi, aliquatenus assensum esse.

Tentauit optimus ille Imperator non semel, reconciliationem cum Papa: sed frustrà, repugnante non tantum ipsius Papæ, Cardinalium & Curtisanorum malicia, sed etiam Gallicorum Regum contra Cæsarem odio & ambitione. Nam Benedictus XII. Ioannis XXII. successor, aliquoties publicè & diserrè confessus est, Ludouicum innocentem, suumq; antecessorem iniustè eum esse persecutum: nec tamen metu Regis Galliæ (in cuius regione tum Papæ residebant) ausus est uel acta prioris Papæ rescindere, uel Ludouicum absoluere.

Verùm adscribamus sanè aliquid ex Auentino, de huius dissidij origine: item ex uetusta membrana, scriptum Ludouici contra Papam Iohannem. Sub idem D tempus primarius sacerdos Berchtrandum flaminem Ro. Philippum Valesium, qui Vestriaca Francia postea potitus est, cum copijs in Italiam mittit. Ciues, dynastas, oppida ab Imperio, ab Ludouico, ad se deficere cogit: fidem seruantes deuouet. Eosdem per Berchtrandum Dominicanum, impietatis quæstorem, hæreseos notat, armisq; inuadit. Petra Mala & Matthæus ab Adolpho Cæsare præsules Italiæ datus: eius filij Lucinus & Stephanus, Marcus ac Galeacius, eloquentissimi ac gratissimi uiri, cæteriq; ui, Pontificiaq; seruitute oppressi, Turianos, Vuelphonesq;, patres Pontificis Mediolano pellunt, ad opem Cæsaris confugiunt, maiestatem populi Germani implorant, Ludouici auxilium inuocant. Is Berchtoldum de Neyffen, Fridericum de Truheding, Berchtoldum, & filios eius Berchtoldum, & Henricum de Grayspach Regulos Boiariæ, Francię, Sueuiæ uirtutib. & natalib. celebres, qui prudentia atq; fatidica suorum cognominum diuinatione, pacem atq; concordiam inter Christianos cõfirmarent, ad Pont. Max. item ad legatum eius frustra proficisci iubet. Berchtrandus ille pacti turbator (id enim Berchtrandus Germana lingua uatet) non so-

A let)non solum legatos Cæsaris à Pontifice ad se reiectos non audiuit,sed & contume
lia affectos,quasi hostes excedere Italia iussit, moxq; Mediolanensem agrum crudeli
ter depopulatur: stupris, cæde,incendijs uniuersa,uti bello fieri solet,complet.Ludo
uicus,quòd sacramento rogatus,religione iurisiurandi adactus esset,se maiestati Im-
perij Reipublicæq; nunquam defuturum,inopibus contra fas, præter æquum armis
afflictis,ad populi Germani libertatem confugientibus quos sine maximo scelere de
serere non posse,superiores tetrarchas Cæsareis auspicijs suppetias ferre,uim ui repel
lere iure gentium imperat. Atque hæc ex utriusque principis Romani edictis, quæ in
Boiariæ publicis bibliothecis seruantur,excepimus. Ea si à chronicariorum menda-
cijs discrepauerint,illorum negligentia atque temeritas (qui amore atque odio cæcu
tientes,ac imperitia confisi fabulosa, omissa publica instrumentorum authoritate,si-
bi conquirere permittunt) accusetur: & ut possint illorum nugæ sperni,tamen fides
nostra non debet. Quæcunq; in diplomatibus reperi, incorrupta perfero.

B Igitur uigesimus secundus hac bulla Cæsarem afflat. Posteaquam (inquit) à de
cessoribus nostris res Romana à Græcis ad Germanos translata,Carolo Magno in fi
dem atque tutelam commissa est,summus ille honor, beneficium Pontificis Maxi-
mi esse soler. Decretum siquidem est,ut cum Germani Principes Regem iussissent,id
demum ratum esse,si Rom.Pontifex,uniuersi orbis Christiani pater atque princeps,
authorfieret: nec antè cuiquam comitijs Cæsareis, suffragijs principum designato
Regi,neque administrandi, neque regij tituli usurpandi ius est, quàm primarius sa-
cerdos Dei Op.Max. legatus,suo numine faueat & aspiret. Præterea summa pote-
stas,maximum imperium,ubi orbum capite fuerit,penes Max. Pontificem,cuius be-
neficium illud est,existit. Itidem ubi septem suffragatores comitijs Cæsareis discor-
des fuerint,neuter Rex est. Episcopus Romanus, sicut communis omnium mortali-
um parens, fasces Romanos ob dissensionem destitutos, rempublicam derelictam,
suo arbitrio temperat. Quemadmodum animus imperare, corpus illi cuius benefi-
C cio uiuit,seruire debet: ita optimè consultum esse rebus Christianis nemo ambigit,
ubi fragilia æternis,prophana sacris,corporalia spiritualibus subdita sunt, atque ob-
temperant. Quod tum fit,quando Pont.max. dignitatem utramq; suo arbitratu mo
deratur: & Imperator,religione sacramenti, ei qui terris præsidendo uicem cœlestis
Imperatoris perfungitur,addictus est. Hasce ob causas,cũ post fata Imperatoris Hen-
rici septimi,duo,Fridericus atq; Ludouicus, Reges consalutati fuerint,ambo, ut pote
contra auspicia creati,indigni sunt summo rerum humanarũ fastigio. Respub.in me-
dio derelicta atq; dilacerata,à nobis iure nostro administratur. Proinde Ludouicus
maximo malo suo, non minore Ecclesiæ Romanæ detrimento, nec dum à nobis
dignus qui imperet iudicatus,sua sponte regium nomen,rerum habenas temerè usur
pauit, atq; in Italia atq; Germania occupat. Nam Brandeburgensem principatum
contra leges atq; intercessionem filio suo tradidit. In Italia Galeacio,eius fratribus de
crimine hæreseos condemnatis atq; renunciatis suppetias tulit. Nos igitur iuxta mu
D nus cœlitus nobis datum,Ludouico præcipimus, ut intra menses tres sese abdicet ab
regio nomine, gubernatione, functionibus publicis,rebus gerendis penitus abstine-
at, à se hactenus acta rescindat, nec posthac nisi iussu & mandato nostro dignitatem
resumat.quod si obtemperare obrectauerit,patriarchis,Episcopis cunctis,sacerdoti-
bus principibus ciuitatibus imperamus,ut eundem deserant,ac nobis parere cogant.
Data atq; publicata Auinione,octauo idus Octobris, anno dignitatis 8. Christi uerò
1323.

Hæc ubi in Germania comperta sunt,Ludouicus diuini humaniq; iuris consul-
tissimos quosq; in Italia, Germanijs, Gallijs, præcipuè Bononiæ atq; Lutetiæ, iure
utroq; atq; sacris literis peritos consulit.Hi omnes rescripsere,acta & dogmata Ioan-
nis aduersus Cæsarem, Christianæ simplicitati & diuinæ philosophiæ repugnare.
Extant huiusce modi consilia Theologorum in bibliothecis, in membranis scripta,
contra uigesimum secundum. Libros quoq; edunt hi amici Lodouici Marsilius Pata

uinus, Ioannes Gandauenſis, Luitpoldus de Bebenourgk, Andreas Laudenſis my- A
ſta Fruxinenſis, Auguſtæ magiſter epiſtolarum : Vlricus Hangenor Auguſta ortus,
ſacro Cæſaris ſcrinio præfectus, Dantes Aligerius. &c.

Sequitur Apologia Ludouici IIII. Imperatoris, publicè contra ca-lumnias Ioannis XXII. propoſita.

IN primis contra nos, & Imperialem authoritatẽ, & ius Imperij, allegatur & obij citur, quòd poteſtas & authoritas Imperialis eſt à Papa: & quòd electus in Regẽ Romanorum, ex ſola electione non eſt. R. Dici poteſt uerus Imperator, nec habet poteſtatem, iuriſdictionem & authoritatem antequam inungatur, conſecretur & coronetur à Papa: qui ut dicunt, tam in temporalibus quàm in ſpiritualib. habet B plenitudinem poteſtatis. Ad quæ reſpondemus, hanc opinionem ſacris canonibus aciuri & rationi pariter obuiare, ſicut expreſſè patet in Decretis 96. diſt. c. Cùm ad uerum, & canone, Duo ſunt. &c. Imperator. ubi expreſſè habetur in hæc uerba: Duo ſunt quippè quibus principaliter hic mundus regitur. ſ. authoritas Pontificum, & Regalis poteſtas. Habet quippe Imperator priuilegium poteſtatis ſuæ, quam ad miniſtrandis legibus probabiliter diuinitus conſecutus eſt, nec Imperator uſurpat. hęcibi ubi gloſſæ ordinariæ dicunt, quòd iſtæ poteſtates ſunt diuerſæ, & quòd neutra dependet ab altera, & quod Imperator non habet poteſtatem ſiue imperium niſi à ſolo Deo. 93. d. c. Legimus. ubi in textu dicitur, quod exercitus facit Imperatorẽ, & gloſſa ſup uerbo Imperatoré dicit: Sic ex ſola electione principũ. Dico enim uerũ Imperatorẽ, antequã à Papa confirmetur, ut dixi 73. d. Quamuis hæc gloſſa. & hoc etiam probatur in canone X. d. ubi de poteſtate põtificali & imperiali loquitur in hæc uerba: Quoniam mediator Dei & hominũ Chriſtus Ieſus ſit, actib. proprijs & dignitatib. diſtinctis, officia poteſtatis utriuſq; diſcernit, ut Imperatores pro æterna uita Põtificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporaliũ rerum imperialibus legibus C uterentur. Quatenus ſpiritualis actio à carnalib. incurſibus diſtaret, & Deo militãs, ſ. Papa, minimè ſe negocijs ſecularibus implicaret: ac uiciſsim ille, ſi Imperator non uideretur diuinis rebus præſidere, qui eſſet ſecularibus negocijs implicatus. Hæc ibi. Vbi gloſſa ordinaria de utraq; poteſtate loquens, dicit ſic: Dum ergo poteſtates iſtæ diſtinctæ, eſt hoc argumentum, quod imperium non habetur à Papa, & quòd Papa non habet utrunq; gladium. Nam exercitus facit Imperatorem, 43. d. Legimus. & imperium à ſolo Deo habetur, 73. q. 4. Eſt quamuis. Alioquin ſi imperium haberet à Papa, poſſet in temporalibus ad Papam appellari: quod probat Papa Alexander 4. Quòd illa. ſ. temporalia, ſuam. ſ. Papæ iuriſdictionem non attingunt. ex. de appel. Si duobus. &, qui ſi. ſicut legit c. Tamen. &, Ita eius, credo iſtas poteſtates diſtinctas eſſe. Hæc gloſ. & 8. d. c. Quo iure, dicitur: quòd iura humana per Imperatores, Reges D ſeculi, Deus humano generi diſtribuit. & lex dicit, quòd imperium & ſacerdotium principio præceſſerunt in actum, quomodo oporteat Epiſcopos & cæteros cleri, ad ordinem perduci. In principio, Conſ. 1. Nec Imperator iuriſdictioné Papæ, nec Papa iuriſdictionem Imperatoris perturbare debet. extrà, de iudic. Nouit.

Ex quibus & alijs pluribus quæ breuitatis cauſa dimittuntur, clarè paret, quòd poteſtas & authoritas Imperialis, quæ immediatè eſt à ſolo Deo, & non à Papa, & quòd electus in Imperatorẽ, ex ſola electione eſt Rex Rom. & habet authoritatem, iuriſdictionem & poteſtatem Imperialem & antiquam, inungatur, conſecretur, & coronetur à Papa, aut non: & quòd Papa non habet in temporalibus dictam plenitudinem poteſtatis.

Sed obijcitur, quòd ille qui ſe Ioannem Papam XXII. appellabat, per ſuos proceſſus de facto caſſauit, ſiue nullam caſſam & irritam pronunciauit, electionem de nobis in Regem Romanorum factam: afferens in ſuis proceſsibus, nos miniſtrare non poſſe

A posse iura Imperij, & quòd administratio Imperij ad ipsum Ioh. pertinebat de iure, & alia plura in ipsis processibus asserens, & attentans contra nos & iura Imperij, & contra illos & contra iura & libertates eorum, ad quos uacante Imperio pertinet electio Regis Romanorum, & contra iura & potestates Principum Alemanniæ, & subditorum Imperij, & contra consuetudines antiquitus rationabiliter introductas & obseruatas: prout in ipsis processibus, imò uerius excessibus, continetur. Insuper post dictos processus, quasdam literas sub bulla sua dicitur fecisse, & per multum publicè transtulisse, in quibus se asserit totam Italiam ab imperio & regno Alemanniæ separasse: insinuans per sua scripta & dicta, quòd Papa tanquam dominus uniuersalis, non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, potest tam de imperio quàm de omnibus regnis & dominijs temporalibus totius mundi, ad suum libitum dispo
B nere & ordinare.

Ad quæ omnia duximus respondendũ, quòd dicti omnes processus, assertiones & literæ, & omnia & singula quæ per dictum Ioh. in prædictis & contra prædicta gesta seu attentata fuisse dicuntur, fuerunt & sunt nulla, & nullius ualoris & momenti, rationibus infrà scriptis.

Prima ratio est, quoniam Papa quantumcunq; catholicus & legitimus, non habet talem potestatem, nec autoritatem aut iurisdictionem in temporalib. & maximè supra iura Imperij, quod est immediatè à solo Deo, ut euidenter probant Canones, & iura superius allegata. Vnde quicquid dictus Ioh. fecit in prædictis, tanquam à non suo iudice factum, nullius fuit momenti: ut probant apertè canones 11. q. 1. di. pen. & 7. q. 1. c. In primis. iuxta finem. & 16. q. 1. c. Frater noster, & ex. de Iud. At si
C clerici. & ex. de consue. Ad nostram, &c. Si non à competenti iudice. l. ij. & iij. & ult. cum similibus.

Secunda ratio est ex eo, quod dicti processus, imò uerius excessus, fuerunt per dictum Ioh. contra nos, & in præiudicium enorme nostrum, & illorum qui nos elegerunt in Regem Romanorum, & aliorum Principum Imperij & Alemaniæ, ex notoriè falsis causis, & nullo fori ordine seruato, nobisq; & alijs quorum intererat absentibus, & nullo modo legitimè monitis & citatis. Vnde dum sacri canones & iura diuina & humana decernant, sententias & processus quoscunque promulgatos, absentibus ijs quorum causa agitur, siue uentilatur, & eis sitè non monitis & citatis, nullius existere firmitatis 3. q. 4. per totum. & ubi etiam legitur sanctos Pontifices definiuisse in hæc uerba: omnia quæ aduersus absentes in omni negotio aut loco agun
tur aut iudicantur, irrita erunt, & euacuantur omnino, nec aliquam obtinent firmitatem, quia diuinæ & humanæ leges hoc fieri prohibent, ut ex. de testibus In nomine Domini. & in auth. de testibus. Hæc uerò coll. 7. & super quæ sen. sine app. & rest.
D l. 1. c. Ex hoc edicto. & l. quomodo & quando iudex L. eaq;. & maximè in causis quæ summi Pontificis iudicio deciduntur, ordo iuris & uigor æquitatis est subtiliter obseruandus, ut ex. de sit. & re iud. C. in causis. Sequitur, quod prædicti processus, imò uerius excessus, fuerunt nulli, & nullius ualoris, peremptus & momenti.

Nec obuiat, si dicatur, quòd prædictus Ioh. in ciuitate Auionis prouinciæ existens, cum sua curia, per suam naturam quam debet ad fores Ecclesiæ à uisis appendi fecisse, nos absentem citauit: quoniam talis citatio, esto quòd appareret, nullatenus fuit nec est dicenda sententia, rationib. infra scriptis. Prima ratio: quia sunt canones & iura. Ad hoc, quod censeatur & dici possit citatio firma, necesse est quòd habens, qui citandus est, citetur aut personaliter, si inueniri potest: aut si non potest inueniri, publicè citetur ad domum suam. alias nisi sic citetur, non potest procedere contra ipsum, ut apertè proñciatur 4. q. &c. Quisquis. Et ex. de dolo & contu. in textu & in gloss. & in c. Venerabilis. in fin. & de cleric. non re. ex me. & ex. quæ matrimonium sit. post c. & de eo qui mittitur in poss. c. Ite. s. c. ult. equus canis maiores. 4. Item ait. Hoc autem cum similibus, & si proceditur, processus nullius est momenti, ut dicitur in superius allegatis iurib. 3. q. c. caueãt. & quæ sin. sine app. resti. L. i. & co. Quomodo

& quando iudex. L. eaq;. Ex quibus iuribus clarè patet, dato sine præiudicio, quòd A
talis inquam citatio per literas in ciuitate Autonum appensas, reperietur facta fuisse,
quòd nihilominus processus per ipsum Ioh. factus fuisset irritus & inanis.

Secunda ratio: quia ad hoc quod citatio de iure legitima censetur, & arctet ci-
tatum ad ueniendum, necessum est quod assignetur illi qui citandus est, tempus & lo
cus ad comparendum securus: prout manifestè probant iura, ex. de app. c. ex parte
tua, & 3.q.2. Siue de coniugij. Vbi prouidendus est locus, in quo nulla uis formide-
tur multitudinis, nec sit difficile testes producere, uel cæteras personas. quæ tam à san
ctis canonibus quàm à uenerandis rationis legibus, in huius controuersijs requiritur.
Hæc ibi & 3. q. 9. hortantur: & ex. ut li. non contes. c. accedes. & de iudic. L. sed
locus.

Sed notorium est, & indubitatum existit, quod dictus Ioh. tam nos, quàm Im-
perij nostri fideles & amicos, odio capitali, & etiã hostili exercitu persequebatur de B
facto: & ciuitates & iura Imperij sibi usurpare & subiugare, quantum poterat, cona-
batur. Ciuitas quoque Autonis, in qua idem Ioh. cum suo consistorio morabatur, &
ad quam nos per suas literas euocabat, & ille qui illius ciuitatis dominium detine-
bat, nos & Romanũ Imperium habebat odio notorio & antiquo. Vnde patet quod
deciperet, qui diceret uel sentiret, uel talem citationẽ, nos ad comparendũ modo ali
quo coartasse. Quis enim auderet dicere, quòd talis consistorij in tali loco periculoso
teneremur subire iudicium, & in hostium nostrorũ nos ponere sinũ, & mortis pericu
lo ultroneo nos offerre? Patet igitur, quòd talis citatio si facta reperiretur de nobis, so
ret irrita & inanis.

Tertia ratio sumitur ex eo, quòd in sacris canonibus & legibus statuitur, quòd
nullus in propria causa possit iudicare, uel ius sibi dare: ut probatur 73.q.4.c. inter que
telas. & q.& de occidend. & 4.q.4.c.1. & C. ne quis in causa propria iudicet, uel ius C
sibi dicat. Sed manifestum adeò est, & notorium, ut nulla possit tergiuersatio
negari, quòd prædictus Ioh. de facto contendebat, scilicet quòd ipse non solum
in spiritualibus, sed & in temporalibus, & in nos & in totum Imperium, ac iura Im-
perij habebat plenitudinem potestatis: & quòd super hoc contra nos contro-
uersiam & litigium de facto mouebat, & iura Imperij etiam hostiliter sibi pro uiribus
usurpare conabatur: & nos & Imperij nostri fideles quantum poterat, tanquam ad-
uersarius, hostis & inimicus noster & Imperij, consequi nitebatur. Vnde etiam con-
tra eum tanquam contra aduersarium, inimicum & hostem nostrum, & etiam Im-
perij, pro defensione nostra, & etiam fidelium nostrorũ, & iuris Imperialis ac fidei,
appellamus ad futurum generale Concilium, in loco tuto & securo modo debito
& secundum formam sacrorum canonum congregandum. Exquibus sequitur ma-
nifestè, quòd dicti processus, imò uerius dicti excessus, per dictum Ioh. contra nos &
contra fideles nostros & iura Imperij facta fuerunt in propria causa, & temerè & per- D
peram adtentati: & quod ipse in ipsis processibus se iudicem simul & partem effecit:
ac per consequens, quòd fuerunt irriti, & nullius penitus firmitatis.

Tertiò obijcitur contra nos, quod dictus Ioh. tam in nos, quàm in omnes fa-
uaces ac fideles nostros, habentes & tenentes nos pro Imperatore nomine, & ho-
nore, & nobis tanquam Imperatori obedientes, & reuerentiam exhibentes, & in om
nibus admittentes nos ad diuina, seu nobiscum participantes in diuinis, aut diuina
officia celebrantes coram nobis, & præbentes nobis auxilium, consilium & fauorẽ,
de facto excommunicationis sententiam fulminauit: & Ecclesias & Vniuersitates,
quæ contra facerent, Ecclesiastico supposuit iudicio. Vnde dicitur, Quod sententia
pastoris siue iusta siue iniusta, seruanda est & timenda.

Ad quæ respondemus & dicimus, quod secundum sacros canones & iura hu-
ius sententiæ & processus, fuerunt & sunt nullæ ac nullius firmitatis, nullius q; ualo-
ris penitus & momenti: nec sunt aliquo modo timendæ nec seruandæ, nec timendi
nec ser-

A nec seruandi: quod euidenter ostenditur & probatur rationibus infrà scriptis. Prima ratio sic sumitur. Certum est, quòd cum Prælatus Ecclesiæ in suo mandato excedit, formam & potestatem à sacris canonibus sibi traditam, & in contra mandatum huius facientes excommunicationis in singulares personas & in Ecclesias & uniuersitates, sententias interdicti promulgat, talem sententiam nõ tenere, sed nullam ipso iure fore, nullatenusq; obseruandas, ut probatur per id quod legitur & notatur. Ex. de excessibus prælatorum. c. cum ad quorundam. Temerarium enim est & indignum, aliquem sibi sua authoritate usurpare, quod Romana Ecclesia non concedit. Ex de priuileg. c. sanè. Sed ut suprà probatum est euidenter, sancta Romana Ecclesia catholica & Apostolica non concedit, sed prohibet Papæ ius Imperij & potestatem in temporalibus usurpare. Quia, ut dictum est, istam Papæ iurisdictionem, quæ solum est in spiritualibus, non contingunt, ut in superius allegato c. ex. de appell. C. Si duobus. Et maximum est, quòd dictus Iohan. per suas antedictas sententias excessit

B formam & potestatem Papæ traditam: Quia ius Imperij & potestatem in temporalibus sibi usurpare conatus est, contra sacrorum canonum constituta: Ergo huius sententiæ sunt & fuerunt nullæ & nullatenus obseruandæ. & hoc est unus de casibus expressis, in quibus sententia de excommunicatione nullatenus obseruanda.

Secunda ratio sic sumitur. Certum est de iure, quod ubi est error expressus in sententia uel mandato præsidentis, puta quia præcipit, quòd non obediat suo superiori, uel præcipit aliquid contra Deum, uel contra sacram Scripturam, talis sententia ipso iure nullius est momenti, nec est timenda, nec aliquatenus obseruanda: ut probatur per illud quod legitur. Ex. de sententia excommunicationis. c. Venerabilibus iuxta fi. a. & 11. q. 3. c. Si is qui præest. cum duobus cc. sequentibus. Et idem est, utcunque sententia est ipso iure nulla: ut probatur apertè per illud quod legitur & notatur. Ex. de sententia excommunicationis. c. per tuas. & ex. de procurat. c. in nostra præsentia nisi. & ex. de crimine falsi. c. super eo. & ex. de sententia & re iudicata. c. 1. Sed maximum est, quòd dictus Iohannes in dictis suis processibus & sen-

C tentijs expressit, quòd non obediatur nobis, cui omnes Imperio subiecti obedire, & reuerentiam exhibere secundum diuina & humana iura sunt astricti: & quòd hoc fecit, uolendo sibi ius Imperij & potestatem omnimodam in temporalibus contra dominum & contra iustitiam usurpare, ad quæ non extenditur, ut dictum est, auctoritas & potestas. Ergo ipsæ sententiæ sunt & fuerunt nullæ, & nullius penitus firmitatis, nec fuerunt nec sunt quomodolibet obseruandæ.

Maximum est, quòd quando sententia excommunicationis uel interdicti profata est post appellationem legitimam, nulla est, nec est aliquatenus timenda, nec seruanda, ut apertè probatur. Ex de offic. & potest. 3. d. Cum olim, in fine. & de sententia excommunicationis c. Venerabilibus, in fine. & ext. de appel. c. ad Imp. Et per illud quod legitur & notatur ex. de sententia excommunicationis, c. per tuas, in gloss. ord. & per Do. Ostiens. in Apparatu super c. Solet. & in summa super quam

D alios doctores. Sed maximum & notorium est, quòd non dudum contra dictum Iohannis & processus, quos ipse de facto fecit contra nos, ac potestatem & authoritatem Imperialem, & præiudicium & derogationem fidei catholicæ, quam sancta Romana Ecclesia firmiter hactenus docuit & credidit, & docet, & tenet, & credit, appellamus ad futurum generale concilium, in loco securo & congruò congregandum, & ad sanctam matrem Ecclesiam catholicam

Quæ appellatio fuit ad ipsius Iohannis notitiam deducta, prout notorium est, & maximum: & constat etiam per legitima documenta, & quia ipse Iohannes post & supradictam appellationem promulgauit, & protulit de facto contra nos & fideles nostros, & nos sequentes, & nobis præbentes consilium, auxilium & fauorem, dictas excommunicationes & interdicti sententias, si sic dici possunt: Ergo fuerunt & sunt nullæ, & nullius ualoris & momenti, nec sunt aliquo modo timendæ, nec obseruandæ.

Nec obstat quod dicitur, quòd Papa non habet superiorem, unde, ut aliqui A garriunt, non potest ab ipso quomodolibet appelari. & uerè non obstat, quoniam maximum est secundum doctrinam catholicam & sacrorum canonum, quòd Papa, ubi de fide siue de iure diuino agitur, subest concilijs, nec potest, per illud quod legitur & notatur 15. c. Sicut sancti. in textu & gloss. & 25. q. Sunt quidam. cum sequentibus capitibus, & 19. d. c. Anastasius, ubi dicit gloss. ordi. super uerb. concilio dicitur: Videtur ergo, quod Papa teneatur requirere concilium Episcoporum quod uerum est, ubi de fide agitur, & tunc synod. maior est quàm Papa. 15. d. Sicut sancti mei, dicit gloss. ord. & quòd Papa, ubi de fide agitur, habet superiorem in terris, à quo possit iudicari: & per consequens, ad ipsum superiorem ualeat appellari. Probatur etiam, notanter per illud quod legitur & notatur. 40. d. c. Si Papa. ubi expressè definitur, quòd Papa à nemine iudicari potest, nisi deuiat à fide catholica. Ergo si Papa deuiat à fide, habet superiorem in terris, à quo potest iudicari: & per consequens, ad B ipsum appellari. Hoc etiam patet per hoc, quod dicit August. in epist. ad Glorium & Eloulium, & reliquos Donatistas, ubi de concilio Papæ & collegij Cardinalium scribit dominus sic. q. Non eis dici possit, & adhuc iustissimè dici, Ecce puteus, illos Episcopos, qui Romæ iudicarunt, non bonos fuisse. restabat adhuc uniuersalis Ecclesiæ plenarium iudicium, ubi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari, ut si malè iudicasse conuicti essent, eorum sententiæ soluerentur. Hæc Aug. Ex quibus & alijs plurimæ authoritatis, quæ breuitatis causa dimittuntur, euidenter patet, quod concilium uniuersale Ecclesiæ catholicæ, ubi de iure diuino aut de fide agitur, maius & superius est concilio Papæ & Cardinalium, & ipsum soluit & tollit, si ipsi repugnant.

Cum ergo pro defensione iuris Imperij, quod est à iure diuino, & fidei catholicæ, appellamus ad generale concilium in loco tuto & securo congregandum: sequitur, quòd appellatio nostra fuit interposita ad superiorem, ad quem legitimè potuit appellari. C

Albertus Krantz. Lib. IX. Sax.

Caput 15.

LVdouicus interea Romanorum Rex uocatus, uenit in Italiam, excipitúrque perbenignè à Gibellinis, qui partes fouerent Imperij, peruenit que in urbem Romam, excipientibus eum Proceribus Romanis solenni apparatu. Habebant autem primores Romani magistratum, quem appellauere uicariatum, quem tum Stephanus Columna gerebat. Is à clero populóq; interpellatus, coronam Ludouico dedit Imperialem: qua ille percepta, cum aliquandiu gyrationes uertigino-sas Italorum in suis partialitatibus ridens conspexisset, in Germaniam reuertitur: conuentúq; conuocato per magnificum in Franckfordiam, ad quem etiam uocauerat D Reges Imperio non parentes.

Venerat Rex Angliæ Imperio nihil debens. Aderat Rex Bohemiæ Ioannes Henrici VII. F. cæteríq; regni tam spirituales quàm seculares Principes. Ibi constituta sunt multa quę ex dignitate Imperij tum sunt uisa. Inter alia uerò quod electus à Principibus, aut à maiore & saniore parte, administrationem habeat citra assensum Pontificis. Nam ea quæ præter hæc introducta sunt, nec diuino iure, nec ulla patrum ordinatione, sed blanda quorundam assentatione & Rom. spontanea ingestione Pontificum prouenerint: electus insinuatur Romano Pontifici, quod sit Princeps catholicus iustus, Imperio dignus, petatúrq; coronatio: quæ (nisi obsteterit manifesta causa) si negatur, sumatur consecratio à quouis catholico Pontifice, Nam omnes illæ solennitates per Ecclesiam introductæ fuerunt. Quis enim Romanus Pontifex consecrauit Constantinopolitanos Imperatores? Et quis ante Carolum multos Christianos Cæsares? & ante Constantinum quis consecrauit ethnicos Imperatores?

Deinde

Deinde ordinatum est quod Imperator præstabit Pontifici & Ecclesiæ defensionis, deuotionis & humilitatis, non fidelitatis, homagij, aut subiectionis iuramentum: quia temporalis dominij Papa Imperatori nihil tribuit, imò Ecclesia omnia illa sumpsit ab Imperio. Gladius enim uterq; nihil habet commune, cum alter animã, alter corpus solum conficiat. Ibiq; decreto firmatum est, quod uacantis Imperij administrationem Papa habeat, nulla scriptura, nulla ratio, sed sola usurpatio introduxit. Hæc tum principibus in cœtum Imperij congregatis usa fuere in rem Christianam obseruanda. Sed luit Germania pœnas diuisionis suæ: quæ si unum sentiret, pareret q; suo capiti, quomodo in Anglia & Frãcia principes, Regi, recte illi omnia procederent. Nunc uerò experitur quod uerbo ueritatis discere & cauere debuit: Omne regnum in se diuisum desolabitur.

B

Carolus quartus.

LVdouico successit in Imperio Carolus 4. Bohemiæ Rex, aur. bullæ author. Quid is de Romanistarum spiritualium q; spiritu senserit, facilè ex sequenti historiola apparebit: quam quòd lectu dignissima est, totam ex Paralip. Vrspergensis adscribam.

Circa hæc tempora Carolus Imperator Moguntiæ comitia habet cum Archiepiscopis, Moguntinensi, Treuerensi & Colonien si. Aderant quoq; Saxoniæ & Bauariæ Duces. Istuc Pontifex miserat legatum, Episcopum Canalcens. pro subsidio Cameræ. Quem cum Imperator præsentibus Principibus audiuisset, respondit: Domine legate, Papa misit uos ad Germaniam, in qua magnam pecuniam corraditis, sed in clero nihil reformatis. Adstabat autem Cuno de Falckenstein canonicus Moguntinensis, cum caputio precioso, aureis & sericis ligaturis consuto, quod Imperator suo
C capiti imponens, inquit: Sum ne in caputio Cunonis plus militi, quàm clerico similis? Et intuitus Gerlacum Archiepiscopum Moguntinum, sic affatur: Domine Archiepiscope, uobis præcipimus sub ea fidelitate, qua nobis astringimini, ut clerum uestrum reformetis, tollatisq; abusum in uestibus, calceis, capillis, & toto uitæ habitu. Quod si non fecerint, mandetis fructus beneficiorum suorum occupari, & fisco nostro præsentari quos nos in honestiores usus conuertemus. Colloquio isto peracto,
Pontificis legatus non diu Moguntiæ hæsit, sed quasi fugitans, naui conscensa, Coloniam soluit.

Fridericus Cæsar.

DE Sigismundo Cæsare postea dicetur in concilio Constantiensi. Iam pauca de Friderico Cæsare, patre Maximiliani, dicam. Tempore Basilien sis cõcilij, nempe anno Domini 1441. habuit is Cæsar conuentum Imperij Moguntiæ, ubi
D præcipuè deliberatum est de rebus Ecclesiasticis, nempè de concilij Basilien sis auctoritate, & minuendis oneribus seu exactionibus quas Papæ Ecclesijs Germanicis totique Germaniæ imponebant, quibusq; eam penitus exugebant. Nam Papa Basilien se concilium, quod prius ipsemet indixerat & confirmarat, euertere uolebat. Id pernicio sum Germani ac Imperator Ecclesiæ & Imperio fore putantes, de resistendo eius audacityrannidi deliberabant. Volebant præterea tolli omnes annatas, reseruationes, item omnes sumptus pro pallijs, confirmationibus aliasq; malas Papæ artes, quibus Germaniam deglubebat. Habeo articulos eius deliberationis. Extat epistola Friderici Imperatoris ad Regẽ Gallię, in fine Clemangis impressa, qua eum hortatur, ut ad illũ conuentũ ueniat, aut saltẽ aliquos eximios uiros legatos mittat, quo de reb. Ecclesiæ deliberare inter se possint. At cõtrà Papa per legatos à Gallo petijt, ne uel ipse eò proficisceretur, uel ullos legatos eò mitteret se incõsulto. Omnino apparet ex utraq; contraria petitione, & præsertim ex prædicta Friderici epistola, eum Cæsarem magnum quippiã de rebus Ecclesiasticis, magnoq; studio in animo uoluisse. Grauiter

certè orat & obsecrat Regem Galliæ, ut uelit perpendere summas Ecclesiæ difficultates, & ad deliberandum de eis sanandis ad prędictum conuentum uenire, &c. A

De hoc Moguntino conuentu uide commentaria Syluij de Basilienſi concilio, ubi prolixè de eo leges. Molinæus scribit, bis institisse acriter ordines Imperij apud eum, ut cohiberent Romanistarum rapacitatem: ipsumq; Imp. id facere primò seriò conatum: sed mox à Romanis, & præcipuè à Syluio mollitum elanguisse, ut sane fuit homo lentus & remisso animo. Verùm hunc Molinæi locum, & prædictos articulos seu grauamina, in titulo de Grauaminibus integrè adscripsimus. De Maximiliano item, quid & is conatus in hoc eodem genere sit, alibi annotatum est.

Marsilius Patauinus.

MArsilius Patauinus uixit anno 1324. Edidit insigne opus, quod inscripsit, Defensor pacis, pro Ludouico Cæsare, contra Papam Ioannem 22. quodq; nunc impressum extat. Contraxit quoq; eundem librum iam olim in compendium pius aliquis, & non indoctus uir: quod compendium ego habeo. Multa in eo opere Marsilius iuxtà eruditè ac piè contra Papam disputat: ut, omnes Episcopos & sacerdotes esse æquales, nec habere Papam super alios Episcopos superioritatem aliquam, multò minus super Cæsarem, aut alios politicos gubernatores. Summum iudicium debere esse penes uerbum Dei. In concilium, ad cognoscendum & iudicandum, non tantum spirituales, sed & laicos eruditos piosq; admittendos. Clerum & ipsum Papam debere esse subiectum magistratibus. Ecclesiam esse uniuersitatem fidelium. Ecclesiæ fundamentum & caput esse Christum: nec constituisse Christum aliquem unum uicarium, nec Papam. Episcopos eligendos esse ab Ecclesia & clero suo. Coniugium sacerdotum piè concedi posse. S. Petrum nunquam fuisse Romæ. Papisticum cœtum seu synagogam esse speluncam latronum. Doctrinam Papæ non esse sequendam, quia ducat ad æternum exitium. Corruptos Christianorum mores ex turpitudine spiritualium profluere. B C

Disputat etiam in alio quodam opere De gratuita iustitia. Merita extenuat, & dicit ea esse causam salutis sine qua non. Hæc cum tam multa piè doceat, & Papæ errores confutet, non immeritò dicit esse singulare Dei donum, quod ipse fermè solus Romanorum Pontificum sophismata soluere possit. Habeo & alium paruum Marsilij libellum, De translatione Imperij à Græcis ad Germanos, quem libellum anno superiori Basileæ imprimendum curaui. Damnauit Marsilium eius aduersarius Ioannes 22. in suo Extra iustitiam uagante. Non dubitanter autem affirmo nullum scriptum extare contra Papam ex ueteribus præstantius hoc, siue eruditionem, siue copiam & libertatem spectes. Vidi in uetusto quodam codice tractatulum, cui nomen Marsilij erat adscriptum, in quo probatur, quòd potestas coactiua tantum ad Imperatorem pertineat: sed erat nomine Ludouici Cæsaris scriptus. D

Eodem tempore uixit Vlricus quidem Augustanus, secretarius Imperatoris intimus, qui Ioannem Papam solitus est appellare bestiam à mari ortam: de qua in Apocalypsi.

Ioannes de Ianduno.

IOannes de Ianduno Gandauiensis, uir longè eruditissimus, circiter ante 230. annos, eadem planè dogmata cum Marsilio Patauino defendisse cõtra Papam dicitur: præcipuè uerò primatum Papę oppugnauit. damnatusq; est eodem decreto Ioannis 22. cum Marsilio. Sic autem id decretũ incipit: Licet intra doctrinam Apostoli, &c. Scripsit quoq; multa philosophica super Aristotelem & Auerrhoem, quæ & olim in precio fuerunt, & adhuc hodie sunt. An uerò aliqua eius theologica usquam terrarum inueniantur, ignoro. Si quæ tamen alicubi adhuc extant, haud dubiè eximia sunt.

Occam.

Occam.

A Vilhelmus Occam floruit circa 1320. annum, id est, fermè ante 330. annos. Scripsit dialogos in defensionem Ludouici Bauari, contra Ioannem 22. Item opus titulo Nonaginta dierum, in defensionem Michaelis generalis Minoritarum itidem à Papa pro hæretico excommunicati.

Est autem aliquantò difficilius statuere, quid Occam cõtra Papam uel senserit uel docuerit, quòd sic scribit, nõ tanquam qui suam sententiam indicet, sed qui alienas opiniones, easq; inter se diuersas, earumq; rationes recitet. Si tamen eas statuere debemus, esse eius sententias, quas firmis rationibus fulcit: tunc sanè sensit, Papam non habere primatum iure diuino, Petrum non habuisse primatum, Petrum nunquam fuisse Episcopum Romæ, Papam posse errare, Papam iudicandum esse à con
B cilio, Totam Romanam Ecclesiam posse errare, Papam nullum ius habere super Imperatorem, & similia complura.

In compendio errorum Iohan. 22. clarè & asperè accusat, & redarguit eum de multis erroribus. Si extarẽt & alij sex tractatus, qui desunt, fortasis ibi plura, clariora & grauiora, quæ contra Antichristum asseruit, reperirentur: sed ea prætermissa testatur Ascensius in præfatione, quòd essent aliquantò asperiora.

Dialogus inter clericum & militem, contra nimiam libertatem clericorum, qui uulgò extat, eius est. Reprehendit quoq; luxum & fastum, uitamq; omni scelere perditam, & contaminatam, Papæ & spiritualium. Ob hanc in dicenda asserendaq; ueritate libertatem, est à Papa excommunicatus. Sed ita constanter iniustam Pontificis excommunicationem contempsit, ut & mortuus in ea sit. Habetur alioqui etiam ab ipsis Papistis pro Sancto.

C Illud uerò uel in primis notatu dignissimum est, quòd in præfatione Dialogorum discipulus ad Occam dicit hisce uerbis: A te autem specialiter hoc opus efflagito, non solum quia te reputo præ alijs eruditum, sed etiam, quia te uideo circa controuersiam præfatam singulariter occupatum. Omnes enim libellos & opera aduersariorum contra dominum summum Pontificem niteris congregare, in quibus sine intermissione studes, &c. Vnde apparet nec pauca, nec inerudita scripta, in quibus tantus uir tantopere occupatus fuerit, tunc contra Papam edita à doctis pijsq; uiris fuisse: Verùm quoniam Sledanus admodum commodè & eleganter summam sententiarum Occam, præsertim quas ille cõtra Papam defenderit, in sua historia exposuit, eius quoq; uerba adscribemus.

Gulielmus Occam, Ludouico quarto Cæsare floruit, ad annum salutis M.CCC. XX. & inter alia de summi Pontificis potestate scripsit, quo quidem in libro quæstiones octo uariè tractat, & multipliciter: An munus Pontificium simul & Cæsa-
D reum ab eodem administrari possint: an Cæsar à solo Deo, non etiam à Pontifice Romano potestatem acceperit: an authore Christo Pontifex & Ecclesia Romana facultatem habeant, ut Cæsari cæteris q; Regibus iurisdictionem cõmittant exercendam. an Cæsar electus plenum habeat hoc ipso ius administrandi remp. an cæteri Reges, præter Cæsarem & Romanorum Regem, eo quòd à sacerdotibus inaugurantur, aliquam ab eis accipiant potestatem: an eiusmodi Reges ullo modo subiecti sint inaugurantibus, an si nouum adhiberent sacrificium: aut diadema sibi sumerent ac imponerent ipsi, titulum atq; potestatem Regalem amittant: an septem uiri Principes electores tantum iuris conferant electo Cæsari, quantum cæteris Regibus legitima successio. Multis in utramq; partem expositis argumentis atque rationibus, ut dixi, pro magistratu ciuili plerunq; decidit: & per eam occasionẽ meminit Ioan. 22. Pontificis qui tum uixit, et leges fecerat, uti uocant, Extrauagantes, insertas iuri Pontificio: quas quidem omnes ait à multis reprehẽdi tanq; hæreticas, & omnino falsas. Deinde recitat errores ab alijs animaduersos, in illius nõ modò libris, uerùm etiam sermonibus:

& homines

& homines sanos mirari dicit, tantam illis haberi fidem. Sed hoc nimirum esse tempus, de quo Paulus ad Timotheum scripsit, fore ut homines uera neglecta doctrina, nouos quærant magistros, qui seruiant ipsorum auribus, & ad fabulas abducant. Hunc enim esse præsentis temporis statum, ut plerique omnes non quæ Christi, quæ Apostolorum, quæ Patrum doctrina fuerit inquirant: sed quid Pontifex fieri uelit atq; iubeat, auscultent.

Donatio Constantini.

DOnationem Constantini, quam uocant, in qua Constantinus (si fas est credere) donauit Papæ primum dominium spirituale supra omnes Ecclesias orbis terratum, deinde Regia insignia, postremò & temporale dominium supra totum Occidentem, multi improbarunt: ut primùm dantes in sua monarchia, Matsilius Patauinus in suo Defensore pacis, circa annum 1324. Laurentius Valla proprio scripto, circa 1440. Antonius Archiepiscopus Florentinus in sua historia, qui negat in uetustis codicibus decretorum illam donationem inueniri.

Circa idem tempus Cusanus Cardinalis lib. 3. Cap. 7. eandem oppugnauit, quam quidem suam sententiam etiam ad Basilienſe concilium mittere non est ueritus, circa annum 1460. Vterq; sanè, Valla & Cusanus, diligenter causam tractarunt: tamen Valla longè prolixius, ac ueluti ex professo, cum alter tantum breuiter dicat. Oppugnauit eam & Hieronymus Paulus Cattalanus, cubicularius Alexandri 6. in sua practica, circa annum 1496. qui & Papæ Pij dialogum contra eandem donationem citat. Reprehendit uanitatem huius donationis & Otthо Frisingensis. Item Raphael Volater. in uita Costantini, circa annum 1500. Omnium tamen firmissima est Cusani refutatio.

Sed illud credo inter cætera argumentum non postremum esse, quòd tamen ab alijs præteritur: Quòd si Constantinus primatum Papæ Syluestro statim post baptismum donasset, nunquam profectò in concilio Nycæno (cui interfuit) passus fuisset decerni, ut Episcopus Romanus tantum suburbanis Ecclesijs præesset. Nihil enim id aliud fuisset, quàm irritam facere suam donationem, paulò antè tam solenniter tam q; grandibus uerbis factam, ac tam sanctè confirmatam. Patrum memoris uerò mendacis poetæ & illud indicium est, quòd cum alioqui clamitent Papæ, se diuino iure primarum habere: tamen ibi fingit, eum ipsis Constantinum donasse.

Commentarijs Aeneæ Syluij de concilio Basilienſi, Coloniæ anno 35. impressis, adiunctæ sunt istæ refutationes Donationis Constantini: & præterea adiecta multorum historicorum, qui de rebus Constantini magni scripserunt, testimonia. Ex quibus liquidò cuiuis apparet totam illam donationem fuisse eis ignotissimam, atq; eo ideo haud dubiè postea à Papis impudenter confictam. Sed dubio procul contra istud commentum est ualidum & illud argumentum, quo & Antonius Florentinus utitur, quòd adhuc hodierna die inueniuntur exemplaria, quæ istam donationem non habent, quorum & ego duo uidi. Apparet enim postea demùm confictam & insertam, sicut in Iouis Panormiam.

Robertus Gallus.

FRater Robertus, Gallus natione, cuius opusculum abbreuiatum cum Hildegardi, Parisijs impressum est, floruit ante 260. id est, circa 1290. Visiones multas habuit, quas recenset. Præcipuè autem, imò fermè solum contra spirituales conclionatur. Capite quinto uocat Papam idolum, uel potius Deus, sic eum per Robertum uocat inquiens: Quis posuit idolum hoc in sede mea, ut imperaret gregi meo? Aures habet, & non audit clamorem plangentium & descendentium ad inferna: clamorem buccinę & tonitruorum tremendas uoces exuperat ululatio eorum. Oculos habet, nec respicit abominationes populi sui, & debacchationes uoluptatum eorum, quanta maligna operatur populus eius coram me, nec uidere ea uult, nisi congregare pos-

A gregare posit ex eis thesaurum. os habet, & non loquitur, dicens: Constitui super eos, qui loquantur eis bona, sufficit ut per me uel alios faciam bona. Væ idolo, uæ ponenti: quis æquabitur huic idolo in terra? Magnificauit nomen suum in terra, dicens: Quis me subijciet? Nunquid domus mea nobilibus terræ copulatur? Dapibus superexcellentior sum, equites equitantes seruiunt mihi. Quod non consueuerant patres mei, fit mihi. Ecce domus mea sternitur argento, aurum & gemmæ sunt ornamentum eius, &c.

In primo capite, & 12. sub nomine serpentis depingit Papam, seu Antichristũ: quem dicit se supra modum extollere, & pios, qui pauci sunt, opprimere, & habere multos pseudoprophetas, qui neglecto Dei & Christi nomine, illum solum prædicent & extollant, ac nomen Christi obscurent. Ecclesiam Romanam & Papam hisce uerbis depingit: Orabam flexis genib. erecta facie ad cœlum, iuxta altare
B S. Iacobi Parisijs à dextris: & uidi in aëre ante me corpus unius summi Pontificis, albis sericis indutum, tenebatq́ dorsum ad Orientem eleuatis manib. ad Occidẽtem, sicut solent sacerdotes stare, dum agunt Missarum decreta: nec uidebatur caput eius, diligentiusq́ intuens, an esset omnino sine capite, uidi caput eius aridum, macilentum, ac si esset ligneum, dixitq́ spiritus Domini: Statum Ecclesiæ Romanæ significat.

Indicauit quoque admodum apta similitudine, in uisione sibi à Deo ostensa, quomodo monachi, Sophistæ & Sorbonistæ, neglecto ac post tergum reiecto syncero salutarique Dei uerbo, seu sacris literis, laborent & sudent circa inanes & inutiles quæstiones: idq́ eos perinde facere, ac si quispiam habens optimum panem, & uinum in copia, id post tergum proijciat, & lapidem manibus tenens rodat. Similis est fermè parabola Esaiæ initio 55. cap.

Sed ascribam eius uerba: Iterum & alio die idem operis me agente, fui uidens in spiritu. Et ecce uir eiusdem habitus circuibat, panem delicatum portans in humeC ris, cum uino optimo: dependebantq́ panis & uinum per latera eius, ipse uerò tenebat manibus lapidem oblongum durissimum, dentibus rodens illum, ut famescens circa panem agere solet, nihil autem agebat. Et de lapide egrediebantur duo capita serpentum, & instruebat me spiritus Domini dicens: Lapis hic, quæstiones inutiles & curiosæ sunt, in quibus famescentes laborant, animarum substantialia relinquentes, & dixi: Quid ergo capita illa dicunt? Et dixit: Nomen uni Vana gloria, alteri Religionis dissipatio.

Deniq́ & reformationem Ecclesię in hac sequenti uisione præuidit: Factum est autem, dum eram in eadem ciuitate, in domo cuiusdam domini Britonis, loquente mecum quibusdam, uidi crucem quandam perlucidam de argento, ad modum cruD cis Comitis Tholosani: sed poma illa duodecim, quæ sunt in brachijs crucis, erant sicut quædam poma uilia multum, quæ proijcit mare, & dixi, Quid est hoc Domine Iesu? Dixitq́ ad me spiritus: Crux hæc, quam uides, Ecclesia est, quæ futura est lucida per mundiciem uitæ, sonora per claram uocem prædicationis ueræ ueritatis. Solicitus dixi: Quid ergo significant illa poma uilia? Et dixit: Humiliatio Ecclesię futura est.

Fuit autem hic Robertus Gallus nobili genere ortus: primumq́ prælatus, postea studio pietatis factus est Dominicanus, sed nimirum diuinitus edoctus est, quòd lapidem monasticarum traditiunculatum pro simplici syncerοq́ Christianismo quæsiuerit.

Prædixerat hic pius uir, ut in quodam Chronico legi, Deum puniturum esse cleri simoniam & auaritiam tanta peste, ut riui sanguine fluant: quod & factum est. Nam cum plurima cadauera in unum tumulum congererentur, seq́ inuicem suo onere comprimerent, aduenιente etiam maiore pluuia copiosissimè ex eis sanguis profluxit.

Audio inueniri adhuc ingens uolumen eius uisionum. Nam quæ edita sunt tantum compendium est.

Ioannes XXII. Papa.

Ioannes

IOannes 22. Papa, qui uixit ante 220. annum, constanter, editis etiam pluribus scri- A
ptis, asseruit contra mendicantes hosce articulos.

Quòd Christus nunquam præcepit, uel consuluit Christianis, ut sua bona
desererent: sed ut non essent nimium soliciti de suis rebus, aut amarent eas: iusisse
affectu deserere rem familiarem, & non facto ipso.

Quòd non dederit aliam pietatis regulam Apostolis, quàm aliis Christianis
quibuscunque.

Quòd cum perfectione Christiana non pugnet possessio bonorum stabilium,
aut mobilium.

Quòd Apostoli nunquam uouerunt uotum paupertatis, seu deserendi sua.

Quòd Apostoli & alij pij, piè potuerint & possint litigare pro rebus tem- B
poralibus.

Quòd uotum nihil faciat ad perfectionem.

Maximæ ob istos articulos fuerunt contentiones & turbæ. Sed tamen mona-
chi quoquo modo uexati, tandem prævaluerunt. Nimirum id satan obtinere uoluit,
summam pietatē esse, si ualidi mendicent: id est, pietatis prætextu, alieno sudore sua-
uiter fruantur, eoq; nomine sanctos se, ac ueluti quosdam semidiuos mundo facti-
tent, uenditent, & ostentent.

Auentinus scribit, hunc Papam etiam monachas quasdam, quæ se Beginas uo-
cant, ad coniugium compulisse. Item picturas, præsertim Trinitatis, detestatum ac
persecutum esse: quòd res ad idolatriam & Anthropomorphitarum hæresim de-
clinaret. Memoratu sanè dignum est, & ab instituto nostro non alienum, quòd Io-
han. Mandauilla lib. 1. cap. 7. de hoc Papa scribit. Refert enim, eum prolixè & ampu-
losis uerbis ad Græcos scripsisse, unicam tantum esse Ecclesiam, unicumq; eius caput,
nempè se Christi uicarium: perituros q; omnes, si tam præclaro capiti non adhæse- C
rint. Quare monuisse, ut quamprimum resipiscant, & sibi obediant.

Verùm Græcos breuiter respondisse: Potentiam tuam summam circa tuos sub-
ditos firmiter credimus, superbiam tuam summam tolerare non possumus, auari-
ciam satiare non ualemus. Diabolus tecum, quia Dominus nobiscum. Quo Laco-
nismo: compendio totam rationem & statum nostri Papæ iudicant: nempe esse ti-
stem tyrannidem, ingentem ac intolerabilem superbiam, & inexplebilem auaricię
uoraginem. Quare etiam meritò diabolum cum tali suo uicario, non Deum esse,
eumq; regere.

Pecuniosissimus hic Papa fuit. Nam scribit Matthæus Palmerius Florentinus
eum reliquisse in thesauris 25. milliones aurearum drachmarum, id est, ducatorum.
Legi in quodam chronico quod Robertus Gallus, de quo paulò antè, eum & Car- D
dinales coram de auaricia & simonia obiurgauerit.

Scotus.

IOannes Scotus floruit anno 1300. Is lib. Sen. 4. Dist. 18. queritur, excommunica-
tionem & claues in nimium abusum conuersas, ita ut sicut olim rarò, & non nisi
ob iustissimas causas homines excommunicabantur, eoq; excommunicatio à
Christianis ualde timebatur & magni fiebat: ita, quia nunc contra crebrò & ob futi-
lissimas causas, ut ob non solutos in tempore sacerdotum reditus, excommunica-
tio fiat, uilescat & contaminetur.

Eudo Dux Burgundiæ.

EVdo Dux Burgundiæ circiter ante 200. annos imperauit. Is suasit Regi Galliæ,
ne nouas Paparum constitutiones, Decretales scilicet & Extrauagantes, in suo
regno recipi ac magnifieri pateretur. Videbat ille nimirum eas leges, sicut &
Budæus testatur, nihil aliud esse nisi fraudulentos quosdam laqueos, & insidiosa re-
tia, quibus

A tia, qui bus Papæ eorumq; prælati omnes fortunas ac dignitates laicorum, tum publicas tum priuatas, ad sese rapiunt ac pertrahunt. Cõsilium eius prudenter scriptum adhuc extare in Regijs Regestis, Carolus Molinæus testatur.

Gregorius Ariminensis.

GRegorius Ariminensis, uir (teste Trithemio) tum eruditionis tum pietatis nomine percelebris, adeò dissensit à scholasticis, ut eos Pelagianis deteriores asseruerit. In doctrina De libero arbitrio, & gratia, rectè nobiscum sensit, contra sophistas & papistas. Floruit Parisijs circa 1350. Christi annum: id est, ante ducentos annos. Sic & Andreas de Castro & Ioannes Buridanus disputant de libero arbitio contra alios sententiarios, & ueriorem sententiam tuentur. Vide And. super 1. sententia-
B rum distinct. 45. Et Buridanum super 3. Ethicorum. Floruerunt circiter ante 200. annos.

Ioannes Vuicleph.

IOannes Vuicleph Anglus, uir doctus & pius, uixit ante annos 170. Multa contra Papam docuit: Non debere esse in Ecclesia aliquem supremum Episcopum: Papam non solum non esse uicarium Christi, sed etiam Antichristum: Eius priuilegia, bullas dispensationes & indulgentias, esse tum otiosas ac inutiles, tum etiam impias. Spiritualibus non esse dandum dominium politicum. Papam ac eius spirituales rapuisse claues regni cœlorum, & nec ipsos ingredi, nec alios permittere intrare. Transubstantiationem, Missas, officia, horas canonicas, & alias battologias improC bauit. Ex baptismo sustulit chrisma, ac simplici aqua baptizandos fideles docuit, sicut Christus fecit. Confessionem auricularem uel eius abusum improbauit. Reprehendit & papisticam doctrinam de pœnitentia & satisfactione. Ait esse talem satisfactionem imponendam, qualem Christus adulteræ imposuit: Vade & noli amplius peccare. Tantum duos ministrorum ordines esse debere iudicauit, nempè presbyteros & diaconos. Sacramentum confirmationis & extremæ unctionis planè improbauit. Venerationem reliquiarum & sanctorum reprehendit. Affirmauit doctores summos & infimos tantum eatenus audiendos, quatenus uerbum Dei afferunt. Ritus humanos & nouas umbras ac traditiones planè reiecit. Negauit cuiquam licere quicquam addere ad religionem in sacris literis comprehensam, eamq; facere difficiliorem: sicut Papam fecisse queritur. Basilicas, & totam istam pompam cultus Papæ, item & uarios spiritualium gradus tollendos putauit. Ordines monachorum tanquam superstitiosos, impios, & ueræ religioni plurimũ noxios damnauit, & quamD primum deferendos censuit. Accusauit Papam ac eius spirituales, quod multipliciter Ecclesiam aggrauauerint, eamq; libertate à Christo donata spoliauerint. Defendit quoque communionem sub utraq; specie: ut ex damnatione Ioannis Hus apparet.

Præter hæc porrò tribuuntur quoq; ei ab aduersarijs quædam parum pia, quæ nequaquam probari debent. Sed suspicor ea parum bona fide ab istis sycophantis Papæ ex libris Vuiclephi extracta esse: quanquam non negem, eum in aliquibus retera parum rectè sensisse.

Testatur etiam suo tempore plures fuisse, qui debilitato per schisma papatu (erant enim tunc duo Papæ, se mutuò conficientes) ueritatem profiteri ausi sint. Scripsit alioqui Vuiclephus, teste Balæo, ultra sesquicentum scripta in diuersis scientijs, præsertim autem in religione, quæ adhuc pleraque in Anglia extant. Narrat præterea Syluius, Episcopum Pragensem sub initium certaminum Hus, libros Vuiclephi ad se contractos exusisse: fuisse q; ad ducenta uolumina, sed haud dubiè non omnia inter se diuersa. Volumen eius dialogorum in quatuor libros partitum, est alicubi in Germania anno 1525. impressum. In ultimo ex prædictis quatuor, potissimum contra Papam & eius errores pugnat. Habeo eius librum De religione priuata, qui fortasse ali-

taſſe aliquando prodibit. habeo & De ideis. Damnatus autem eſt primùm à magiſ- A
ſtris ſcholarum in Anglia. Deinde in quodam cociliabulo Romano, poſtremò & in
Conſtantienſi: Multa eaq; grauiſsima certamina habuit cum Papiſtis: ſed protegen-
te eum Domino Deo, tutus uſq; ad mortem optimi Regis Eduardi tertij, qui eiſdu-
lò fauit, permanſit. Poſtea aliquandiu apud Bohemos exulauit. Verùm domum tan
dem reuerſus eſt, & in ſua parochia latur, ut Scriptura loquitur, mortuus eſt an. 1387.
Amiſit eo tempore Papa, authore Vuiclepho, ius obtrudendi Eccleſijs, quos ei libe-
ret Epiſcopos, ius imperandi decimam bonorum Eccleſiaſticorum, & Petri dena-
rios, quos ei annuatim ex Anglia ſingulos ex ſingulis domibus, dare cogebantur.

Reliquit poſt ſe multos doctos diſcipulos, qui & uiuente eo, & poſt mortem, B
multa certamina cum impijs Papiſtis habuerunt, multa q; ab eis ſunt perpeſsi. No-
mina quorundam ſola recitabo: nam eorum ſcripta & res geſtas enumerare nimis
longum eſſet. Gualterus Britte, Iohannes Aſtone, Iohannes Aſchuuarbi, Nicolaus
Herforde, Iohannes Puruer, Ricardus Vuith: Iohannes Oldecaſtel eques auratus,
qui martyrio fidem ſuam confirmauit: Petrus Clarke, Guilhelmus Taylur, Guilhel-
mus Vithe: Ricardus Hampole, de quo ut non certò conſtat, eum fuiſſe Vuiclephi
diſcipulum, ita certum eſt, eum ſpirituales Papæ de auaricia, libidinibus, & uerbi Dei
corruptione accuſaſſe: Petrus Payne, Philippus Notis, Iohannes Treuiſſa, Iohannes
Capgraue. Hi omnes fuerunt celebres doctores, ac plerique etiam libros pro ſuo
dogmate reliquerunt, quanquam de duobus ultimis affirmare non auſim, eos fuiſſe
Vuiclephiſtas. Cadauer eius annis 41. poſt ſepulturam, nempe anno Domini 1428.
è terra effoſſum eſt. Vitam eius & res geſtas prolixius ex Baleo cognoſcere, ſi
libet, potes. C

Iohannes Hus, & Hieronymus de Praga.

VValdenſium doctrinam, uel potius Chriſti Euangelium, inſtaurauit poſtea Io-
hannes Hus & Hieronymus de Praga, Bohemi, anno 1400. Syluius enim cla-
rè affirmat, eos Vualdenſium dogma amplexos eſſe. Sunt tamen & Vuicle-
phi ſcriptis adiuti. Addiderunt præterea articulum (ut Syluius indicat) de commu-
nione ſub utraque ſpecie, & de gratuita iuſtificatione. quanquam non dubito, quin
& Vualdus doctrinam de gratia Chriſti diligenter tradiderit: ſed tamen inter arti-
culos, qui etiam quà hæretici obijciuntur, de fide & gratia nulla fit mentio. Tempore
Vualdi porrò communio ſub utraque ſpecie adhuc in uſu fuit etiam apud Pontifi-
cios. Vterq; in concilio Conſtantienſi, contra publicam datam eis fidem, fermè in-
dicta cauſa, condemnati ſunt. Iohannes quidem anno 1415. Hieronymus uerò ſe-
quenti exuſtus eſt: conſtanti uterq; martyrio (ut etiam ipſi eorum hoſtes fatentur) ſu-
am doctrinam confirmauit. Audio uulgus, quod ſupplicio Hus interfuit, ita admira D
tum eius conſtantem piamq; mortem, ut dixerint: Quid iſte homo antea docuerit
aut fecerit, ignoramus: certè iſta ſunt maxima ueræ pietatis indicia. Ardentiſsimè
enim oraſſe paulò ante mortem dicitur.

Maximè tamen inter cætera memorabile eſt, quod traditum eſt, eum paulò
ante mortem ad ſpirituales concilij dixiſſe. Centum reuolutis annis Deo reſponde-
bitis, & mihi. Inuenitur idem dictum & in Huſsitica quadam moneta, ante hæc tem-
pora cuſa. Fuit enim uerè prophetia de uentoro alio doctore, qui eandem cauſam
paulò fœlicius inuitis portis inferorum egit. Nam cum Hus anno 1415. ſit interfe-
ctus, Lutherus cœpit anno 1517. Papatum oppugnare. Dicitur quoque & illam pro-
phetiam paulò ante mortem edidiſſe: Me iam, inquit, anſerem (nam id Hus Bohe-
micè ſignificat) aſſatis: ſed ueniet poſtea cygnus, qui uobis aliquantò melius canta-
bit, nec tamen eum aſſare poteritis. Quæ poteſt uideri prophetia de ampliſsimis Lu-
theri donis, deq; parrheſia ac fœlici uſq; ad mortem in inſtauranda Eccleſia & affli-
gendo Anti-

A gendo Antichristo successu: Quem Dei uirum penè omni ope humana destitutum, totus fermè mundus opprimere cum rabiosè conaretur, non potuit. Sed extant ipsius sanctissimi uiri Iohannis Hus scripta multa, partim impressa, partim scripta, ut me de eius dogmate differere prolixius necesse non sit. Videatur ingens uolumen eius operum, quod Norimbergæ curaui edi.

Sequuta sunt ob istam iniustam cædem, & quia Papa uolebat ui retrahere Bohemos ad suas impietates, ingentia, ac Germaniæ, quæ se Antichristi ministram in persequutione Bohemicæ Ecclesiæ præbuit, funesta bella. Reliquerunt Hus & Hieronymus post se, non tantum multos doctores, sed & Ecclesias, quarum & adhuc quædam reliquæ supersunt. Sed sequutæ sunt multæ & miseræ distractiones earum Ecclesiarum, & doctorum qui ab eo religionem didicerant. Pars longè maxima
B & florentissima, cuius uelut caput fuit Rochenzana, qui Archiepiscopatum Pragensem separabat & aucupabatur cadendo, redijt (desertis fermè plerisq; pijs dogmatibus, tanquam adiaphoris: retenta q; sola communione sub utraq; specie) ad Papisticam religionem, facta etiam postea cum Antichristianis publicè concordia in concilio Basiliensi. Alia pars, ac præsertim ea quæ Ziscam, de quo postea sequuta est, Taboritæq; appellati sunt, doctrinæ Vualdensium etiam magis adhæserunt: quare & puriorem ipso Hus religionem habuerunt.

Actes fuerunt inter hasce duas partes contentiones, de Missa, purgatorio, inuocatione sanctorum, septem sacramentis, traditionibus humanis, alijsq; similibus Papæ abominationibus: præsertim circa annum trigesimum primum, secundum, tertium & quartum. De quibus etiam scripta quædam habeo. Summa, tes fuit simillima nostris, post Lutherum sequutis, distractionibus, in quibus itidem maxima florentissimaq; pars Ecclesiarum & doctorum, neglectis plerisq; pijs dogmatibus, pau
C cissimisq; retentis, quibusdam cum Papa sese pacis causa conformauit, aut certè conformare est conata, imbecilliore interim parte nequicquam ei reclamante. Dominus Iesus reducat declinantes à lege, suæq; Ecclesiæ piam concordiam restituat: Amen. Pugnauit tamen & Rokansanus contra crassiores Papistas, præsertim autem contra Capistranum, pro communione sub utraque specie, non instrenuè. Sed non est nostri muneris, qui iam tantum Catalogum recitamus, doctorum exponere sequutas disputationes, dissensiones & contentiones inter Husitas, post mortem uiri Dei Hus. Verùm id integræ historiæ esset, quam utinam aliquando aliquis pius, diligens, doctusq; fideliter conscribat. Nam Cochlei magis inuectiua, quàm historia, mendacijs plenissima est.

Rectè hic quoque, suoq; loco inseritur epistola Constantinopolitanæ Ecclesiæ ad Pragensem eo tempore scripta, quam mihi optimus uir dominus D. Gasparus Nidbruc communicauit. Cuius hæc sunt uerba.

D Ἡ ἱερὰ συναγώγη τῆς Κωνσταντινοπόλεως ἐκκλησία, ἡ μήτηρ πάντων τῶν ὀρθοδόξων καὶ διδάσκαλος, πᾶσι καὶ ἑκάστοις εὐσεβέσιν τοῖς γνησίοις αὐτοῦ τέκνοις ἐν Χριστῷ ἀγαπητοῖς πᾶσι ποιμέσιν, τῷ ὑψηλοτάτῳ κοινότητι τῆς πόλεως Πράγας, τοῖς γνησίοις αὐθεντικοῖς καὶ αὐθρώποις ἄρχουσι, τοῖς καπιτάνοις καὶ δικαίοις καὶ Βαρώνοις & καβαλληρίοις λαμπροτάτοις, καὶ τοῖς πνευματικοῖς αὐθεντικοῖς διδασκάλοις καὶ πᾶσι τοῖς τῆς ἐκκλησίας πρεποσίτοις. ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς πολίταις καὶ ὀφφικαλίοις, ἔτι δὲ πᾶσι & ἑκάστοις τοῖς ὅπου ποτὲ ὑπάρχουσι ἐν τοῖς ὑπερορίοις μέρεσι ὀρθοδόξοις, (ὡς ἀκούομεν) καὶ τῆς ἀληθοῦς τοῦ Χριστοῦ πίστεως ὁμολογήταις, τοῖς τῶν γραφῶν ταύτην τὴν μητρικὴν προνοίας θεωρήσασιν, σωτηρίαν ἐν Θεῷ τῆς ψυχῆς ἀφέντα ὑμῶν καὶ ἑκατὸν ταπλάσιον τοῦ πνευματικοῦ καρποῦ τῆς ἡμῶν συμβολῆς αὔξησιν.

Ἡ ἱερὰ καὶ ἁγία νυμφὴ τοῦ οὐρανίου νυμφίου, ὅς ἐστι κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης, μείζων ἀλόνητόν οὐ σύναξ ἔχειν, ἢ τὰς αὐτῆς υἱὰς ἀκούειν ἐν τῇ ἀληθείᾳ περιπατοῦντας. Ἐπεὶ τοίνυν οὐκ ἄνευ μεγίστης ἡδονῆς, καὶ ὡσανεὶ ἀῤῥαβῶνος τῆς ἐσομένης καρποφορίας, ἡ αὔξησις καὶ ἡ πλήθυσμός σου καλῶς παρόντων ἐν τῇ ὁμολογίᾳ ἀληθοῦς πίστεως, εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐνταῦθα ταύτης μητρὸς ἐνήχησεν, & μάλιστα τοῦ ἡμετέρου ἀδελφοῦ τοῦ υἱοῦ τῆς ἡ-

μῶν ἐκκλησίας Κωνσαντίνου Αγγλικῆ τῆ διακομίσῃ τῶν παρόντων, διδασκάλῳ καὶ πάσης
σίμου ἱερέως, ἐπληροφορήθημεν ἐνδεέστερον, ὅπως ἂν πρὸς τοὺς νεοτερισμοὺς τοὺς ἐν τῇ χριστῇ
ἐκκλησίᾳ γεγεννημένους ὑπό τινων. ἀλλὰ γὰρ τῆς θεμελίου τῆς πίστεως ἐρηρασμένοι ἐστὲ τῆς
παραδοθείσης ἡμῖν ἐκ τῶν ἡμετέρων διαδόχου, καὶ τῶν αὐτῶν μαθητῶν, ἐκρίνατο ἄντικρυς οὐ κινεῖ
ἁγία ἐκκλησία γράψαντες πρὸς ὑμᾶς, καὶ πρὸς τὴν μετ' αὐτῆς ἕνωσιν διαγορεύειν, οὐ κινεῖ
ἐκείνην τὴν ἕνωσιν τὴν ἐν Φλορεντίᾳ διεδόξασμένην, ἥτις διαίρεσις ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐν-
λόγως ἂν ὀνομάζοιτο. καὶ διὰ τοῦτ' ἐκείνην οὐ προσεδεξάμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον πάντα πάσιν
ἠκυρώσαμεν, ἀλλὰ κατὰ ῥητῆς ἀληθείας ἀπαράγραπτον κανόνα, ἐν ᾧ μόνῳ ἀληθῶς τε καὶ
ἀσφαλῶς ἐνδιαιτώμεθα. Οὐ γὰρ ἀμφιβάλλει γὰρ ἡ τοῦ χριστοῦ ἐκκλησία, ἐξ ὧν περὶ ἡμῶν ἡγή-
σατο αὐτὴν ὡς εἴρηται· ὡς ἄρα ταῖς ἐπικινδύνοις τῆς Ρώμης καινοτομίαις αὐ-
θισάναι διέγνωτε, ὅτι σύμφρονες αὐτῇ ἐστε δι' ἐν πᾶσι τῆς ἱερᾶς μυστικῆς γραφῆς τοῦ
ἀληθεύοντος κριτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ πρότερον ὑπ' ἀγαθὰς περὶ ἡμῶν εἴχομεν φήμας ὡς οὐ τῇ ῥω-
μαικῇς ἐφευρέσεσιν αὐθισαμένων, ἀλλὰ μᾶλλον ταῖς ἀρχαίαις τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας δόγ-
χρισιανῶν πρᾳδόσεσιν ἐναντισαμένων ἐν πλέοσιν, ἀλλ' ἐξ ὀλίγου καίρου μᾶλλον αὐξανόμενα
ὧν περὶ ἐν ὑμῶν ἐπληροφορήθημεν, ἡνίκα πρὸς τὴν κοινὴν πᾶσι χριστιανῶν θρησκείαν καὶ ἀληθῆ εὐ-
σεβείαν ἐπανιέναι, ἐδὲ τὴν μητέρα καταλείπειν, ἀλλὰ ζητεῖν τῆς ἀληθινῆς μητρὸς ἐκ
καλουμένης καὶ ταύτης ἐπιζητοῦντας πονεῖν, ὅ δὴ καὶ ἐκ πράξεως τοῦ εἰρημένου Εὐλαβοῦς ἐν-
ρέως σαφέστερον ἡμῖν ἐδηλώσειν ὥσπερ εἴρηται, διηγησαμένου τὰ καθ' ὑμᾶς κατὰ μέρος ἡμῖν
λόντος ἑαυτὸν ὁμολογίαν διδάσκειν τῇ ἁγίᾳ μητρὶ ὑγιῶς ἔχουσαν, καὶ ὑποπρόσθεκτον, ἀποδε-
ξαμένου δὲ καὶ τὴν λοιδεῖσαν αὐτῷ πρὸς αὐτῆς διδασκαλίαν τῆς ἀληθοῦς πίστεως, ἐν ᾗ δὴ καὶ
συμφώνειν πάντας τοὺς μέλλοντας σώζεσθαι, ἣν καὶ πρὸς τὴν ὑμῶν ἀγάπην κομιεῖ.

Οὐκοῦν πολυνότατα ἀδελφοὶ καὶ υἱοί, εἰ ὅτῳ δεῖν ὡς ἀκόμεν καὶ ἐλπίζομεν, ἐπαινέσα
τε τὴν μεθ' ἡμῶν ἕνωσιν. μεῖζόν τινων γὰρ ἐχυρότερον διυπάρχειν ζητοῦμεν, ἢ ἐν τῇ τῆς μητρὸς κόλπῳ καὶ τροπῇ τῆς ἀληθοῦς σωτηρίας, καὶ πᾶσι διυπάρχειν βελτίω
αὐτοὺς αὐαψύξαι, ἢ ἔνθα αὔωκτή πόηγη ἐν ζώντων ὑδάτων; πάντες τοίνυν δι' ἀγάπης
πρὸς ὕδατα ἔλθετε, καὶ ὑπάρχοντες χωρὶς τινὸς συναλλάγματος, οἶνον σώφρονος ἐνφροσύ-
νης, καὶ γάλα ἐκ τῆς μαστῶν τῆς παρακλήσεως αὐτῆς. ἐλπίζομεν δὴ καὶ θεῷ, ὅτι ἐν τῷ
σιμπεσεῖν σύμφρονες ἡμῖν, καὶ μετὰ ταῦτα σὺν ἐπιμελείᾳ μείζονι, καὶ ἀγάπῃ πονήσομεν
περὶ πνευματικῶν ποιμνίων καὶ ἐπισκόπων, ἐν ὑμετέροις ψυχοῖς ποιμαινόντων ὑμᾶς
τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας καὶ τῷ παραδείγματι τῆς ζωῆς ὁ βλιδόντων.

Περὶ δὲ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν ἔθιμα, συγχωρόμονος συγκαταβῆναι ὑμῖν μετὰ τὸ ἀπο-
σόλως βουλόμεθα, ἐν ἐκείνοις ὁπόσα δι' ἀγαθὸ θεμελίου καὶ σκοπὸ καθαρωτάτου προείσι, καὶ
ὧν ἡ συγκατάβασις πρὸς μὲν ἡμετέρην οἰκοδομήν, τὴν δὲ τιμὴν τῆς ἁγίας μητρὸς ταύτης
τὴν ἀληθινὴν ἡμῶν πρὸς αὐτῆς κοινωνίαν καὶ ὑποταγὴν οὐ μὲν αὐτίος τί ἔσαι. περὶ γὰρ τῶν διά-
φορα ἐν τοιούτων ἠθῶν οὐ χαλεπῶς ἐχομεν ἐξ ἀγαθῆς βουλήσεώς τε καὶ διαφερούσης ἀδελφι-
κῶς οἰκονομεῖν.

Δοίη ὁ παντοκράτωρ κύριος καὶ ὑμᾶς οὕτως ἔχειν, ὡς ἀρτίως ἐμάθομεν, καὶ ἄλλους πολλοὺς
ὁμοίως ὑμῖν τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθοῦς ἀναλαμβάνειν ζωῆς εἰς αὔξησιν καὶ πλουτισμὸν τῆς
ἀληθοῦς μητρὸς γνησίων ὑμῶν, καὶ ποιήσειν ὑμᾶς σὺν ἡμῖν ἐν τῇ τῆς ἐκκλησίας οἴκῳ, τοῖς αὐ
τοῖς λόγμασί τε καὶ ἤθεσι χαίροντας, ἑνὶ σώματι καὶ καρδίᾳ, αἰνεῖν αὐτὸν εἰς αἰῶνας τῶν αἰώ-
νων. Ἀμήν.

Subscriptiones.

ὁ Νικομήδιας Μακάριος.
ὁ ταπεινὸς μητροπόλεως τορνόβου ἰγνάτιος.
ὁ φιλίππου ἐπίσκοπος.
ὁ ταπεινὸς μητροπολίτης ἤπου Ἡρωδιάκονος.
ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης διάκονος Σιλβέστρος.
ὁ Συρόπουλος.
ὁ διακαιοφύλαξ καὶ ἱερομνήμων διάκονος Θεόδωρος.
ὁ ἀγαλλιανός.
ὁ καθολικὸς τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίας διδάσκαλος ταπεινὸς μοναχὸς
γεννάδιος.

Epistola Eccle-

Epistola Ecclesiæ Constantinopolitanæ ad Bohemos scripta anno Domini 1451.

SAcrosancta Constantinopolitana Ecclesia mater omnium orthodoxorum, & magistris uniuersis et singulis inclytis fratrib. ac filijs in Christo dilectis, Bohemorum sublimi uniuersitati urbis Pragensis, & ingenuis uiris atq; strenuis Principibus, Capitaneis, Ducibus, Baronibus, militib. præclaris ac uiris spiritualibus fidei zelatoribus, doctoribus, magistris, & cunctis Ecclesiarum præpositis, nec non ciuib. officialibus, uniuersis etiam et singulis ubiuis existentibus in partib. transmontaneis, cunctisq; orthodoxis, & secum Christi ueritatem syncerà profitentib. hanc maternę prouidentię intuentib. paginam, salutem per filium uirginis glorioſę, & centuplum
B spiritualis fructus incrementum. Sacrosancta sponsa cœlestis sponsi, qui caput uniuersæ Ecclesię est, maiorem quippe nequit habere uoluptatem, quàm suos audire filios in ueritate ambulare. Cum igitur non sine maxima uoluptate, & tanq; pignore futurę fructualitatis, ubertas & incrementum eorum, qui fortiter persecutiones patiuntur propter confessionem ueræ fidei, ad aurem piæ ac benignæ huius matris insonuerit, & maximè per fratrem filium nostræ Ecclesiæ Constantinum Anglicum præsentem nunciatum, doctorem ac uenerabilem sacerdotem planius certiores facti
C simus, quod nihil moueaminí innouationib. quorundam in Ecclesiam Christi per nonnullos introductis, sed constantes sitis in fundamento fidei, quæ nobis tradita est à nostro Domino suisq; discipulis, decreuit illico sacrosancta Ecclesia ad uos scribere, & ad concordiam pariter secum adhortari. Non autem secundum illam Florentinam unionem simulatam à recto uero q; consilio abalienatam, qui diremptio à ueritate iure appellanda esset. Quam ob causam illam quoq; minimè admisimus,
D imò prorsus repudiauimus. Sed secundum immutabile ueritatis decretum, in quo solo uerè ac tutò uniri possimus. Nam nihil ambigit Christi Ecclesia ex his, quę de nobis lata acceperat, ut dictum est. Cum igitur periculosis Romę innouationib. contraueniendum censuistis, concordes huic per omnia eritis mediante ipsa sacra Scriptura uerò iudice. Etsi enim nõ bona admodum antea de uobis fama ad nos perferebatur, quod non Romanis innouationib. resistere soleretis, sed magna ex parte ueterib. patrius catholicę & Christianę Ecclesię traditionibus aduersari: tamen nuper uos iterum reuiuiscere, et ad cõmunem Christianorum religionem ac ueram pietatem reuersos esse certiores facti sumus. Neq; matrem deserere, uerùm amore ueræ matris ardentes, eam singulari studio tantopere promouere, et amplificare, id q; ex præsentia huius de uoti sacerdotis clarius cognouimus, ut antea dictum est. Qui quidem uobis singulatim rerum nostrarum statum exposuit, sanctę matri piam atq; acceptam suam edidit confessionem, recepitq; doctrinam ueræ fidei ab ea sibi traditam, in qua omnes decet concordare, qui saluari cupiunt, quam etiam ad uestram charitatem referet.

Quare dilectissimi fratres ac filij, si sic est ut audiuimus & speramus maturate pariter nobiscum unionem. Vbi enim uehementius poteritis æmulari aduersus tentatores, quàm in sinu ueræ matris, ac præsidio ueræ salutis? Et ubinam commodius poteritis uosmetipsos recreare, quàm ubi patet fons aquarum uiuentium? Omnes ergo sitientes uenite ad aquas, uenite & emite absque ulla commutatione, uinum sobriæ, lætitiæ, & lac ab uberibus consolationis eius. Speramus igitur in Deum uos in omnibus consentire nobiscum. Quare posthac summa cura & studio, ac singulari charitate prouidebimus uobis de spiritualibus pastoribus, ac curam gerentibus animarum uestrarum, pascentibus uos uerbo ueritatis ac uitæ exemplo haud affligentibus. De ritibus insuper uestris, circa Ecclesiam benignè uobis assentiri cum Apostolo uolumus: in his sane quæcunq; ex bono fundamento ac putissima intentione proficiscuntur, & quorum assensus ad uestram quidem ædificationem erit. Honori autem huius sanctæ matris & ueræ nostræ, & communioni, atque obedientiæ minimè aduersabitur. Nam de differentia huiusce modi morum haud difficilè

ficilè ducimus, ex bona uoluntate atq; discretione innocenter dispensare atq; tracta- A
te. Dei igitur omnipotens Dominus nos quoq; sic habere, quemadmodum modo
tescimus: Ac multos alios nobis similiter Spiritum assumere utq; uerę ad incremen
tum atq; multiplicitatem filiorum dilectorum uerę matris, ac efficiat uos pariter no-
biscum in Ecclesię domo eisdem professionibus atq; moribus gaudentes, imò ore cor
dię hunc ipsum collaudare in secula seculorum. Amen.

Ad certitudinem atq; cautionę omnium ad quos præsentes peruenerint sigillo
consueto imaginis Dei nostri Iesu Christi, Deigenitricis suæ matris in cera Lazurea
impressę in buxeo ligno cauato pendenti sub margine per setico funiculum
muniri, nec nō subscriptionibus nostris potissimorum corroborari uoluimus. Datæ
die 18. Ianuarij 1451. indictione 15. B

Petrus Dresnensis, & Iacobus Misnensis.

TEmpore Ioannis Hus, duo docti uiri Misnenses, alter Petrus Dresnensis, alter
Iacobus Misnensis, quia cum Pontifice non sentiebant, pulsi patria, Pragam se
ad Hus contulerunt, ac eum de communione sub utraq; specie docuerunt, ut
Syluius testatur. Ego tamen suspicor, eum id dogma à Vuiclepho acepisse, Inuenio-
tur Iacobi istius scripta quædam pia, & mediocriter erudita, præsertim de commu-
nione sub utraq; specie: quæ fortasis suo tempore edentur. Syluius scribit, Petrum
hunc fuisse religionis Vualdensium. Iacobus hic & Iacobellus est uocatus fuitq; cele-
bris, ac longo tempore pòst Hus docuit. Adscribam hic catalogum & seriem præci-
puorum doctorum huius religionis, inde à Vuiclepho, ex quodam ueteri Pasquillo
Papistæ alicuius, desumptum: cuius tamen fides penes ipsum sit. C

Liber maledictionis omniū hæreticorū, filiorū diaboli Vuicleph. Vuicleh genuit
Stephanum de Colonia, Stephanus genuit Matthiam de Vuestalia, Matthias genuit
Magog de Sosato, Magog genuit Aneuma, Aneuma genuit Stanislaū, Stanislaus ge-
nuit Poliez, Poliez genuit Hus, Hus genuit Marcū, Marcus genuit Zdenkum, Zden-
kus genuit Cuch, Cuch genuit Comptum, qui fuit circularius 4. & nequam. 5. Com-
ptus genuit Michalich: Michalich genuit Bonim, qui fuit pater nequitiæ: Bonim ge-
nuit Hieronymum, athletam Antichristi: Hieronymus genuit Gesnik, usq; ad transi-
migrationem trium nationum. Et pòst transmigrationem, Iesniz genuit Syclaum
leprosum, eius contagio infecti sunt multi.

Habuit & in Germania Hus etiam pòst mortem multos sectatores. Quod inde
quoque probari potest, quia eius dogmatis causa non pauci exusti sunt: ut Ioannes
Draendorff, nobilis ac sacerdos Misnensis, Vuormaciæ anno 1424: Petrus Tornau
Spyræ, anno 1426: Henricus Grunfelder sacerdos Ratisbonæ, anno 1420: item ibi-
dem, anno 1423. Henricus Radtgeber sacerdos, ex Gota Thuringiæ: Matthæus Ha- D
ger Berlini, anno 1458. & alij alibi. Vnde apparet, plurimos Husitas passim in Ger-
mania fuisse. Quin & in Italia non pauci fuerunt. nam scriptum quoddam, in quo
S. Bernardini errores recensentur, testatur Fratricellos, qui potissimum in Italia fue-
runt, communiter esse Husitas. Fuit autem eorum maximus numerus.

Petrus Payne.

PEtrus Payne Anglus Vuiclephita, quia papisticos errores reprehendit, coactus
est patria profugere, ac se in Bohemiam conferre. Fuit postea unus legatorum,
ad concilium Basiliense missorum. Habeo eius breue scriptum de Prædestina-
tione & libero arbitrio, nondum impressum. Fuerunt duo Petri Vuiclephitæ, qui ex
Anglia in Bohemiam profugerunt.

Ioannes

Ioannes Ziſcha.

FVit & Ioannes Ziſcha Bohemus, ex ſectatoribus Ioannis Hus, uir in re militari eximius: qui poſtea Eccleſiam Bohemorum contra furorem Antichriſti defendit. eius Epitaphium, quia memoria dignũ eſt, adſcribam. Iohannes Ziſcha, nullo Imperatorum ducum'ue rei militaris peritia inferior, ſuperbiæ ſimul & auaritiæ clericorum ſeuerus ultor, patriæq; acerrimus propugnator, hic iaceo. Quod Appius Claudius cæcus bene conſulendo, & M. Furius Camillus ſtrenuè agendo ſuis Romanis præbuere: hoc ipſum Bohemis meis præſtiti. Fortunæ belli nunquam defui, neque illa mihi, omnem opportunitatem rerum benè agendarum, etiam cæcus præuidi: lignis collatis undecies, ſemper uictor depugnaui. Viſus ſum mihi eſurientium iuſtiſsimam cauſam aduerſus delicatos, pingues & ſaginatos ſacerdotes egregiè egiſſe, & ob hoc Dei auxilium ſenſiſſe. Niſi illorum inuidia obſtaret, inter illuſtres uiros numerari procul dubiò meruiſſem: tamen oſſa mea hoc ſacrato loco cubant, etiam inſalutato inuitoq; Papa. Ab hoc heroe, eiusq; exercitu, conditum eſt oppidum Tabor, in quo præcipuè religionis puritas retenta eſt. Habeo aliquot ſcripta Taborenſium paſtorum, circa annum 1431. & 34. contra Papiſtas edita, pia ſanè ac docta, quæ aliquando ſuo tempore fortaſsis edentur.

Hermannus Mutius.

IN Hermanni Mutij hiſtoria eſt, quòd anno 1212. in Alſatia multi nobiles & uulgus ſenſerint, quòd liceat quolibet die comedere carnes, modò ſobriè: & quòd non minor ſit luxus in piſcibus pretioſis, aut copioſè ſumptis, quàm in carnibus. Item, quòd impiè facerent, qui prohiberent ſacerdotibus connubium, ac propterea & ipſum Papam talium authorem, impietatis damnauerint. Ob quos articulos narrat author, crudeliter in eos ſæuiſſe Papam & Epiſcopos, ita ut aliquando uno die 200. exuſti ſint. Alij quidem hiſtorici, ut Nauclerus, narrant, eodem tempore Mediolani fuiſſe multos eiusdem doctrinæ homines, miſſiſſeq; collectos Alſatos Mediolanenſibus.

Inueni & in quadam inquiſitione facta ante 230. annos in Vualdenſes, Bohemos ſolitos tunc temporis, & multis antè temporibus, collectas mittere ex Bohemia in Lombardiam, eiuſdem religionis hominibus: item & alioqui eò proficiſci, diſcendæ religionis gratia, unde intelligitur, Valdenſes iam antè 300. annos & amplius fuiſſe in Bohemia, Pomerania, ut eſt in alio inquiſitorio libro, circa Rhenum, & in Italia. Sed in Italia fuiſſe quaſi præcipuas eorum ſcholas. De qua re uide in Vualdenſibus. Ita hinc quoq; apparet, ſemper fuiſſe aliquos, qui iſtis dæmoniorum doctrinis repugnauerint, quanquam minus fœliciter. quia nondum erat conſummata Dei ira, ut inquit Daniel: nec uenerat hora, qua Antichriſtus ruere debebat.

Deſiderius Longobardus.

DEſiderius Longobardus, qui ante trecentos annos floruit, propterea inter hæreſiarchas numeratur, quia mendicantes monachos edito ſcripto impugnauit. Vidit nimirum ille bonus homo, quòd ualidos homines mendicare genus ſit flagitij, furto ſimillimum: facere autem id inſuper religionis prætextu, eſſe ſummam impietatem & hæreſim.

Paralipomena Vrſpergenſis.

IN Paralipomenis Vurſpergenſis eſt, quòd circa annũ 1240. multi concionatores in Sueuia liberè cõtra Papã cõcionati ſint. eis mãdatis nõ obtemperauerint, et

prædicauerint se annunciare indulgentiam, non à Papa confictam, non à prælatis A compositam, sed ab omnipotenti Deo per Christum concessam.

Crantzius lib. 8. cap. 16. Saxoniæ, unde hęc desumpta sunt, affirmat, eos primatum Papæ quoque pernegasse. ait præterea, passim tam multas hæreses fuisse: haud dubiè indicans propagationem doctrinæ Vualdensium. Vnde apparet eos sensisse, bullatas istas Papæ indulgentias esse meras purasq; bullas, & inanissimas deceptiones & fraudes: ut & Theologi, qui ante Thomam fuerunt, affirmare soliti sunt. Vide in fine Veseli.

Huius eiusdem historiæ fit mentio & in Metropoli Crantzij, lib. 8. cap. 18. Sed adscribam eius locum, quanquam ex odio & imperitia ueritatis acerbius de eis Crantzius loquatur.

Quidam pulsatis campanis, & conuocatis Baronibus terrarum in Hallis Sueuiæ, sic feruntur prædicasse in publica statione, quòd Papa esset hæreticus, omnes B Episcopi & Prælati simoniaci & hæretici: inferiores quoque prælati cum sacerdotibus, quia essent in uitijs & peccatis mortalibus, non haberent authoritatem ac potestatem ligandi & soluendi (fortassis dixerunt tantum, non esse eos ferendos in eo officio) & omnes essent hominum seductores. Item quòd sacerdotes in mortalibus constituti, non possent conficere altaris sacramentum. Item quòd nullus uiuens, neque Papa, neque Episcopi, neque alij possent interdicere diuina: & qui prohiberent, essent hæretici & seductores. Et permittebant in ciuitatibus interdicto suppositis, diuina peragere, ut sacramenta Ecclesiastica liberè perciperent: quia ipsis perceptis, mundificarentur à peccatis. Item, quòd fratres Prædicatores & Minores peruerterent Ecclesiam falsis prædicationibus: & quòd omnes illi fratres, unà cum Cistercienſibus & alijs, prauam uitam ducerent, & iniustam. Item, quòd nullus esset qui ueritatem diceret, & qui fidem iustam opere seruaret, nisi ipsi, & eorum socij: & hi ipsi non ueniſſent, priusquam Deus fidem suam periclitari sineret, de lapidibus excitasset alios qui Ecclesiam Dei uera prædicatione illustrarent. Prædicauerunt, inquiunt, ad hoc tempus prædicatores nostri, & sepelierunt ueritatem, & promulgarunt falsitatem. Nos contrà ueritatem prædicamus, & sepelimus falsitatem, & in fine. Indulgentiam, quam damus uobis, non damus fictam uel compositam ab Apostolico, uel Episcopis, sed à solo Deo, &c. Hæc de eis Crantzius, aliquantò asperioribus uerbis, non tamen aliena à uera pietate, recenset.

Vrspergensis.

ABbas Vrspergensis, qui uixit ante 300. annos, narrat in historia Conradi, filij Henrici quinti fuisse suo tempore, qui reprehenderent peregrinationes & indulgentias, præsertim quas crucis uocant: fateturq; ipsemet eò loci, rem esse nouam. Vnde apparet semper fuisse aliquos, qui crescentes abusus, & subinde nouos pullulantes reprehenderint: sed frustra, meliorem maiore parte, utfit, uincente. Recitat quoque suam quandam cantilenam, in historia, separatim à me cum alijs quibusdam rhythmis impressam: in qua prolixè testatur, curiam Romanam meta iniustitia, fraudibus & impietate sibi mundum subiecisse, eius que opes ad se contraxisse. Sed interseramus sanè eam & hisce, quia bis & ter ceciniſſe, quæ pulchra sunt decet.

Cantilena Abbatis Vrspergensis, ante CCC. annos composita.

FActa est, inquit Vrspergensis, hæc abusio, ut fieret quasi portentum multarum abusionum, quæ subsecutæ sunt in terris. Vix enim remansit aliquis Episcopatus, siue dignitas Ecclesiastica, uel etiam parochialis Ecclesia, quæ non fieret litigiosa, & Romam deduceretur, ipsa causa, sed non manu uacua.

Gaude mater

A *Gaude mater nostra Roma,*
Quoniam aperiuntur cataractæ
Thesaurorum
In terra.
Vt ad te confluant riui & aggeres nummorum
In magna copia.
Lætare super iniquitate filiorum hominum,
Quoniam in recompensationem tantorum malorum
Datur tibi precium.
Iocundare super adiutrice tua discordia,
Quæ erupit de puteo infernalis abyssi.
Vt accumulentur tibi,
Multa pecuniarum præmia.
Habes quod semper sitisti,
Decanta canticum,
Quia per maliciam hominum,
Non per tuam religionem,
Orbem uicisti.
Ad te trahit homines
Non ipsorum deuotio,
Aut pura conscientia,
Sed scelerum multiplicium perpetratio,
Et litium decisio
Precio compauta.

B Scribit etiam in eadem historia, quòd sub Gregorio VII. Romana Respub. tota nouis & inauditis schismatum erroribus laborare cœperit.

Fuit quoque hic quidem pontificib. & suæ farinæ hominibus plus æquo, addictus, ut homines solemus nostro ordini nimium facere. Sæpe tamen eum ipsa ueritas adduxit, ut Pontificum iniustos ac impios conatus sit adscribere coactus. Quale illud in fine est, ubi narrat, quàm iniustè, uel scelerate potius, Gregorius nonus Friderico secundum contra omne ius ac fas sit persecutus. Inquit enim: Honorio successit Gregorius nonus. Hic tanquam superbus, primo anno pontificatus sui cœpit excommunicare Fridericum Imperatorem, pro causis friuolis & falsis, & postposito omni ordine iudiciario, sicut idem Imperator in epistolis suis rescripsit principibus Alemaniæ, retexens omnem progressum uitæ suæ, & conuersationem & actionem & innocentiam pro succursu terræ sanctæ: cum quidam hic à matre adhuc in cunis existens, tutelæ Romanæ Ecclesiæ fuerit commendatus. Et paulo pòst dicit: Imperatorem ã
C Papa etiam excommunicatione coactum, ad liberationem Hierosolymarum profectum esse: & nihilominus tum statim initio Papam passim per Italiam curasse, crucesignatos Imperatoris milites, eum sectantes, intercipi ac iugulari: tum paulo pòst, cũ Imperator bellum iam contra Soldanum gereret, regiones eius inuasisse, & occupare cœpisse. Sparsisse item rumorem de morte Cæsaris, & crucesignatos euntes ac redeuntes interfici præcepisse. Consimiles sanè lusus persæpè Papæ cum Imperatoribus luserunt, ut historiæ paulò ueraciores subindicant.

Sed adscribam ipsius Vrspergensis uerba, ne quis me quid cõminiscí suspicetur. Narrat etiam Imperator in sua Apologetica epistola, quomodo pro feliciori liberatione terræ sanctæ, reginam Hierosolymorum ad suggestionem Honorij Papæ acceperit in uxorem. Ex his omnibus quæstiones facit Principibus, quòd pro tot beneficijs ab Ecclesia non potius remuneratur, quàm excommunicatur: ideo & de Papa
D conqueritur, quòd nuncios suos honestos, uidelicet Archiepiscopum Brundiensem, & alios, in concilio suo non solum audire contempsit, sed nec ad præsentiam suam uel concilij admittere uoluit. Multa quoque alia in eisdem literis sunt descripta. Item paulo pòst:

Anno Domini M. CCXXVIIII. Imperator uolens explere uotum suum, & pacatum sibi efficere Papam, transfretauit ad terram Hierosolymitanam: prius tamen eodem anno condixerat curiam principũ Alemanniæ, in Quadragesima apud Rauennam: à qua similiter impeditus fuit nuncijs & legationibus Domini Papæ. Nam Veronenses & Mediolanenses non permiserunt aliquos transire per fines suos, spoliantes rebus suis etiam ipsos cruce signatos, ut asserebant, authoritate Domini Papæ: quod proh dolor, nefas est dicere.

Eo anno & sequenti tractabatur de pace inter Imperatorem & Soldanum, & gentes ipsorum. Papa uerò captata occasione de absentia Imperatoris, copiosum exercitum destinauit in Apuliam, & terras Imperatoris in seruitio Christi demorantis,

demorantis, quòd nefandissimum est dicere, abstulit, & sibi subegit: & cruce signatos, ne transfretarent, omni studio prohibuit tam in Apulia quàm in Lombardia. Quis talia facta rectè considerans, non deploret & detestetur, quæ indicium uidentur, & quoddam portentum & prodigium ruentis Ecclesiæ.

Anno Domini M. CC. XXIX. fit compositio in Quadragesima, inter Imperatorem & Soldanum. Hierusalem quoque & Nazareth & Ioppe, cum terris adiacentibus, & alijs quibusdam locis, Imperatori restituuntur: & Treuga inter Christianos & Sarracenos usque ad decennium statuitur. Cumq; Imperator super hoc laudabili & glorioso facto rescriberet Domino Papæ, & gaudium annunciaret Christianitati, Papa literas illas abiecit & respuit. Eo anno Imperator Pascha Domini cum multis expensis, more regio coronatus procedens, Hierosolymis celebrauit. Aedificia quoque ciuitatis restituit: & Ioppen, quæ erat destructa, reædificauit, & alia quàmplurima loca, ubi Christianos collocauit. Dum hæc agerentur in ultramarinis partibus, Papa cum suis complicibus, ut asserebant homines, famam fecit in Apulia diuulgari, Imperatorem esse mortuum. Quocirca ciuitates, quæ adhuc adhærebant Imperatori, disponebant se tradere sub dominio Papæ: & omnes Alemannos de terra sancta redeuntes, & ibidem in Apulia demorantes, durissimo & nequissimo facinore interficere. Sed Deus misericors aliter prouidit, & homines suo seruitio deditos ad laudem & gloriam nominis sui clementissimè conseruauit. Tempore siquidem æstiuo eiusdem anni Imperator reuersus, uenit in Apuliam, ante alios qui reuertebantur. Cuius reuersione certissimè comperta, crudelitas sæuientium & furor inuadentium conquieuit. Multi namq; tam de ultramontanis quàm de partibus illis Christiani & Sarraceni coadunati sunt ad Imperatorem, ut haberet maximum exercitum & fortissimum: cœpitq; terras sibi ablatas recuperare, & hostes de finibus suis expellere. Nihilominus quoque omni tempore, quàm diu denunciabat eum Papa excommunicatum, beneficium absolutionis humiliter cum omni obedientia & deuotione & iustitiæ exhibitione expostulauit. Super causis uerò quæ inter ipsum & Papam uertebantur, diffiniendis, aduocauit Principes Alemaniæ, qui uenerunt in Italiam, uidelicet patriarcha Aquileiensis, Archiepiscopus Saltzburgensis, Episcopus Ratisbonensis, Luipoldus Dux Austriæ, & Dux Dalmatiæ & Histriæ. Quibus aduenientibus, Imperatore manente apud Capuam, tractatum est de pace & concordia inter Imperium & Sacerdotium & regnum Siciliæ, & absolutione Imperatoris. Multis alijs quoque mediantib. tam de curia Romana, quàm etiam Italia & Alemania. Sanè hæc compositio cum non posset perfici eo anno, dilata est usq; in annum sequentem.

Propheticæ picturæ.

EDitæ sunt ab Osiandro quædam propheticæ picturæ, cum scholijs Germanicè & Latinè, ante 20. annos: quæ, ut eius præfatio testatur, fermè ante 300. annos ab aliquo pio pictæ fuerunt. Eæ, ut facilè quiuis animaduertere potest, indicant, tum impietatem ingentem Papæ, qui à Christo defecerit: tum & interitum pœnasq; eiusdem. Inueniuntur & aliæ multæ prophetiæ, ut S. Brigittæ, Hildegardis, Mechtildis, Abbatis Ioachim, Catharinę Senensis, Iohannis de Rupe scissa, Theodorici Episcopi Croatiæ, & aliorum, consimiliter tum errores Papæ spirituales, tum & pœnas significantes. De quibus alibi aliquid dictum est.

Schisma anno M. CC. LV.

EXortum est Schisma circa annum Domini 1255. sub Friderico Cæsare, quod 12. annis durauit, eo tempore plurimi homines neutri adhærere uoluerunt: sentientes, Ecclesiam ad homines seu Papas alligatam non esse. Sic enim scribit Auentinus libro sexto de ea re.

Plerique

A Pleriq; tamen, quorum maxima pars fuit, neutrum Pontificem recipiebant. Illud D. Pauli usurpabant: Omnia uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Petrus: una fides, unus Deus, & pater omnium. Atq; illud Christi in ore erat: Vnus magister uester est, uos autem omnes fratres. Gerochus Richenbergensis præsul de hoc dissidio complura scripsit, quibus titulum de Antichristo dedit. Mansit hæc seditio duodeuiginti annos in Christiano orbe.

Hinc clarè apparet, istos homines Antichristum Romanum non magnifecisse, sensisseq; Christianos posse piè Papam penitus negligere. Vtinam aliquid clarius & plenius, de hac historiola haberemus.

Nicolaus Gallus.

B HVnc authorem etiam ideo libentius meo Catalogo insero, quòd & nomine & cognomine nostro Gallo conueniat: quem ego cùm ob alias eius egregias dotes, tum uerò in primis ob ardentem pro domo Domini zelum, ex animo, ac supra amorem mulierum, ut Dauid inquit, amo. Tametsi hic etiam patria Gallus fuerit. Floruit autem circa 1270. Domini annum. Fuit prior generalis, nescio cuius ordinis. Scripsit libellum titulo Ignea sagitta: In eo uehementer deplorat & accusat corruptissimum monachorum statum. Dicit, eos olim in eremo, in sudore pro prij uultus uixisse, orationibus & studijs incubuisse: nunc contrà in ciuitatibus, ubi & studia & omnem pietatem negligant, uoluptatibus & turpitudinibus sint dediti, & præsentes ac futuros seducant. Damnat quoq; inanes Paparum dispensationes, qui monachis iam hoc, iam illud, contrà quàm fas piumq; est, indulgeant. Iam cogita tu mihi Christiane frater, si iam tunc monachi, nempe fermè ante 300. annos, paulò post initium istius noui generis hypocritarum, Franciscanos & dæmoniacos (Dominicanos puto) tam corruptam sceleratamq; uitam egerint, quid non sit ueri C simile eos postea secutis temporibus suis flagitijs hypocrisiq; addidisse: & tamen genus humanum suis egregijs meritis saluare se, si Dijs placet, affirmant.

Nicolaus de Bibrach.

VIxit ac floruit Erfordiæ Nicolaus de Bibrach, circa annum Domini 1290. id est, ante 260. annos: homo (ut uidetur) non usquequaque indoctus (ut quidem illa infœlicia secula tulerunt) & uitæ communis gnarus. Is scripsit, teste etiam Trithemio, libellum, qui uocatur Occultus, & adhuc passim manu scriptus inuenitur. In eo author narrat, se Romæ fuisse: indicat simulatas blanditias erga exteros liberatosq; homines, & iuramenta, ut ille inquit, per Iudæ oscula. Nec obscurè innuit, etiam se à Papa ueluti Ganymedem (nam hac uoce utitur) ad turpiora quædam expetitum. Docet Romæ fidem ac pietatem esse aroma: id est, rem admodum raram & caram: Papam, eiusq; satellites omnium opes rapere, & nulli quicquam dare. Di- D cit, Martinum Papam exoptasse, ut tota Germania unum stagnum esset, eiusq; hoc epitaphium, dignum sanè Papa, recitat.

Hic iacet ante chorum submersor Teutonicorum,
Pastor Martinus, extrà qui totus ouinus.
Et lupus introrsus, cui nulla redemptio prorsus:
Sed sit ad inferna detrusus ab arce superna.

Item alibi ita de Papa inquit:

Sed quia Papa sacer, est uir uersutus, & acer,
Non leue flectetur, nec gratis fortè medetur.
Suadet portari sibi munera multa, iuuari
Si per eum uultis. De Episcopis ita scribit:
Sancti quid facitis, quia res uestras ita finitis
Turpiter expendi, iam iam foret hora loquendi.

Dicite

Dicite ſummæ pater, nos omnes & tua mater
Conquerimur durè, de noſtro præſule ſure.
Imò latrone eſt, qui deterior Pharaone,
Angarians clerum, iacet in ſinibus mulierum.
Hic fuit electus, non propterea quia rectus
Ex meritis morum ſit, ſed quia canonicorum
Donis nummorum ſubuertit corda ſuorum:
Et tenet Eccleſiæ regimen uicio ſimoniæ.
Imò nec attendit, quòd ſpiritualia uendit:
Nec ſolet abſq; dare, clerum uel templa ſacrare,
Et neq; baptiſma gratis confert, neq; chriſma
Sed per numiſma fidei parat undiq; ſchiſma,
Deuorat & potat, natam cum coniuge dotat:
Chriſte tua dote, reputans quoq; pro nihilo te.
Pro grege non orat, pro uana laude laborat.
Miſſam non cantat, Caſtrenſia mœnia plantat:
Militis arma gerit, quæ ſunt ſua, non tua quærit.
Nunquam ieiunat, diſcordes non coadunat.
Armiger in caſtris, non curat quid ſit in aſtris.
Sed diſcordare facit, & lites reuocare.
Non mulcet flentem, non conſolatur egentem.
Non ueſtit nudum, ſed amat cum teſſere ludum.
Quæ per eum detur, eleemoſyna nulla uidetur.
Attendensq; parum, minuit decus Eccleſiarum.
Et ſi plura petas, falſas iubet eſſe monetas,
Lucraturq; ſatis de nummis falſificatis.

Item de Epiſcopo & prælatis inquit:

Dicite, ſic miſerum cur rodis Epiſcope clerum:
Cuius tu pater es, & quem de iure foueres:
Cur exempla bone non accipis à Pharaone,
Tu gregis es tutor, tu paſtor es ille ſecutor,
Qui ſi peccaret, famamq; bonam macularet,
Deberet legere pſalmos, commiſſaq; flere,
Et ieiunare, non denarios numerare.
Dicite prælatis cleri, cur tam malè ſtatis,
Pro grege commiſſo, quòd ei locus eſt in abyſſo,
De noſtris certè manibus quæretur apertè
Illorum ſanguis, quos trux modò uulnerat anguis:
Tunc benè uelletis totum tempus quod habetis
Rectè uixiſſe, gregis in curaq; ſtetiſſe:

Sed addamus concluſionis uice & hæc pauca de Papa.

Papæ dicatis precor intuitu pietatis,
Quòd ſtat in Eccleſia iam multiplex ſimonia,
Et mala quàm plura quæ ſunt fidei nocitura:
Quæ ſi durabunt, Eclipſin fortè creabunt.

Vnde apparet, hunc quoq; uirum doctum, ac rerum peritum, ea mala in Eccleſia uidiſſe & reprehendiſſe: quæ ſi non tollerentur, Eccleſiam & pietatem eſſent peſſundaturæ. Hoc enim Eclipſis ipſi ſignificat.

Gerhardus & Dulcinus.

ANte 270. annos fuerunt duo (ut à Papiſtis uocantur) hæreſiarchæ, Gerhardus Sagareli Parmenſis, & Dulcinus Nouarenſis. Iis præcipuè uitio datum eſt, quòd do-

A quòd docuerint, orationem Deo non minus acceptã esse in prophano, quàm sacro loco. Item, Papam asseruerint esse Antichristum: & Ecclesiam Romanam, id est, Papam, eiusq; spirituales, à Deo reiectos, esse illam meretricem Babylonam, de qua est in Apocalypsi. Fortasse acceperunt aliqua semina sanioris doctrinæ à Vualdensibus. Habuerunt amplius quàm per 40. annos, multos sectatores, præcipuè in Cisalpina Gallia, & proximis Alpibus. Tandem uerò à Papa non tantum isti duo doctores, sed & ingens auditorum numerus, crudeliter interfecti sunt. Tribuuntur eis præterea quædam incommodæ sententiæ, quin & promiscuæ libidines: quæ, ut suspicor, magna ex parte mendaciter à Papistis eis adscribuntur, sicut & Vualdensibus promiscuas libidines falsissimè Papistæ tribuunt.

Dantes.

B DAntes Florentinus floruit ante annos 250. fuit uir pius & doctus, ut multi scriptores, & præsertim ipsius scripta testantur. Scripsit librum, quem appellauit Monarchiam. In eo probauit, Papam non esse supra Imperatorem, nec habere aliquod ius in Imperium. Refutat etiam donationem Constantini, tanquam quæ nec facta sit, nec fieri iure potuerit. Ob quam rem à quibusdam hæreseos est damnatus. Scripsit & uulgari Italico sermone non pauca, in quibus multa reprehendit in Papa, eiusq; religione. Queritur alicubi prolixè intermissam esse uerbi Dei prædicationem, & pro ea prædicari à monachis uanissimas fabulas, eorumq; nugis fidem haberi: atq; ita omes Christi non uero pabulo Euangelij, sed uento pasci. Dicit alibi. Papam ex pastore factum lupum, uastare Ecclesiam, non curare unà cum suis Spiritualibus uerbum Dei, sed tantum sua decreta. Alicubi in conuiuio amatorio, æquat coniugium cœlibatui.

Adijciemus aliquot eius dicta ulterioris fidei & perspicuitatis gratia. Ac primum quidẽ ex monarchia eius, ubi inter alia etiã hęc in tertia eius operis parte dicit.

C Igitur contra ueritatem, quæ quæritur, tria hominum genera maximè collustantur. Summus namq; Pontifex Domini nostri Iesu CHRISTI uicarius & Petri successor, cui nõ quicquid CHRISTO, sed quicquid Petro debemus, zelo fortasse clauiũ, nec nõ alij Græcorum Christianorum pastores, & alij quos credo zelo solo matris Ecclesiæ permoueri, ueritati quã ostensurus sum de zelo forsan (ut dixi) non de superbia cõtradicunt. Quidam uero alij, quorum obstinata cupiditas lumen rationis extinxit, & dum ex parte diabolo sunt, Ecclesiæ se filios esse dicunt, non solum in hac quæstione litigium mouent: sed & sacratissimi principatus uocabulum abhorrentes superiorum quæstionum & huius principia impudenter negarunt. Sunt et terti quos Decretalistas uocant theologiæ ac philosophiæ cuiuslibet, inscij & experres suis Decretalibus (quas profectò uenerandas existimo) tota intentione innixi, de illarum prævalentia credo sperantes, Imperio derogant. Nec mirum cum iam audiuerim quendam de illis dicentem, & procaciter asserentem, traditiones Ecclesiæ fidei

D esse fundamentum. Quod quidem nefas de opinione mortalium si submoueant, qui ante traditiones Ecclesiæ in Filium Dei CHRISTVM siue uenturum, siue præsentem, siue iam passum crediderunt & credendo speraverunt, & sperantes charitate arserunt, & ardentes ei cohæredes futuros esse mundus non dubitat.

In poemate porrò de Paradiso hæc scribit capite nono.

Che poco tocca al Papa la memoria.
La tua città, che di colui è pianta,
Che priu uolse le spalle al su fattore,
Et di cui è la nuidia tanto pianta,
Produce & spande il maladetto fiore,
C' ha disuiate le pecore & gli agni,
Pero che fatto ha lupo del pastore.
Per questol' Euangelio e i dottor magni

Nam parum Papæ tangit memoriam.
Tua urbs quæ prima est eius planta.
Qui primus uertit terga suo authori.
Et cuius est inuidia tam diu plorata,
Producit & spargit execratum florem,
Qui auertit oues & agnos:
Quia lupum fecit ex pastore.
Hanc ob rem Euangelium & doctores magni.

Son derelicti, & ſolo a i decretali.
Si ſtudia ſi, che pare a i lor uiuagni,
A queſto intende l' Papa e Cardinali,
Non uanno i lor penſieri a Nazarette:
La doue Gabriello aperſe l' ali.
Ma Vaticano & l' altre parti elette.
Di Roma, che ſon ſtate cimitero,
A la militia, che Piero ſeguette,
Toſto libere fien de l' adultero,

Sunt derelicti: & tantum Decretales.
Leguntur ſic, ut id ex ueſtium lumbis appareat.
In hoc incumbit Papa & Cardinales:
Nec eunt eorum ſtudia Nazarethum,
Vbi Gabriel expandit alas:
Sed Vaticanum cæteræq; electæ partes.
Vrbis Romæ, quæ fuerunt cœmiterium.
Militiæ quæ Petrum eſt ſecuta,
Ac tutum liberæ fient ab adulterio,

Porrò Capite aut cantione XVIII. dicit hæc. B

Gia ſi ſolea con le ſpade far guerra:
Ma hor ſi fa togliendo hor qui, hor quiui
Lo pan, che l' pio padre a neſſun ſerra.
Ma tu, che ſol per Cancellari ſcriui,
Penſa che Pietro & Paolo, che moriro,
Per la uigna, che guaſti, anchor ſon uiui.
Ben puoi tu dire, i ho firmo l diſiro,
Si a colui, che uolle uiuer ſolo.
Et che per ſalti fu tratto al martiro?
Cli' i non conoſco il piſcator, ne Polo.

Olim ſolitum fuit gladijs fieri bellum.
At nunc fit modo hic, modo illic auferendo,
Panem, quem pius pater nulli claudit,
At tu qui ut deleas tantum ſcribis.
Cogita Petrum & Paulum qui mortem oppetiere,
Propter uineam quam uaſtas etiamnum uiuunt,
Potes tu quidem dicere, firmum habeo deſiderium,
Sic ad eum qui uoluit uiuere ſolus,
Quiq; per ſaltus fuit pertractus ad ſupplicium?
Equidem nec piſcatorem agnoſco nec Paulum.

Cantu XXIX. admodum grauis querela eſt, de commutata prædicatione uerbi in inanes nugas ac fabulas: Verba eius hæc ſunt. C

Et anchor queſto qua ſu ſi comporta
Con men diſdegno, che quand' è poſpoſta,
La diuina ſcriptura, & quando e torta.
Non uiſu penſa quanto ſangue coſta,
Seminarla uel mondo, & quanto piace.
Che humil mente con eſſa s' accoſta.
Per apparer ciaſcuns' ingigna, & face,
Sue inuentioni, & quelle ſon traſtorſe
Da predicanti, e' l Vangilio ſi tace.
Vn dice, chi la luna ſi ritorſe.
Nela paſſion di Chriſto, & s' interpoſe,
Perche' l lume del ſol giu non ſi ſporſe,
Et altri, che la luce ſi naſcoſe,
Da ſe, pero a gl' Hiſpani, & a gl' Indi
Com' a Giudei, tal eclipſi riſpoſe.
Non ha in Fiorinza tanti Lapi & Bindi,
Quante ſi fatte fauole per anno.
In Pergamoſi gridam quinci & qnindi:
Si che le pecorelle, che non ſanno,
Tornan dal paſco paſciute di uento.
Et non le ſcuſa non ueder lor danno.
Non diſſe Chriſto al ſu primo conuento,
Andate, & predicate al mondo ciance,
Ma diede lor uerace fondamento:
Et quel tanto ſono ne le ſue guance:
Si cli' a pugnar, per accender la fede.
Del' Euangilio fero ſcudi & lance.
Hora ſi ua con motti & con iſcede.

Etiam iſthuc hic ſurſum tolleratur.
Minore odio, quam cum poſtponitur.
Diuina Scriptura, & cum torquetur,
Non reputatur quanto ſanguine ſtetit,
Cum in mundo ſeminaretur, & quantum placet
Qui animo demiſſo ei adhæret.
Vt uideatur quiſq; ſtudet, & profert.
Sua inuenta: & illa pertractantur
A concionatoribus: & Euangelium tacet,
Alius dicit lunam ſe retorſiſſe,
In Chriſti morte, ſeq; interpoſuiſſe,
Vnde lumen ſolis non ſe porrexit.
Alius, lucem ſe occultaſſe. D
Per ſe: idcirco Hiſpanis atq; Indis.
Vt & Iudæis talem eclipſin uiſam eſſe.
Non habet Florentia tot Lapos, totq; Bindos.
Quot huiuſmodi fabulæ per annum.
E ſuggeſtu hic & illic declamitantur,
Ita ouiculæ quæ hoc ignorant,
Redeunt è paſcuis paſtæ uento,
Nec eas excuſat ſui ignorantia damni.
Non dixit Chriſtus ſuo primo cœtui,
Ite & prædicate mundo nugas,
Sed uerum illis dedit fundamentum.
Et illud tantum ſonuit in ore ipſorum.
Itaq; illi ad pugnam, ut fidem accenderent.
Ex Euangelio fecerunt clypeum & haſtam.
Nunc iocis & facecijs itur.

A predicar: & pur che ben si rida,
Confia'l cappucio, & piu non si ru hiede.
Ma tal necel nel becchettos' annida:
Che se' l uulgo il ue desse, uederebbe
La perdonanza, di che si confida,
Per cui tant' stultitia in terra crebba:
Che sanza prouad' alcun testimonio.
Ad ogni promession si conuerrebbe
Di questo' n grassa l' porco sant Antonio,
Et altri anchor, che son assai piu porci,
Pagando de moneta sanza Conio.

Ad prædicandum: & modo benè rideatur
Intumescit cuculla, nec ultraquicquam requiritur.
Verum ea auis in rostro nidum habet,
Quam si uulgus uideret, cerneret
Veniam, cui confidit,
Per quam tanta stultitia in terra creuit.
Vt sine approbatione cuiusquam testimonij,
Cuiuis promißioni conueniret.
Ex hoc saginat porcum Sanctus Antonius.
Et alios simul, qui magis sunt sues,
Moneta persoluendo, non signata,

In cantione 32. purgatorij non obscurè ostendit Papam esse meretricé Babylonyam. Tribuit enim eius ministris, id est, episcopis bicornia capita, quatuor uerò quibusdam unũ cornu qui sunt & patriarchæ. Ipsi uerò meretrici instar cuiusdam arcis. Adiũgamus uerò Danti etiam Iornãdi dictum ex libro de translatione Imperij qui simul est impressus cum eo.

Item nota quod cum Antichristus uenturus non sit, nisi prius Imperium destruatur indubitanter omnes illi qui ad hoc dant operam, ut non sit Imperium quantum ad hoc sunt præcusores & nuncij Antichristi. Caueant ergo Romani & eorum Pontifices ne peccatis & culpis suis exigentibus iusto Dei iudicio sacerdotium ab ipsis auferatur. Caueant nihilominus Præsules & Principes Germani.

Non malè hic quoq; conijcit Romanum Pontificem, quia dissipet & opprimat Imperium, esse Antichristum.

Taulerus.

TAulerus, concionator Germanus, floruit ante annos 200. Docuit de gratuita iustificatione satis rectè. Nam quòd tanto pere inculcat hominem debere Ledig vnd loss sein aller creaturen/vnd seiner selbst: haud dubiè, ut ex multis eius concionũ locis apparet, eam uim habet, ut doceat, pios debere penitus de se, omnibusq; humanis auxilijs desperantes, in solum Deum conijcere suam fiduciam, atq; ita ex solo Deo pendere, omniaq; ab eo sola fide impetrare. Humanorum operum merita & traditiones uehementer extenuauit: ac omnino omnium superstitionum hostis fuit acerrimus, solam Dei misericordiam diligenter commendans. In concione Epiphaniæ, dicit nostros prælatos esse cæcos, & cæcorum duces: uerendumq; esse, ne & duces & ducti simul in exitium æternum ruant. In concione primæ Dominicæ quadragesimæ, dicit, uehementer obesse pijs cordibus spirituales istos, qui externa sanctitate & disciplina præfulgent, atq; ita homines tantum ad externa opera trahunt. Concione supra, Simile est regnum cœlorum patrifamilias, clarè improbat sanctorum inuocationem. uerba eius hæc sunt:

Ja es sind etliche geystliche menschen/die one trost nit wöllen sein/deñ ehe sie leuterlich vnd warlich one trost wöllen sein/vnd ledig vnd loss funden werden/so nemen sie ehe für sich himlische creaturen/als die heyligen/vnd die engel/vnd besitzen die in ihnen selber mit einer geistlichen lust/vnd setzen die für sich zů einem trost. Als/diser heilige ist mir lieb vor andern heiligen/oder der Engel vor andern engeln/vnd wer jnen dann disen vngelas vmbstosst/das es nicht soll sein/so haben sie darinnen wenig frides/sie haben wol darinne vnfride. vnd das ist deñ zůmal vnrecht/vnd ist dir gegen Got ein gross hindernuss. du soltest ledig stehn aller creaturen im himmelreich vnd auff erdtreich/vnd auff niemandt rüwen/noch bleiben/deñ bloss lauter auff Got allein. Wenn du das thetest/warlich vnd leuterlich/so weren alle heiligen warlich vnd volkommenlich von dir geehret/vnd gewirdiget. Denn die lieben heiligen alle zeit gesenckt werden einmütiglich in den götlichen vätterlichen abgrundt der heyligen dreyfaltigkeit.

Supra ſepulchrum eius Argentinæ,in monaſterio Dominicanorum,dicitur eſ A ſe ipſius imago, digito Dei agnum oſtendens: qua ipſa pictura uel ipſemet, uel alius quis alius indicare uoluit,eum,Chriſtum unicum agnum peccata tollentem, prædicaſſe,neglectis omnibus humanis meritis,iuſticijs,ac ſanctitatibus.Illud ſanè memorabile eſt,& multi diuinitus factum putant,ut cum illud monaſterium in ſcholæ formam redigeretur,caſu,certè ſine ullo humano conſilio,eius ſepulchri imago illa præclara imagine inſignitum ante lectorium remanſerit: uelutiſi Deus ipſe eo Mercurio ianitore,tanquam epigrammate quodam,intrantes monere uoluerit, qualis nam ibi doctrina doceatur: aut certè id iam mortuo tribuere,ut etiam in ſepulchro iacens uocem Chriſti puriorem auſcultaret,quam cum multis pijs & ſanctis,& audire,& uidere illam fœlicem diem uiuens fruſtra exoptauit. Sæpè enim repetit,Eccleſiam indigere graui reformatione.

Celebratur in primis hoc eius dictum, quòd nunquam homo ſit tam auidus ac B cipiendi beneficij,quin Deus id ſecundũ ſua promiſſa dare magis cupiat. Velle enim eum eſſe ueracem. Concionibus eius Baſileæ 22. anno impreſsis,additæ ſunt & aliorum quorundam:ut cuiuſdam M. Ekardi, qui circa eadem tempora fuiſſe dicitur,con ſimilis notæ orationes. Vnde apparet, omnibus temporibus aliquos pios doctores fuiſſe. Mirabilis etiam illius hiſtoria eſt,qui eum ex phariſaiſmo eduxit.

Franciſcus Petrarcha.

FRanciſcus Petrarcha,uir apprimè doctus, floruit ante annos 200. Epiſtola uigeſima, appellat Papæ curiam Babylonẽ, & meretricem Babyloniam ſuper aquas ſedentem, matrem omnium idolatriarum & ſcortationum, cum qua ſcortati ſunt Principes & Reges terræ: aſylum hæreſium & errorum,&c. de qua in Apocalyp. ſi ſpiritus ſanctus prophetauit. Vide locum: prolixè id ibi diſputat. Quo modo cum de curia Papæ locutus ſit,planè uidetur ſenſiſſe,Papam eſſe Antichriſtum. Et ſanè illud quoq; uehementer hoc confirmat,quod dicere ſolitus eſt, nullum cuiquam maius malum optari poſſe,quàm ut fiat Papa. Reprehendit alioqui ualde crebrò ſcelera & impietates pſeudoſpiritualium.

In Italicis ſuis Rhythmis ſcribit inter alia ſic de Roma: Schola de errori,& templo de hæreſia: id eſt,Schola errorum,& templum hæreſeos. Sic & ſæpè alias in eodem poëmate eam uocat Babyloniam: item matrem errorum, item nidum proditionum. Dicit eam creſcere ex alienis calamitatibus,ait quoq; eam ſe extollere contra ſuos fundatores: id eſt,Imperatores,qui ipſi multa antea largiti ſunt. Talia propemodum infinita in eius opuſculis,de Papa ac Roma,dicta extant. Apparet etiam,Papam ei infeſtum fuiſſe,eumq; perſecutum. Nam in cantilena 92. inquit: *Del empia Babylonia, onde fuggita ogni uergogna,onde ogni bene fuori, Albergo di dolor,madre de errori,ſon fuggito io per allungar la uitta*. Extat quoq; dialogus Pyladis & Oreſtis,ſub nomine Petrarchæ,non omnino indoctus aut illepidus: in quo diſputatur, Romam modis omnibus fugiendam eſſe, D tanquam quandam latronum ſpeluncam,& malorum fontem ac primariam officinam. Credo ſanè Petrarchæ non eſſe: ſed tamen certè eſt hominis haud quaquam inſciti: & ante annos circiter 50. editus in publicum eſt,ſeu impreſſus.

Petrus Ioannis.

ANte annos 260 uel amplius,floruit Petrus Ioannis,diœceſis Biranenſis Minorita,qui tum alia multa contra Papam docuit, tum etiam quòd Papa ſit Antichriſtus,& ſynagoga Romana ſit magna Babylon. Scripſit ſuper Matthæum, Epiſtolas, & Apocalypſim. Hunc cum uiuum nequiſſet exurere Papa,longo poſt mortem tempore oſſa eius effoſſa exuſsit. Facit eius mentionem Nicolaus Emeric, in libro ſuarum Inquiſitionum.aitq; ab eo porrò Michaelem Ceſenatem ſua dogmata mutuatum eſſe. Facit & Balæus eius mentionem in Laurentio Anglico, in catalogo Britannicorum ſcriptorũ.

Eduardus

Eduardus Rex Angliæ.

EDuardus Rex Angliæ, quintus, ut opinor, eius nominis, regnauit circiter annum 1310. id est, fermè ante 240. Is de consilio parlamenti sui, & ad petitionem totius regni, scripsit miserabilem epistolam, quam habeo, petens à Papa, ut desinat sui regni Ecclesias commendare, cui ipsi libet: relinquatq; sibi ac regno liberam electionem prælatorum, aliorum que pastorum, sicut olim eam habuerunt. Queritur lugubriter, Papam conferre regimen Ecclesiarum indignis, qui pleruncque neque curent salutem omnium, nec earum uocem intelligant, nec etiam in suis Ecclesijs resideant: sed tantum lucro inhient, reditus Ecclesiarum per procuratores exigentes, & oues deglubentes. Vnde fieri, ut pij & docti homines indigenæ paupertate pressi, studia deserant, ædificia Ecclesiastica corruant, salus animarum periclite-
B tur, & regnum denique penitus exhauriatur, & debilitetur Domini uinea. Dicit quoque inter cætera, maiores suos & alios proceres regni olim ædificasse & dotasse templa munificè, idoneos que ministros Ecclesijs præfecisse, sic que ibi pietatem propagatam. Iam autem (inquit) aper de sylua deuastat uineam Domini Sebaoth, & singulares feræ depascunt eam: intelligens scilicet, ut ex sequentibus patet, per aprum de sylua, ipsum Papam, uel certè eius peruersum regimen.

Similes, alias que plures calamitates, & in aliorum regnorum gentium que Ecclesijs, Clemangis, in libro de Corrupto Ecclesiæ statu, ob talem uenditionem seu donationem, seu etiam prostitutionem Ecclesiarum accidisse, queribundus commemorat. Nam de hac Gallicarum prælaturarum direptione, & pragmatica sanc-
tione, perpetua fermè fuere Regibus Galliæ certamina cum Papis, inde à Bonifacio 8. usque in hodiernam diem, dum alius Rex sibi id ius extorqueri patitur, alius uerò necessitate præsentiq; sui regni periculo illud ad se retrahere, & pragmaticam
C sanctionem in usum reducere cogitur. Qua de causa etiam appellatio scholæ Parisiensis contra Leonem decimum, de qua alibi, fuit instituta. Sed de contentionibus Gallicorum Regum cum Papis, alibi. Illud uerò obseruandum est, quod in scripto cum Clemangi impresso, titulo Apostoli nationis Gallicæ, scriptum extat, Regem Angliæ tandem seuero edicto prohibuisse annatarum exportationem, & petitionem prælaturarum Anglicarum apud Papam. Nimirum id fecit, postquam se uidit frustra supplicare Papæ.

Vuiclephus in libro de Papæ potestate, narrat ex Chronica quadam titulo Flores historiarum, aliam historiolam, quæ longè ante hanc accidit. Dicit, Papam anno 1226. misisse in Angliam quendam legatum suum à latere, nomine Otthonem. qui in comitijs regni bullam Papæ ostenderit, in qua beatissimus confitetur uerum esse, quòd Romæ in curia nihil effici aut impetrari sine maxima effusione seu profusio-
D ne pecuniæ, largissimisq; donis possit: eo que Romanam Ecclesiam, quæ mater omnium aliarum sit, infamem ob auaritiam, simoniam & corruptelas esse. Sed id inde accidere, quod aliter sese Papæ ministri alere nequeant. Decere igitur ipsos Anglos, tanquam bonos Ecclesiæ filios, ut suam matrem ea ignominia liberent. Posse autem id eos ita facere. si aliquo charitatiuo subsidio (ut Curtisani suas turpissimas expilationes uocant) eam subleuent, subsidium porrò id esse posse idoneum, si ex omnibus cathedralibus Ecclesijs duæ præbendæ, & ex omnibus monasterijs duæ bonorum partes, habita ratione ad Abbatem & monachos, perpetuò darentur. Verùm Rex ac regnum tunc id penitus recusauit. Apparet porrò ex priori historia, Papam post hanc primam repulsam non desijsse suis technis circumuenire Anglicanas Ecclesias, donec tandem ius omnes ditiores prælaturas, conferendi omnia opulentiora sacerdotia cui uellet, nancisceretur, ut paulo antè ostendi. Cæterùm epistola Regis cuius memini, hæc est.

Sanctissimo in CHRISTO patri domino Clementi diuina prouidentia, sacro

ſanctæ Romanæ ac uniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici. Eduardus eadem gratia Rex Francorum & Angliæ & Dux Hiberniæ, deuota pedum oſcula beatorum: penſata ſedis Apoſtolicæ clementia, quæ de fouenda deuotione CHRISTI fidelium, & animarum ſalute ſolet eſſe ſummè ſollicita, non querens quæ ſua ſunt, ſed quæ ſunt potius Ieſu CHRISTI tenet probabiliter noſtra fiducia, quod ueſtra maternitas inſpecta celſitudinis Apoſtolicæ præclaritate miſericordiæ, & ſcientia diuinitus iam erecta, ea quæ decus Eccleſiæ & deuotionem pleobis attenuant & animarum & rerum pericula comitantur, curabit miſericorditer reformare.

In publicam autem non ambigimus noticiam peruenuiſſe, qualiter ab exordio naſcentis Eccleſiæ, in regno noſtro Angliæ progenitorum noſtrorum Regum Angliæ, & procerum ac fidelium dicti regni digne recolenda prioritas, propter Domini cultus augmentum conſtruxit Eccleſias & ipſas amplis dotauit poſſeſſionibus, & priuilegijs communiuit, ponens in eis miniſtros idoneos, qui fidem catholicam in ſubditis ſibi linguis & populis fideliter propagarunt: per quorum curam & ſollicitudinem uinea Domini Sabaoth cum cultu & fructu ibidem mirificè fœcundauit. Sed (quod dolendum eſt) ipſius uineæ progenies degenerauit in labruſcas, exterminat eam aper de ſylua, & ſingulares feræ depaſcunt eam, dum impoſitiones & promiſsiones ſedis apoſtolicæ, quæ ſolitò grauius ipſius peculium contra piam uoluntatem & ordinationem donatorum, manus occupant indignorum & præſertim cæterorum & eius dignitatis beneficia pinguia perſonis conferuntur alienigenis, plerunque nobis ſuſpectis: qui non teſidենt in dictis beneficijs & uultus commiſſorum ſibi pecorum non agnoſcunt, linguam non intelligunt, Sed animarum cura negligitur, uelut mercenarij ſolummodo temporalia lucra querunt & ſic dominuitur CHRISTI cultus, & animarum cura negligitur, ſubtrahitur hoſpitalitas.

Eccleſiarum iura depereunt, ruunt ædificia clericorum, attenuatur deuotio populi, Eccleſiaſtici ſacerdotes regni uiri magnæ ſcientiæ & conuerſationis honeſtæ, qui curam animarum paſcendarum ibi, & regimine ſalubriter petagere pro noſtris forent & publicis conſilijs oportuni ſtudium deferunt propter promotionis congruæ ſpem ablatam quæ diuinæ ſimus eſſe, non placidæ uoluntati.

Quæ omnia in graue noſtrum & fidelium noſtrorum uertentur præiudicium & ineffabile periculum, niſi ſemper citius & conſultius caueamus. Namius patronatus, quod nos & fideles noſtri in talibus obtinemus beneficijs, enernatur. Curia noſtra in qua duntaxat cauſæ ſuperiure patronatus dictorum beneficiorum tractari debent, & ſic iura coronæ noſtræ regiæ tam probroſæ, quàm damnoſæ depereunt: Et regni theſaurus ad extraneos, ne dicamus noſtros malenolos, aſportatur ſubtiliſan artificio, ut regno depreſſo, ſacerdotio que & eius exhauſto theſauro, reddatur regnum debilius in aduerſis quæ ſingula & alia, quæ ex præmiſsis ſequuntur incommoda, fuerunt nuper coram nobis in parlamento noſtro generali per communitatem dicti regni in conuentu palam expoſita, unanimi et ardenti petitione ſubiuncta, Vt prędictis diſpendijs quæ dictę communitati uidentur intollerabilia, celeriter occuramus. Nos autem Anglicanæ depreſsionem Eccleſiæ, & exhæredationem coronæ regiæ, ac mala prædicta quæ diſsimulata diutius adducent uerisimiliter grauiora pericula, cernentes intuitu ad uos ſucceſſorem apoſtolorum principis, qui ad paſcendum non ad concidendum oues dominicas & confirmandum, & non deprimendum fratres ſuos maioritatem à CHRISTO ſuſcepit.

Iſta de-

Ista desetimus uotiuis affectibus supplicantes quatenus ponderando & considerando, quod de iure creandi sunt deuoti populi magistratus, & iuxta dictum Prophetæ, dandi sunt de eodem loco populi doctores, quod per beatos Apostolos esse factum, dum gentibus uiros linguarum suarum habentes notitiam præfecerunt, pensata etiam deuotionis plenitudine, quod Dei gratia nostra regia, in * & clerus ac populus dicti regni perstiterunt hactenus in obedientia dictæ sedis, propter quod non deberet ei paternus affectus onera & grauamina cumulare: Scilicet uelitis, ut pater filijs thesaurizans alleuiare.

Dictarum impositionum & peruisionum ac onerum iam per sedem Apostolicam inualescentium grauitatem permittentes ulterius, ut patroni patronatus sui solatium non admittant, Ecclesiæ que cathedrales, & alię dicti regni liberas actiones & eorum officia habeant.

Quas quidem Ecclesias dicti regni progenitores, dudum in singulis uocationibus eorundem personis idoneis iure suo regio liberè conferebant, & postmodum ad rogandum ad instantiam sanctæ sedis, sub certis modis & conditionibus concesserunt, quod electiones fierent, in dictis Ecclesijs per templa eorundem, quę concessio fuit per sedem ipsam ex certa scientia confirmata, sed contra formam accessionis & confirmationis prædictæ sedis per reseruationes & promissiones suas dictis capitalis adimit supradictas electiones, & nobis ius & prærogatiuam, quæ iuxta formam dictæ concessionis nobis competent in hac parte, propter quod iuxta legem regni nostri, ex quo lex in concessione posita non seruatur, concessio resoluitur & statim reuertit in primæuum, super præmissis igitur dirigemini quæ c da scandala, & præiudicia prælibata, festinanter & salubre temperamentum sumus, nostra benignitas ad honorem Dei & salutem animarum, nec nō attollen- opponere, ut nos & nostri qui personam uestram sanctissimam & sanctam Romanam Ecclesiam dominari cupimus, ut debemus cessantibus dictis malis intollerabilibus, in prima uestræ dilectionis dulcedine acquiescamus, Reuerescatque nostra deuotio, pet ostensam nobis piæ moderationis uestræ clementiam, re creata.

Conseruet uos altissimus regimen Ecclesiæ suæ sanctæ, per tempora prospera & longæua. Datum apud Vvasen. die 7. Anno regni nostræ Franciæ 4. Regni nostri uerò Angliæ decimo septimo.

D

Conradus Hager.

VIxit Herbipoli M. Conradus Hager, circa annum Domini 1340. Is, ut ex bullis quibusdam Otthonis Episcopi Herbipolensis patet, confessus est, se annis 24. sensisse & docuisse, Missam nullo modo esse sacrificium, aut cuiquam uel uiuo uel mortuo prodesse: eoq; nequaquam celebrandam. Dixit pecuniam, quæ à morientibus promissis relinquatur, esse ueluti furta & sacrilegia quædam sacerdotum, quæ illi pauperibus impiè subtrahant. Dixit etiam, se, si haberet hypocaustum plenum aureis, non unicum daturum pro Missis. Affirmauit etiam, se putare propterea populum abhorrere à Missis, quòd ipse multos eam sententiam docuerit. Abhorruisse autem incolas eorum locorum tunc à Missis pro mortuis, non solum hinc, sed etiam ex alio eiusdem Episcopi mandato apparet, ubi seueriter subditis præcipitur, ut persoluant ea, quæ à suis maioribus pro statis Missis legata testamento fuerant. Ob hanc sententiam ille bonus magister damnatus, ac in carcerem inclusus est. Necscio, quem sit finem sortitus. Vtinam aliquid

plenius de eius doctrina haberi posset. Forte etiam scripsit aliquid. Haud dubie ille A auditoribus uerum sacerdotem, uerum agnum, uerumq; sacrificium, pro isto commentitio Antichristi digito, cum Ioanne ostentauit.

Nicolaus Orem.

FLoruit Nicolaus Orem circa annum Domini 1364. Habeo in uetusto codice scriptam eius orationem, quam coram Papa Vrbano 5. & Cardinalibus, in uigilia natiuitatis Domini supradicto anno habuit, quæ post adiungetur. Acris profectò est admodum, & duriter eos, aliosq; omnes prælatos ac sacerdotes reprehendit. Summa porrò orationis ea est, quod Papæ eiusq; clero de proximo imminere exitium prænunciet. Signa suæ prædictionis, ex eorum sceleribus sumit. Omnia prophetarum dicta contra impios Iudæorum sacerdotes, accommodat ad clerum sui temporis: eosq; affirmat esse canes, non ualentes latrare: esse canes impudentes, B nescientes saturitatem: esse pastores, qui non gregem, sed semetipsos pascant, ignorantes intelligentiam: abiuisse unumquemq; eorum in uiam suam, declinasse ad auariciam à summo ad minimum. Dicit eos tanto peiores synagoga esse, quantò grauius scelus sit Ecclesiam & Sacramenta uendere, quàm pati uendi columbas in templo. Inter signa uenturæ calamitatis, ponit etiam inæqualitatem inter sacerdotes, quòd alij ex eis sint plus quàm Reges, alij sint miseriores & contemptiores mendicis, Item, nimiam superbiam prælatorum, nimiam eorum tyrannidem in Christianos. Affirmat Papam & Prælatos promouere indignissimos nebulones ad amplissima sacerdotia ac dignitates: optimos uerò, ac omni honore dignissimos ab eis contemni. Obijcit eis, quod & pelles & carnes ouium crudeliter ab eis auferant. Quare proponit eis etiam illam Ezechielis propheriam: Cessare eos faciam, ut non ultra pascant gregem meum: liberabo eum de ore ipsorum, & non erit eis ultra in escam. C Contra istam uanissimam, & tamen perpetuam Papistarum obiectionem, quòd ipsi sint Ecclesia, quam Dominus non sit deserturus, quia sit pollicitus se cum ea fore usque in finem seculi: item, Oraui pro te Petre, ne deficiat fides tua: item opponit illud Prophetæ dictum, Nolite confidere in uerbis mendacij: templum Domini, templum Domini, &c.

Vtinam ea haberi possent, quæ priuatim aut dixit, aut scripsit. Nam si coram Papa talia dicere ausus est, uerisimile est cum alias, ubi minus periculi fuit, plura ac maiora dixisse. Tribuunt huic quidam uetustiores codices epistolam Luciferi. Tempus sanè propemodum conuenit, nec etiam sententia epistolæ ab eius animo multum discrepat.

Sed adijciamus prædictam eius concionem coram Papa & Cardinalibus habitam: quandoquidem uix spes est, eam alioqui in lucem proditurum. D

Concio facta coram Papa.

IVxta est salus mea, ut ueniat: & iustitia mea, ut reueletur. Esaiæ 56. Secundum sententiam B. Pauli Rom. 2. & in pluribus locis, ante Christi natiuitatem, totus mundus erat diuisus in duo genera hominum, scilicet Iudæos & Gentiles. Iis quidem Iudæis expectantibus apertionem ianuę paradisi per sanguinem Saluatoris uenturi, per quem populus gentium, qui ambulat in tenebris, erat uocandus ad lucem, & iustificandus ex fide, ut habetur Ro. 5. Hanc autem salutem promiserat olim Deus patribus in prophetis, ut huiusmodi rei desideria in eorum cordib. accenderet, & firmam spem & fidem augeret. Mich. 6. Vox Domini clamat, & salus erit hominibus timentibus nomen suum. Esa. 46. Dabo in Sion salutem, & in Ierusalē gloriam meam. Item multa rursum. Quia spes quæ differtur, affligit animam: nimirum spes frequentius intulit de tarditate fastidium, & de propinquitate solatium. Esa. 14. Propè est ut tempus eius ueniat. Et Abacuc 2. Veniet, & non tardabit. & multa similia. Expectabant enim sancti patres in limbo, ut ipse educeret de conclusione uinctum, & de do-

A de domo carcetis ſedentem in tenebris, Eſaie 42. Et appropinquauit tempus, in quo plenitudo gentium intraret. Rom. 11. Et in qua uoluit Dominus notas facere diuitias ſacramenti huiuſmodi, quod erat abſconditum à ſeculis, & à generationib. Col. 1. Dominus igitur uno eodemq; oracul o patres noſtros de Saluatoris aduentu certificat, de propinquitate lætificat, & iuſtificationem gentium pro fidei intellígentia in ſtare deſignat Dñs in uerbis aſſumptis, Iuxta eſt ſalus, &c. Hoc autem impletum eſt, quando notũ fecit Dñs ſalutare ſuũ, et in cõſpectu gẽtiũ reuelauit iuſticiã ſuã. Quantũ igitur ad prius, & ad propoſitum. Prima pars aſſumpti uerbi, ad Dominicæ natiuitatis uicinitatem debet applicari, qua Dominus dicit, Iuxta eſt ſalus. Secundò ad myſterium aduentus Chriſti, cuius eſt hodie quarta Dominica, poteſt aptari: cum dicitur, Vt ueniat: Prope enim eſt ut ueniat. quia, Ecce ego ad uos, dicit. Tertiò, deſe

B uelitate diuinæ uindictæ nobis tremenda poterit exponi. Quia dicit et iuſtitia, ut reueletur ſcilicet primitiua, de qua Amos 5. Et reuelabitur quaſi aqua iudicium, & iuſtitia quaſi torrens fortis. Primò igitur ad contemplationem ſolennitates ſacratiſsimæ uigiliæ, cum gaudio ſuſcipiamus uerbum Dei patris, Iuxta eſt ſalus mea: ſcilicet Chriſtus, cui dicit Eſa. 49. Dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea ad extremum terræ. de quo Eſa. 46. Salus mea non morabitur. Nam eius proximationem Euangelium hodiernum patefecit, ubi Matth. inquit: Cum eſſet deſponſata uiro Maria mater eius Ioſeph, antequam conuenirent, inuenta eſt in utero habens de Spiritu ſancto. Ex hac re apertè cognoſci poterit, quod Saluator debeat in breui de clauſtris pudoris oriri, ſicut Propheta prędixit: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium. Nam quemadmodum groſsior uua maturat ad uinum, & flos expanſus feſtinat ad fructum: ita ſalus mundi in eleuatione uentris uirginis cœpit humano generi propius immineC re. Tunc enim apparuit benignitas & humanitas Saluatoris, cum mater eius inuenta eſt in utero habens de Spiritu ſancto, ſicut in ſequentibus teſtatur. Angelus dicit: Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Sed quomodo in ea natum eſt? Quia ſi non ſicut cæteri, de curſu nouem menſium paulatim formatus, ſed ab inſtanti conceptionis eius ſimul fuit & uerus Deus, & uerus homo perfectus: & ſi non molè corporis, tamen decore uirtutis, & quaſi iam natus: ut dicit Auguſtinus in epiſtola ad Dardanum: Etiam poteſt dici iam natus, quia propè eſt ortus eius, dicente Domino, Eſa. 51. Propè eſt iuſtus meus, egreſſus eſt ſaluator meus, ſicut in prima parte uerbi propoſiti dicebatur.

Secunda pars eiuſdem uerbi, contemplationi myſterij aduentus Chriſti in carnem, poteſt aptari, cum dicit, Vt ueniat: Aggæi 2. Veniet deſideratus cunctis gentibus. Quamuis & de ſecundo aduentu, de quo Eſaie 3. dicit, Dominus ad iudicium ueniet, poſſet exponi: pro cuius memoria, quarta Dominica fuit olim à ſanctis patribus dedicata. & de iſta die iudicij dicitur illud Sophoniæ primo: Iuxtà eſt dies Domini magnus, iuxta eſt & uelox nimis.

D Et quamuis non in ſe, tamen in tribulationibus, præambulis eius, ſicut ait beatus Gregorius: Vltima tribulatio multis tribulationibus præuenitur, licet nondum ſtatim ſit finis. Ideo tranſeundo ad tertium uideamus, ſi forte de tribulationibus prænenientibus ultimum aduentum Chriſti, ſit propinqua aliqua uentura, ut de ea exponatur ultima pars uerbi propoſiti, quo dicit dominus: Et iuſtitia mea, ut reueletur ſcilicet primitiua, ut adducatur iuſtitia, & impleatur prophetia Danielis 9. Et ad finem: Quòd hoc malum per noſtram conuerſionem ad Dominum cum humana prudentia poſſet uitari, aut minui, aut ſaltem differri.

Circa hæc, quatuor ſunt dicenda: primò, quòd ſi futurum eſt de tribulatione, ut reueletur. Secundò de eius acceleratione, quia iuxta eſt. Tertiò de falſa æſtimatione circa hæc, quia dicit, Vt ueniat, & quartò de conſultatione, quæ poteſt fieri, ut iuxta ſit ſalus.

Quantum ad primum, ita notorium eſt, & exercitatum in ſacra Scriptura, quòd Eccle-

quòd Ecclesia patietur, quod superfluum uidetur ad hoc allegare: ut quia ex hoc po A
tuit huiusmodi mali modus & causa perpendi, & terminus coniecturari. Pro qua
promitto duas regulas. Vna est, quòd per duo regna gentis Hebræorum quæ fue-
runt olim, uidelicet per regnum Israel, cuius caput erat Samaria, significatur in Pro-
phetis synagoga, & per secundum regnum Iude, de cuius stirpe natus est Christus,
à quo uidelicet Iudæi sumus, secundum Apostolum: & per Ierusalem, quæ fuit se-
cundum regnum Metropolitana, designatur Ecclesia. Ista regula non est mea, sed
habetur in glossa authentica Hieronymi, & est Origenis & ultima in Omelia super
uetus Testamentum, per Ecclesiam approbata: ubi probatur multiplici ratione, &
sacri canonis authoritate. Alia regula est, quod per meretricium & fornicationem
intelligitur simonia, & abusiua dispensatio atque promotio, quæ fit lucri causa, seu
alio adulterino fauore. Nam tale quid, quo ad officia & honores seculi per leges B
gentium reprobatur, ut sitis: Merx dicitur namq; à mercede, pro qua uenditur illud
quod natura fecerat non uenale. Dare ergo aliquid pro pacto, quod erat debitum
pro uirtute, est quodam genus corruptionis spiritualis, quod olim meretricium di-
cebatur: secundum quod Esaie 1. de Ierusalem queritur, Quomodo facta est mere-
trix ciuitas fidelis, plena iudicij? Et Oseæ 9. Ierusalem fornicata es à Deo tuo, dile-
xisti mercedes super omnes areas tritici. & in multis locis Scripturæ non potest for-
nicatio aliter recipi. Ergo si secundum doctrinam beati Petri Apostoli uoluerimus
sermoni Prophetico benefacientes attendere, ac noscere, quòd spiritu sancto inspira-
ti locuti sunt sancti Dei homines: super hanc Ecclesiam indagemus, seu etiam discur-
ramus Scripturas, instructi regulis supradictis, quibus tanquam duabus clauibus re-
serabitur nobis, & aperietur intellectus earũ super statu Ecclesiæ præterito & futuro.

Ex causa uideamus de uno. Dominus enim Ezech. 16. huic Ecclesiæ loquens

sub nomine Hierusalem, sic ait: In die, in qua nata es, uidi te conculcari in sanguine
tuo. uidelicet loquitur de tempore martyris. Sequitur: Et multiplicata es, & grandis
effecta, & mundaui sanguinem tuum ex te (scilicet ex cessatione persecutionis) & C
dedi coronam decoris in capite tuo, & ornata es auro & argento, uestita es bisso, &
decora facta es uehementer, & facta es in dedecore meo, quem posueram super te.
Et magis uidetur historia, quàm prophetia, de prosperatione Ecclesiæ. Sequitur:
Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine meo, fornicatione
supradicta: quod de carnali nequaquam potest intelligi. Et post omnes abomina-
tiones tuas, non es recordata dierum adolescentiæ tuæ: scilicet de statu primæuo,
quando eras nuda, id est pauper, & conculcata in sanguine tuo: & abominabilem
fecisti decorem tuum. Ecce quomodo lucidissimè prædicitur deterioratio Ecclesiæ
Et statim sequitur punitio: Et ecce, dicit Dominus. Dabo te in manus odientium te,
& destruẽt lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum: scilicet locum ubi ex- D
ercebas iniusta. & denudabunt te uestimentis tuis, & auferent uasa gloriæ tuæ, & de-
relinquent nudam, plenam ignominia.

Ecce potestis uidere, quid Ecclesiæ sit uenturum, & subdit capitulum dicens:
Soror tua Samaria, id est, Synagoga, dimidium peccatorum tuorum non peccauit,
sed uicisti eam sceleribus tuis. Ergo & tu porta confusionem tuam. Et infrà 23. cap.
postquam diffusè descripsit malitiam & deteriorationem synagogæ, adiecit de Ec-
clesia dicens: Quod cum uidisset soror eius, plus illa insaniuit. Libidinem & fornica-
tionem suam præbuit impudenter ducibus & magnatibus ad se uenientibus, indu-
tis uestе uaria. Insaniuit inquam libidine, cupiditate diuitiarum, & concupis-
centia deliciarum. Erat namque futurum, ut prælati non uererentur Ecclesiæ pri-
mitiuæ uenerandam pudicitiam precio & precibus, & primis actibus infamare.
Cui sic prostitutæ consequenter Dominus dicit: Confractæ sunt mammæ puber-
tatis tuæ, & subiungit punitionem dicens: Recessit anima mea ab ea, sicut recesse-
rat à sorore eius: scilicet synagoga. Et repetit causam dicens: Scelus tuum & for-
nicationes

A nicationes tuæ fecerunt hæc tibi. Similia reperiuntur in Esaia, Hieremia, Eze-
chiele, & cæteris Prophetis: ex quo eodem sensu ac prope eisdem uerbis locuti sunt,
concluditur, quòd omnes uno ore pronunciauerunt, hanc Ecclesiam grauiter pec-
caturam, & suis excessibus multa mala passuram, ac bonis temporalibus, nisi pœ-
nitear, spoliandam. Vnde Oseæ 2. Auferat fornicationes suas a facie sua, ne forte ex-
poliam eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ, id est, in pau-
pertate primitiua: quoniam nisi sic faciat, ipsa erit de quo Naum tertio dicitur: Pro-
pter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ & gratæ, & habentis bene-
ficia, quæ uendidit. Item & post pauca sequitur, Ostendam gentibus nuditatem
tuam, & regnis ignominiam tuam. Patet igitur, quod super hanc Ecclesiam aliquan
do est reuelanda Dei iustitia primitiua. Et hæc de primo.

Ad secundum, quia dicitur in themate, Iuxta est, item, quamuis non sit no-
B strum nosse tempora: forsitan tamen ex quibusdam signis, quæ dicam, poterunt su-
spicari aliqua de proposito. Vnde recipio ex Apostolo ad Thessalonicenses 2. cap.
2. ubi ait, Nisi uenerit discessio: quòd Hieronymus in ultima quæstione, ad inquisi-
tiones Ianuarij allegoricè exponit de Romani Imperij desolatione, inter quam &
persecutionem Ecclesiæ præsentia Antichristi nullum ponit medium. Nunc
autem qualis eiusdem Imperij præsens sit status, & præcipuè ad eius pristinam ma-
iestatem, uos iudicate. Quædam glossa dicit: Quòd erit discessio aliquarum
Ecclesiarum ab ipsa Romana. In illud, Signum erit quando Ecclesia erit peior mo-
ribus, quàm fuerat synagoga, ut patet per Glossam Ordinariam alligatam Hiere-
mię 3. ubi dicitur, Iustificauit animam suam auersatrix Israel, id est, synagoga, in com-
paratione prænaricationis Iudæ, id est Ecclesiæ, ubi Origenes. De uobis dictum
intelligite. Ezechielis 16. Dominus dicit: Vicisti sororem tuam sceleribus tuis. Pha-
risæos, qui (ut ait Hieronymus) erant clerici Iudæorum, Saluator noster uocauit, ut
C scitis, de auaritia, quia permittebant uendi columbas in templo Dei: & de hoc,
quòd solis labijs honorabant Deum: & quod dicebant, non faciebant: & erant hy-
pocritæ. Videatis igitur, si peius est sacramenta & beneficia uendere, quàm permit-
tere uendi columbas in templo.

Hic sunt aliqui, qui nec labijs Deum honorant, qui non solum non faciunt
bona, sed nec dicunt, nec prædicant: canes muti, non ualentes latrare: canes impu-
dicissimi, nescientes saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, omnes
in uiam suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiam suam à summo usque ad
nouissimum, ubi thema. Sic etiam sunt nonnulli, quorum insolentia & malitia ad
modum ignis in tantum succensa est, quòd hypocrisis pallio nequit operiri, sed facti
sunt uerecundi, quorum Ecclesiæ impropetando dicitur: Frons meretricis facta est
tibi, noluisti erubescere.

D Tertium signum sumitur ex proportione inæqualitatis nimiæ: quia alius qui-
dem esurit, alius uerò ebrius est. Sicut enim ad bonam harmoniam requiritur uo-
cum inæqualitas moderata in musica, quæ si nimis excedit, tollit melodiam: ita se-
cundum Philosophum, propter immoderatam disparitatem ciuium corrumpitur
politia: unde taliter instituta, in qua sunt mediocres, est diuturnior et securior. Nunc
autem non puto posse in historijs reperiri, quod unquam fuerit aliqua gentium po
litia benè instituta, in qua esset tanta doctrina, quàm nunc sit in politia sacerdotum:
ut ij quidem essent maiores quàm Principes seculi, cæteri deiectiores uulgo. cõmu-
nitas talis uocatur oligarchia. In corpore enim (cui iuxta sententiam Apulei, Plu-
tarchus scribens ad Thraicinum, assimulauit Rempublicam) idem uideamus, si nutri
mentum fluat ad unum membrum, ita ut enormiter ingrossetur, et alia nimium ma
cerentur, non potest diu uiuere: sic in corpore Reipub. Ecclesiasticę, si superiores aug-
mentatione substantiæ ita graues in statu sunt, quòd uix possunt ab inferioribus
sustineri, hoc est, signum & causa propinquæ ruinæ. De hoc enim ultra

se offer

se offert illud Esaiæ 1. Omne caput. Item, Si uerò uidet, operibus languerent capita. A quibus dicitur Amos 6. Væ qui opulenti estis in Syon, & qui confiditis in monte Samariæ optimates. Item sequitur, A planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas: in inferioribus, præ inopia non potentibus uiuere: & superioribus, excessu diuitiarum impedientes à bono opere. & ultra, Vulnus & liuor & plaga tumens. Ecce periculum, ut sequatur uulnus diuisionis & discordiæ, liuor rancoris & inuidiæ, plaga tumens rebellionis & contumeliæ.

Quartum signum est, fastus prælatorum. Fuerunt enim quidam, qui fatuè disputauerunt de paupertate Christi, & inuexerunt in prælatos, quia non sunt sancti: depinguntur Apoc. Sed hæc fantasia uenit ex ignorantia Moralis philosophiæ & Theologiæ, defectu naturalis prudentiæ, quam in omni gente & lege uulgata de iure, quod est propriè naturale, sacerdotes habuerunt, & debent habere, unde possent uiuere honestius quàm populares, & prælati quàm subditi. sed ex hoc non cõceduntur equitaturæ, seu familiæ superflua pompa, quæ rarò potest absq; superbia duci, & salua iustitia sustineri, & prælium non sine iniurijs indebitis. Vnde Iustinus de Carthaginiensibus. Familia, inquit, tantorum Imperatorum grauis erat liberæ ciuitati. Talis fastus in Ecclesia Dei, potissimum temporibus istis, non tantum mouet paucos ad reuerentiam, quantum multos ad indignationem: & plures inuitat ad prædicta, qui se reputarent Deo sacrificare, si possent quosdam crassos presbyteros spoliare: istos præcipuè, quos nec nobilitas generis, nec scientia suffragatur: sed sunt uiri mendaces, seruiles, & fraudulenti, quibus Dominus dicit Amos 4. Vaccæ pingues Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes, ecce dies uenient, &c.

Quintum signum est, tyrannis præsidentium, quæ cum sit res uiolenta, dura re diu non potest. Sap. 6. Oportebat sine excusatione uenire interitum exercentibus tyrannidem. Proprietas tyranni est, quærere non bonum subditorum, sed utile proprium. Tales sunt pastores, qui non pascunt gregem Domini, sed semetipsos: quibus dicitur Ezech. 24. Væ pastoribus, qui pascebant semetipsos, &c. Item multa ibidem contra pastores: Væ qui gaudent de malefactis eorum, quos possunt peculiariter condemnare, nec quærunt quantum soluere possit. quibus Dominus dicit Mich. 3: Vos odio habetis bonum, & diligitis malum, qui uiolenter tollitis pelles eorum desuper eos, & carnem eorum desuper ossibus eorum: & ita comederunt carnes populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt. Idem dicit Ezech. 34. Cessare eos faciam, ut non pascant ultrà gregem meum: liberabo eum de ore eorum, & non erit eis ultra in escam.

Sextum signum est, promotio indignorum, & uilipensio meliorum. Hæc, secundum Aristotelem, est maxima causa dissolutionis politiæ. & sæpè contingit in militia seculari, quòd inhonoratio illustrium, & exaltatio inferiorum, seditionem parit. Nam propter hoc in parte, & propter quędam præmissa, non solum in codicibus legimus, sed oculis nostris uidimus, quędam regna penè destructa, ubi homines pauci facti sunt, & uexati sunt à tribulatione malorum, & dolore: effusa est contentio super Principes, sicut Haimo in Christianarum rerũ memoria recitat ex Origene. Hæc est semper humanæ duritiæ incredulitas, ut non solum audiendo, sed etiam uidendo non credat alios interijsse, nisi & seipsos uideant interire.

Septimum signum est, tribulatio politię secularium, & commotio populorum, quæ in multis partibus iam experta est: & quoniam ait Seneca, Mala indignantur sola uenire, timendum, ne postmodum Ecclesiastica politia non solum incidenter, sed etiam intrinsecus patiatur, & impleatur quod dicitur Hierem. 3. Contritio super contritionem uocata est repentè, uastata sunt tabernacula mea. Ezechie. 7. Adducam pessimos de gentibus, & possidebunt domos eorum: & quiescere faciam superbiam potentum, & possidebunt seminaria eorum: Conturbatio super conturbatio-

A urbationem, auditus super auditum, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senio-
tibus.

Octauum signum est, recusatio correctionis, si forsitan de principibus Ecclesiæ eue
nit, quod scriptum est Hier. 7. Noluerunt attendere, & cor suum posuerunt adamantem,
ne audirent uerba quæ misit Dominus in Spiritu suo, per manus Prophetarum suorum.
Et Esa. 3. Filij mendaces, filij nolentes audire legem, qui dicunt, nolite accipere uera quæ
uera sunt, loquimini nobis placentia. Hoc autem implebitur, quando prælati uetidicos
& scientiticos habebunt inuisos, sicut de ipsis scriptum Amos 5: Odio habuerunt in por-
ta corripientem, & loquentem perfectè abominati sunt. Et ideo Ecclesiæ Hierusalem di-
cit Dominus Oseæ 4: Quia tu repulisti scientiam, repellam te, ne sacerdotio fungaris
mihi, & oblitus es legis Dei tui, gloriam filiorum tuorum in ignominiam commutabo:
& erit sicut populus, sic sacerdos. Multa quidem alia dicta sunt in Prophetis de defectio-
B ne sacerdotalis honoris. Et præter hoc sunt alia signa, ut puta recessus iustitiæ, & penu-
tia sapientum, prælatio puerorum, & nouitas opinionum. Sed attentis prædictis, iudi-
care poteritis utrum præsentia tempora secura, & utrum habeant locum hæc quæ Do-
minus in themate dicit: Iuxta est iustitia mea ut reueletur. & hæc de Secundo.

Quantum ad tertium, quatuor opiniones possunt hominibus circa hoc occurrere;
quibus tamen sacri Canonis contradicit authoritas. Vna est enim, nimis confidentium,
atque dicentium quòd prælati sunt Ecclesia, quam Dominus semper custodiet, nec de-
seret eam: sicut promiserat eis in personis Apostolorum, dicens Matth. 28, Ego autem
uobiscum sum usque ad consummationem seculi. Sed hoc intelligendum est, quantum
ad fidem, de qua Christus dicit Lucæ 21, Ego rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Vn-
de Eccl. 9, Fides in seculum stabit. & dum refrigescet charitas, fides manebit in paucis,
inter mundi pressuras, quas idem saluator frequenter prædixit esse uenturas. Et ne forte
C aliqui se putent à tribulatione securos, quia sunt de Ecclesia, huic opinioni obuiat Domi-
nus, cum dicit Hier. 7, Nolite confidere in uerbis mendacij, dicentes Templum Domini,
Templum Domini est. & paululum plus: Vos confiditis in uerbis mendacij, quæ non
proderunt uobis.

Alia opinio est protogantium. Benè enim concedunt, quòd Ecclesia turbabitur:
sed non ita citò, quia iam multæ causæ prætactæ, & signa aliàs extiterunt. Nam dudum
per sanctos doctores Gregorium, & Bernardum, fuerunt reprehensi prælati, de receptio-
ne muneris, de pompis, de promotione indignorum, & alijs uitijs, quæ quidem regna-
uerunt in Ecclesia etiam plus quàm nunc: & tamen Dei gratia usque adhuc prosperè ste-
tit. Non uides, quòd si domus aliquandiu fuit ruinosa, quòd propter hoc sit à casu remo
tior, aut minus periculosa? Etiam multotiens accidit in principatibus, quòd posteri pe-
runt temporaliter pro peccatis prædecessorum. Vnde Thren. 5. Patres nostri peccaue-
runt, & non sunt, & nos iniquitatem eorum portamus. Iustè huic cogitationi occurrit
D Dominus in exemplo Ezech. 12. dicens: Fili hominis, ecce domus Israel dicentium: Vi-
sio, quam hic uidit, in dies multos, & in tempora multa ipse prophetauit. Propterea di-
ces ad eos, dicit Dominus: Non prolongabitur ultrà uerbum, sed in diebus uestris faci-
am illud. & Esa. 3. Subitò uidimus diebus quædam, quæ nuper erant incredibilia. & si-
mile aliàs euenit, sicut scriptum est Thren. 4. Non crediderunt reges terræ, & omnes ha-
bitatores orbis, quòd ingredietur hostis, & inimicus per portas Hierusalem, propter ini-
quitatem sacerdotum eius, &c. Per Hierusalem, sicut dictum est, designatur Ecclesia. Ter-
tius error est ualde peruersus, quorumlibet dicentium: Veniat, quod poterit, conforme-
mus nos huic seculo, temporisemus sicut illi qui dixerunt Sap. 2: Fruamur bonis quæ
sunt, & impleamus nos item. Tales namq; sunt ualde præiudiciales bonis in Ecclesia
Dei: & si principes Ecclesiæ forent ita uiles, ut haberent hanc cogitationem tam pessi-
mam, non possent in Tartarum nimis profundè intrudi. Hæc quidem Ecclesia per Apo-
stolos in Christo fundata, tot martyrum sanguine dedicata, tot Sanctorum uirtutibus &
meritis aucta, & tam magnificè principum seculi deuotione dotata, & ita diu prospera-
ta, si tandem in manibus talium posita, in periclitationis dispendium incidat, ob eo-

ſum culpam & negligentiam, ſuccurrere ſatis poſſent, adeò maledici: imò etiam nel ip- A
ſi hic incurrent temporale periculũ, quòd magis timent, dicente eis Domino Prouerb. 1.
Omne conſilium meum & interpretationes meas neglexiſtis, & ego interitu ueſtro ri-
debo, cùm irruerit ſuper uos tribulatio & anguſtia.

Quartus eſt alius error diffidentium, & non uidetur remedium in hoc poſſe dari,
ſed quòd, ſicut aliæ res & præterita regna habuerunt periodum ſuam, ſeu periodos ſuas,
iuxta illud Matth. Tempus habent, ipſo incurſu ſeculi irreuocabili, neceſſe eſt quòd huius
modi Eccleſiæ dominatio capiat finem, exigentibus demeritis & obſtinationibus gu-
bernantium. ſicut Hier. 8. Nullus eſt qui agat pœnitentiam, omnes conuerſi ſunt ad cur-
ſum ſuum, quaſi equus impetu uadens ad prælium. Si poteſt Aethiops mutare pellem
ſuam, & pardus uarietates ſuas: & uos poteritis bonum facere, cum uos malum didici-
ſtis. Exod. 17. de Iuda ſignificante Eccleſiam: Pactum Iudæ eſt ſcriptum ſtylo ferreo in un
guine adamantis, quaſi diceretur, quod eſt indelebile. ſicut & de pœna Ezech. 21. Ego B
Dominus eduxi gladium meum de uagina ſua irreuocabilem. Verùm hæc omnia non
ſignificant impoſsibilitatem, ſed difficultatem: quia peruerſi difficilè corriguntur. Vnde
opinio de mutabilitate euentuum futurorum, non ſolùm aduerſatur Theologiæ, Philo-
ſophiæ, Aſtronomiæ: ſed quod plus eſt, ueteri ſuperſtitioni doctrinæ, quæ fortunas ho-
minum tribuit fato. unde N. Marcellus de doctorum indagine, poſt allegationes famo-
ſiſsimorum, Virgilij, Saluſtij, Lucilli, & Homeri, ex eorum dictis concludit, quòd in pote
ſtate noſtra ſit mutare fatum: Poteſt, inquit, fatum morum mutabilitate conuerti, ut ex
ijs celerius uel tardius aut bonum fiat, aut peſsimum. Hoc dixi propter eos, qui magis ad
hærent talibus, quàm ſacræ Scripturę. Namq; & ipſæ de hoc canunt. Nam Ionæ 3. dici-
tur: Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus? Item propterea quod dicitur Hiere. 26. No-
li ſubtrahere uerbum, ſi fortè audiant, et conuertatur unuſquiſque à uia ſua mala, & pœ-
niteat me mali, quod cogitaui facere propter malitiam ſtudiorũ ſuorum, ſicut Exod. 32.
Iegitur, quòd Dominus placatus eſt, ne faceret malum, quod locutus fuerat contra popu- C
lum ſuum. Reperitur & Niniue conuerſa remanſiſſe, ſimiliter & Conſtantinopolitanæ
urbis deſtructionem Dominus reuelauerat, cuius et ſigna monſtrauit, ut recitat Auguſti-
nus in quodam ſermone: & hoc tertiò.

Vltimò reſtat ſalubre conſilium, quod concluditur ex prædictis, uidelicet quòd ſi
iuxta cauſas & ſigna præmiſſa ſuper Eccleſiam ſit tribulatio præparata, nihilominus
animos cum prudentia modeſtemus, ſi corde et opere ad Deum recurramus, ipſe modo
inæſtimabili nos iuuabit, & à flagellatione ceſſabit: ſicut ipſe dicit Hieremiæ 18. Si pœ-
nitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, ita ego pœniten-
tiam ſuper malo, quod cogitaui facere, & loquitur more humano. Nunc oſtenditur,
quod ad Dei miſericordiam poſtulandam, pronior quidem tribulationis de propè im-
minentis. Quia puto, quòd à multis annis non fuerunt tot & tanti maleuoli, corde re-
belles, & animoſi contra Eccleſiam Dei, ſicut ijs diebus: nec deſunt, qui libenter machi-
narentur, nouitatis ſectarij: & uidetur, quòd Dominus conuertet cor eorum, ne oderint D
populum eius, & dolum facerent in ſeruos eius, ſcilicet in ſacerdotes, quos reputat pecu-
res presbyteris: Quia adhuc per Dei gratiam multi ſunt boni, ueruntamen non eſt auer-
ſus furor Domini, ſed adhuc manus eius extenta. Et niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum
uibrauit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum. Sed poſtea expectat Dominus, ut miſe-
reatur ueſtri: Eſaiæ trigeſimo. Et idcirco, ſicut ad ſupplicandum nos incitat uis timoris,
ita nos debet attrahere ſpes ſalutis: præcipuè hac ſacra die, quando incipiunt feſta nata
lia, ſolennia feſta, frequentia Deo dante, ſine intermiſsione proderit oratio ſancta, & con
tinuata deuotio: quia ualet deprecatio iuſti aſsidua. Et ſi reges terreni in die celebritatis
ſuæ ſe ſolent liberaliores oſtendere: quantò magis ſperare debemus, quòd Rex cœleſtis
clementiſsimus, in die ortus ſui ritè petentibus ueniam non negabit? Ideo ſicut ſcriptum
eſt Ioſuæ ſeptimo, Sanctificamini in craſtinum: & dicite ei illud primo Regum 2. Inue-
niant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona uenimus ad te. Extra hoc inue-
nire poteris. quod ſi illud petiueritis, quòd ipſe in natiuitate attulerit, ſcilicet pacé Eccle-
ſiæ

A siæ temporalem, quam Angelicus sonus cecinit, & per experientiam probauit, testibus Tito Liuio, Plinio, cæterisq; historicis gentilibus, qui sunt hoc admirati. Dixerunt enim, tantam pacem in terra non nisi diuino munere contingere potuisse. Sic enim Dominus promiserat Esa. 66. dicens: Declinabo super eam, quasi fluuium pacis. & in Psalmo: Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Ergo patres in Domino conscripti, & uos alij, Ecce nunc dies salutis, nunc est opportunitas Deum deprecandi, ut quod ista uice contulit orbi, Ecclesiæ suæ diebus istis dignetur largiri, & quemadmodum Niniue subuersa est non in membris, sed in moribus: ita hoc quod dicit Dominus in themate, iuxta est iustitia ut reueletur, uerificetur in nobis, non de iustitia primitiua, sed de nostra sanctificatione per gratiam, ut in ortu crastino nostri Saluatoris oriatur iustitia nostra simul: & super nos fiat benedictio, quam promisit Deus dicens, Iuxta est salus mea ut ueniat, de qua Esaiæ 51. Salus mea in sempiternum erit. Hanc salutem nobis concedat Pater, Filius, & Spiritus sanctus, Amen.

B Hunc sermonem fecit Magister Nicolaus Orem, coram Papa Vrbano & Cardinalibus, in uigilia natiuitatis Dominicæ, quæ fuit quarta Dominica Aduentus, Anno Domini 1363. ipsius anno secundo.

Michael Altisiodorensis.

Floruit fermè ducentis abhinc annis Michael Altisiodorensis Archiepiscopus. Is, ut Nicolaus Clemangis in suo libello de Nouis festis testatur, congregata prouinciali synodo: pleraq; festa aboleuit. Credo, ut etiam Clemangis testatur, offensum esse uarijs abusibus, non solum Epicuræorum, ebriosorum, scortatorum, & lusorum abusibus: Sed etiam quòd uidit tam multis festis ita in Sanctorum cultum homines abduci, ut (sicut Clemangis dicit) Dei eiusq; cultus obliuiscantur. Præbet ei alioqui ille eximium

C testimonium singularis cuiusdam pietatis.

Gerhardus Ridder.

Gerhardus Ridder uixit ante annos 200. Scripsit libellum quendam titulo Lachryma Ecclesiæ: In quo uehementer disputat contra monachos, præsertim mendicantes. Dicit, eorum uitæ genus non esse perfectionem Christianam: quia sit contra charitatem, ex alieno, cum laborare possis, uiuere: eos esse hypocritas, libidinosos, alijsq; multis sceleribus contaminatos dicit. Item eos humani fauoris, atq; adeò turpis lucri gratia, miscere Theologiæ fabulas apocryphas & uaniloquas. Dicit item defecisse sanctos, & diminutam esse ueritatem. Dixit præterea, monachos prætextu prolixarum precularum deuorare domos uiduarum: & alioqui multipliciter perturbare Ecclesiam suis confessionibus, concionibus, & sepulturis. Suadet etiam Prælatis, ut licentiam &

D abusus monachorum coerceant.

Ioannes de Rupescissa.

Ioannes de Rupescissa monachus uixit circa annum 1340. reprehendit spirituales de multis grauissimis sceleribus, & officij sui extrema neglectione: ob eamq; causam fuit in carcerem coniectus. In quodam ueteri codice legi, eum etiam asseruisse, Ecclesiam Romanam esse meretricem, Papam esse Antichristi ministrum, & Cardinales esse pseudoprophetas. In carcere composuit libellum Propheticum, titulo Vade mecum in tribulationem, in quo prædixit imminentem spiritualibus afflictionem & tribulationem: & clarè indicauit fore, ut Deus repurget clerũ, habeatq; sacerdotes pauperes, pios, et fideliter gregem Domini pascentes: bona uerò Ecclesiastica ad laicos reuertantur. Quę omnia iam reipsa compleri, perficiq; cernimus. Testatur etiam in eodẽ scripto, se & antè alia prædixisse ore coram multis, & editis etiam libris: præsertim autem Galliæ regis & eius exercitus stragem, quę se in carcere existente acciderat. Scripsit porrò et aliud prolixum prophetiarum uolumen, quod an extet ignoro.

Nilus Theſſalonicenſis Archiepiſcopus.

QVidam Nilus Theſſalonicenſis Archiepiſcopus, uixit circiter ante 200. annos, ut ego ex quibuſdam haud obſcuris coniecturis diuino. Scripſit prolixum librum contra Latinos, id eſt, Romanæ Eccleſiæ adhærentes. Nolo iam de toto eo ſcripto dicere, ſed tantum de duobus primis, ac admodum prolixis capitibus, quorum utrunq; ſuas materias ſine ſequentium adminiculo integrè cõplectitur: ita ut magis prioris libelli, quàm cum cæteris capitibus neceſſariò connexi, dici queat. In primo autem capite totam diſsidij & ſchiſmatis inter Orientalem & Occidentalẽ Eccleſiam culpam in Papam reijcit, ſicut & Humpertus de Romania, ſui ordinis magiſter ſeu rector, qui ante 30. annos uixit. Dicit, eum ſolum, contra omnes ueteres Canones, uelle imperare, neminem audire, nullum liberum Concilium pati congregare, &c. Eoque, res ac controuerſias inter Græcam & Latinã Eccleſiam diſcerni ac dijudicari, componi que minimè poſſe. In ſecundo uerò capite ſeu libello, ex profeſſo accuratius contra primatum Papæ diſputat. Oſtendit enim primò, eum nõ diuino iure, ſed humano, aliquam præ alijs Epiſcopis dignitatem habere: quippe, quam ipſi Concilia, Patres & Cæſares conceſſerint. Nec conceſsiſſe, tamen ob aliam grauiorem rationem, ſeu grauius ius, niſi quia ea urbs tunc orbis terrarum imperium habuit: non quia Petrus ibi uel fuerit, uel non fuerit.

Secundò oſtendit, eum ipſum primatum, ſeu prærogatiuam, nequaquam talem ac tantum eſſe, quantum ipſe, eiuſ que adulatores ſibi uſurpent. Ac refutat ordine præcipuas Papiſtarum propoſitiones, ſeu neruos ipſorum tyrannidis. Oſtendit Papam nihil habere imperij ſuper alios Patriarchas: poſſe enim errare ipſum, ſicut & alios mortales: ſubiectum eum eſſe legibus & Concilijs, ſicut & alios Epiſcopos: non eſſe ipſius ius conuocare Concilia, ſed Cæſarum: nihil eum poſſe ſine alijs Epiſcopis, in rebus Eccleſiaſticis ſtatuere: & denique, nihil eum aliud ex Petri ſucceſsione, quàm ut ſit Epiſcopus, habere, quod & alij omnes Epiſcopi à ſuis Apoſtolis habeant. Sed quia hunc libellum unà cum uerſione edidi, non eſt neceſſe me prolixius de eo dicere.

Norimbergenſes.

VIdi in quodam manuſcripto libro, quædam Norimbergenſium decreta ſeu leges contra clericos, cum eorum primùm confirmatione, deinde refutatione. Spectant uerò omnes illæ leges eò potiſsimùm, ut creſcentes cleri opes, uel rapinas potius, quibus ciuium bona ad ſe pertrahebant, nonnihil cohibeant: & ſimul etiam iuuentutem, temerè matrimonia ſine parentum conſenſu contrahentem, quod pontificio iure permittitur, coerceant. Sed adſcribendos potius ipſos articulos cenſeo.

Sunt quædam ſtatura, ſeu ordinata, ſiue conſuetudines laicorum certi loci, tenoris uel formæ infra poſitorum, ut dicitur ſaltem in effectu, uidelicet.

I. Quòd nullus audeat uel poſsit ibi inſtaurare, ſeu fundare de nouo beneficium aliquod Eccleſiaſticum, niſi in dotem aſsignet, quòd in redditibus certis annis habeat 80. florenos.

II. Item quòd nullus extraneus, uel non ſubditus, uel qui non ſuſtinet onus ciuitatis, &c. comparare uel acquirere ualeat bona immobilia, ſiue poſſeſsionem uel reditus annuos in loco uel extra uſq; ad 7. miliaria: uel ſic, quòd nemo hoc facere poſsit ſine conſenſu uel licentia Conſulum, ſiue regentium ciuitatem.

III. Item quòd clerici & Eccleſiæ bona immobilia, quæ ex cauſa ſucceſsionis ad eos deuolui ſeu deferri contingit, uendere uel diſtrahere teneantur infra annum: & aliàs ad ſucceſsionem uocari ſeu uenire, uel bona huiuſmodi capere, minimè poſsint.

IIII. Item quòd clericis uel Eccleſijs legari ſeu relinqui non poſsint immobilia, niſi ut illa diſtrahant, ut proximè ſuprà.

V. Item quòd pro Eccleſijs, uel perſonis Eccleſiaſtis, domus aliquæ comparari, uel pro eis acquiri in loco non poſsint.

VI. Item

A VI. Item quòd possessionem seu prædia, quacunque ex causa testamenti seu legati, etiam ad pias causas non ualuit aliquis possidere, siue censu onerare.

VII. Item quòd pro solennizatione matrimoniorum siue nuptiarum, non possint siue audeant sociare sponsas ad Ecclesiam plures quàm 12. personæ, pro qualibet contrahentia, & certa hora diei, duntaxat per statuentium limitata.

VIII. Item quòd matrimonium absq; parentum siue propinquorum consensu uel contilio contrahentes, relegationum pœna ad quinquennium, ac possessionis hæreditariæ priuatione puniantur.

IX. Item quòd clerici ipsius loci ibidem beneficiati, huiusmodi sua beneficia ad nutũ & ad uoluntatem Consulum, seu regentium ciuitatem permutare teneantur.

X. Item quòd à beneficiatis suis, quæ in loco obtinent, abesse, uel licentiam se absentandi à suis superioribus obtinere ex causa quacunque minimè possint, absque ipsorum laicorum beneplacito seu assensu. Ad quæ, & quædam alia ipsi beneficiati in suorum assecutione beneficiorum, huiusmodi dicuntur per eos astringi iuramentis.

B Vnde apparet, illos homines (ut sunt plerunq; cæteris oculatiores & nasutiores) prudenter animaduertisse, istam nimiam licentiam, magis quàm libertatem cleri, ad extremam oppressionem & euersionem ciuium & ciuitatis, imò et totius hominum societatis tendere. Contrahunt enim & congerunt multis miris que artibus ad se omnes laicorum opes: & quod semel ex stabilibus bonis in eorum potestatẽ uenit, id apud eos remanet: nec tamen ulla politica onera, quę & plurima & grauissima sunt, ferre uolunt. Qua ratione nimirum id tandem efficitur, ut laici seu plebeij homines mera sacrificulorum mancipia fiant: sicut & ipsa experientia id effectum iam esse docet. Animaduertunt idipsum Iurisprudentes multi etiam olim, ut Ioannes Andreas Ferrariensis, qui sæpe in sua Practica repetit, multos Imperatores ea priuilegia clericis dedisse, quæ laicos prorsus pessundent. Verùm Papæ cum suis clericis, illis ipsis priuilegijs nondum contenC ti, ipsi sibi pro libitu ius ac priuilegia condiderunt.

Incertus author.

IN alio ueteri codice erant hi uersus, sine authoris nomine, fortè ante. 200. si non 300. annos scripti, contra Romanas impietates & abusus.

Nobilibus quondam fueras constructa patronis,
Subdita nunc seruis heu malè Roma ruis.
Deseruere tui tanto te tempore Reges,
Cessit & ad Græcos nomen honosq; tuum.
Constantinopolis florens noua Roma uocaris,
D *Moribus & muris Roma uetusta cadis.*
Transijt imperium, mansitq; superbia tecum,
Cultus auariciæ te nimium superat.
Vulgus ab extremis distractum partibus orbis,
Seruorum serui nunc tibi sunt Domini.
In te nobilium Rectorum nemo remansit,
Ingenuiq; tui rura Pelasga colunt.
Truncasti uiuos crudeli uulnere sanctos,
Vendere nunc horum mortua membra soles.
Nam nisi te meritum Petri Pauliq; foueret,
Tempore iam longo Roma misella fores.

Quatuor ultimi uersus imprimis digni obseruatu sunt, qui indicant Romæ ac Papæ Regnum super uenditionem reliquiarum, id est, corruptam religionem, extructum esse.

Asini pœnitentiarius.

NActus sum perelegans poëmation, titulo Pœnitentiarius Asini, 200. annis uetustius. Nam erat adscriptum, completus anno Domini 1343. Dubito, an de descriptione, aut prima compositione. In eo inducuntur, Lupus, uulpes, & asinus, pœnitentiam agentes. Primùm confitetur lupus uulpi, quæ facilè eum absoluat, & insuper etiam excuset. Deinde lupus consimilem clementiam uulpi confitenti exhibet. Verùm ubi asinus optimè sperans (ut pote qui sciret sua peccata leuiora esse, quàm lupi aut uulpis) ibi demum omnis seueritas disciplinæ ostenditur, nec ulla prorsus uenia dignus reperitur asinus, sed mox à suis spiritualibus patribus deuoratur. Omnino quicunq; is fuit qui eum Apologum composuit, uoluit ostendere, quàm facilè in sua scelera mutuo clerici & prælati conniueant, & solos laicos premant & opprimant. Illos solos onerant disciplina, eisq; imponunt intolerabilia onera quę digitulo minimo attingere nó uolunt. B Lupus haud dubiè est ipse Papa, pessimorum facinorum primarius artifex. Vulpeculæ, alij prælati, curtisani, sacerdotes, & eius tota Lerna spiritualium: à quibus uulpibus facilè Papa lupus absoluitur, & contrà. Verùm cum deueniur ad cognitionem culpæ miserorum laicorum, qui per asinum exprimuntur: & præsertim cum sanctissima censura Germanicos Cæsares examinat, ibi irremissibilia peccata inueniuntur, ut omnes Historiæ plus satis indicant. Cogita pie lector uel illud unicum, quòd Papa eius q; adulatores tanta animi commotione, uerborumq; exaggeratione, ac tam durís censuris, Cæsaribus quibusdam, ut Henricis & alijs, simoniam obiecerunt: quòd fortè suis aliquibus consiliarijs, qui uel antè de Romano Imperio benè meriti fuerunt, uel in posterum bene mereri potuerunt, Episcopatus aut Abbatias dederint. At ipsi Antichristi interea nihil planè aliud agunt, aut egerunt iam longissimo tempore, quàm ut omnia diuina & humana, templa, Ecclesias, sacramenta, cœlum deniq; & inferos pro pecunia uenderent, & orbem terratum spoliarent ac diriperent. Itaq; datur & hic uenia coruis, uexat censura co- C lumbas.

Ne autem dubitare possis, eum esse Apologi scopum, cùm aliæ eius sententiæ plus satis ostendunt, tum uerò in primis, quòd cum miser asinus confessus esset, se famelicum stramen cuidam Romam religionis ergò peregrinanti, circa tibias uictum detraxisse, ibi protinus exclamat sanctissimus pater Lupus, illud factum grande scelus esse, ac iniuriam contra sacro sanctam Romanam Ecclesiam, contra Sancta Apostolorum limina, & contra ipsum sanctissimum Papam, etc. Sed adscribam aliquot carmina inde.

Immensum scelus est, iniuria quam peregrino,
Feci sti, stramen subripiendo sibi.
Non aduertisti quòd plura pericula passus,
Plurima passurus, quòd peregrinus erat.
Non aduertisti, quòd et per maxima terræ,
Et pelagi spacia sit peragranda uia.
Non aduertisti sanctos, nec limina sancta,
Sanctorum sanctam sed nec Hierusalem.
Ille retransiuit eadem loca, tam uiolentum,
Ex inopinato sensit adesse malum.
De Papa taceo, cuius protectio talem,
Conduxit, cuius tu uilipendis opem.
Totius Ecclesiæ fuerit cum nuncius iste,
Pertulit abstracto stramine damna uiæ.

Atq; ita hoc facinus præ omnibus alijs grauantes, & reaggrauantes, seu exaggerantes, miserum asellum ingulant ac deuorant. Summa, totus Apologus mirè uidetur pessimas artes & fraudes Romanisticas exprimere.

S. Catharina Senensis.

Catherina

A Catharina Senensis circa annum Domini 1380. floruit. Tribuunt ei Papistæ nõ tantum ingentem sanctitatem, sed & prophetiæ spiritũ. Ea uerò solita est plurimum queri de pessimo Ecclesiæ statu, & præsertim de prælatis, de curia Romana, ac ipso Pontifice Romano. Verùm hęc quoniam multis communia sunt, iam missa faciam. Illud tantùm adscribam eius dictum, in quo disertè & apertè præsentem Ecclesiæ Dei reformationem prædixit. Nam cum primùm indicasset, futurum ingens schisma in Ecclesia, quod etiam mox consecutum est, & usq; ad Constantiense concilium durauit. Deinde grauia bella, quæ etiam acciderunt, & fermè usq; ad nostra tempora permanserunt. Demùm etiam subiunxit, pulcherrimam exoptatissimamq; Ecclesiæ Dei reformationem consecuturam esse. Quæ ipsa temporum ac rerum series, nos ad præsentem religionis instaurationem necessariò uolentes nolentes deducunt. Sic enim Antoninus in tertia suæ historiæ parte ad uerbum de ea scribit.

B Itaq; paretis uos ad patientiam, quia oportebit uos ista uidere. Quod cum tunc non appareret, post breue tempus patuit ueritas prophetiæ eius, cum. s. mortuo Gregorio, & creato Vrbano sexto, schisma secutum est. Cum uerò uirgo Romam profectura esset iam inchoato schismate, ei quę frater diceret, impletum iam esse quod prædixerat, respondit ipsa: Sicut dixi uobis tunc, quòd illud erat ut mel & lac: ita dico uobis, quòd illud quod uidetis nunc, est ut ludus puerorum, respectu futurorum, & præcipuè in patria circunstante. denotans Regnum Siliciæ, cum patria Romana et regione circumiacente: quod rei postmodum probauit euentus, propter grauia bella. Postquam autem illa dixerat, ego curiosus factus ad inuestigandum de futuris, post illam conquassationem, interrogaui eam, ex quo manifestè innotuerat futura sibi diuinitus reuelari: Obsecro inquam præclarissima mater, quid post hæc mala futurum est in Ecclesia Dei: & illa: His tribulationibus & angustijs modo imperceptibili hominibus, purgabit Deus Ecclesiam suã

C tio Ecclesiæ sanctæ Dei, & renouatio pastorum sanctorum, quòd s. ex solo cogitatu exultat spiritus meus in Domino: & sicut aliàs pluries uobis dixi, sponsa quæ nunc est tota deformis atq; pannosa, tunc erit pulcherrimis monilibus preciosis ornata, cunctiq; fideles gaudebunt tam anctis pastoribus decoratos. Et populi etiã infideles bono Christi odore tracti, ad ouile Catholicum reuertentur, & conuertentur ad uerum pastorem & Episcopum animarum suarum. Agite igitur gratias Deo, quòd post hanc tempestatem dabit Ecclesiæ suæ grande serenum. His dictis, conticuit.

Magister Ioannes Muntziger rector Scholæ Vlmensis.

IOannes Muntziger rector Scholæ Vlmensis, anno 1384. recitauit publicè in Schola orationem quandam, in qua contendit, corpus Christi non esse Deum: atq; ideo nec adorandum ut Deum, pro adoratione latriæ, ut Sophistæ loquuntur. Eadem postea

D & scriptis defendit. Fecit autem id eo fine, quòd uoluit ostendere, Sacramentum non esse adorandum. Asseruit quoq; Christum in resurrectione omnem sanguinem, quem effuderat in passione, secum assumpsisse: uolens nimirum inferre, cruores istos Christi, qui passim adorantur, non uerè Christi sanguinem dici posse, nec adorari debere. Opposuerunt sese ei mox monachi, utpote quibus ex talibus idololatrijs ubertimus quæstus prouenit. Tandem de uoluntate etiam Senatus ciuitatis, reiecta est res ad scholam Pragensem, quæ probauit quidem propositiones prædicti Rectoris scholæ: sed tamen sacramentum adorandum esse statuit. propter concomitantiam diuinitatis, de qua Sophistę ociosè in sacramento speculantur & trixantur.

M. Matthias Parisiensis.

MAtthias cognomento quidé Parisiensis, fortè quòd ibi diu studuerat, sed natione Bohemus, ut opinor (certè in Bohemia diu uixit ac docuit) circa annũ 1380. ualdè prolixum librum de Antichristo scripsit, ac probat eum iam uenisse: subinde non obscurè ipsum Papam esse Antichristũ subindicans. Infectatur alioquí grauí-

ter uitia turpitudinesq; Cleri, & officij sui in regenda Ecclesia. Dei neglectionem. Locu- A
stas in Apocalypsi descriptas, dicit esse hypocritas in Ecclesia regnantes. Dicit quoque
opera Antichristi esse, quòd fabulæ & adinuentiones hominum in Ecclesia regnent,
quòd passim statuæ & falsæ reliquiæ colantur. Item quòd alij alios Sanctos ac seruatores
pro Christo colant. Nam ait, unumquenque hominem, & unamquamque ciuitatem
suum Christum habere, iactare hic aut ibi esse Christum, & uel hunc uel illum Sanctum
pro Christo ac suo seruatore colere.

Negat esse alligandam pietatem aut cultum diuinum, ad loca, personas, aut tem-
pora, tanquam hoc loco magis exaudiatis quàm illo, aut hoc tempore quàm alio, &c.
Reprehendit monachos, quòd relicto unico seruatore Christo, sibi suos Franciscos, Do-
minicos, &c. elegerint, quos pro suis seruatoribus habeant, ac de quibus triumphent &
glorientur, plurima de eis comminiscentes ac mentientes. Negligere ait monachos, uel B
potius sepelire uerbum Christi: & pro eo celebrare, ac omnibus obtrudere suas regulas
& canones. Affirmat id uehementer pietati obesse, quòd sacerdotes, monachi, & mo-
nachæ, sese solos spirituales, reliquos mundanos ac seculares uocitent, ad fe opinionem
sanctitatis & pietatis trahant, & alios homines totamq; istam politicam & domestti-
cam uitam, tanquam prophanam præ sua contemnant. Sic enim partim desperare de sa-
lute laicos, partim etiam pietatis curam remittere. Scribit quoque, Antichristum omnes
uniuersitates, & eruditorum collegia seduxisse, ita ut iam nihil sani doceant, aut Chri-
stianis rectè sua doctrina præluceant. Denique prædicit futurum, ut Deus adhuc semel
pios doctores excitet, qui spiritu ac zelo Eliæ feruentes, errores Antichristi, ipsumq; Anti- C
christum mundo patefaciant ac refutent.

Inseruit autem suo opusculo de Antichristo, & aliorum de eadem materia scripta
ac sententias, ut scholæ Parisiensis, conciones Vuilhelmi de S. Amore, & M. Militzij (de
quo mox) ac aliorum quorundam ueterum.

Iacobus Misnensis testatur in suo libello de Antichristo, multos prædicto M. Mat-
thiæ eximium testimonium honestissimę uitæ summæq; pietatis præbere. Optandum
esset, utrunque librum & M. Parisiensis & Militzij, de Antichristo, aliquando in publi-
cum prodire. Ego utrunque habeo.

Michael Cesenas.

MIchael Cesenas generalis Minoritarum, floruit ante 230. annos. Scripsit contra
tyrannidem, factum, et primatum Papę. Accusauit eum præterea Antichristum,
& Romanam Ecclesiam, id est, Spirituales, & Prælatos, tanquam Babyloniam
meretricem, piorum sanguine ebriam. Dixit duas esse Ecclesias: alteram impiorum flo-
rentem, in qua Papa regnet: alteram afflictam, piorum. Veritatem fermè penitus extin-
ctam esse. Atq; ob eam causam à Papa sua dignitate priuatus est. Verùm ille nihilomi-
nus in sententia permansit. Contra eum scripsit Petrus de Lutra. Damnatus quoq; est D
cum Ioanne quodam proptia bulla, in Extrauagantibus Ioan. 22.

Antoninus Florentinus sic in quarta parte Summæ de hisce proximis duobus, &
de Petro de Corbaria, scribit. In Extrauagante Ioan. 22. quæ incipit, Dudum ab audien-
tia, &c. reprobantur ut hæreses, errores Petri de Corbaria, Ioannis & Michelini ordinis
Minorum, qui pertinaciter asseuerabant, quod Petrus Apostolus non fuit magis caput
Ecclesiæ, quàm quilibet Apostolorum: & quod Christus nullum uicarium in Ecclesia
dereliquit, uel caput. Et quod Papa non habet corrigere & punire, instituere uel destitue-
re Imperatorem. Item dixerunt, quod sacerdotes omnes cuiuscunq; gradus existant, sint
æqualis authoritatis, potestatis & iurisdictionis, institutione Christi: sed Cæsaris insti-
tutione Papam esse superiorem, qui etiam potest hoc reuocare. Item quòd nec Papa, nec
tota Ecclesia potest punire quenquã punitione coactiua, nisi hoc habeat ab Imperatore.
Hactenus Antoninus. Habuit sui dogmatis multos, magniq; nominis adstipulatores, et
etiam discipulos, ex quibus plurimi à Papa interfecti sunt. Nomina quorundam eius
adstip-

A adstipulatorum adscribam: Vuihelmus Occam, Ioannes de Castilione, Franciscus de Arcatara: uterq; ex posterioribus est exustus.

Ioannes de Poliaco.

IOannes de Poliaco, concionator & M. Parisiensis, uixit anno 1322. ac sensit, & docuit, Papam non posse dare ius audiendi confessiones cui uelit: sed unumquemq; in sua parochia ministros adire debere, atq; ita resistere uoluit turbationibus ministerij, quæ passim in Ecclesijs per cucullatos istos circulatores bullis Antichristi instructos fieri solent. Verùm à monachis & Ioan. 22. oppressus est. Vidi propositiones quasdam fratrum Iacobitarum & Minoritarum (sic enim erat titulus) in quibus ei etiam hi errores tribuebantur: Quòd dixerit & asseruerit, pastores & Episcopos habere suam potestatem immediatè à Christo, eiusq; Apostolis ac discipulis, & non à Papa. eoq; Papam
B eorum ius ac potestatem nec posse nec debere minuere. Item quòd dixerit & affirmarit, quod constitutio Papæ Benedicti 11. Inter cunctas &c. in qua monachis contra pastores priuilegia ampliora dabantur, non sit iuris interpretatio nec declaratio, sed subuersio.

Damnatio eius extat in Extrauagantibus communibus. Eundem Sisipheum lapidem circa idem tempus uoluerunt & alij propemodum infiniti homines, præsertimq; pastores, ut ex multis Bullis propterea à monachis impetratis apparet, ut alibi annotaui. Sed eadem etiam fortuna: nempe ut eis tandem in caput sit reuolutus.

Lupoldus de Bebenburgk.

LVpoldus de Bebenburgk Iuris doctor, prius canonicus Moguntinus, Herbipolensis, & Bambergensis, postea etiã Episcopus Bambergensis, floruit circa annũ 1340. nempe ante annos 210. scripsit de Iuribus Imperij contra Papam: præcipuè autem hasce sententias defendit, Cæsarem statim post suam electionem habere integram
C potestatem administrandi imperij. Nihil ei accedere ex coronatione Papæ: non esse feudatarium Papæ, nec iurare ut uasallum. Denique & donationem Constantini adductis contrarijs opinionibus oppugnat, simulq; & uarias aduersariorũ obiectiones dissoluit.

Militzius Bohemus.

IAcobus Misnensis, cuius superius in historia Hus mentionem feci, scripsit inter cætera & de aduentu Antichristi. in eo scripto facit mentionem cuiusdam docti uiri, nomine Militzij, quem famosum ac uenerabilem prædicatorem appellat. Fuit ille concionator Pragensis. Floruit circiter ante annos 200. longè ante Hussium. Citat & ex scriptis eius quædam satis prolixè. In illis dictis narrat admodum piè bonus ille Militzius, quonam modo sit inuitus impulsus à spiritu sancto, ut ex sacris literis quæreret de aduentu Antichristi: competitq; eum iam suo tempore uenisse. Idemq; se ait Romæ coactum
D à Spiritu, publicè concionatum, & postea coram inquisitore affirmasse: Magnum scilicet illum Antichristum, de quo Scripturæ prophetizant, uenisse.

Affirmat quoque idem Militzius, Ecclesiam negligentia pastorum desolatam esse, abundare temporalibus diuitijs, spoliatam spiritualibus, & sic impleri Euangelium: Abundabit iniquitas, uidelicet ex mammona iniquitatis. Dicit esse in Ecclesia Christi idola destruentia Ierusalem, & desolantia templum, sed hypocrisi ea tegi. Dicit etiam, multos esse qui negent Christum, quia tacent, nec audent agnitum Christum, eiusq; ueritatem coram hominibus confiteri, qui q; scientes ueritatem & iustitiam Dei detineant.

Inuenitur quoque Bulla quædam Gregorij 11. ad Archiepiscopum Pragensem, in qua eum iubet excommunicare et persequi Militzium, eiusq; auditores. Narrat autem ea Bulla, fuisse eum prius Canonicum Pragensem, sed postea renunciasse canonicatui, cœpisseq; concionari. Narrat etiam, eum anno 1366. docuisse, Antichristum iam adesse, ac propterea à Ioanne Archiepiscopo Pragense fuisse incarceratũ. Atq; hunc ponit primum eius errorem. Indicat etiam, eum habuisse suum cœtum, quem docuerit, ac fuisse inter alios etiam scorta quædam, quæ tamen conuersa à suis peccatis destiterant, pieq; uiue-

bant,

bant, quæq; ille solitus sit præferre omnibus sacris uirginibus. Docuit quoq; publicè, A quòd (ut Bullæ uerbis utar) in Papa. Cardinalibus, Episcopis, Prælatis, sacerdotibus, et aliis religiosis, exceptis adhærentibus sibi, nulla ueritas esset, nec uiam ueritatis docerent, sed ipse solus cum suis doceret ueram uiam salutis. Opinor Postillam eius adhuc inueni ri posse. Tribuuntur ei alioqui & alij quidam incommodi articuli, quos tamen existi- mo calumniosè ab aduersarijs depravatos esse. Habuit, ut ex eadem Bulla apparet, plu- res suæ doctrinæ adhærentes, superioris & inferioris conditionis homines.

Iacobus de Theramo.

IN libro Conciliorum est, quòd Ioannes Hus aliquando in concione publica, aul- gari sermone ad auditores dixerit, Iacobum de Theramo, qui uixit anno 1390. pro- phetasse (scripsit enim libros aliquot) fore ut anno 1409. surgat quidam, qui sacras literas & ueram fidem persequatur, eamq; prophetiam esse completam. Nam Alexan- drum Papam persequi se, suamq; ueram doctrinam, & uulgari sermone translatas sacras B literas.

Schola Parisiensis.

CLemens 6. ante annos 200. uixit. Is lucri cupiditate Iubileum ad 50. annum restrinx- xit: ac Bullas ita impudenter inflatas distribuit, ut in eis blateraret, se nullo modo uelle pati, ut quisquam peregrinans Romam pereat: sed præcipere Angelis, ut eius animam confestim in cœlum transferant. Dedit etiam potestatem illis qui peregrè Ro- mam Iubilæi gratia uenerant, ut eligerent singuli tres aut quatuor animas, quas uellent, ex purgatorio. Eas enim protinus propter suas indulgentias, bullatas Bullas, & eorum meritum, in cœlum subuolaturas. Eam temerariam & manifestam impietatem, schola Parisiensis tunc publico scripto reprehendit, damnauitq; : ut plures scriptores, inter quos Veselus & Agrippa, testantur.

Testatur quoq; idem Veselus, quòd patres, qui ante Albertum & Thomã fuerunt, C indulgentijs papalibus restiterint, affirmarintq; eas esse merum dolum, fraudem, & er- rorem. Idemq; insuper ait, ipsosmet, Thomam scilicet & Albertum, in suis scriptis testa- tos esse.

Addit etiam Veselus, quòd nisi sana paucorum Theologorum seueritas hactenus indulgentijs Papæ restitisset, immensi errores inde pullulassent.

Cæterum schola Parisiensis non eo tantum tempore, sed & sæpe aliàs, tyranni- di Antichristi restitit: quod exemplis quibusdam probabo. Leo 10. conatus est papalem tyrannidem (præsertim quod ad expilationes attinet) aliquantò ualidius in Gallijs in- staurare, quæ prius per Basiliense concilium, Carolum Regem, & Parisiensem scholam nonnihil repressa fuerat. Quare congregato Romæ suorum Curtisanorum cœtu, de- creuit, Concilium Basiliense, ubi eiusmodi expilationes præcisæ fuerant, irritum esse de- bere. Hinc (ut & hoc obiter moneam) uidere possumus, quàm sanctè Papæ, ipsorumq; D filioli, qui semper nobis pleno ore Patres patres, concilia concilia, crepant, concilia pa- tresq; seruent: nempè eatenus tantum, quatenus suæ culinæ id prodesse uidetur, & non ultrà. Reliqua enim scilicet nos hæretici pro eis obseruare tenemur.

Id porrò (ut ad rem redeam) animaduertens Parisiensis schola, in suum totiusq; regni summum detrimentum tendere, contra ea decreta protestata est, & à Papa ad futu- rum concilium appellauit. Sunt porrò in ea appellatione non pauca uicia & abusus Ro- manæ Curiæ recitati. Actum id est anno 1517. Appellatio illa Coloniæ, unà cum Sylui Basilienſi concilio anno 35. denuò impressa est.

Restitit & aliàs non rarò Parisiensis schola Papæ conatibus, ut tempore Bonifacij octaui, id est, ante 250. annos: item tempore Benedicti 13. ante 150. annos. Damnauit iam olim beneficiorum pluralitatẽ. Reprehendit & indulgentiarum uanitatem, ut supe- rius in Clemente 6. dictum est. Restitit & aliàs sæpe Papæ, Gallicas Ecclesias expilanti, ut in Capite de Gallicis Regibus est dictum. Sabellicus affirmat, & Heremitarum ordi- nem à Parisiensi schola damnatum.

Matthias

A Matthias Parisiensis in suo illo prolixo opere contra Antichristum, ponit integrum ac eruditum scriptum scholæ Parisiensis contra monachos, præsertim mendicantes, anno Domini 1255. scriptum: in quo illos ea schola penitùs damnat, ac probat esse ueros pseudoprophetas, uenientes in uestimentis ouiũ: quos Christus uenturos, cauendosq; iam olim prædixit. Omnia planè dicta, quæ Christus & Apostoli de uenturis seductoribus scripta reliquerunt, illi ad monachos accommodant. Imposuerunt uerò ei scripto titulum, De periculis Ecclesiæ, quæ ei grauissima à monachis imminere, in eo demonstrarunt. Id scriptum quidam Vuilhelmo de S. Amore tribuunt. Sed non tantum præfatio Parisiensis scholæ scriptum ac compositum esse. Huc accedit etiam, quòd articuli Scholasticorum Parisiensium, quos mox subiungam, cum hoc libello conueniunt. Fieri uerò benè potest, quòd Vuilhelmus id scriptum pro schola scripserit, cum unus ex præcipuis B eius Theologis fuerit. Oportet enim unum aliquem scribere, etiamsi plurium nomine ac consensu scribatur.

Hæc fortè fuit eius scholæ prima actio contra monachos: sequutæ enim sunt & aliæ. Nam in quibusdam uetustis membranis legi actionem scholæ Parisiensis, omniumq; Prælatorum Gallicorum, habitam ante 250. annos, contra monachos, quos iudicauerunt nequaquam permittendos in alienis parochijs uel docere, uel confessiones audire, quòd inde maxima Ecclesiæ ataxia seu perturbatio oriretur. Asseruerunt quoque eos nec uitæ nec doctrinæ, nec iustitiæ ueritatem habere, sed esse hypocritas. Verùm in hac materia multi contra monachos scripserunt.

Inueni in uetusto codice articulos quosdam scholasticorum Parisiensium contra monachos, quos hic subijciam, quia lectu digni sunt, & ad ea quę modò dixi pertinent.

Primò dicimus eos non esse admittendos ad societatem nostram scholasticam, nisi de uoluntate nostra: Quia societas non debet esse coacta, sed uoluntaria & gratuita.

Secundò dicimus eos non esse admittendos, quia societatem eorũ experti sumus, C multipliciter nobis fuisse damnosam & periculosam.

Tertiò, cum ipsi sint diuersæ professionis à nobis, quia ipsi Regulares, & nos Scholares, in uno officio scholastico coniungi uel commisceri non debemus: cum dicat concilium Hispanum, Non arabis cum boue & asino simul: quod est, diuersæ professionis homines in uno simul officio non sociabis, &c. Nam cohærere & coniungi non possunt, quibus sunt studia & uota diuersa.

Quartò dicimus, eos non esse admittendos secundum Apostolum, quia ipsi dissensiones & offendicula faciunt, cum dicat Apostolus ad Romanos ultimo: Rogamus fratres, ut obseruetis, id est, ut discernatis eos qui dissensiones & offendicula faciunt propter doctrinam, quam didicistis ab Apostolis, & declinate ab illis. Huiusmodi enim, Domino non seruiunt, sed suo uentri Gloss. Alijs enim adulantur, alijs detrahunt, ut possint suum uentrem implere, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda in- D nocentium. Gloss. Compositis uerbis suam traditionem communicant, quibus corda simplicium decipiunt.

Quintò dicimus, eos non esse admittendos: quia timemus, ne sint ipsi de penetrantibus domos: quoniam in domos singulorum se ingerunt, conscientias & proprietates hominum rimantur: & quos seductibiles ad modum mulierum inueniunt, seducunt, & à consilijs Prælatorum ad sua ducunt consilia, uidelicet astringentes eos ad sua consilia uel iuramentis, & tales præcipit Apostolus uitari, dicens: Et hos, &c.

Sextò dicimus eos non esse admittendos, quia timemus ne ipsi sint pseudoprophetæ: quia cum ipsi non sint Episcopi, uel parochiales presbyteri, nec eorum uicarij, uel ab eis specialiter inuitati, prædicant non missi, contra Apostolum dicentem ad Romanos 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Nulla enim signa uirtutum eis testimonium perhibent, scilicet quòd possint propter hoc prædicare. Tales autem, cum sint periculosi, Ecclesiæ debent uitare.

Septimò dicimus eos non admittendos esse, quia curiosi, uidelicet de cũtando negocia-

gocia aliena,& de operibus ſpiritualibus: cum tamen non ſint Apoſtoli,nec eorum ſucceſſores,id eſt,Epiſcopi. Nec ſunt de ſeptuaginta duobus diſcipulis Domini,nec eorum opitulatores,id eſt,uicarij,ut dictum eſt ſupra. Tales autem,qui ſic uiuere uolunt,præcipit Apoſtolus uitari,dicens 2.Theſſ.ultimo: Denunciamus uobis fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti (Gloſs.per Chriſti authoritatem uobis præcipimus) ut ſubtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum traditionem,quam acceperunt à nobis, &c. uſque ibi: Et nolite quaſi inimicum æſtimare. Inſpiciantur gloſſæ,& inuenitur quod tales ſunt uitandi, donec reſipiſcant à tali modo uiuendi. Hactenus articuli Scholaſticorum Pariſienſium. Hinc apparet iſtam ſcholam ſæpius cum illis monaſticis peſtibus luctatam eſſe. Sed paulo pòſt eſt omnino ab eis oppreſſa. Nam non ita multo pòſt,ibi in Sorbona Thomas multis annis legit, regnumq; tenuit. B

Richardus Armacanus.

RIchardus Armacanus, Epiſcopus & primas Hyberniæ, iuris ac Theologiæ egregiè peritus,ſcripſit contra omnes mendicantes,uixit fermè ante 200 annos. Præcipue autem reprehendit, quòd in mendicatione (quę in ualidis furti genus eſt) religionem collocarent. Item quòd freti licentia bullarum Papæ, miniſterium in parochijs inuaderent, & Eccleſias perturbarent. Propoſitiones eius habeo. Contentio ea uſque ad mortem eius producta eſt, nec unquam uel antea uel poſtea, aut ipſe damnatus eſt, aut monachi abſoluti. Vnde apparet,multos ſub principium creſcenti nouæ iſti monachatus peſti repugnare conatos eſſe: ſed fruſtra,tuente quippe eos pontifice. Vtile enim ſibi eſſe iudicauit Papa,habere iſtos quaſi ſatellites, per orbem terrarũ ſparſos, ſibiq; ob tam multa priuilegia deuinctos,per quos & Eccleſijs,& Epiſcopis,et Regibus,& Cæſaribus ipſis ubiq; moleſtus, timendus que eſſe poſſet, dum illi in eius gratiam lucé in tenebras, & contrà,pro concione mutare non uerentur, plebemq; in Papę ſententiam pertrahunt. Aſſerit quoque idem in Quæſtionibus, Armenorum confirmationem non minus ad ſacerdotes,quàm Epiſcopos pertinere, imò quoq; ſacerdotes & Epiſcopos eoſdem olim fuiſſe. Balæus dicit,eum non tantum Epiſcopum, ſed & Cardinalem fuiſſe,oppugnaſſeq; eum monachos, etiam aliorum Angliæ Epiſcoporum rogatu, quod ueterum quorundam ſcriptorum teſtimonio probat. C

Brigitta.

BRigitta floruit fermè ante ducentos annos,nempe circa annum Domini 1370. Prolixum poſt ſe librum,titulo Reuelationum cœleſtium, mundo reliquit, qui ſæpè eſt impreſſus. Papiſtæ eam pro Prophetiſſa habent, & Papa in ſanctorũ numerũ retulit,ſeu canonizauit. Multũ autem reprehendit Papæ, eiusq; ſpiritualium turpitudines, Papam uocat animarum interfectorem, ouium Chriſti diſperſorem & laceratorem. Dicit,eum eſſe abominabiliorem Iudæis, immitiorem Iuda, iniuſtiorem Pilato, peiorem & deteriorem ipſo Lucifero. Sedem Papæ dicit demergendam in profundum, ſicut lapidem ponderoſum. Aſſeſſores eius dicit arſuros in igne ſulphureo & inextinguibili. Epiſcopos, prælatos, alioſq; ſacerdotes nihilò mitius alloquitur. Alicubi dicit, eorum culpa doctrinam Chriſti neglectam,& fermè penitus abolitam eſſe. Cleticos dicit conuertiſſe diuinam ſapientiam in aliam prauam & uanã. Simplices præcipitare euntes per uiam Domini, odiſſe eos, eſſe leproſos & mutos: & denique decem Dei præcepta in unicum uerbum commutaſſe,in hoc nempe,Da pecuniam: id eſt,eos totam ueram pietatem lucri cauſa ſubuertiſſe. Longum planè eſſet,recenſere crimina,quæ hęc Prophetiſſa(ut à Papiſtis habetur) ex ore Dei,Papæ,eiusq; ſacrificulis obijcit: & pœnas, quas eis Dei nomine comminatur. Quare prædicta ex multis ſufficiant. Illud tantum adhuc breuiter adijciam,Brigittam affirmaſſe uidiſſe,ſe diuam uirginem dicentem ad filium,Romam eſſe feracem agrum,reſpondiſſe uerò Chriſtum: Eſt,ſed zizaniæ. D

Mechthildis. IN

A IN ſcriptis B. Mechthildis uirginis, Pariſijs impreſsis (quæ ante. 200. annos floruit) nihil inueni quod ad meum propoſitum faceret, imò & planè nullas de futuris prophetias. Summatim uerò quoddam eius prophetiarum manuſcriptum in ueteri codice uidi, à Minorita quopiam (ut erat adſcriptum) excerptum. In eo erat primùm, multa eam prædixiſſe, quæ tunc, cum monachus ille in compendium prophetiam eius redigeret, uerè acciderant. Eoq; non dubitat ille abbreuiator, & reliqua ab ea prædicta euentura. Deinde indicat, eam prædixiſſe, oritura eſſe diſsidia in Germania ob religionem inter Eccleſiaſticos & laicos ita actia, ut ſe mutuò tanquam hæreticos damnent: ob quæ primùm ſacerdotes grauia patiantur, deinde fermè utraque pars pereat. Tertiò affirmat, tunc Romanam Eccleſiam (recitabo eius uerba) totaliter à fide Chriſtiana apoſtaturam apertè, quæ alioqui per multa tempora iam occultè apoſtatauerat, ut quiuis prudens coniecturare ualet. Poſtremò affirmat, remanſurum pauperem & afflictum cœ
B tum in Germania, qui piè ac purè Deum colat. Comprobat autem euentus ipſe hanc prophetiam. Nam orta ſunt diſsidia, ut reipſa cernimus, inter ſacerdotes & politicos homines, de religione: ob eaq; ita ſeſe illæ duæ partes attriuerunt, ut utraq; grauiter afflicta ſit. Denicq; & illud uerum eſt, Papam nunc propalàm defeciſſe, cum antea tantum occultè defeciſſet. Antè enim aliquatenus clam Chriſtianam pietatem damnauit: iam uerò poſt prædicationem Lutheri, id manifeſtè & apertè fecit. Quippe qui agnitam Chriſti ueritatem ſciens uolensq; damnauerit.

Illa tamen duo loca in Mechtildis libro rectè noſtro operi adijcientur, quæ ad uerbum deſcribam, quòd alterum gratuitam iuſtificationem per Chriſtum, alterum com-
munionem ſub utraq; ſpecie, confirmat. Tunc cognouit, quòd omnia bona opera, quæ neglexerat, ſanctiſsima Chriſti conuerſatione & operibus eius perfectiſsimis eſſent im-
pleta, omniſq; eius imperfectio filij Dei perfectione altiſsima perfecta. Cum enim Deus
C oculo miſericordiæ animam reſpicit, & ſe ad miſerandum illi inclinat, cuncta eius crimina perpetuq; oblioni traduntur. Itaq; cum à Deo tam eximium percepiſſet donum, ſcilicet omnium peccatorum remiſsionem, & omnium meritorum ſuppletionem, exin de ſecuritate accepta, et audacia, reclinauit ſe in ſinũ dilectoris ſui Ieſu. Et aliquando poſt.

Congregatio autem tota ad menſam illam accedens, unaquæq; ſub brachio beatæ uirginis Mariæ, quaſi geniculando, accepit Dominicum corpus de manu Domini, & beata uirgo Maria crateram auream cum fiſtula aurea ad latus Domini tenebat, per quam ſugebant liquorem illum dulciſsimum, qui de pectore Domini emanabat.

Ex hiſce clarè apparet, hanc uirginem & de gratuita iuſtificatione, & integra communione ſatis commodè ſenſiſſe.

Henricus de Iota.

VIdi propoſitiones, earumq; explicationes manuſcriptas, cuiuſdam Henrici de Iota (alij Heuta ſcribunt) qui docuit Viennæ in Auſtria, anno 1371. & à Gerſone ma-
D gnopere laudatur. In ijs primùm affirmat, omnes in mortali peccato ſeu extra gratiam exiſtentes, etiã optimè agendo peccare mortaliter. Quod & Lutherus affirmauit, ut oſtenderet, nullo prorſus noſtro merito reconciliationem cum Deo, ſeu iuſtificationem nobis contingere. Deinde aſſerit, Deum, & non ſacerdotem remittere peccata: atq; ideo ſacerdotẽ annunciare magis ex uerbo Dei, quem Deus ligauerit aut ſoluerit, quàm uerè ligare aut ſoluere. Quod & Hieronymus olim aſſeruit, & hoc tempore à multis aſſertum eſt: contra iſtud Phariſæorum, uel Antichriſtianum potius ſpiritualium papiſtarum ſupercilium, qui putant, ſe poſſe ſoluere & ligare, quicquid modò eis libet, ſiue iuſtum ſiue iniuſtum. Tertiò affirmauit, ſatius eſſe perito ſacerdoti confiteri, non habenti ius abſoluendi, quàm imperito habenti. Quod itidem pugnat cum iſto errore Papæ & prælatorum, qui putant ita ad ſe alligatum eſſe Chriſtum, & ius clauium, ut qui ab eis ſalutem non accipiat, is planè eam habere non poſsit.

Quartò dicit, reſeruationem iſtam caſuum, iam Papis & Epiſcopis uſitatam, non diuini, ſed humani iuris eſſe. Omnes enim ſacerdotes æquale ius clauium habere.

Quintò affirmauit, omnia concilia, ut à papistis appellantur, esse præcepta: ut & à no- A
stris hoc tempore docetur, & rei ueritas sese habet. Fuit autem is uir ob eas propositio-
nes tanquam hæreticus accusatus, uerùm accusatorem suum uicit.

Henricus de Hassia.

EIusdem tempore uixisse, quin & collegam eius in docendo fuisse aiunt, celebrem quendam uirum, nomine M. Henricum de Hassia, qui à quibusdam etiam in pu- blicis scriptis Gymnasij Viennensis, plantator uocatur. Is in lectura super Gene- sim, dicit esse timendum errorem, & formidandam superstitionem, in eo quòd narra- tur, aliquos sanctos suam memoriam colentibus aliqua bona aut corporalia, aut etiam spiritualia impetrasse. Pro exemplo affert, quòd S. Barbara remissionem peccatorum omnium suis cultoribus in extrema eorum hora impetrauerit. Postea etiam prolixius sanctorum legendas insectatur, & affirmat multa ibi pueriliter & inepte, multa etiam fa- bulose & fallò scripta esse. Scripsit libellum publicè dudum editum, contra insulsas & B noxias monachorum rixas, ut de conceptione diuę Virginis, & similibus obscuris otio- sis ac inutilibus, & interim publicè quieti perniciosis controuersijs. Qui libellus oppidò displicuit monachis, eo quòd non admodum eorum maiestati, seu inani gloriæ & cu- linæ profuit.

Prolixam quandam eius epistolam ad Episcopum Vuormaciensem Iacobus Cac tusiensis suo operi de erroribus Christianorum inserit. In ea author admodum grauiter de multis grauissimis uicijs accusat spirituales omniũ ordinum, atq; adeò etiam ipsum sanctissimum. Dicit gubernatores Ecclesiasticos comparari soli prælucenti diei, & poli- tico lunæ lucenti nocti: sed præsentes spirituales neque diei, neque nocti prælucere, sed utrunq; obscurare magis sua caligine: id est, turpitudine, insciția & impietate. Citat quo- que ex prophetia Hildegardis hæc uerba: Ideo & Diabolus in semetipso de uobis facet dotibus ait, Escas epulantium & conuiuia omnis uoluptatis in istis inuenio: sed & ocu li & aures, & uenter meus, & uenæ meæ, de spumis illorum plenæ sunt, & ubera mea plena sunt diuitijs illorum, &c. Deniq; inquit, eos quotidie conari (ut Luciferum) altius C ascendere, sed quotidie magis cum eodem in profundum ruere.

Schola Pragensis, Oxoniensis, & Parisiensis.

EDitæ sunt ab Hutteno 1520. Domini an. aliquot Epistolæ, scholarum Pragensis, Oxoniensis & Parisiensis, de tollendo schismate, quod tunc erat, & Ecclesiastica li- bertate asserenda. Quibus adiuncta est & Cæsaris Vuenceslai epistola, item ad- hortatio quædam ad Germaniam, ut se in libertatem, ex Papali seruitute uendicet: quæ omnia scripta sunt ante annos 170. Duriter porrò inuehuntur in Cardinalium & Curti- sanorum uitia, & tyrannidem super Christi Ecclesiam. Asserunt, Cæsarem habere ius pa- tronatus super Papam et Romanam Ecclesiam. Papam cum Cardinalibus errare posse, & sæpe errasse: Cardinales non habere electionem Papæ aliquo diuino iure, imò etiam Cardinales ante Gregorium non fuisse: Cæsarem & populum Romanum id ius antè habuisse, & adhuc ad se retrahere posse. Qui eas legerit, inueniet multa tunc adhuc hæ- D bita pro catholicis, quæ iam tanquam Lutherana & prorsus hæretica damnantur, & ip- sis inseris deuouentur. Sed adscribam inde pauca, ut manifestè cerni possit, quàm teetris coloribus Papam aliosq; spirituales depingant. Per Principes (inquiunt) sacerdotum Ecclesia prophanatur, sacerdotium temeratur, omnis ordo confunditur: quicquid est re ligionis, corrumpitur: quod legis, quod uitæ, quod morum, quod fidei, quod disciplinę, perditur & confunditur, intantum, quod etsi benedictus Dei filius multa & dura passus sit per uiros synagogicos, adhuc multò duriora patitur per nostros sacerdotũ principes. Hactenus ex epistola.

Recitatur ibidem & hæc uisio de Ecclesiæ statu, haud quaquam aspernanda. Hæc autem sunt uerba: Iuxta uisionem cuiusdam uiri, cui oranti, legitur apparuisse quædam domina ante se regio cultu ornata: & cum ipse obstupuisset, quæsiuit ipsa, si se agnosce- ret: Cum autem ipse diceret, quòd non, nisi forsan ipsa esset beata uirgo Maria, ait illi,

Non

A Non ſum illa, quam exiſtimas: ſed ſum illius figura, pro qua gemis frequenter, & oras, ſcilicet Eccleſia, cuius eſt dolor mirabilis, & corruptela deſcendens à capite per omnes artus uſq; ad pedes, & ut mihi magis condoleas, uide & argumenta doloris, & amota corona ſpecioſiſsima capitis, inclinauit caput ei. Ille autem uidit ſuperiorem partem capitis eius ad modum crucis inciſam in quatuor partes, et uermes de cerebro uidit ebullientes, & ſcaturientia uulnera ſanie. & ait: Ecce, ex his quæ uides in capite, perpendere potes corruptelam & dolorem meum in membris aliis. & eo dicto euanuit ab oculis eius. Quæ uiſio ſatis ſignificanter expreſsit, corruptiſsimum Eccleſiæ & religionis ſtatum.

In prædicta porrò epiſtola Vuenceslai, ut & hoc indicem, facit Imperator mentionem Matſilij Patauini, & Ioannis de Ianduno (qui contra Papam iam pridem ſcripſerant) tanquam qui uera ſcripſerint.

B

Monſtrum Babylonis.

EXtat in quibuſdam bibliothecis poëma, titulo Inuectiua in monſtrum Babylonis, ſcriptum contra ſchiſma illud longiſsimum, quod incœpit inter Papas anno 1378. & multis annis durauit. Tribuit totius mali originem ſuperbiæ, auaritiæ & ambitioni, aliisq; ſceleribus ſpiritualium. Hæc enim ſunt eius uerba:

Adduxit cleri, hoc monſtrum, faſtus, maledictum,
Cleri magnifici, tenuit qui culmina mundi.

Et paulo pòſt inter alia ſic de clero loquitur:

Quò cecidit faſtus, quò uenit honor, decus, atque
Diuitiæ grandes, quibus ipſe fuit cumulatus?
Venit in opprobrium faſtus, decor ille ſuperbus,
Abſceſſit iuſtè: tolluntur opes, perit omnis.

C *Ornatus cleri, quem tanta ſuperbia uexit,*
In cœlum ſuprà, quaſi uellet Lucifer eſſe.

Tribuunt uerò id poëma quędam exemplaria Ecoardo Epiſcopo Vuormacienſi. Hoſce eum quatuor uerſus cæteris præponunt.

Preſulis Eckardi reuerendi Vuormacienſis,
Egregij patris plangentis deuia mundi,
Sic loquitur patris ſapientis carmen ad aures,
Flebile de mœſto prorumpens corde loquatur.

Commentaria in Apocalypſim.

EDita ante aliquot annos ſunt à Luthero quædam commentaria in Apocalypſim, quæ, ut ipſe teſtatur, ſunt ſibi alicunde ex finibus Liuonicis & Polonicis miſſa, ac affirmat codicem uiſum uetuſtum. Scriptor ille, quicunque demum eſt, manifeſtè reprehendit Papam, tanquam Antichriſtum, ac Babyloniam meretricem, eo quòd neglecto Dei uerbo, ſuas humanas traditiunculas & nugas doceat, Euangelium piosq; doD ctores opprimat: item quia quæſtus gratia indulgentias excogitauerit, potentiâ & ſplendorè regium ſub falſo donationis Conſtantini nomine ad ſe traxerit. Enumerat & alia plura flagitia errores q; Papæ & prælatorum, præcipuè uerò quòd ex mandatis Dei conſilia faciant. Reprehendit uehementer Papã, quòd ſe iactet uicarium Chriſti. Item quòd neget, Euangelium ad ſalutem ſine ſuis decretis & decretalibus ſufficere. Hortatur etiam omnes, ut fugiant ex illa Babylone.

Addit quoq; complures fuiſſe ante ſe, qui illam ſpiritualem Babylonem oppugnarint: & ſuo tempore multos ueritatis præcones in carceribus detentos, cuſtoditosq; arctiſsimè. Fuit & ipſe author in carcere, ac catenis inſuper calybeis, cum ea commentaria ſcripſit: ut ex decimo & undecimo eius ſcripti capite apparet. Ait quoq; à ſpiritualibus libros contra Papam ſcriptos abſcondi, & aboleri: non admitti quenquam ad ſugeſtum, qui Papæ non ſit addictus: Omnes rectè ſentientes ad carceres trahi. Sed tamen nihilominus ſcribi denuò etiam uehementiora ſcripta contra Papam, quàm fuerunt priora, quæ Papiſtæ oppreſſerant.

Scripsit autem eum librum anno 1390. ut ex decimotertio capite, & principio uigesimi apparet: Inquit enim: Mille trecenti anni elapsi sunt à passione Christi, & 57. Christus passus est 33. ætatis suæ anno, qui additi numeri faciunt 1390. quæ est præsens data. Reliqua porrò quæ sequuntur, mendosa sunt, ac sic legi debent: Quia sumus in anno à passione Christi millesimo, trecentesimo, quinquagesimo septimo. Ergo trecenti quinquaginta septem anni elapsi sunt, postquam Antichristus primò regnauit, ex ista prophetia. Sic legendum esse, sensus totius paragraphi, ac præcipuè initium indicat.

Adducor porrò ratione temporis in eam sententiam, ut putem scriptorem fuisse Vualdensem, propterea quòd circa idem tempus, nempe circa annum 1390. quo ille se fuisse in carcere queritur, grauis facta sit ad mare Balticũ inquisitio in Vualdenses: cuius rei testem habeo integrũ exemplar processuum, contra pios uiros illic existentes factorũ. Eodem tempore & Bingæ exusti sunt 36. ciues Moguntinenses, ob Vualdensium dogma, teste Bruschio. Illud tamen huic opinioni nonnihil repugnat, quod capite 20. affirmat, Papam generaliter à præconibus Euangelicis promulgatũ, quòd sit ille magnus Antichristus, primùm circa annum Domini 1360. id est, ante 200. annos: nisi uelit dicere, tunc primùm uehementius et clarius Papam Antichristianismi conuictum, quàm unquam antea. Nam alioqui Vualdenses iam annis 400. Papam esse Antichristum docuerunt.

Gerson.

GErson Parisiensis Cancellarius, floruit ante annos 150. Interfuit etiam Constantiensi concilio. Fuit omnino, meo quidem iudicio, uir pius ac eruditus: qui licet multis monachorum & sophistarum erroribus fuerit infectus, multos etiam nihilominus errores & abusus papatus animaduertit, eosque & taxauit, et tolli ex animo optauit, ut ex eius scriptis non uno in loco apparet. Aliquos tamen procul dubio metu pharisæorum aut penitus dissimulauit, aut etiam lenius, quàm tantum uirum decuisset, et res ipsa postulasset, reprehendit. Veselus in quadam longa epistola de Indulgentijs, probat quòd Gerson eas planè abrogandas senserit: quanquam nonnunquam mitius, ob suas quasdam causas, de eis sit locutus. Variè se quoq; torquet in materia Traditionum: & tandem fatetur, multos captos & intricatos traditionum laqueis, in desperationem incidisse: aliquos etiam seipsos interfecisse. In libro de Vita spirituali, sentit non peccare eum mortaliter, qui uiolat traditiones, modò id sine petulantia faciat. In lib. An liceat in causis fidei appellare à summo Pontifice, propositione quarta, sic scribit: In causis fidei nulla determinatio iudicialis Episcopi, imò nec Papæ solius, præcise ut est Episcopi, uel Papæ, ligat fideles ad credendum quòd ita sit de ueritate fidei, sicut prætendit sua declaratio: quoniam tam Papa quàm Episcopus deuiabiles sunt à fide. Disputat quoque alibi, plus credendum esse homini munito canonica authoritate, id est scriptura, quàm Papæ, & uniuersali Concilio: quia & Papa & uniuersale concilium errare possint, quod & ex Augustino probat.

Scripsit quoq; librum de Defectibus Ecclesiasticorum, in quo corruptam spiritualium uitam & neglectum officium accusat. Reprehendit etiam doctrinæ corruptelas, quòd alius uult esse Thomista, alius Scotista, alius Occanista, &c. eisq; propterea pœnas prædicit. Recitauit autem id scriptum publicè in concilio Constantiensi. Ostendit etiam in quodam loco, se non probare istas tam crebras missationes.

In tractatu de Potestate Ecclesiastica, facit quasi tres quasdam collocutrices, Adulationem, Discretionem & Detractionem. & ista communia præconia seu exaggerationes potestatis pontificiæ, quas hodie papistæ semper in ore habent, tribuit Adulationi: grauissimè eas uituperans & reijciens, ac subin de tyrannidem Papæ taxans, qui omnia in omnibus esse uelit. Sæpe in suis scriptis concilij potestatem longè supra Papam extollit, hunc q; illi penitus subijcit. In duobus sermonibus, quorum alterum coram Alexandro Papa, alterum coram Benedicto habuit, satis liberè multos ac longè maximos abusus Romanæ curiæ ac cleri totius commemorat, & ut eos tollant corrigantq; hortatur. Præcipuè

A Præcipuè uerò in prioti, ubi inducit Ecclesiam coram Papa suas calamitates exponentem, & quærentem.

In quadam epistola de negligentia prælatorum dicit, religionis res quotidie in peius ruere, & esse in ea multa inexplicabilia: Quemlibet addere mali aliquid, auferre neminem. Ignauia pastorum pessimas consuetudines ita inoleuisse, ut non sit amplius remedij locus. Cuius rei cum sint innumera, unicũ tantum se exemplũ proferre: Quòd penè ubique reliquiæ ethnicarum idololatriarum in templis exerceantur. Nec pati etiam spirituales, ut aboleantur. Deseruisse clericos tractationem uerbi Dei: prædicationem esse traductam, ad nescio quos (intelligit autem monachos) qui uerbum Dei uel imperitia, uel nescio qua discretione adulterarunt. In calce eius operũ olim Parisijs impressorum, est adiectum, solitum Gersonem paulò ante mortem congregare multos pueros in templo, quorum ueluti præceptor erat, eisq; præire precatiuncula uulgari sermone in hæc B uerba: Meus Deus, meus creator, miserearis tui miseri famuli Gersonis. Quo facto indicauit ille bonus uir, se sentire, in eo salutem suam sitam, si piam mortẽ & Dei misericordiam impetret: & non, si postea multas Missarum & uigiliarum & peregrinationum, operum supererogationis, & similium nugarum myriadas coëmat. Testantur autem quidam, eum ob ueritatem à spiritualibus & Sorbonistis in exilium è Parisijs pulsum, omnibus que fortunis & dignitatibus expoliatum. Ideo que Lugduni, non Parisijs, ubi fuerat cancellarius, mortuus est.

Ioannes Episcopus Camotensis.

IOannes Episcopus Camotensis, iam olim, ut Agrippa testatur, questus est de tyrannide corruptissimo que statu Papæ, eius que spiritualium. Papam intolerabilem Christianis dixit esse, eius pompam nullum unquam Monarcham superasse. Eligere ad functiones Ecclesiasticas pessimum ac indignissimum quenque, ac per suos legatos C orbem terrarum uexare ac spoliare. Vtinam aliquid eius scriptorum extaret. Fortè etiam plura monuit.

Petrus de Luna.

PEtrus de Luna, uixit ante annos 150. Disputauit contra authoritatem Papæ & Spiritualium. Dixit non esse timendam, Præsertim cum ea abutuntur. Atque ob hanc tam ueram sententiam, nihilominus tanquam hæreticus ab Antichristo damnatus est. Vult enim ipse suam, suorumq; filiorum etiam iniustam sententiã timeri, ut eius iura testantur: nec satis est, quod Paulus dicit se tantum ad ædificationem potestatem habere, ad destructionem uerò non posse quicquam.

Theodoricus Nyem.

THeodoricus Nyem, aliquot Paparum intimus scriba, uixit ante annos 150. uir (ut ex eius scriptis facilè animaduertitur) bonus, & mediocriter doctus. Descripsit bona fide historiam schismatis inter Papas, quod ante Constantiense concilium per annos 39. durauit. Deus bone, quas in ea historia technas, quas fraudes & diabolicas uafricies, quæ scelera & facinora Paparum & Spiritualium recenset: quibus illi Deum, religionem & Ecclesiam Christi horribiliter ludibrio habent, uexant, & suæ tyrannidi subijciunt. D

Equidem fateor, quod etsi multa eorum scelera prius legeram, audiuerã, & etiam uideram, atq; ideo non uulgarem de Antichristi eiusq; filiorum malicia opinionẽ conceperam: tamen lecto eo libro animaduerti, eos decuplo peiores esse quàm unquam antea suspicatus sum. Verè iam assentior, Papas (ut etiam ipsorum Canonistæ disputant) esse neq; homines, neq; Deos. Sunt enim incarnati Diaboli, ipsum etiam Satanam malitia & peruersitate longè uincentes. Differit quoq; idem author, Papam non habere aliquod ius politicum supra Cæsarẽ: sed contrà, Cæsares debere sceleratos Papas castigare. Quinetiam dicit eos esse indignos, ut Cæsares uocentur, qui ad tam fœda scelera ac tyrannidem Paparum conniuent. Adscribam unicum eius caput ex lib. 3. ubi sic ait.

De potestatæ Pontificis ac Imperatoris cap. 7. lib. 3.

IDeo rationabiliter fieri posset per Regem, uel Imperatorem Romanum & alios Ecclesiasticos Prælatos, nec non populum Christianum, prout ciuiliter intelligentibus est notum, & præcipuè interest Imperatoris, aut Regis Romani, quod Catholicus unicus & mundus Papa sedeat in sede Petri, cum Rex aut Imperator sit filius spiritualis Ecclesiæ ac Rex Regum, & dominus dominantium. Cuius potestas à Deo est, & ut dicit Apostolus, qui & resistit, Dei ordinationi resistit, & sibi damnationem acquirit, quia in facinorosos aduertit: Non enim sine causa gladiũ portat, Dei enim minister est. Quod autem imperium Principaliter & immediatè pendet à Deo, sicut Ecclesia seu Ecclesiastica potestas, patet per rationes euidentes, & sicut etiam firmatur & habetur in decreto ubi legitur, & scribit Papa Imperatori in hunc modum: Ecclesiæ meæ, cui Deus noster sacerdotium meum, uobis res humanas regentibus, deputauit &c. Et hoc idem in plerisq; alijs locis patet in iure. Ex quo infertur, quod fatuè & adulatoriè loquuntur illi, qui dicunt, quòd Papa seu Ecclesia duos habet gladios, scilicet spiritualem & temporalem: cum in Euangelio Petro sit dictum, conuerte gladium tuum in uaginam: & ibidem addita ratione, uidelicet: Omnis enim qui gladio ferit &c. Etenim si uterq; gladius apud Papam existeret, superuacuè uel fictè Imperator uel Rex Romanus illud nomen haberet. Sed isti adulatores seu assentatores per talia scripta & dicta inducunt maximũ errorem in tota Christianitate, & suscitant quodammodo perpetuam æmulationem seu discordiam inter Papam & Imperatorem. Conculcatur enim per hoc imperialis authoritas, et ensis potestas sub dubio collocatur, in totius reip. detrimentum, ut uidemus. Patet etiam ex decreto, cum schisma uiget in Romana sede, quod propter authoritatis excellentiam, & in temporalibus potentiam Imperator uel Rex Romanus prælatos Ecclesiasticos potest conuocare, ut illud omnino tollatur. Quod credo intelligi debere de illis, qui re & nomine Imperatores & Reges existunt Romani: nõ autem de illis, qui de fides seu solo nomine Imperatores aut Reges Romani sunt: sicut fuerunt Imperatores & Reges Romani, quos nostro tempore habuimus & habemus. Illi enim non merentur Imperatores uel Reges Romani nominari, qui sunt pusillanimes & effœminati. Exempli gratia, de hoc in decretis legimus in hæc uerba: Hic est cum authoritas Theodorici Regis ex diuersis prouincijs ad urbem Romanam sacerdotes uenire præcepisset, ut sanctum Concilium iudicaret de hisce, quæ uenerabili Papæ Symacho Præsuli Apostolicæ sedis, dicebantur obijci &c.

Extat autem eius authoris tantum unum scriptum de Schismate, in tres libros diuisum, quod Norimbergæ anno 32. impressum est. Sed indicat, se aliud quoq; scriptum composuisse, nomine Niemus de Vnione: in quo ait se prolixius Paparum artes & flagitia depinxisse, quod tamen uix opinor extare, Spirituales enim deuoti Antichristi, ubi potuerunt, talia scripta aboleuerunt. Vidi & paruum quoddam eius scriptum de Inuestitura Episcopatuum & Abbatiarum, in quo id ius Cæsari tribuitur, recitatis etiã & ueluti commentario ornatis Pontificijs decretis. Testatur autem se id excerpsisse Florentiæ ex uetustissimo codice. Fortasis aliquando prodibit. Facit eius scripti mentionem Henricus Token. Opinor autem hunc Theodericum eundem esse, quem Crantzius dicit fuisse à Bonifacio Episcopum Vuerdensem & Cameracensem, & Magistrum eum uocat.

Speculum aureum.

INuenitur passim in Bibliothecis colloquium quoddam Petri & Pauli, incerto authore, quod sic incipit: Reuerendiss. in Christo patribus & Dominis, &c. Scriptum est anno 1404. ut in fine legitur, abhinc anno 110. Is dialogus in tres partes diuiditur, quarum hæ sunt propositiones. Primò, inquit, grauissimos errores curiæ Romanæ detegam, &c. Secundò scripta & dicta eius erronea, minusq; catholica confutabo, &c.

Tertiò,

A Tertiò, totam cùriam Romanam erroneam & in ſtatu damnationis laborantem, ex ue-
riſsimis fundamentis declarabo, &c. In præfatione inquit: Sic tota Romana curia à
planta pedis uſq; ad uerticem capitis patenter excæcata eſt erroribus, ipſaq; errorum ſuo-
rum ueneno inebriauit omnes fermè mundi partes, ac ſi immenſam creatoris poten-
tiam Papa poſſet limitare. In fine, poſt multas querelas tandem concludit Paulus: Refor
met ipſe unigenitus Dei filius ſuam Eccleſiam, &c. Quaſi prorſus deſperans, Papam ul-
lam reformationem admiſſurum. Apparet ex ſcripto, fuiſſe pium, & non indoctum ho-
minem, quicunq; tandem is fuit, qui eum dialogum ſcripſit.

Illud uerò diligentiſsimè obſeruandum eſt, quòd poſtquam in Præfatione dixiſ-
ſet, Papam & curiam tum per ſe errare, tum alios ſeducere, ſubijcit: Omnes quidem in-
tus murmurant, nulli autem clamant. Talis enim ſanè ratio rerum iam longo tempore
B fuit in Eccleſia, ut multi Antichriſti errores agnoſcerent, ac apud ſeſe uel inter aliquos
amiculos clam damnarent: ſed metu eius tyrannidis & potentiæ, nullus uel pauciſsimi
auderent eius errata publicè reprehendere. Citatur id ſcriptum à quibuſdam ueteribus,
ut à Ioanne Hus, & in eius proceſſu ſub titulo Aurei ſpeculi. & ſanè ſic uocandum eſſe, ex
fine apparet.

Rhythmi.

RHythmi quidam impreſsi, in fine libelli Nicol. Clemangis, de Corrupto ſtatu Ec-
cleſiæ tempore Ioannis Papæ, dubito an uigeſimi ſecundi uel tertij, ut minimum
ante annos 140. Eoſdem inueni etiam ſcriptos in uetuſto admodum codice, cum
quibuſdam alijs olim excuſis. Quicunq; autem eorum author (certè nec impius, nec in-
doctus fuiſſe uidetur) dicit, primùm, iuſtitiam Romæ eſſe oppreſſam. Comparat Ro-
manam curiam freto Syculo. Dicit eam ſorbere aurum, imò totum mundum deuorare,
inſtar Scyllæ & Charybdis, ita ut uix ſit poſsibile homines ab ea ſibi ſeruare uel obo-
C lum. Totum mundum dicit cogi Romæ offerre munera. Cardinales appellat deos car-
nales: & dicit eos eſſe illos piratas, qui in eo mari graſſentur. Aduocatos curiæ appellat
inimicos ueritatis, & Scyllæ canes. Romæ ait nullum eſſe gratum ſine munere. Plum-
bum in curia formatum, dicit eſſe auro charius. Poſtquā uerò horribiliter depinxit Car-
dinales & totam curiam, addit: Tales indoctos uelle docere mundum, regere nauem Pe
tri, habere claues & ligandi potentiam. His addit, Cardinales nouo iure uendere Chriſti
patrimonium, quos & hiſce uerbis depingit: Foris Petrus, intus Nero: Intus lupi, foris
uerò ſicut agni ouium. Poſtremò, in eo freto piratis dominari ait Ioannem (Papam ni-
mirum) quem uocat mundi luem, & grande monſtrum,

Cæterùm in illis prius non excuſis, in priore Satyra (nam duæ ſunt) quæ incipit,
Roma caput mundi eſt, &c. Dicit Romæ uenalia eſſe iura, plus dantem melius allega-
re: ibi nummum loqui, & leges tacere. Apud Papam non eſſe locum niſi danti: Papam
detiuari à papando, quia omnium opes uelit deuorare. Hortatur turgida marſupia, ut
D Romam ueniant: ibi eſſe medicos, qui ea ſciant purgare. Poſtremò ait, ibi omnem pie-
tatem & honeſtatem ſubuerſam eſſe, inquiens:

Ima tenet Iupiter, cœlum habet Pluto,
Et accedit dignitas animali bruto,
Tanquam gemma ſtercori & pictura luto.

In poſteriori Satyra, quæ incipit, Tanto uiro loquuturi, &c. Primùm queritur cor-
ruptos eſſe mores paſtorum: eos non ideo ſic uocari, quia paſcant, ſed quia benè paſcan
tur: omnes eſſe ſpinas & tribulos, canes mutos, tauros pingues, & Gygantes feros: id
eſt, ignaros uerbi Dei, & ueritatis perſequutores, & cum clerici ita perditi & impij ſint,
etiam uulgi mores degenerare affirmat. Poſtremò queritur, doctos negligi, non promo-
ueri ad Eccleſiaſticas functiones, ſed eas tantùm adulatoribus, aut alioquin afferentibus
pecuniam, ſimoniacè uendi. Quare queritur deſeri ſtudia tum alia, tum etiam ſacratum
literarum: quandoquidem ſtudiorum ſectatoribus nullum præmium, niſi eſuries, eſt
propoſita. Habeo alioquin & aliud quoddam uetus poëma, in quo deploratur Eccleſiæ

miseria, quòd Papa indignissimis Ecclesias uendat & prostituat, & quod Papa penitus A
sit uenalis. Dabo operam, ut omnia illa poëmata aliquando simul edantur. Sunt etiam
rhythmi quidam semigermanicè, & semilatinè iam olim editi. Item alij de fide, cum
præfatione Lutheri, in quibus queritur author, fidem defecisse. Item diserte dicit, si quis
uelit egregiè Diabolo seruire, eum debere intrare monasterium.

Cæterum Rhythmorum & poëmatum olim contra Papam et eius impuros spiri-
tuales scriptorum infinitus pene est numerus, quantumnis plurima sint deleta. Edidi ta-
tis magnũ eorum librum. Sed subinde plures reperiuntur. Qui fortè aliquando alicuius
alterius diligentia & labore in lucem edentur.

Gregorius Morgenstern.

GRegorius Morgenstern, floruit ante annos fortassis centum. multa in suis scriptis B
dicit contra clericorum, & præsertim monachorum hypocriticam superbiam,
qui tantùm suo uestitui suisq; uotis ac religionibus tribuant, cum sint omni sce-
lerum genere contaminatissimi. In Sermonibus suis, in prima expositione triplicis ue-
ritatis, dicit eos primùm ideo superbire, quòd putent se cæteris sanctiores esse. Secundò
superbire & gloriari eos de suis patronis. Benedictinos prædicare & extollere usq; in cœ-
lum suum Benedictum, dicere eum fuisse patrem monachorum in Occidente: Quare se,
ut qui eum secuti sint, ei legisse optimam partem cum Maria, &c. Dominicanos gloriari
de suo Dominico, eumq; Christo simílem facere: Franciscanos item mira de suo Francis-
co iactare, quòd in loco Luciferi sedeat, eum omni anno purgatorium expoliare suis de-
uotis intercessionibus: Heremitas uestire Augustinum suo habitu, eumq; suæ sectæ prin-
cipem iactare, similiter & alios. Quibus ineptis gloriationibus opponit illud Petri
Actor. 10. In ueritate comperi, quòd Deus non sit acceptor personarum, &c. Indicans eo
dicto, in omnibus statibus ac uitæ generibus homines Deo placere posse.

In quinta expositione triplicis ueritatis, citat Hieronymũ affirmantem, mundum
quidem iam plenum monachis ac sacerdotibus esse, sed uix esse unum hominem inter C
centum, nec esse peiorem bestiam in mundo quàm malum monachum. Citat et ex Vi-
tis patrũ, quòd Deus beato Pachumio ostenderit, paucissimos monachos saluari. Item
ibidem citat Hieronymum & hæc dicentem: Væ malis religiosis, ordinem professum
non seruantibus.

Dominicus Episcopus Brixiensis.

SCripsit Dominicus Brixiensis Episcopus, libellum ad Pium 2. titulo Reformatio
Curiæ Romanę. Molli quidem cubito rem attingit, utpote qui in eodem luto cum
aliis hæserit. Erumpit tamen ei subinde uel inuito ex ore ueritas. Quare aliquot eius
dicta ex illo eius opere excerpta adscribam. Et si consideramus pontifices præceden-
tes, & acta eorum, ut si quod mali in ipsis fuit, non sit imitandum, deinde R. D. Cardi-
nales, deinde Episcopos, Protonotarios, et alios prælatos, pœnitentiarios, subdiaconos, D
auditores, clericos cameræ, acolytos, cubicularios, aduocatos, procuratores, notarios, &
præpositos, registratores, ostiarios, seruientes armorum, cursores, plumbatores, familias
prælatorum, & sic alios in diuersis gradibus & officijs constitutos: plorabimus certè
cum Ierem. Thren. 4. Heu quàm obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, di-
sperси sunt lapides sanctuarij (id est, prælati) in capitibus platearum (id est, lacarum uia-
rum) quæ scilicet ducunt ad perditionem in quarum capite sunt, ut Gregorius exponit,
candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore, antiquo saphiro pulchriores,
erant Nazaræi eius: sed nunc facies eorum super carbonem denigrata est, & non sunt
cogniti, scilicet per bona, &c. Item paulo pòst.

Per hanc deformationem & labem curialium & clericorum, & maximè prælato-
rum, eneruata uitetur censura Ecclesiastica, & diminuta obedientia, &c. Et ita in multis
aliis, ne longè exempla petantur. Quare hoc: nisi ob contemptam uitam & opera præ-
latorũ: quia uidebantur quærere quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Item paulo pòst.

Ita

A Ista reformatio & correctio ptimò pertinet ad Papam, qui sicut caput aliorum, eam debet agere, & eidem intendere. Sed qui alios corrigere uult, prius debet aspicere se & suos. de Censi. Romanus li. 6. Quia pastoris uita exemplum est alijs. q. 7. Cum pastoris, Et langueute capite, cætera membra inficiuntur. 6. q. 1, Ex merito. Et uulnerato pastore, quis cu tandis ouibus adhibet medicinam? 1. q. 1. Fertur, uer. Hinc igitur. Vnde languente medico, dicetur ei, Cura teipsum, &c.

Octaua consideratio est circa indulgentias. & uidetur, quòd dare ita frequenter in dulgentias plenarias, faciat eas uilescere cunctis. Quotiescunq; Papa exibat aliquo festo in publicum, dabatur indulgentia plenaria contra consuetudinem antiquorum Pontifi cum. Cum tamen per indiscretas ac superfluas indulgentias claues Ecclesiæ contemnan tur, & pœnitentialis satisfactio enetuatur. de pœni. & remiss. c. Cum ex eo. §. Ad hæc. Item paulo pòst.

B Ex hac consideratione sequitur, quòd circa dandas gratias expectatiuas maior de beret haberi consideratio, & non ita passim & indifferenter. Quia propter tantam mul titudinem et confusionem, ut plurimum beneficia conceduntur indignis, & magna da tur litium materia. Item paulo pòst:

De malo exemplo & scandalo, quod præbent laicis, et huiusmodi uideantur, quę dicit beatus Bernhardus in sermone super Euangelio, Ego sum bonus pastor: ibi, Quid facit in cibis tam superfluus apparatus: & ibi, Quomodo seculares non expendent substantiam suam uiuendo luxuriosè, etiam in præstantia sacerdotum: quomodo non intendent uanitatibus & lenocinijs huius seculi, quomodo non essent insolentes & elati, cum fastum tantum, tantam insolentiam uideant cleticorum? Nonne, inquit, præstantia eorum abutimini eleemosynis paupetum de patrimonio crucifixi? Ista agitis, impinguantes canes, adornantes equos, phalerantes pectora & capita eorum, &c.

Franciscus Zarabellus.

C Franciscus Zarabellus Cardinalis Florentinus, & iurisprudés, uixit circa annũ 1406. Editum est eius scriptum quoddam de Schismate & concilio, acutum sanè, & eruditum, & liberum. Multa in eo contra Papæ errores ac tyrannidem scribit.

Inter alia et hæc affirmat, Assertores Papæ ita canones hactenus glossasse & interpretatos esse, ut persuaderent Papæ, quòd omnia posset, quòd liceret ei quicquid liberet, etiam illicita alioqui: sicq; eum supra Deum extulerunt.

Inde infinitos errores ortos, Papamq; omnia iura inferiorũ Ecclesiarũ occupasse.

Papam in futuro concilio ita astringendum & restringendum esse ut non possit, nisi quod liceat.

Potestatẽ Ecclesiæ & conciliorum esse supra Papã, & sic in Apost. concilio Act. 15. factum esse.

Concilia conuocare licere Imperatori, & id eius proprium ius fuisse. Conuocasse enim olim concilia Constantinum, Iustinianum, Carolum, & alios. Quin & in illa D sanctissima synodo Nycena præsedisse Constantinum.

Laicos posse & debere interesse concilijs, cum de causa fidei agitur.

Imperatorem posse exigere rationem fidei à Papa.

Papam coram Imperatore de quolibet notorio crimine accusari posse.

Petrum non habuisse plenitudinem potestatis, sed fuisse unum ex præcipuis Apostolis & Ecclesiæ administratoribus: & cum claues à Christo accepit, totius Ecclesiæ personam gesisse.

Papæ non obtemperandum, nisi iusta ac pia præcipienti.

Videndum ne ita nimium honoretur Papa, ut Deo fermè æquetur.

Per futura concilia abrogari ea posse, quæ non satis firma ratione iustis que causis sunt constituta in præteritis.

Quòd dicitur Ecclesiã errare non posse, intelligendum esse de tota Ecclesia Christi.

Dignus sanè liber est, qui legatur, ac in causa congregandi concilij fraudibus & præiudicijs Antichristi opponatur. Omnia enim quæ dicit, non tantum ex scriptura, sed & ex ipsorum proprijs iuribus probat.

Super

Super Clementinas de ſtatu monachorum affirmat, confeſsionem auricularem A non eſſe neceſſariam ad ſalutem.

Petrus Ferrarienſis.

IOannes Petrus Ferrarienſis, iuris prudens, uixit circa 1400. annum. Summus fuit tyrannidis & impietatis Papæ inimicus. In form. Reſponſ. rei comment. ſic ſcribit: Et ſic nota, quot modis clerici illaqueant laicos, & iuriſdictionem ampliant. Sed heu miſeri Imperatores & Principes ſeculares, qui hæc & alia ſuſtinetis. & uos ſeruos Eccleſiæ facitis: & mundum per eos infinitis modis uſurpari uidetis, nec de remedio cogitatis: quia prudentiæ & ſapientiæ non intenditis, &c. Alibi dicit, ridiculum eſſe dicere, & abominabile audire, quòd Papa ſibi uendicat ſuperioritatem in Cæſarem. Clericos olim fuiſſe ſub poteſtate & iuriſdictione Imperij, poſtea eos benignitate Imperatorum priuilegijs donatos, quibus tanquam ingrati, peſsimè abuſi ſunt. Papam prouincias & B ciuitates detinere non iure, ſed mera uiolentia: Papæ poteſtatem nimium ampliatam, auctamq; ideo neceſſariò reſtringendam eſſe. Non concedendum eſſe Papæ merum & mixtum imperium, imò potius penitus ei temporalem gladium extorquendum. Imperatores olim habuiſſe utrunq; gladium: contuliſſe non tantùm politica feuda, ſed & Epiſcopatus, atq; adeò ipſos Papas creaſſe. Non quieturam prius Chriſtianitatem, quàm Papa & clerici reſtituant temporarium dominium Imperatori: atque ita reddita fuerint Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Deo quæ ſunt Dei.

Non debere Papam & alios Eccleſiaſticos gubernatores habere temporale dominium & potentiam, quia non conueniat pſalterium cum cithara: nec dictum ſit à Chriſto, nec à B. Petro, quod poſsidere debeant talia, ſed quod eſt Cæſaris, reddatur Cæſari, & quod eſt Dei, Deo.

Dicit etiam, ſtultos Cæſares multa priuilegia conceſsiſſe clericis, quæ laicorum ſtatum conſumant: Papam & clericos multis modis illaqueare laicos, uſurpare iura Imperij, ſuamq; iuriſdictionem per ſuos canones ampliare, explendæ auaritiæ ſuæ cauſa: C fieriq; ſtultitia Principum & Imperatorum, quòd in ſeruitutem clericorum redigantur. Papam & ſpirituales, dum aliquos iuramentis abſoluunt, periuros facere. Clericos portare conſcientiam in caputio. quo depoſito, ſimul & conſcientiam amittere: auariores ſceleratioresq; eſſe cæteris, nec uel Theologiam, uel philoſophiam curare. Canones papales ſub quadam ſimulata conſcientia latos, deſtruere ſtatum laicorũ, & augere ſtatum clericorum. Templa & monaſteria eſſe retia, contexta ad capienda bona laicorum: eſſe adeò cauſam rapinæ & auariciæ, ut hodie deſtruxerint mundum, & annihilauerint ſtatum Imperij.

Deus nouit (inquit inter cætera) quanta ſit in principum modernorum curijs abominatio de talibus reſcriptis & priuilegijs, contra ius elicitis & impetratis: & maximè in curia Romani Pontificis, in qua eſt fundamentum omnis auaritiæ & ambitionis.

Ita boni iſti iuriſprudentes animaduerterunt ſummam iniuſtitiam & iniquitatem Papæ in ea materia, in qua ipſi præcipuè ſunt uerſati. Quod ſi eadem diligentia & D ijs ſtuduiſſent, quæ religionem propius attingunt, plura haud dubiè animaduertiſſent.

Necephorus.

NIcephorus, cuius nuper admodum Eccleſiaſtica hiſtoria edita eſt, floruit circa annum Domini 1400. Is lib. 12. cap. 34. prolixè narrat, olim uarias fuiſſe conſuetudines & ritus Eccleſiarum circa feſta, ieiunia, cibos uetitos, Eccleſiaſticas cæremonias, &c. Ac affirmat primos illos uerbi miniſtros, id eſt, Apoſtolos, eorumq; ſucceſſores ejuſmodi obſeruationes arbitrio ſingulorum reliquiſſe. & ſequenti capite, docens neceſſaria et quæ præcipua in religione ſunt, potius curanda eſſe, quàm cęremonias, hęc uerba ponit: At quidã hęc nihil curantes, omnẽ quidem fornicationẽ pro nihilo habentes de diebus autem feriis & inſtitutis, perinde atq; de anima ipſa decertant, Dei mandata inuertentes, & ſibi ipſis leges ferentes: haud ſecus atq; ſi ſtudioſè hoc agerent, ut contrarias maximè aduerſus decreta Dei res agitantes, latere poſsint. Vbi clarè uidetur pertſtringere

A stringere Papam, eiusq; spirituales, qui per suas humanas traditiunculas, mandata Dei antiquant & obliterant. Quis enim ignorat, in papatu longè maius peccatum haberi, comedere die Veneris aut in Quadragesima carnes, quàm furari, defraudare suum proximum, aut scortari?

Theologia Germanica.

EDitus est Lipsiæ anno 1520. cum præfatione Lutheri, libellus quidam titulo Germanica Theologia: nomen authoris non adest, sed fuisse custodem ordinis Ioannitarum, uixissèq; Francofordiæ, adscriptum est. Lutherus id scriptum ualde laudat, tanquam in quo rectè de peccato, libero arbitrio, & toto ueteri homine, ac contrà etiam de gratia, Christo & regeneratione doceatur. Sanè 9. cap. diserte dicit, salutem nostram ex solo Deo pendere, nó ex ullis nostris aut aliorum operibus, eoq; nos de sanctorum uita ac operibus non admodum solicitos esse debere. Vnde conijcere licet, eum au-
B thorem etiam de sanctorum inuocatione non magnificè sensisse. Sic & tertio cap. dicit, Salutem nostram esse meram passionem: sicut & Lutherus est solitus disputare. Sic & cap. 37. & 42. nostra merita extenuat. Sermo uidetur subobscurus: & plura clariora q; animaduerto eum de uera ac falsa Theologia sciuisse, quàm uel potuerit, uel etiam uoluerit, aut denique ausus sit manifestè exprimere. Facit mentionem Tauleri, quod signum est, eum 200. annis recentiorem esse.

Sanctus Vincentius.

FLoruit in Italia Sanctus Vincentius, diuq; partim Venetijs, partim alibi est concionatus. Circa annum Domini 1400. Vincentius quidam fuit sanctitatis opinione ibi celebris. Is prophetias quasdam post se reliquit, in quibus primùm uehementer
C clericos insectatur. nam inter alia sic de eis inquit: De religiosis breuiter loquendo, non est in toto mundo qui teneat regulam, ut debet: corrupti omnes & scandalosi facti sunt animabus, uia perditionis, qui debent esse uia salutis. Sacerdotes hodie piscantur honores, sed minimè mores. Item: Non est Episcopus, qui curet de animabus sui Episcopatus. Dicit, eos sacramenta pecunia uendere. Dicit etiam clarè, Antichristum fore Papam: sed quo id periculi causa molliat, dicit eum fore, qui non sit legitimè electus. Sunt editæ Pa-
risijs quædam prophetiæ in octauo sub Maximiliano, ex uarijs authoribus collectæ. In eo libello clarè citatur quædam epistola S. Vincentij, in qua affirmauerit, Antichristum iam esse in mundo. Credo hunc aliquid plus uidisse: sed non omnia clarè dicere uoluisse, aut etiam ausum esse, sicut subinde indicat.

Speculum stultorum.

EXtat impressus liber uersu non usquequaque contemnendo scriptus, incerto authore, titulo Brunellus, seu Speculum stultorum. uidi eius exemplar manuscriptũ, uetustius 100. annis. In eo scripto acriter taxantur spirituales papistici, idq; sigillatim
D singuli ordines. De monachis inter alia ait, tot esse ordines, quot iam mundus uix numerare queat. De Canonicis inquit.

Hi sunt, qui faciunt quicquid petulantia carnis,
Imperat, &c. Et paulo pòst.
Totus in errores mundus præeuntibus istis,
Ducitur, &c.
Hi sunt, iustitiam qui prostituere pudicam,
Falsa loqui linguas qui docuere suas.

Pastores dicit factos esse lupos. Præcipuè tamen obijcit toti isti pseudospiritualium turbæ, sceleratam turpemq; uitam, & neglectionem uerbi Dei, ac curæ salutis animarum. De Pontifice & Roma, inquit:

Si caput à capio, uel dixeris à capiendo,
Tunc est ipsa caput: omnia nanq; capit.
Si declinando capio capis, ad capiendum,
Retia laxauit, retia larga nimis.

Et paulo

Et paulo pòst Romæ crudelitatem, piorumq; persecutionem his uerbis obijcit. A

Quondam larga fuit, proprij nec auara cruoris:
Nunc uice conuersa, sitiens sitis, atq; cruorem,
Fundat ut alterius ebibit ira suum.

Et paulo pòst inquit, eam suppeditare alijs pocula pro melle, felle referta suo. Obijcit ei & auaritiam, & clauium abusum, inquiens.

Bursa referta reos soluit, peccata relaxat,
Quæ non peccantes euacuata ligat.
Nil tam difficile est, nil tam prauum, nec amarum,
Quod non emendet bursa referta benè.
Hoc facit, ut licitè faciat quodcunque libebit,
Reddit & illicitum, quod libet, arte pari.

Dicit quoq; Romam esse fontem & caput uiciorum, ac inde omne malum ad B Christianos fluere.

Negat se omnia Romæ scelera describere posse, etiamsi Nestoris annos uiueret. Denique concludit duobus uersibus totum cleri corpus, & præcipuè Romanam curiam graphicè depingit.

A summo capitis, pariter pedis usq; deorsum,
Ad plantam, sanum nil superesse reor.

Nec solum sceleratam turpemq; Papæ aliorumq; omnium spiritualium uitam uituperat, & abusum clauium, ac officij neglectionem: sed etiam damnat prohibitionem esus carnium, inquiens: Carnem non esse prophaniorem pisis, aut piscibus, sed abusus eius aliorum que ciborum malum prophanumq; esse. Coniugium quoq; sacerdotum defendit, dicens: coniugium & à Deo in paradiso institutum esse, & inde genus humanum propagari, eoq; rem piam ac licitam esse.

Omnino quisquis eius scripti author fuit, plurimum ab Antichristi eiusq; spiritua C lium hypocrisi & impietate dissensit.

Clemens septimus.

CLemens septimus, & Vrbanus sextus, simul Papæ fuerunt, aut de papatu contenderunt circa annum Domini 1390. Ii perinde impudenter uendiderunt Indulgentias, teste Auentino, ac nostris temporibus Leo decimus per Decelium. Quare restiterunt eis multi passim. Schola Parisiensis, teste eodem, etiam solenniter adhibitis tubis et campanis, ut eorum mos est, Papę erroneam sententiam indulgentiarijs bullis comprehensam damnauit. Sed monachi mendicantes eam sedulò usq; ad impudentiam defenderunt. De hac eadem re etiam alibi dictum est, & in Veselo dicetur.

Ioannes Antonius Cardinalis. D

CIrca annum Domini floruit, ut opinor, Ioannes Antonius primùm præpositus S. Ambrosij, Episcopus Alexandrinus, & auditor causarum sacri palatij, demum & Cardinalis. Is de sacerdotum coniugio ita, tit. Qui clerici uel uouentes matrimonia contrahere possunt, scribit.

Tempore primitiuæ Ecclesiæ licebat presbyteris, & sic constitutis in sacris, uxorem habere, dummodo die celebrationis abstinerent à coniugibus. Postea in Occidentali Ecclesia uenit prohibitio, ut constituti in sacris deberent continere. Et dicit hic Cardinalis, quòd dat materiam illaqueandi plures animas, hoc præceptum, & ideo credit, quòd sicut Ecclesia induxit hoc præceptum continentiæ, quòd quandoque reuocabit. Et erit conueniens dicto Apostoli reuocatio, qui dixit: De uirginibus præceptum non habeo, consilium autem do, &c.

Theodericus Vriæ.

Theodericus

A THeodoricus Vtiæ Augustinianus, uixit circiter ante 140. annos. Scripsit aliquot libros de Consolatione Ecclesiæ, in quibus, præsertim autem in tertio, grauiter insectatur prælatorum sceleta, libidines, simoniam, ambitionem, negligentiam uerbi Dei & salutis animarum. Inter alia pronunciat, prælatos quanto sint maiores, tanto esse deteriores. Papæ inter alia obijcit & hæc duo crimina, quòd rapiat sibi gladium contra ius, quem gestare sit Cæsaris. Item quòd negligant suum officium, scilicet pascere gregem Christi eius uerbo. Quare tandem pronunciat, Papam esse prænuncium & præcursorem Antichristi.

Mechtildis prophetia.

B INter alias prophetias iam olim rhythmis scriptas, edita est etiam cuiusdam sanctæ mulieris nomine Mechtildis prophetia: in qua illa ueluti quandam Christi epistolam ad spirituales & prælatos recitans, primùm dicit columnas Ecclesiæ (id est sacerdotes) fragiles, corruptas esse: ideoq; uerendum, ne tota Ecclesia corruat. Deinde id explicans dicit, summos & infimos spirituales esse perditos auaricia, superbia, libidinibus, insciția, non curare eos Christi mandata, negligere eos munus docendi, esse indoctos, defecisse à Christo: quin & factos esse lupos, iugulare & deuorare omnes, abducere oues Christi à sacris pascuis: Deinde prædicit, Deum exulcitaturum nouos pastores, qui sanam Christi doctrinam pijs proponant, eiusq; iam fermè collapsam Ecclesiam sedulò reædificent & instaurent: Christianamq; religionem, quæ multis erroribus esset contaminata, repurgent, ac contra Antichristum concionentur. Postremò hortatur omnes, ut illos audiant. Sed prius dixerat fore, ut pij sub finem, grauem persecutionem patiantur ob puram religionem, quameis Antichristus auferre sit conaturus. Quando autem ea mulier uixerit, nõ est adscriptum: illud certè apparet, eam acu, quod aiunt, rem tetigisse. opinor hanc ab ea, cuius supe
C rius mentionem feci, diuersam esse.

Theodoricus

THeodoricus primùm Minorita, postea Episcopus Croatiæ, uixit anno 1410. In fine suæ prophetiæ, unà cum alijs Rhythmicis prophetijs impressæ, prædixit fore, ut Romana sedes, quæ simonia & libidinibus esset contaminatissima, corruat: nec quenquam, ut antea, tyrannide sua premat, sed à proprijs subditis malè tractetur & prematur. Prædixit etiam fore, ut iustitia, quæ longo tempore fuerat reclusa, in lucem prodeat & exaltetur: item ut Ecclesia ac uera pietas reflorcat magis quàm unquam antea.

Nicolaus Clemangis.

D CIrca annum 1416. floruit Nicolaus Clemangis, Magister Parisiensis, & archidiaconus Baioensis, homo pius ac doctus, politioris q; sermonis & literaturæ sectator. Scripsit librum, qui iam excusus est, de Corrupto Ecclesiæ statu: declarans, quib. rationib. res Ecclesiastica creuerit et decreuerit pietas. Depingit sanè graphicè in eo libro, quàm tyrannicè Papa omnes reditus Ecclesiarum ad se rapuerit, suisq; adulatoribus, uel etiam afferentib. pecuniam distribuerit: ita ut Ecclesiæ aut destitutæ sint ministris: aut illi qui adsunt, & plerumque indoctissimi & turpissimi sunt, miserè esurire cogantur. Præcipuè ergo insectatur luxum, fastum & auaritiam Papæ ac Cardinalium. simul quoque eorum tyrannidem super Ecclesiam depingit. Dicit, theologiæ studium, & uerbi Dei prædicationem penitus contemptam iacere. Adscribam pauca eius uerba:

Multo æquanimius decem milium animarum ferunt iacturam, quàm decem solidorum. Sed me iure reprehendo, qui æquanimius dixi: cum nullo animi motu uel turbatione animarum dispendia, de quibus non modò nulla apud eos cura, sed

neq; cogitatio est, excipiant: damna uerò suæ rei familiaris etiam leuia, furiata pro- A
pè mente sustinent. Et paulo pòst: Iam itaq; sacrorum eloquiorum studia cum suis
professoribus in risum atq; ludibrium omnib. sunt uersa, & præsertim (quòd magis
prodigiosum est) Pontificibus, qui suas traditiones diuinis longè mandatis antepo
nunt. Iam illud egregium & præclarissimum prædicandi officium, solis quondam
pastoribus attributum, eisq; maximè debitum, ita apud eos uiluit, ut nihil magis in-
dignum, aut magis suæ dignitati erubescendum existiment.

Monachos dicit & probat esse lupos rapaces in uestimentis ouium, satanas in
Angelos lucis transformatos, scribas, pharisæos, hypocritas, sepulchra dealbata:
deniq; prophetiam Pauli 2. Tim. 3. de pseudoprophetis extremorum temporum,
ad ipsos applicat, ac dicit alias quoq; prophetias de uenturis sub fine mundi pseudo
prophetis ad ipsos pertinere. Monacharum monasteria dicit nihil aliud esse, quàm B
Veneris execranda prostibula: & uirginem uelare nihil aliud esse, quàm publicè eam
ad scortandum exponere.

Scholasticam theologiam passim in suis scriptis acriter, tanquam non tan-
tum inutilem, sed & noxiam insectatur, præsertim autem in epistola de Theologiæ
studio. Applicat ad id studium illud Pauli: Languent circa quæstiones & pugnas,
&c. item comparat eam theologiam cum fructibus lacus Asphaltitis, qui foris speci-
em pulchram habeant, sed intus fumum ac cinerem. Dicit eos semper discere, sed
nunquam ad scientiam perfectam uenire. Scripsit etiam breuem libellum contra si-
moniacos, ac affirmat nulli non tantum beneficia, sed ne ipsos quidem ordines sine
pecunia dari. Pro pecunia uerò omnibus temerè, quantumuis sceleratis, dari. Inde
clerum, ut in plerisque parochijs nolint amplius ferre laici pastorem, nisi habentem
concubinam, quo tanto eis sint tutiores uxores ac filiæ, tametsi ne sic quidem eas ad
huc esse tutas. Edidit item libellum contra noua sanctorum festa, ac probat potius C
aliqua uetera esse abolenda, propter ingentem abusum. Citat etiam quendam Al-
tisidiorensem Episcopum Michaelem nomine, qui plerosque sanctorum dies in suo
Episcopatu aboleuerit.

Queritur item in eodẽ scripto, longè diligentius et ardentius obseruari homi-
num traditiunculas, grauius´que earum transgressiones ab Episcopis puniri, quàm
mandatorum Dei.

Queritur quoq; tam multa de sanctis legi ac dici in templis, ut iam sacrarum li-
terarum lectio planè omittatur. Sed in antiqua Ecclesia diuersum fuisse morem. Ita-
que iam Deum suo loco detrusum esse, ac sanctos pro eo in templo regnare. Testa-
tur quoq; ibidem, imagines in primitiua Ecclesia prohibitas inusitatasq; fuisse.

Scripsit quoque de astutijs & practicis Eugenij 4. quibus conatus est dissipare
concilium Basiliense, antea ipsius mandato congregatum. Scripsit & de authorita-
te Concilij, planè secundum nostrorum doctorum sententiam. Dixit quoq; super- D
biam melius depingi aut exprimi non posse, quàm fastuosa Cardinalium pompa.

Lepidam admodum historiam narrat in quadam epistola prolixa, quæ iam
edita extat, de Spiritu Papisticis concilijs præsidente. Sed adscribam eius uerba: In
concilio Romæ à Ioanne 23. celebrato, quid acciderit, audisse te arbitror. Res enim
ita peruulgata fuit, ut uix quenquam latere potuerit: quam illo tempore ex ueridico
comperi authore, & qui me minimè fallere uoluisset: quam paucis, si fortè non au-
disti, referre uolo.

Conuocauerat ante quatuor fermè annos concilium Romæ is Papa, maxima
quorundam impulsus instantia: cumq; ante primam concilij congressionem pro
inuocatione sancti Spiritus, solito fuisset more Missa celebrata, ubi concilium asse-
dit, ipseq; Iohannes in parata sibi cathedra sublimior præsedit: ecce dirus ac ferialis
bubo, funeris, aut alterius (ut ferunt) calamitatis semper nuncius, è latebris suis erum-
pens, cum sua illa horrifica uoce continuò aduolat, super trabemq; templi mediam,
oculis in

A oculis in Papam directo intuitu coniectis astitit. Cœperunt uniuersi mirari, quòd no
cturna auis & lucifuga, diurna luce in turbæ medium aduenisset, malumq; omen ex
prodigio non immeritò auspicabantur. En (inquiebant, suppressa uoce alter ad alte
rum) in specie bubonis spiritus adest.

Cumq; cæteri & se mutuò & Papam spectantes, uix risum tenerent, Ioannes ip
se, in quem ille fixa acie oculos intenderat, rubore suffusus, sudare, angustiari, atq; in-
tra semetipsum æstuare cœpit: tandemq; non inueniens qua alia posset ratione suæ
tantæ confusioni consulere, soluto concilio surgens abscesit.

Sequuta est deinde altera sessio, in qua rursum more simili (licet, ut credo, mini
mè uocatus) bubo adesse non omisit, uerso semper in Pontificem contuitu. Quèm il
B le rediisse conspiciens, maiori quàm prius uerecundia meritò conturbatus est: nec il
lius ultra ferre prævalens conspectum, fustibus illum terrificisq; clamoribus abigi præ
cepit. Sed ille nec clamorum inquietudine, nec aliis tremefactus molestijs aufugere
uoluit.

Hæc ex quodam fideli amico didici, qui illis diebus recto gradu Roma venie-
bat. super quibus cum propter rei insuetudinem hæsitare cœpissem, per me uehemen
tissimè adiuratus, uerissima se retulisse confirmauit. Addebat autem, omnes qui ade-
rant, in magnum contemptum atq; irrisionem concilij ex hac re adductos: paulatim
que toto dilapso concilio, nihil illic prorsus actum esse. Hæc ille.

Tales spirituales columbas iam longo tempore Papis & concilijs affuisse, eosq;
rexisse, etiamsi non semper conspectæ sint, facilè eorum impia dogmata euincunt. Le
ge pie lector ipsũ Clemangim: non pigebit operæ. Satis enim Latinè, uerè, liberè, &
C pié Antichristi, eiusq; ministrorum turpitudines & scelera, impietates & tyrãnidem,
ac miseræ Ecclesiæ tristissimam faciem statumque deplorauit.

Concilium Constantiense.

CConcilium Constantiense anno 1414. celebratum, & Basilience aliquanto pòst, il
lud tantum contra Papam decreuerunt, quòd scilicet Papa sit infra concilium
& quòd concilium possit ac debeat iudicare de Papa. Nec tantum decreto id
testati sunt, sed & opere. Nam Constantiense concilium deposuit & damnauit Io-
annem 23. ob eius innumerabilia scelera: Basilience uerò, Eugenium. Fatetur quoq;
Constantiense concilium, communionem sub utraq; specie, & à Christo mandatam
esse, & primitiuæ Ecclesię fuisse usitatam, sed tamen id nihilominus prohibet. In hoc
concilio pius aliquis uir publicè in templo, ubi patres Missam de Spiritu & hymnũ
D Veni sancte spiritus canere sunt soliti, affixit hanc schedam: Alijs rebus occupati, nũc
adesse uobis non possumus. Sed de huius concilij actis etiam postea subinde aliquid
dicetur.

Cæsar Sigismundus.

CAesar Sigismundus parauerat reformationem quandam, quæ iam uulgari ser-
mone impressa extat, qua uoluit in Constantiensi concilio Papæ eius q; spiri-
tualium superbiam, pompam & simonias nonnihil reprimere. Sed ut scripto-
res quidam testantur, admodum callidè à Papa deceptus est, pius que eius conatus
elusus.

Accidit autem id ipsi eo acerbius, quòd non sine grauissimis laboribus, sum-
tibus & periculis, orbem penè totum peragrauerat in quærendis & deponendis tri-

bus Papis: iamq; eò rem suo sudore perduxerat, ut nouus Pontifex esset electus, de A quo sibi nihil non multi pollicerentur. Putabat igitur ipse, posse iam Ecclesiam piè utiliterq; reformari: sed sua opinione nimium falsus est.

Vafro enim commento dicitur Pontifex Cæsarem, eiusq; pium institutum eluisse. Dixit (commendato tamen accuratè prius eius studio in uniendà reformandaque Ecclesia) sibi uehementer eius consilium probari, summaq; se id ope adiuturum. Sed iam tantum temporis non restare, quantum ad tantam rem opus sit. Oportere enim se quamprimum Romam proficisci, ut templa illa sanctissima, tamdiu propter proximum Paparum schisma neglecta, inuisat & instauret, ut urbem penè in solitudinem redactam frequentari curet. Dilabi adhæc patrimonium Petri, quod suam præsentiam uehementer flagitet. Illis procuratis, se postea quamprimum (scilicet ad calendas Græcas) istius sanctæ & necessariæ reformationis memorem fore: communicatoq; cum Cæsarea maiestate consilio, eam promoturum. In quo & illud obseruandum est, Henricum Token, qui ante 120. annos floruit, & in concilio Basilienſi Bmine Archiepiscopi Magdeburgensis legatione functus est, scribere, Cæsarem & Germanicam nationem instituisse Constantię, ut reformatio fieret, antequam nouus Pontifex crearetur: sed Cardinales non permisisse, quòd (ut ille inquit) sciebant, quòd postea nihil fieret.

Lepidum quoq; Cæsaris de ea reformatione dictum narratur, cum consultaret cum quibusdam spiritualibus de instituenda reformatione, ac illi dicerent, Oportere incipere à Minoritis: respondit ille: Non à Minoritis, sed à Maioritis, uolens indicare, primùm Papam, Cardinales, & Episcopos reformari oportere, ut curatio à fonte mali incipiat, postea demum inferiores reformentur.

In fine istius impressæ Sigismundi reformationis, est uisio quædam eiusdem C Imperatoris, in qua cum aliæ mundi calamitates prædicuntur, tum etiam spiritualibus grauis afflictio prophetizatur. Indicatur enim, quòd Papa ac eius spirituales sint summa superbia, falsitate seu perfidia, summa iniustitia, turpissimis libidinibus, maxima auaricia contaminatissimi: non imitari eos Apostolos: ac denique uendere & Ecclesias, & ipsum sanguinem Iesu Christi, ex eoq; quæstu uentrem, & iguina, luxum & fastum suum magnificè fouere. Nec quenquam prælatum esse, aut etiam fuisse inde à Nicolao tertio, id est, iam 300. annis, qui à Simonia liber extiterit. Vidi exemplar huius reformationis impressum Angustæ anno Domini 1484. Quæ ipsa editionis uetustas fidem ei facit.

Concilium Basilienſe.

BAsilienſe concilium præterea confirmauit articulum Bohemorum, de communione sub utraque specie. Concluſit etiam, Papam debere tollere quædam grauamina Ecclesiarum, cum Germanicarum, tum & aliarum, ut de annatis, decimis, pallijs, confirmationibus, alijsq; Symonijs in congerenda pecunia attibus. Id decretum confirmauit sanctionem pragmaticam, tollentem expilationes Papæ, quibus Gallias uexat: de qua sanctione scripta quædam sunt nomine Gallicæ nationis impressa cum Clemange. Primùm est, scriptum appellatum Apostoli, postea decretum Regis. Ibidem quoq; à patribus Dux Sabaudiæ uxoratus, in Papam electus est. Fuerunt in Basilienſi concilio plures uiri pij ac constantes, quorum satis pia & contra Papam acres sententiæ referuntur: inter quos Cardinalis Arelatenſis, Theologus Segouius Hiſpanus, Thomas de Corſellis. Rursum fuerunt alij non uulgares homines, qui contra conscientiam Papam defenderunt, ueritatemq; ac publicam utilitatem oppugnarunt, ut Panormitanus, Ludouicus protonotarius Romanus, Burgenſis, & quidam alij. Lege Christiane frater Comment. Syluij, & inuenies, quomodo etiam maxi-

A etiam maximi Apostoli soleant aliquando Christum osculo prodere.

Porrò articulos concilij, quod synodus sit supra Papam, adhuc stante concilio, Colonienſis & Louanienſis schola probarunt.

Valde multa sunt hoc tempore tum à patribus concilij, tum ab alijs uiris doctis, quin & ab integris Vniuersitatibus, pro Papa Eugenio contra concilium, & econtra pro cõcilio contra Papam scripta, quæ adhuc passim inueniuntur. Sed plura ac ualidiora probant, tum concilium esse supra Papam, posse ac debere de eo iudicare, posse eum eligere ac deponere: item, non Papæ, sed Regis aut Imperatoris esse concilium congregare.

Epistola Christi ad concilium Constantiense.

B EXtat in bibliotheca sancti Andreæ Brunsuigæ, epistola Christi ad concilium Constantiense, secundo concilij anno scripta, cuius summa & uerba hęc fermè sunt: Quod concilium promittens reformationem Ecclesiæ, nec tamen reformans Papam & curiam, simile sit fabulæ Aesopicæ, cum parturiunt montes, nascitur ridiculus mus. Quare reformationem à Papa, alijsq; summi ordinis spiritualibus inchoandam esse. Tales magis simulatas quàm serias reformationes, semper Papæ in animo uoluunt, quoties reformationem pollicentur. Quis autem tam stultus est, qui sibi persuadeat, istam Babyloniam meretricem unquam suas uoluptates, opes, tyrannidem & impietates, in quibus tota eius potentia fundata est, sua sponte abolituram esse? Quomodo eluserunt Romanistæ conatum in reformanda Ecclesia, superius dictum est.

Gregorius Heimburgensis.

C TEmpore Basilienſis concilij, quod inceptum est anno 1434. uixit utriusque iuris doctor Gregorius Heimburgenſis, uir zelo, ut apparet, feruens ac doctus, ut ea quidem fuerunt tempora. Scripsit contra primatum (præsertim politicum) Papæ, breuem ac eruditum libellum, quem ego Magdeburgæ primùm Latine sine authoris nomine edidi, propterea quòd id ignorabã. Postea nactus aliud exemplar cum titulo, edidi Germanicè, unà cum authoris nomine. Vuimflingus in sua Prosthesi ad illustres uiros Germaniæ Tritemij, facit eius mentionem, eum fuisse insignem oratorem & eruditum iuris prudentem: eumq; ab Italis, præsertim à Venetis, magni factum. Dicit etiam eum scripsisse plures orationes & epistolas, & unam appellationem pro Sigismundo Duce Austriæ contra Papam. De qua controuersia uide Paralipomena Vrspergen. Ob prædictam porrò appellationem, excommunicauit eum Papa Syluius, olim eius summus amicus, qui que eum antè laudauerat,

D quæ excommunicatio continetur epistola 415. ad Senatum Noriberg. Ab ea excommunicatione ipse pro se itidem (sicut & pro Sigismundo) ad concilium appellauit. Quæ appellatio in Vrsperg. paralip. extat. Vtinam autem & illa quam pro Sigismundo scripsit, unà cum alijs eius scriptis extaret.

Habitauit aliquandiu circiter 30. annis Norimbergæ, fuit enim eorum Syndicus aliquandiu: sed excommunicatus à Pio secundo, in Bohemiam abijt, ut Cranzius scripsit, ubique uxorem duxit. Aliquot annis postea accersitus à Dietero Moguntino Episcopo, quem idem Impius secundus persequebatur. In multis (ut ex eius scriptis & actis conijcere licet) à Papa eius que erroribus dissentit. In libello contra primatum, Papam subinde eius que spirituales & synagogam. Babylonem & Babyloniam meretricem nominat. Iubet (ut est in Apocalypsi) omnes ab ea exire, & pœnas ipsi imminentes prædicit. Facit quoque antitheses multas Christi & Papæ, ut ostendat, quàm sit per omnia Christo contrarius. Accusat & doctores, quòd par-

tim metu, partim etiam lucri spe, non contradicant erroribus Papæ, sed tacentes, A eos inualescere patiantur, ac inter cætera in hæc uerba erumpit: Liberius fuit à multis annis, de potestate Dei, quam Papæ, prædicare uel disputare. Homines enim uino dictæ meretricis inebriati, dulcedine muliebris tacti, adulantes sacram scripturam exponunt, in confirmationem erroris retorquentes. Commemorat quoque satis commodè, quibusnam articulis, fraudibus, & maleficijs Papæ, Imperatores & totum Imperium suis pedibus subiecerint. Scripta huius uiri aliquot, unà cum multis alijs eiusdem generis, Basileæ sub titulo Antilogiæ recudi anno 55. curaui.

Epistola Luciferi.

EPistola Luciferi, quam ego Magdeburgi anno 1549. imprimi curaui, scripta ante annos multos, monet Papam & alios spirituales, ut strenuè pergant suam im- B pietate, tacendoq; Euangelium, infinitas animas ad inferos protrudere. Suos enim eos esse, non Christi uicarios.

Teterrimis profectò coloribus & Papam & alios spirituales depingit. Dicit eos Babyloniam meretricem esse, cum qua Reges & Principes scortentur, de qua in Apocalypsi prædictum est: Eos defeciſſe à Christo ad satanam, eos plures animas ad inferos detrudere, quàm infernus capere possit. Eos non secundum Christi, sed secundum satanæ decretum, utrumque gladium gestare, & imperium opprimere, ac tot bella in Christianitate clam ciere. Eos se appellare Deos, sanctos & sanctissimos, cum sceleſtiores maioresq; nequitias exerceant, quàm ipse infernales furiæ excogitare possint.

Nactus sum postea eandem illam epistolam anno 1507. impressam. In fine eius, tempus, quo erat scripta, sic indicatur: Anno à Palatij nostri fractione, consortiumq; nostrorum subtractione 1351. Vnde licet colligere, scriptas esse eas literas ante 204. annos, uel si fractione Palatij, pass. Christi tempus indicat, ante 138. Titulus porrò hæc habet uerba: Epistola Luciferi ad malos principes Ecclesiasticos, Parisijs primùm impressa, ubi est fons optimorum, & doctissimorum hominum multitudo, &c. Ex quibus uerbis licet suspicari, hanc epistolam, ueluti publico Parisiensi scholæ consensu editam. Extat quoq; olim impressa unà cum Gulielmi Parisiensis Episcopi de beneficiorum collatione.

Fit mentio etiam cuiusdam epistolæ Luciferi tenebratum principis ad prælatos, in quadam epistola Pragensis scholæ ad Oxoniensem, anno circiter 1370. scripta, & hoc æuo ab Hutteno cum alijs aliquot epistolis edita, de quib. superius mentionem fecimus. Vnde apparet, istam Luciferi epistolam, si modo eadem est, & non alia, iam ut minimum ante 200. annos, ut dixi, scriptam: spiritualiumq; sanctitatem tam diu, tam celebrem etiam magnorum uirorum iudicio fuisse.

Libro 25. cap. 89. Speculi historialis Vincentij, fit mentio itidem cuiusdam epi- D stolæ inferorum ad clericos, ante 400. annos in uisione repræsentatæ: in qua diaboli spiritualibus gratias agunt, quòd tacendo Euangelium infinitas animas ad infernum præcipitent. Quòd ut nullam ueritatis rei sic factæ fidem habeat: ita tamen hominum illorum, qui iam ante 400. annos illam poëſin finxerunt, iudicium deinter missa Euangelij prædicatione, substitutisq; in Euangelij locum philosophia, superstitionibus & fabulis, indicat.

Vidi & aliam quandam perbreuem epistolam, titulo, Princeps regionis gehennalis, Ecclesiarum prælatis & clericis uniuersis: in qua inter cætera satan dicit, omnes seruire sibi. Haud dubiè plures tales epistolæ conscriptæ sunt, quòd pij homines pertitissimam spiritualium uitam & corruptam religionem taxare uoluerunt. Huc etiam illud referatur, quòd passim in Bibliothecis inuenitur quædam historia in uetustioribus chartis scripta. Cùm fortè anno Domini 1228. Parisijs in synodo clericus quidam habere orationem iussus esset, is´que maximopere animo angeretur, ac solicite

A ac solicitè cogitaret, quidnam deberet dicere, ueniſſe ad eum diabolum, ac dixiſſe: Quid ſolicitus es, quid debeas iſtis clericis prædicare? dicas modò, Principes infernì ſalutant uos, Principes Eccleſiæ: uobis læti agunt gratias, quod ueſtra culpa ac negligentia fermè omnes animæ ad inferos deſcendant. Addidiſſe etiam, ſe illa diuino mandato coactum dicere: & inſuper ſignum quoddam clerico illi dediſſe, quo Synodo fidem facere poſſet, ſe in eo non mentiri.

Cleri fletus.

EDidi ante biennium poëma, inſcriptum Cleri fletus, ex antiquo admodum codice deſumptum. In quo corruptiſsimus ſpiritualium ſtatus deploratur. Opinor eſſe ante annos amplius 100. ſcriptum.

B

Rodericus Zamorenſis.

ROdericus Epiſcopus Zamorenſis, et referendarius Pauli ſecundi, floruit ante annos 100. nempe ſub Paulo ſecundo. Scripſit cum alia, tum & Speculum uitæ humanæ: in quo grauiter inuehitur in Papam & ſpirituales. Multis nominibus eos durisſimè accuſat: ſed inter alia dicit, Papam uacare non ſapientiæ, non laudatis ſtudijs, non paci, non quieti Chriſtiani populi, ſed tantum rebus terrenis. Prælatos nec docere nec poſſe docere, utpote indoctiſsimos, deditos uētri & inguini: alligare tamen miſeris Chriſtianis uaria ac importabilia traditionū onera: eos arctare, grauare, & inuoluere legum laqueis, quæ olim in primitiua Eccleſia partim non fuerint, partim libera fuerint. Sed adſcribam aliqua eius uerba, ne quis dicat me hæc fingere.

In primitiua (inquit) Eccleſia multi floruerunt, ueriſsimum puto illos fuiſſe perfectioris & ſanctioris uitæ, cæteris ſocialem uitam agentibus. Eo enim tempore non

C arctabantur fideles tot canonum & decretorum præceptis, cenſuris, aut pœnis. Nec erant tunc (ut ita dicam) tot laquei legum ſeu conſtitutionum, excommunicationū, ſiue cenſurarum, à quibus fideles etiam diligentiſsimi & timorati reſpirare & præcauere non poſſunt. Non tot ieiunia indicta, non uigiliæ, non ſilentia, non diuturna patiter & nocturna diuina officia dietim ex præcepto dicenda. Non tot deniq; feſta colenda: non tam crebra confeſsio, & corporis Chriſti communicatio (intelligit Miſſam) non tot obedientiarum præſtationes, ſicut modò fideles arctantur, aut potius inuoluuntur: ita ut rectè de prælatis Eccleſiæ dici poſsit illud Chriſti, Qui alligant onera importabilia, &c. Vnde ſi aliqua huiuſmodi in illa primitiua Eccleſia ſeruabantur, erat tantum uoluntatis, quæ pro tunc tranſgredi peccatum non erat, quia nondū prohibita. Hæc ille.

D

Domicius Calderinus.

DOmicius Calderinus, uir ſanè non indoctus, floruit ante annos 100. Non libenter audiebat Miſſas, ut ſcriptores quidam (inter quos & Viues) teſtantur. Cum quæ aliquando ab amicis inuitus ad eas pertraheretur, ſolitus erat dicere: Eamus ſanè ad communes errores. Sentiebat igitur, Miſſam eſſe quendam errorem, in quo pleriq; homines uehementer errarent. Quòd autem non plura de ea re, nec explicatiora dixerit, fortaſsis periculum in cauſa fuit: quòd contradicentibus Miſſæ, & tunc atrox periculum imminuit, & hodierna die adhuc imminet.

Martinus Meier.

MArtinus Meier, Cancellarius Archiepiſcopi Moguntini, Aeneæ Syluij (poſtea Pij ſecundi) familiaris & amicus, floruit circa 1415. annū. Scribit in quadā epiſtola, Germanos queri de Papa, non confirmari ab eo electos ad Epiſcopatus

quantumuis sint idonei. Item, exigi ab illis nimis magnam pecuniam. Item, alio- A
qui multipliciter per decimas, annatas, alias que expilationes spoliari Germaniam,
contra decreta Constantiensis & Basiliensis concilij. Nec obscurè indicat, sequo-
que una cum alijs queri. Item, ut ex alia ad eum Syluij epistola apparet, & ipse Me-
ier, & alij multi in Germania tunc primatum Papæ damnarunt: quare Syluius eum
illi persuadere, politicis quibusdam magis quàm theologicis rationibus conatur. In
qua epistola diserte Syluius confitetur, primatum Papæ ante Nicenam synodum,
id est, circiter 300. annos post Christum, neglectum ab Ecclesia fuisse, & unumquem-
que sibi, seu suo arbitrio uixisse. In ea epistola Martini Meier, quæ Syluij descriptioni
Germaniæ præposita est, queritur satis lugubriter ille bonus uir, beneficia non plus
merentib. sed plus offerentibus dari: Mille artes excogitari, quibus Christiani à Papa
exhauriantur: Germaniã olim florẽtem, ac rerum dominã, nunc ita à Papa expilatam B
& decaluatam, & in seruitutem redactam, ut paupercula sub tributo fleat ac lugeat.
Quare affirmat, iam Principes Imperij cogitare de excutiendo penitus iugo Papæ.

Fuit autem sanè circa Rhenum satis crebra, non tantum querela de oneribus
Antichristi, sed & deliberatio de excutiendis illis importabilibus grauaminibus.
Nam & tempore Basilienſis concilij, habuit Moguntiæ Cæsar Fridericus, anno
1441. deliberationem cum Imperij Proceribus, de excutienda illa tyrannica expila-
tione: petijt que à Rege Galliæ, ut suos quoque legatos eò mitteret, ad communem
deliberationem: sed contra Eugenius Papa petijt, ne mitteret. Vtriusque postulatio
cum Clemangi impressa est. Habeo etiam articulos in eo conuentu agitatos, secun-
dum quos Papæ rapacitatem conabantur reprimere: ac est aliquid, quanquam non
totum, Nicolao quinto extortum. Postea sunt tentatæ nouæ consultationes deli-
bertate Ecclesiarum, circa annum 1450. & aliquanto pòst: quas ut legatus ad id miſ- C
sus summa diligentia impediret, aliquot epistolis eum Aeneas Syluius hortatur.
Postremò ob eam causam Syluius Papa Impius secundus, cum Dietero Episcopo
Moguntino, atrocissimum & furiosissimum bellum gessit.

Panormitanus.

PAnormitanus, iuris canonici sacrarumq; literarum callentissimus, ac inter ca-
nonicos legistas cum primis celebris, non pauca rectè contra Papam Papista-
rumq; errores dicit. De elect. cap. significasti, inquit: Vni fideli priuato, si melio-
rem scripturæ authoritatem aut rationem habeat, plus credendum est, quàm toti
concilio uel Papæ. Concilium errare potest: sicut alias errauit super causa matrimo-
nij contrahendi inter raptam & raptorem, quando dictum Hieronymi fuit postea
toti concilio prælatum. Hactenus ille.

Vbi ille doctor, & ius sententiæ tribuit singulis Christianis, & Papam totumq; D
concilium errare posse affirmat, & denique soli sacræ scripturæ credendum esse cen-
set. Defendit etiam proprio scripto Basilienſe concilium contra Eugenium Papam:
ac inter alia rectè dicta affirmat, adeò consulendum esse libertati conciliorum, ut
non solum non fuerit transferendum Basilea concilium illud Ferrariam, sicut Papa
tunc flagitabat: sed etiam si initio Ferrariæ congregatum fuisset, inde fuerit libertatis
causa in Germaniam traducendum, quòd ibi Papa nimirum potens esset. Sed ta-
men mirabile dictu is idem Panormitanus, uelut in alium uirum mutatus, cœpit Eu-
genium Papam contra Basilienſe concilium defendere. Syluius ei in suis commen-
tarijs tribuit, quòd Eugenium, non tam uolens quàm iussu sui Regis defenderit.
Quinetiam ait, cum tandem in concilio uictus esset, domum sese mœstum recepis-
se, ibiq; diu secum questum de suo Rege, qui se inuitum compellat contra ueritatem
pugnare. Narrat ibidem idẽ Syluius, et quendã Ludouicum protonotarium Roma-
num, quem plurimũ eruditionis ac ingenij nomine deprędicat, eundẽ Eugenij con-
tra mentẽ suam defendisse: sed tamen non ita multum pòst, penè subitanea morte
extinctum esse.

A extinctum esse. Non enim ultra 36. horas ægrotantem iacuisse. Sed ut ad Abbatem redeamus, ille super caput, Omnes utriusq; sexus sentit ac scribit, confessionem istam quam uocant auricularem, non diuini, sed humani iuris esse: eoq; ad salutem non esse necessariam. Item in cap. Cum olim de cle. con. dicit traditiones conscientijs imponendas non esse, seu eas illis obligati non oportere. Vixit in Sicilia, ubi Episcopus fuit, circiter ante 120. annos.

Thomas Rhedonensis.

THomas Rhedonensis Gallus Carmelita, celebris (teste Antonino) concionator, floruit circa annum Christi 1430. Is inter concionandũ per Galliam & Italiam solitus erat dicere ac docere, Romæ magnas abominationes fieri, Ecclesiã magna reformatione indigere: & quòd prælati deposito fastu ac luxu, deberẽt modestius instar Christi & Apostolorum uiuere. Ob hasce grauissimas hæreses & blasphemias, curauit eum Antichristus Eugenius 4. Romæ anno 1436. exuri.

B De sacerdotum quoq; coniugio non malè sensit. Sic enim titulo de clet. coniug. c. Cum olim, de hac re scribit. Numquid hodie possit Ecclesia statuere, quòd clericus possit contrahere matrimonium, sicut Græci? Credo quòd sic: & hoc indubitatum est apud me, respectu eorum qui non sunt obligati ex uoto tacito uel expresso. Probo ratione. Continentia non est in clericis secularibus de substantia ordinis, nec de iure diuino: quia alias Græci peccarent, nec excusaret eos consuetudo: quia illa non ualent contra legem diuinam, & iste, de quo textus loquitur, esset illegitimus, quia foret contra legem diuinam genitus. Et non solum credo potestatem inesse Ecclesiæ hoc concedendi, sed credo pro bono & salute animarum, quòd esset salubre statutum: ut ualentes continere, & magis mereri, relinquerentur uoluntati eo-

C rum: non ualentes autem continere, possint contrahere. Quia experientia docente, contrarius prorsus effectus sequitur ex illa lege continentiæ: cum hodie non uiuant spiritualiter, nec sint mundi, sed maculentur illicito coitu, cum eorum grauissimo peccato, ubi cum propria uxore esset castitas. Vnde deberet Ecclesia facere sicut bonus medicus, ut si medicina experientia docente potius officit quàm prosit, eam tollat, &c.

Aeneas Syluius.

FLoruit circa annum 1440. Aeneas Syluius. Antequam Episcopus Senensis, Cardinalis, ac demum Papa fieret, fuit scriba Imperatoris, & secretarius. Ac tunc quidem temporis de multis religionis partibus mediocriter sensit, præsertim de eo quod tunc in concilijs agitabatur: nempe concilium esse supra Papam. Quod etiam inde patet, quia laudat Colonien sem scholam, quæ idem publico scripto pro-

D batat. Laudat etiam alicubi Germanos, quòd serio oppugnent Papam. Sed postea factus & ipse spiritualis, concepto scilicet Antichristi spiritu, contrarium defendere impudenter cœpit: nempe Papam esse supra Ecclesiam & concilium, nec licere penitus ab eo appellare.

Epistola 301. ad Martinum Meier cancellarium Moguntinum, qui Papæ eius-que tyrannidi uehementer erat infensus, defendit primatum Papæ: in qua illa duo præcipuè obseruatu digna sunt, alterum, quòd confiteatur ipsemet, ante Nicænam synodum, id est 300. annos post Christum, unumquemq; (eius uerba recito) sibi uixisse, & paruum respectum ad Romanam sedem habitum, unde clarum est, primatum Papæ non esse à Christo institutum: nam profectò primitiua Ecclesia id non neglexisset. Secundò, quòd affirmat, suo tempore multos in Germania primatum Papæ oppugnasse.

In epistola 415. ad Norimbergensem senatum, excommunicat Gregorium Heimbur-

Heimburgensem, propter appellationem ab ipso Papa ad concilium factam, de A qua superius scripsi, ac eius bona publicari iubet.

Narrat simul, quandam diabolicam hæresim, quod quidam sibi ius appellandi à Papa ad concilium uendicent, & putent cõcilium esse supra Papam, sensim ceuisse: sed se iamdudum eam cum suis fratribus Cardinalibus damnasse.

Epistola 348. & multis alijs, ad legatum Apostol. & diuersos Episcopos scriptis hortatur eos, ut Germanis querentibus de grauaminibus, quibus à Papa contra decreta concilij Basilien sis premantur, resistant, ac ipsos compescant. Imprimisq; illud iubet inculcari Principibus Germaniæ, ut in eo negotio Papæ gratificentur: quia eorum filios longè melius Papa, quàm alij, promouere possit. An non hoc ualidum, ac ex intimis Apostoli Iudæ Euangelijs argumentum desumptum est, propter priuatam utilitatem debere principes publicum Ecclesiæ Christi ac patriæ bonum libertatemq; negligere, aut etiam impedire? B

Pepulit etiam eam ob causam Dieterum Episcopum Moguntinum, non sine multo ciuili sanguine, quòd noluit in quædam onera Germaniæ à Papa imponenda consentire.

Scripsit quoque ante Papatum duos libros de Concilio Basilien si satis piè, in quibus illorum patrum sententiam laudat, quòd Papam concilio subesse uoluerint. Commemorat quoq; multorum pie constanterq; dictas sententias. Sed paulo pòst factus spiritualis, conceptoq; (ut dictum est) Antichristi spiritu, cum nõ putaret expedire curiæ Romanæ, edi eos, suppressit illos. Inuenti tamen tandem ab alijs, in lucem euulgati sunt.

Mirum profectò est, illum hominem adeò prorsus immutatum esse, ut etiam scriberet, Papa iam factus, in quadam epistola ad Moguntinum Capitulum: Quod uerum quoq; contra Papam dicere, sit contra iuramentum Episcoporum. Et ipse primus de consensu suorum Cardinalium edidit decretum, ne cuiquam liceret à Papa ad concilium appellare: quod tamen impium & tyrannicum, & planè Antichristianum decretum, nondum authoritatem aliquam obtinere potuit, quantumuis id confirmare Papæ magnopere conati sunt. C

Reliquit tamen & Papa iam factus, post mortem, ut Platina & Sabellicus referunt, inter prouerbiales suas sententias, & hanc: Sacerdotibus magna ratione olim ademptum coniugium, maiori restituendum.

In eandem sententiam inquit lib. 2. de Concilio: Fortassis non esset peius sacerdotes quàm plures uxorari, quoniam multi saluarentur in sacerdotio coniugato, qui sterili in presbyteratu damnantur.

D

Nicolaus Cusanus.

NIcolaus Cusanus, uir apprimè eruditus, floruit ante annos 100. Primùm reprehendit quosdam errores & crimina Papæ, postea factus Cardinalis, eundem tueri cœpit. Extant tamen eius scripta, quibus non paucorum Antichristi mendaciorum & errorum uanitatem refutauit.

In libris de Concordia catholica, refutat uanitatem donationis Constantini, quæ est in Decretis: Item epistolarum Clementis & Anacleti, eandem superioritatem seu primatum astruentium, qui & in Donatione ponitur. In libro de Pace fidei, probat nos sola fide iustificari, non ex merito operum, multoq; minus per traditiones humanas quas etiam uehementer extenuat.

Sed editus est proprius liber Germanicè nomine Hercules Papæ, in quo prolixè sententia Cusani contra Papæ errores ex libris eius demonstratur. Eum, qui uolet plenius cognoscere, in quibus articulis Cusanus Antichristo contradixerit, legat. Certum est enim illum plurimos ipsius errores reprehendisse. In concionibus, cum esset apud

A esset apud Germanos Papæ legatus, solitus est mendicantes accusare, quod non sint probatæ uitæ: item, quod perturbent ordinem siue hierarchiam Ecclesię. Item quòd Ecclesia in meliori statu ante eos fuerit. Ob quam causam acres contentiones cum monachis habuit, quarum summam quandam descriptam habeo. Est porrò in ea, peruenisse in manus Cusani scriptum cuiusdam prouincialis mendicantium, in quo assertum probatumq; fuit, Romanam Ecclesiam esse illàm Apocalypticam meretricem, sedentem super aquas multas. Vtinam illud scriptum haberemus. Fuerunt haud dubiè & multa alia memoratu digna in eodem. Quare non sine causa eum Antichristi ministri oppresserunt. Affirmatur etiam ibidem, multum tunc solitos esse mendicantes concionari contra sedem Apostolicam, seu potius Apostaticam.

B

Laurentius Valla.

LAurentius Valla, Senator Romanus, uir eruditissimus, qui ante annos 100. floruit, primò prolixo scripto Constantini donationem (ut superius indicaui) quæ in Decretis extat, quaq; Papa sibi à Cæsare primum donatum primatum super omnes Ecclesias, deinde Imperatoria ornamenta dignitatemque, postremò & imperium totius Occidentis, gloriatur, redarguit. Postea refutauit Pelagianam Papistarum opinionem de libero arbitrio, & uiribus meritisq; humanis, totamq; salutem nostram gratiæ attribuit. Denicq; id fictitiam castitatem, totamq; uouendi monachorum rationem coarguit.

In reprehensione commentitiæ Constantini donationis, arguit Papam, eiusque spirituales, & de alijs multis mendacijs in religione impiè ac scelerate confictis, de que polluta falsitatibus Christiana pietate, quæ ibi commodius legi cognosci C que possunt.

Recitabo tamen aliquot eius loca tum testimonij gratia, tum ut gratificer ijs, qui fortè Vallæ librum ad manum non habet. Inquit enim inter alia & hæc. O miram hominum dementiam, qui his anilibus deliramentis fidem habent. Iam uerò quamdiu hoc factitatum est? Quando fuit cœptum? Ante aduentum Saluatoris? An posteà? nihil horum scitur. Pudeat nos, pudeat harum neniarum & leuitatis plusquam inimicæ.

Erubescat Christianus homo, qui ueritatis se ac lucis filium nominat, proloqui, quæ non modo uera non sunt, sed nec ueri similia. At enim inquiunt, hanc dæmones potestatem in gentibus obtinebant, ut eas Dijs seruientes illuderent. Silete impudentissimi homines, ne dicam sceleratissimos, qui fabulis uestris tale sem- per uelamentum obtenditis. Non desiderat synceritas Christiana patrocinium falsitatis. Satis per se super que sua ipsius luce ac ueritate defenditur, sine istis commen- titijs ac præstigiosis fabellis in Deum, in CHRISTVM, in Spiritum sanctum con- D tumeliosissimis.

Item.

At uerò nostri fabulatores passim inducunt idola loquentia, quod ipsi gentiles & idolorum cultores non dicunt, & syncerius negant, quam Christiani affirmant.

Apud istos paucissima miracula, non fide authorum, sed ueluti sacra quadam ac religiosa uetustatis commendatione nituntur.

Apud istos recentiora quædam narrantur, qua illorum homines temporum nescierunt. Neque ego admirationi sanctorum derogo, nec ipsorum diuina opera abnuo, quum sciam tantum fidei, quantum est granum synapis, montes etiam posse transferre. Imò defendo illa, & tueor: sed misceri cum fabulis non sino. Nec persuaderi possum, hos scriptores alios fuisse, quam aut infideles, qui hoc agerent

hoc agerent in derisum Christianorum. Si hæc figmenta, per dolosos homines in A manus imperitorũ delata acciperentur pro ueris, aut fideles, habentes æmulationem DEI, sed non secundum scientiam, qui non modo de gestis sanctorum, uerum etiam DEI genetricis, atq; adeo CHRISTI improba quædam & pseudoeuangelia scribere nõ reformidarunt, & summus Pontifex hos libros appellat apocryphos. Quasi nihil uitij sit, quod eorum ignoratur author. Quasi credibilia sint quæ narrantur. Quasi sancta, & ad confirmationem religionis pertinentia, ut iam non minus culpæ sit penes hunc, qui mala probat, quàm penes illum qui mala excogitauit. Nummos reprobos discernimus, separamus, abijcimus, dominum reprobum non discernemus, sed retinebimus? sed cum bona miscebimus sed pro bona defendemus? Ego uerò ingenuam feram sententiam, Gesta Sylueſtri nego esse Apocrypha, quia ut dixi &c. B

Item.

MElius summus Pontifex ab augendo Augustus diceretur, nisi quod dum temporalia auget, spiritualia minuit, Itaq; uideas, ut quisq; pessimus est summorum Pontificum, ita maximè defendendæ huic donationi incumbere. Qualis Bonifacius Octauus, qui Cęlestinum tubis parieti insertis decepit. Hic & de donatione Constantini scribit, & Regem Franciæ priuauit, regnumq; ipsum quasi donationem Cõstantini exequi uellet Ecclesię Romanæ fuisse & esse subiectum iudicauit. Quod statim successores eius Benedictus & Clemens, ut improbum in iustumq; reuocarũt. Verum quid sibi uult ista uestra Rom. Pontifices solicitudo, quod à singulis Imperatoribus donationem Constantini exigitis cõfirmari, nisi quod iuri diffiditis uestro? Sed laterem lauatis, ut dicitur. Nam neq; illa unquam fuit: & quod non est, confirmari non potest & quicquid donant Cęsares decepti exemplo Constantini faciunt, C & donare imperium nequeunt. Age uerò demus Constantinum donasse.

Item.

AN possumus principatum potentiæ papalis pro iure proferre, quem tantorum scelerum tantorumq; omnis generis malorum cernimus esse causam? Quam obrem dico, & exclamo (neq; enim timebo homines DEO fretus) neminem mea ætate in summo pontificatu fuisse, ut fidelem dispensatorem, aut prudentem, qui tantum abest, ut dederit familiæ DEI cibum, & escam panis. Papa & ipse bella pacatis populis infert, & inter ciuitates Principesq; discordias serit.

Papa & alienas sitit opes & suas exsorbet, ut Achilles in Agamemnonem Λιμὸς βόρος & Βασιλεὺς, Papa non modo Rempublicam, quod nõ Verres, non Catilina, nõ quispiam peculator auderet, sed etiam rem Ecclesiasticam, & Spiritum S. quæstu habet, quod Simon illa magus detestatur. Et cum horum admonetur, & à quibusdam bonis uiris reprehenditur licere eum quauis ratione patrimonium Ecclesiæ à Constantino donatum, ab occupantibus extorquetur. D

Fuit sanè uir ille Pontificiæ impietatis, tyrannidis, & aliorum scelerum hostis acerrimus. Atq; ob id etiam in exilium ab eo pulsus est, sed à Rege Neapolitano honorificè exceptus & habitus est.

Vuilhelmus Albus.

VVilhelmus cognomento Albus, presbyter uxoratus, & doctor, Vuiclephista fuisse memoratur: & docuisse cum alia, tum quòd sacerdotibus coniugium sit licitum. Item quòd non sit peccatum festis diebus operari. Item, quòd reliquiæ sanctorũ

A quiæ ſanctorum non ſint adorandæ. Vixit itidem circiter ante 100. annos.

Iulianus Cardinalis.

IN hoc cathalogo ſcriptorum, qui Papæ, eius que impietatibus, & abuſibus contradixerunt, non immeritò numerantur etiam duæ epiſtolæ Iuliani Cardinalis S. Angeli, qui Baſilienſi concilio præfuit, quæ ſunt cum Aeneæ Syluij Baſilienſi concilio impreſſæ. Is enim, cum Eugenius Papa timens ſuæ culinæ & dignitati, concilium illud, quod tamen prius congregauerat, multis artibus diſſipare conatur, reſtitit illi ſatis audacter. Scripſit quoque ad eum duas epiſtolas ſatis liberè, quibus eum monuit ut ab impio proposito deſiſteret. Queritur quoque in illis epiſtolis, de corruptiſsima cleri uita, ſumma que inde oriente uulgi contra eos indignatione. Probat concilium eſſe ſupra Papam, & curiam Romanam uereri, ne in concilio ei opes adimantur. Monet Papam, eum debere gregem Domini cuſtodire, non arces & opes. illud enim eſſe paſtoris Chriſti officium. Dicit etiam, eum reſiſtere uoluntati Dei, irritare & ſcandalizare Eccleſiam: ac ſubinde exitium ſpiritualibus uaticinatur, quoniam adeò prorſus degeneres, nihil boni amplius uelint facere.

Ait multa concilia celebrari, ſed nullam inde reformationem ſequi: ac ex eo colligere uulgus, Papam & eius ſpirituales ſimulando concilia, & nullam piam reformationem inſtituendo, deridere Deum & homines. Atque ideo iam eſſe prægnantes ipſorum odio.

Tandem tamen ueluti deſperans, Papam à concilij perturbatione deſtitutum, proponit ei quandam Romaniſticam practicam, qua poſsit imponere laicis, ac ſimulare per ſe non ſtetiſſe, quo minus tunc aliqua ſancta reformatio facta fuiſſet: atq; ita poſtea decepto uulgo latenter concilium diſſipare. Talibus præſtigijs longo iam tempore Antichriſtus ſimplicium oculos ita perſtrinxit, ut cum reuera non ſolum abnegaſſet, ſed & perſequeretur ueram pietatem, foris tamen ſpeciem pietatis ſemper habere, ſecundum prophetiam Spiritus ſancti, uiſus ſit.

Fortalicium fidei.

AVtor Fortalicij fidei, teſtatur in ſuo opere, fuiſſe ſuo tẽpore, nempè anno 1450. non paucos, qui purgatorium, & auricularis confeſsionis neceſsitatem, indulgentias, Miſſas, et uigilias pro mortuis improbarent. Ita apparet, omnibus temporibus fuiſſe, qui erroribus Antichriſti reclamarent. Vide lib. 2. Conſid. 6.

Petrus de Aliaco.

PEtrus de Aliaco Cardinalis, in concilio Conſtantienſi, iuſſu Sigiſmundi Cæſaris obtulit articulos, ſecundum quos putabat corruptiſsimum ſtatum Eccleſiæ reformandum eſſe. Primùm autem ac præcipuè curiam Romanam corrigendam cenſuit, torq; ac tam uarias ei corradendę pecunię artes præcidendas. Epiſcoporum Prælatorum q; mores ac uitã corrigendã, eosq; ad proprium eorũ officium reſtè obeundum cogendos. Deinde pompam Eccleſiaſticam, ſuperflua feſta, ieiunio rum abuſum, prolixas battologias boatusq;, & ſanctorum canoniſationem eſſe tollendam. Quin & monachorum ordines minuendos eſſe. Denicq; & nimiam imaginum templorum q; curam & copiam abrogandam.

Hæc & ſimilia quædam alia in reformanda Eccleſia agenda putauit, ac, ut fierent, in concilio ſuaſit, ſed nihil profecit. Ipſimet enim qui emendari reformaticq; debebant, nempè Curtiſani, Cardinales, Epiſcopi & monachi, in concilio regnabant, & ad ſuam libidinem ius fasq; inflectebant. Impreſſus eſt libellus cum Syluij Baſilienſi concilio Coloniæ, anno 35. & recuſus Baſileæ anno 1551.

Teſtatur porrò in præfatione eiuſdem libelli, ſe alias de reformatione Eccleſiæ prolixius ſcripſiſſe. Narrat quoq; idem Cardinalis in ſuo libello, fuiſſe ante eatem-

pòra quoſdam qui contenderint, Cardinales neq; à Chriſto, neq; ab Apoſtolis inſtitutos: ad hæc inutiles, damnoſos & oneroſos Eccleſiæ eſſe, eoq; tollendum totum eum ordinem. Quin addit, fuiſſe aliquos, qui & in Conſtantienſi concilio idem aſſeuerare uoluerunt.

Scribit in eadem reformatione & hæc uerba: Ea mala quæ uniuerſam tangunt Eccleſiam, diu remanſerunt impunita, incorrecta: & adeò creuerunt & inueterata ſunt, ut tandem multa iniuſta & iniqua ſub prætextu fictæ & corruptæ conſuetudinis licita reputentur. Multi ſuſpicantur, quod hæc diſsimulauerit Romana curia, & ſuper hoc concilia fieri neglexerit, ut poſſet ad ſuæ uoluntatis libitum plenius dominari, & iura aliarum Eccleſiarum liberius uſurpare.

Hoc profectò dictum ualde memorabile eſt. Dicit enim non unum, ſed multos ſuo tempore iudicaſſe, quod Romana curia iniuſtiſſimas conſuetudines & alia uniuerſa prementia mala foueat, quò tantum tyrannidem ſuam ſuper omnes Eccleſias ſtabilire poſsit. Aliquanto poſt, nominat etiam quaſdam prauas cóſuetudines, quas Romaniſtæ in præiudicium aliarum Eccleſiarum fouerent: ut quòd Epiſcopos titulares creent, ut Epiſcopum Sodomæorum, Ieruſalem, &c. qui ſcientes & uolentes contra propriam conſcientiam iurent, ſe eſſe illam Eccleſiam adituros, & docturos. Item quòd eximunt quos uolunt, ex iure ac poteſtate ordinariorum paſtorum & Epiſcoporum: de qua re multos pios iam olim quæſtos teſtatur. Item, quòd temerè admittunt appellationes, ſicq; iura ac diſciplinam Eccleſiarum tollant, quòd nimis multos Cardinales creet Papa, &c. Quòd temerè Epiſcopos pro libitu ponat & deponat. Sunt & hæc eius uerba: Ipſa quoq; Theologia in ſtatu ſecularium paucos habet ſectatores, propter abuſum Romanæ curiæ, quæ Theologos contemſit, & in omni Eccleſiaſtico gradu lucratiuarum ſcientiarum ſtudioſos præpoſuit. Dicit ueteres Theologos Eccleſiam ædificaſſe, ſed præſentes ſeductores eam deuaſtare: & quidem multos ex eis ita Eccleſiæ & Deo inſultare, ut ultro dicant Eccleſiam in eum ſtatum deductam, ut non ſit digna Regi niſi per reprobos. Vtinam illius boni Cardinalis prolixior illa reformatio extaret. Haud dubiè plura ibi digna notatu decorrupto Eccleſiæ ſtatu reperirentur.

Teſtatur etiam hic idem author in eodem ſcripto, iam olim antiquos ſapientes (inter quos Guilhelmum Pariſienſem Epiſcopum, cum primis celebrem uirum, nominat) quæſtos eſſe, quòd ſpirituales plura beneficia ad ſe coaceruent, ac de aliis eorum abuſibus.

In laudatione Theologiæ, dictum hoc, Super hanc petram, trahit ad Chriſtum, & eius uerbum. In ſuis concluſionibus diſputat, Eccleſiam eſſe alligatam ad Scripturam: item, Papam non habere monarchiam temporalem. Item, Romanam Eccleſiam errare poſſe.

Guilhelmus Sarctoris.

GVilhelmus Sarctoris Anglus uixit ante 130. annos. Multa contra Papam docuit: præcipuè tamen inuocationem ſanctorum & adorationem improbauit. Fuit & hic Vuiclepi diſcipulus.

Bedricus.

BEdricus ſacerdos, qui ante annos 130. uixit, propterea inter hæreticos numeratur, quòd contempto iure Pontificio, & ipſo Romano Pontifice, uxorem duxit. O grauem hæreſin, ducendo uxorem ordinationi diuinæ parere, & Antichriſti prohibitionem non curare. Minus ſceleratus Papiſtarum iudicio fuiſſet, ſi mille ſcorta aleret, & totidem honeſtas matronas adulteraret.

De honeſtate clericorum.

Legiin

A LEgi in quadam Bibliotheca scriptum de uita et honestate clericorum, in quo author (quicunque ille est, nam nomen non est adiectum) simul describit, & quales deberent esse clerici, & quales iam sint. Ac sanè admodum prolixè & commodè tum sceleratam ipsorum uitam, tum etiam summam officij neglectionem exponit. Compositum est scriptum post concilium Constantiense. Facit etiam mentionem Episcopi Ciuitatensis, qui coram toto eo concilio lugubri oratione deploranerit perditam spiritualium maliciam, cuius & uerba non pauca recenset. Id scriptum nondum opinor editum esse. Sic uerò incipit: Humilis religio Christiana ac dilectio fraterna, &c. Sed Ciuitatensis ille Episcopus inter cætera de spiritualibus & hæc dicit: Narrauerunt iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. A ueritate enim auditum tales auerterunt, & ad fabulas conuersi sunt, 2. Timoth. 4.

B

Abbas Græcus.

PAsim in Bibliothecis inuenitur sermo quidam cuiusdam Græci Abbatis (ut titulus habet) in concilio Basilienſi habitus. In eo bonus ille Abbas, quicunque demum est, satis graniter accusat spirituales, qui omnia arma spiritualia suę sanctioni necessaria amiserint: & hortatur patres, ut clerum reforment seueriter, alioquí Ecclesiam penitus perituram esse. Sic autem incipit: Eia milites, abijcite opera tenebrarum, &c.

Henricus Token.

HEnricus Token canonicus Magdeburgensis, circiter ante annos centum & uiginti uixit. Legitur de eo in uita Friderici Archiepiscopi Magdeburgensis, quòd fuerit acerrimus superstitionum hostis, quodq; ex octodecim locis non uanas idololatrias extirpauerit. Testatur eadē historia, incitasse eum quoq; ipsum Archiepiscopum, ut resisteret celebri idololatrię commenticij cruoris Christi in Vuelsnac, cuius ortum sic accidisse refert.

C Anno 1383. oppidulum Vuelsnac in diœcesi Hauelburgensi incensum est, unà cum templo parochiali, à quibusdam latrunculis. Post illam cladem inuenta est (ut dixerunt sacrificuli) inter ruinas templi, hostia (ut uocant) maculata: eas maculas dixerunt esse cruorem Christi. Qui confestim cœptus est adorari. Conficta quoq; sunt multa miracula: quorum unum Ioannes Hus piæ memoriæ, in quodam libello narrat. Dicit, Bohemum quendam, habentem manum semiaridam & contractam, argenteam manum in Vuelsnac tulisse, spe recipiendæ per miraculum ualetudinis: ibiq; frustra sanationem aliquandiu expectasse. Accidisse autem interea dum ille expectat, ut sacrificulus ostentans ex suggestu illam argenteam manum, lucrumq; celebrando suum idolum aucupans, diceret, Bohemum quendam ob contractę manus incolumitatem illud munus obtulisse. Ibi ille miser homo impatiens uel impudentiæ sacrificuli, uel suæ miseriæ, stansq; in media concione manum contractam ostendit, sacrificulumq; & uerbis & re mendacij conuicit.

D Et idololatriæ se postea Archiepiscopus Magdeburgen. cum prædicto Token opposuit. Orto certamine, conuenerunt Episcopus Hauelburgensis, Marchio Brandeburgensis, & Archiepiscopus Magdeburgensis. In eo conuentu prædictus Token euidentissimis argumentis fraudes & impietates illius idololatriæ refutauit. Verùm ut illa ipsa historia inquit, Hauelburgensis Episcopus & Marchio uinci planè noluerunt: sed mittentes ad Papam legatos & pecunias, impetrarunt ab eo, datis largissimis bullis, idololatriam illam confirmari.

Quoniam autem dubium adhuc erat, non tantum an illæ maculæ essent ex Christi cruore, sed etiam an omnimo consecrata esset illa hostia: insuper astuti homines aliam consecratam hostiam illi imposuerunt, sicq; putarunt nihil idololatriæ ea adoratione admitti posse. Quia etiamsi prior illa miraculosa hostia non fuisset

consecrata, tamen altera ei adiuncta esset. Idq; totum lucrandi denarij (ut historia lo- A
quitur) causa Episcopus & Marchio fecerunt. Inueniuntur alioqui adhuc scripta To-
ken, & Erphordensis scholæ, contra illam idololatriam. Quæ tamen nihilominus
contra tam firmas refutationes obtinuit, & usq; ad nostra tempora uiguit. Dicit ali-
cubi idem Token in sua uariarum materiarum Sylua: Nunc maiores hæretici combu
runt & exterminant minores, & hæretici operum persequuntur & excommunicant
hæreticos uerborum. Sed adscribam historiam, cuius superius mentionem feci, ex
Chronica Archiepiscopi Magdeburgensis.

Anno Domini 1383. Dominica post assumptionis, oppidum Vuelsnac in dice-
cesi Hauelburgensi, cum Ecclesia parochiali, per raptores totaliter combustum fuit,
& quædam hostiæ consecratæ respersæ cruore ibi repertæ fuerunt, ut dicunt: & fit
ingens concursus, & multa miracula ibi fiunt, prout etiam hodie fiunt, & pronunci-
antur in Ecclesia prædicta. Archiepiscopus Magdeburgensis Fridericus, fretus consi- B
lio D. Henrici Token, se huic concursui opposuit, propter multa pericula anima-
rum: & tamen dominus Marchio Brandeburgensis apud Papam Nicolaum obti-
nuit, ut hostia sacrata poneretur super aliam hostiam sanguinolentam, ne idolola-
tria committeretur. Sed, ut timetur, magis pro denario lucrando, quàm salute ani-
marum acquirenda: quia hostiæ immutatæ consumi debent à presbytero, aut eccle-
di, & uerè ibi periculum animarum uertitur. Sed auaritia excæcat homines.

Fridericus Archiepiscopus in cultu Dei totus zelosus, superstitiones nedum de
diœcesi sua, sed etiam de tota prouincia fortiter exterminare studuit, cum in ijs ma-
xime Deus offendatur, & populus à recta fide ad idololatriam trahatur: obid, ut
concursum superstitiosum in Vuelsnac destrueret, & iustis rationibus, actibus & si- C
gnis euidentibus non merum sanguinem Christi, sed ex falso propter quæstum fa-
ctum ostendit: & plures dietas cum Episcopo in Hauelberg, et cum Marchione Bran
deburgensi Friderico tenuit, qui usi consilijs D. sacræ Theologiæ Thoringi & Ca-
moman, restiterunt fortiter. Quanquam præfatus Henricus Token, eos rationibus &
euidentibus & argumentis insolubilibus uicit: sed uinci noluerunt, & D. Papam
Nicolaum adierunt, qui precibus Marchionum indulsit, ut hostia consecrata super
istam transformatam hostiam poneretur. Quod factum fuit, & hodie durat, in pe-
riculum animarum multarum: de quibus præfatus D. Token multa scripsit, & fere
murum pro recta fide se posuit. Sed auaricia prævalente, in parte ruptus fuit murus,
&c. Prænominatus D. Token omnibus infinitis concursibus seductorijs & quæstua-
tijs fortiter, ut uerus Christianæ fidei miles, se opposuit: & in 18. locis destruxit, & eos
superstitiosos & sacræ fidei contrarios ostendit.

Hactenus ex Chronico Episcoporum Magdeburgensium. Fuit omnino is uir ex
ijs, qui plus cæteris & agnouerunt & amarunt ueritatem. Nam de indulgentijs quo-
que leuiter sensit. Validorum mendicitatem damnauit proprio scripto. In sua illa al- D
phabetaria Sylua dicit alicubi, esse periculosas abusiones in monasterijs etiam mo-
nachorum, quos (ut eius uerba recitem) tam callidè decipit satan, ut suis proprijs tra-
ditionibus & adinuentionibus præuaricentur Dei mandata. Scribit etiam, modet-
nos clericos plus contemnere quàm honorare Deum. Fuit hic Token legatus Archi-
episcopi Magdeburgen. in concilio Basiliensi, ac edidit ibi prolixum scriptum, quod
adhuc inuenitur: quo probauit, concilium esse supra Papam, possecq; ac debere eum
& iudicare & deponere, cum iusta causa adest. Plura omnino uidetur uidisse, quàm
sit dicere ausus, quales plurimi omnibus seculis fuere.

Guntherus Episcopus Madeburgensis.

HEnricus Token canonicus Madeburgensis, qui olim ante 130. annos floruit,
hæc de Gunthero Episcopo in suis collectaneis annotat. Adscribam enim ad
uerbum,

A uerbum, quòd lectu sunt digna, & ad cognitionem corruptissimi status Spirituali-
um (uti uocantur) plurimum faciunt. Reformatio debet incipi à capite 2. q. 7. sicut
laudabile est. Anno Domini 1429. ante festum natiuitatis Christi, dominus Archi-
episcopus Magdeburgensis & Primas Germaniæ, dominus Guntherus Comes
de Schuartzburg, fraterne & charitatiue proprio ore monuit omnes suæ ciuitatis
Magdeburgensis mendicantes, ut se reformarent, & uiuerent secundum regulas
suas & instituta Patrum suorum. Quia ipse ut asseruit suam diœcesin, imò totam
prouinciam intenderet reformare cum Dei suffragante gratia.

Hæc facta sunt in paruo æstuario domus eius in Magdeburg, præsentibus Do-
minis Decano decretorum doctore & me, aliisq; canonicis suis, qui moniti petiue-
runt terminum intimandi suis prælatis prouincialibus usque ad Lætare: Quo ueni-
ente nihil fecerunt. Secundario uerò moniti fuerunt Anno Domini 1430. per do-
B minum Theodoricum Rosentreder, pro tunc officialem & me, ante Capellam bea-
tæ uirginis in ambitu Ecclesiæ Maioris, ubi seriosè dixit, uideatis, quod per uos fiat,
quia oportet fieri & honorabilius & tolerabilius uobis fiet. Post hoc anno Do-
mini 1444. in mense Septembri, cum essem missus à capitulo, adiunctis mihi Do-
minis Henningo Storbetren, & Iohanne Mentz ad prouincialem Carmelitarum,
qui tunc erat in Magdeburg. habita occasione ratione cuiusdam literæ missæ per
Dominum Marchionem Brandeburgensem pro Simone olim priore, subiunxi de
reformatione, qualiter ante ea tempora dominus Madeb. monuisset eos, & tunc
hortabamur eos, ut se reformarent: Sed ex his omnibus nihil factum est. Et possit
quis dicere, unde hoc? Certè non aliud dici potest, quàm quia in capitibus modica
aut nulla reformationis uestigia perspexerunt, & quod maius est, fortè indigni
erant tam qui reformare intendebant, quàm qui reformari debebant. Licet speroq;
C quod certe saluandi sunt rectè intendentes. Quia legimus Dauid non fuisse dignum
ædificare templum Domini, licet omnia ad hoc disposuerit. Quia uir sanguinum
fuit, in historia libri Regum, &c.

Hoc exemplum nostri temporis Episcopi perpendant, qui nec tantum qui-
dem boni studij reformandi suas suorumq; turpitudines habent.

D. Lurtzen.

VIdi librum circiter ante annos 90. scriptum, cui titulus erat, Tractatus D. Lur-
tzen, de squaloribus Romanæ curiæ. Insectatur autem in eo author prolixè
corruptissimum statum, uitam & tyrannicum regimen Papæ, eiusq; spiritua-
lium, & alia eorum scelera. Opinor nondum editum esse. Quis autem fuerit D. Lur-
tzen, aut quando uixerit, ignoro: hominem tamen fuisse pium, & non indoctum,
facilè ex eius scriptis apparet. Porrò scriptum eius sic incipit: Moyses factus est tan-
quam solitudinis amicus, &c. Cum hæc iam scripsissem, incidi in exemplar huius
D libelli, Basileæ an. 1551. cum reformatione minori Petri de Aliaco, impressum. Sed no
men ibi Lurtzen non est additum. Hoc scriptum aliqua exemplaria inscribunt M.
Matthæo Gracouiensi, qui fuit Episcopus Vuormacensis, & circa Hus tempora ui-
xit. Testantur uerò eadem exemplaria, id scriptum à prædicto Episcopo ad Basilien-
se concilium transmissum esse.

Concilia quomodo celebranda.

CVrauit imprimi Hutenus libellum quendam Germanicum, Anno 1521. titulo.
Quomodo concilia celebranda sint. Libellus est, ut ex quodam eius loco est
cernere, sub Friderico ultimo, nempè circiter ante annos 100. conscriptus. Di-
sputat in eo author, homo (ut apparet) pius & doctus, concilia esse supra Papam,
Papam posse errare: quod multis exemplis & historijs scelerum Papalium probat:
Ecclesiam esse ædificatam supra petram, id est, Christum, non supra Petrum. Reci-

tat mitas Papatum fraudes, quibus ius conferendi Episcopatus, Abbatias, aliaq; Ec- A
clesiastica bona ad se pertraxerunt. Item, quibus reformationem spiritualium, &
præsertim summorum, Constantiæ & Basileæ inchoatam, perturbarunt, impedi-
uerunt q;. Ostendit porrò etiam, inde ferè omnia mala in Ecclesiam uenire, quòd
Papa & Cardinales dent beneficia Ecclesiastica suis uilissimis mancipijs, & plus pe-
cuniæ afferentibus, non doctis & pijs uiris. Ideo enim gregem destitutum bonis
pastoribus, in errores & scelera præcipitem ruere. Recenset quoque idem scriptum
uarias & mirè artificiosas simonias Curtisanorum, quibus tum alias orbis partes,
tum uerò in primis Germaniam, corrasis ad se omnib. pecunijs penitus expilarunt.

Platina.

ETsi Platina turpiter & impudenter Papis adulatus sit: Tamen nimia ipsorum B
turpitudine ac malicia coactus aliquando, etiam subindicat Babyloniæ me-
retricis nefanda scelera. In Marcellino queritur, Paparum scelera eò excreuis-
se, ut uix apud Deum misericordiæ locum reliquerint: auariciam, superbiam, negle-
ctum doctrinæ, & religionis simulationem. Mores etiam prophanis detestandos
propalàm esse, ut inde laudem quærere uideantur. In Pontificibus post millesi-
mum annum, subinde repetit, omnem pietatem & sanctitatem à Papis ad Cæsa-
res migrasse.

Locus in Marcellino sic habet: Sed quid futurum nostra ætate arbitramur? qua
uitia nostra eò creuere, ut uix apud Deum misericordiæ locum nobis reliquerint.
Quanta sit auaricia sacerdotum, & eorum maximè qui rerum potiuntur, quanta li-
bido undique conquisita, quanta ambitio & pompa, quanta superbia & desidia,
quanta ignoratio tum sui ipsius, tum doctrinæ Christianæ, quàm praua religio, & C
simulata potius quàm uera, quàm corrupti mores, uel in prophanis etiam homini-
bus (quos seculares uocant) detestandi, non attinet dicere: cum ipsi ita apertè & pa-
làm peccent, ac si inde laudem quærerent. Huic non absimilis est in Stephano III.

Item autem est (inquit Platina) à Lateranensi Basilica ad sanctum Petrum,
cum maxima omnium religione, nudis pedibus, & à Pontifice & ab hominibus,
qui tum aderant. Nunc uerò adeò refrixit pietas & religio: non dico nudis pedibus,
sed caligati & cothurnati uix supplicare dignantur. Non flent inter eundum, uel
dum sacrificatur, ut illi sancti patres: sed rident, & quidem impudenter. De his etiam
loquor, quos purpura insigniores facit. Non hymnos canunt, id enim seruile uide-
tur: sed iocos & fabulas ad risum concitandum inter se narrant. Quid plura? Quo
quis dicacior est, & petulantior, eo maiorem in tam corruptis moribus laudem me-
retur. Seueros & graues reformidat hic noster clerus. Quid ita? Quia in tali licentia
malunt uiuere, quàm bene monenti aut cogenti obtemperare, & ob eam rem Chri- D
stiana religio quotidie in peius labitur.

Laurentius Miniatensis.

LAurentius Miniatensis, Pontani præceptor, circiter ante annos 90. floruit. In
tertio sui operis libro, hosce uersus scriptos reliquit.

Illa autem nostris iamiam uentura sub annis
Est melior, nostræ legis uix pauca refringet,
Aspera quæ nimium, sacris & dura ferendis,
Et genus omne mali tollet, pompasq; sacrorum:
Ac Regem dabit innocuum, qui terminet orbem,
Et reget imperio populos, gentemq; rebellem.
Imperio subdet, toti & dominabitur orbi.

Quibus

Quibus uerſibus ille uir inſtaurationem religionis prædixit: clareq; faſſus eſt, adeſſe in religione Papiſtica ſuperfluas pompas, & multa nimium dura & aſpera, id eſt, quibus conſcientiæ excarnificantur. Quod porrò addit, de Rege per totum orbem imperaturo: id haud dubiè de Chriſto intellexit, cui regnum deiecto Antichriſto inſtaurandum reſtituendumq; eſt: iuxta Danielis prophetiam, & non de Cæſare, ut quidam ſemiadulatores interpretantur, qui nec innocuus eſt, nec uel mediæ Europæ imperat.

Iacobus Cartuſenſis.

IAcobus de Gruitrode Cartuſenſis, floruit circa annum Domini 1440. id eſt, ante 110. annos. Scripſit inter cætera etiam de Septem ſtatibus Eccleſiæ in Apocalypſi deſcriptis, & de Authoritate Eccleſiæ, eiusq; reformatione. In quo ſcripto multum accuſat prælatos, curiam Romanam & Papam. Oſtendit Eccleſiam Papa ſuperiorem eſſe: & queritur ſpirituales, præſertim uerò curiales ſemper reformationem Eccleſiæ impediuiſſe: ac ait, eos uel tantum ad nomen concilij contremiſcere.

Scripſit quoq; librum iam impreſſum De erroribus modernorum Chriſtianorum, in quo non tantum uicia reprehendit tum laicorum, tum & aliorum: ſed etiam idololatriam, ut peregrinationes, concurſus ad ſtatuas, conficta auariciæ cauſa miracula. Addit q;, ob eiuſmodi manifeſtas uanitates & impietates derideri ab infidelibus noſtram religionem, ac à Iudæis multos noſtros etiam in fide languefieri: quòd Chriſtianis, & præſertim in imperitioribus proponant illas manifeſtarias falſitates, errores q;, quibus à ſacerdotibus quæſtus gratia ludificentur, indeq; eos & reliquæ noſtræ religionis uanitatem probare conari.

In eo libro & illud præclarè de gratuita iuſtificatione ſcribit inquiens, homines quidem accipere ac diligere alios propter ipſa eorum opera ſibi grata aut utilia: Deum uerò opera accipere propter hominem. Quare prius debere hominem eſſe Deo reconciliatum, poſtea ſperet opera ſua ipſi placitura eſſe.

Scripſit & de malo prolixum librum, in quo itidem omnium malorum cauſam, quę in Eccleſia graſſantur, in ſpirituales reiecit. Edidit quoq; ſcriptum prolixum, titulo De abuſionibus clericorum: item quòd prælati uitia curare debeant: qui eiuſdem fermè ſunt argumenti cum præcedentibus. Poſterior enim eſt impreſſus. In libro de Cauſis & remedijs paſſionum animi, reprehendens prælatorum ſuperbiam, diſertè dicit eos locum tenere Antichriſti, & non Chriſti: & eos Luciferiana ſuperbia præditos eſſe.

Anthonius Roſellus.

ANthonius Roſellus, doctor iuris, uir prudens ac bonus, ut quidam hiſtorici teſtantur, doctus certè, ut eius ſcripta indicant: ſcripſit librum titulo Monarchiæ, In eo probat, Papam non eſſe Dominum mundi, nec poſſe aut debere Cæſari imperare, nec omnimo habere gladium temporalem. Affert quoq; multas rationes, cur Papa non ſit ſuperior alijs Epiſcopis. Floruit ante annos 70.

Speculum Hierarchiæ Eccleſiaſticæ.

EXtat liber ante plurimos annos excuſus, non ita prolixus titulo, Defenſorium Eccleſiæ, ſeu Speculi Hierarchiæ Eccleſiaſticæ faſciculus, contra Mendicantes monachos (ut facilè apparet) ſcriptus. Diſputat uerò præcipuè hæc contra eos: Non licere cuiquam monacho uſquam concionari, ſine ordinarij Epiſcopi permiſſione: mendicitatem nullo modo eſſe perfectionis opus, imò nec pium quidem, ſed ſacris & prophanis legibus prohibitum. Quare pauperibus monachis omnino laborandum eſſe, ut de opere manuum ſuarum uiuant. Prolixè id, multisq; teſtimonijs, tum ſacratum literarum, tum patrum confirmat. Negat quoq; rectè Papam facere, qui tanta priuilegia det monachis.

Citat inter alia ipſius Franciſci regulam, cap. 5. qui affirmat, eam eſſe ſanctiſſimam

ctiſsimam paupertatem, ſi ſuis manibus monachi operentur, acinde uiuant. Ci- A
tat Petrum reprehendentem matrem Clementis, quod mendicabat. Item An-
tonium heremitam, damnantem mendicitatem: item ueterum Aegyptiorũ patrũ
ſententiam, qui ſoliti ſunt dicere, Monachũ operantem ab uno dęmone uexari, ocio-
ſum ab innumeris. Obijcit quoq; monachis in tertia diſtinctiõe, quòd uarias ſuperſti
tiones ex hypocriſi inuenerint, quod quę fruſtra colant. Deum hominum mandatis:
omnia enim ipſorum eſſe commenta, & traditiones hominum, &c. Quicunq; de-
mum eius ſcripti author fuit, omnino multos monachorum abuſus uidit, & grauiter
taxauit. Apparet autem eum ante annos 100. uel plures uixiſſe.

D. Veſalia.

B

DOctor Ioannes de Veſalia, concionator Vuormacienſis, floruit circa 1470. an-
num. Articuli eius ꝯ fuerunt: Gratis, meraq; gratia per fidem in Chriſtum, ſal-
uari omnes: Liberum arbitrium nihil eſſe. Tantum uerbo Dei credendum,
non gloſſæ, aut patribus: Verbum autem Dei per collationem locorum mutuam il-
luſtrandum eſſe. Prælatos non habere ius condendi leges, aut interpretandi ſcriptu-
ram iure prætorio. Humanas traditiones, ut ieiunia, indulgentias, feſta, longas precũ
battologias, peregrinationes, & ſimilia, penitus reiecit. Extremam unctionem & cõ-
firmationem reprobauit. Confeſsionem & ſatisfactionem reprehendit. Primatum
Papæ nihil eſſe docuit. Dixit etiam ſe uereri, noſtros doctores malè exponere ſcri-
pturas.

Recitantur & hæc ſequentia Germanicè tanquam hæretica dicta: Item docet
Weſalia ſoll geſagt haben. Was ſünde in der heyligen ſchrifft nicht ſtan/will ich auch nicht für ſünde
halten/waiſs ein ander weiter vnd baſs/will ichs ihm wol gönnen. C

Die hellige kirch ſoll auffgeſatzt haben die Waſten/vnnd das man fürbaſs mehr in der verbunden
zeit nicht bräut einfüren/vnd hochzeit machen ſoll. Es iſt eitel lugen/ repetendo & exaltando
uocem.

Die vätter die die Faſten anffgeſetzt/haben ſie wöllen abſtellen/etliche ſpeiſs zů meiden/ſo haben
ſie doch nicht gewölt/das der menſch nicht eſſe/wann ihn hungert. Als dick den menſchen hungert/mag
er eſſen. Vnd du möchſt am karffreitag einen gůten capaunen eſſen.

Ich verachte den Bapſt/die Kirche vnd Concilia/vnd lobe Chriſtum. Verbum Chriſti ha-
bitet in nobis abundanter,

Item dixit, Es iſt nůn mehr ſchwer Chriſten zůſein.

Apparet etiam ex quibuſdam interrogationibus, eum probaſſe coniugium ſa-
cerdotum. Item communionem ſub utraque ſpecie.

Condemnatus eſt anno 1479. Moguntiæ. Expertus eſt nimirum ipſemet ille
bonus uir, quàm difficile ſit eſſe Chriſtianum, ſicut antè dicere ſolitus erat ſcriptor, qui
hiſtoriam condemnationis D. Iohannis de Veſalia conſcripſit. Narrat eam condem D
nationem uehemẽter diſplicuiſſe duobus doctiſsimis Theologis, D. Iohanni Keyſer
bergio, & D. Engelino Brunſuicenſi, qui iudicauerunt eum inuidia monachorum
oppreſſum. Addit etiam, Engelinum affirmaſſe, pleroſque eius articulos defendi
poſſe.

Hiſtoria extat in Paralipomenis Vrſpergenſis, & ſimul impreſſa eſt cum duo-
bus libris Aeneæ Syluij de concilio Baſilienſi. Iacobus Vuimpflingus teſtatur, eun-
dem Veſaliam docendo & ſcribendo non parum ſcholam Erfordenſem illuſtraſſe.
Audio Erphordiæ eius ſcripta adhuc inueniri poſſe. Ego tantum eius libellum con-
tra indulgentias habeo, ubi affirmat, neceſſaria ad ſalutem omnia in ſactis literis con
tineri. Indulgentias refutat, ac etiam ueteres quoſdam præſertim Cantorem Pariſi-
enſem ſolitum affirmare, Indulgentias eſſe pias fraudes, quia per eas laici ad eleemo
ſynas dandas alliciantur. Item docet, Eccleſiam errare poſſe. Item docet, Papæ pri-
matum humanum inuentum eſſe.

D. Veſelus.

D. Veselus.

DOctor Veselus, uel Basilius, eodem tempore uixit cum præcedenti M. Ioanne de Vuesalia: sed tamen fuit eo aliquanto iunior, fuerunt que mutua amicitia iuncti. Mortuus est anno 1490. Scribit in quadam epistola, se putare, quòd mox condemnato Vesalia, ad se examinandum inquisitor sit uenturus. Fuit alioqui adeò celebris, ut lux mundi uulgò uocaretur. Testatur in quodam scripto suo, se Parisijs, Romæ, & in multis alijs celeberrimis locis disputasse, suamq; de religione sententiam defendisse.

Docuit autem fermè eadem quæ & ille, nisi quòd aliquanto remissius, gratuitam iustificationem per fidem inculcauit. Doctrinam papisticam de tribus pœnitentiæ partibus reprehendit. Satisfactionem scripsit continere errorem, habere blasphemiam, ac desperationem nutrire. Purgatorium, communicationem operum, & indulgentias planè improbauit. Ac quidem se Parisijs quoq; indulgentias & Romæ improbasse affirmat: multosq; ex curia Papæ sibi assensos, longeq; liberius postea de ea re locutos, quàm ipse fecerat.

Vituperauit & abusum Missarum, ac orationum pro mortuis: quanquam, ut ex quadam epistola apparet, & omnino eas reiecerit. Loquitur sanè de Missis, tanquam de sola communione. Primatum Papæ, in libro Sacramenti pœnitentiæ omnino reijcit. Negat prorsus, posse aliquem supremum per orbem terrarum inspectorem constitui. Sæpè autem asserit, Papam nihil Imperio mandare posse: sed tantum ueritate, seu quatenus alicui ueritatem probitatemq; suæ sententiæ ostendit, ita & eatenus eum obligare. Non plus eum urgere mandando quàm docendo. Quatione & quiuis Christianus alteri imperare potest. Alicubi etiam docet, quòd quoniam Papæ & spirituales pietati sint contrarij, ideo sint Antichristi. Infirmos, qui castitatem præstare non possunt, censuit piè uotum posse negligere.

Testatur quoque idem Veselus, quòd patres, qui ante Albertum & Thomam fuerunt, indulgentijs Papalibus restiterint: affirmarintq; in suis scriptis, eas esse merũ idolum, fraudem & errorem. Addit quoque, quòd nisi sana paucorum Theologorũ seuerit as hactenus indulgentijs Papæ restitisset, immensi errores inde pullulassent.

Extat in Veseli opere epistola ab alio ad ipsum scripta, in qua author testatur, suo tempore fuisse Parisijs doctum quendam uirum, M. Thomam de Curselis Decanum: qui, cum in Basilienſi concilio nonnulli nimio plus potestatem Papæ efferrét, dixerit, sibi à Christo dictum: Quicquid ligaueris super terram, erit ligatum, &c. & non, Quicquid dixeris esse ligatum. Qui hoc nimirum dicere uoluit: Papam non posse ligare, nisi cum iustitia rei postulauerit.

Huius Thomæ longa & erudita oratio in Commentarijs Syluij extat, qua ille potissimùm probauit, concilium supra Papam esse, tametsi & multa alia papistarum paradoxa oppugnauerit. Perlege eam, non pigebit operæ.

Editus est seperatim ab alijs libellis, quidam eius Germanicus liber, titulo de Subditis & Superioribus, seu quòd subditi non usquequaque suis rectoribus obedire cogantur. In eo admodum multa & grauiter contra Papæ & Prælatorum tyrannidem disputat. Asserit, non nisi rectè sentienti, seu credenti Papæ parendum esse. Papam errare posse: & cum errat, ei modis omnibus resistendũ esse. Nimias istas opes Ecclesiæ non prodesse, sed obesse. Papam pessimè redditus Ecclesię dispensare, & Ecclesias indignissimis per Simoniam ob pecuniam aut alias utilitates & obsequia tradere. Vnde liquidò colligi queat, eum non curare Deum, nec Ecclesiæ salutem. Mandata Papæ & prælatorum non aliter, nec longius obligare, nisi quatenus cum uerbo Dei conueniant, seu quatenus eos res ipsa obliget. Alioqui esse tantũ ueluti consilia, sicut medicorum præcepta. Papam nihil sub pœna peccati mortalis præcipere posse, si id Deus non prius præcepit. Dicit claues Papæ ac prælatorum non eas esse, quibus regnum cœlorum aperiant, sed claudant potius, sicut & Pharisæi. De uotis disputat stulta & impossibilia uota rescindenda esse. Auditores posse & debere

iudicare de

iudicare de doctrina suorum prælatorum, & non omnia temerè sine ullo discrimine A accipere. Vbi simul refutat & declarat diligenter omnia obiecta, Super cathedram Moysi, &c. Item Petri: Obedite præpositis uestris, etiam difficilibus, &c.

Demonstrat quoq; pluris faciendam esse sententiam, quin & excommunicationem hominis pij ac docti, quàm Papæ: sicut Constantiense concilium magis Ioannem Gersonem, quàm Ioannem 23. item olim pij magis Bernhardum, quàm Eugenium audiuerunt. Quin etiam ostendit, Christianos etiam infimæ conditionis, Papæ eiusq; prælatis tam malè agentibus & regentibus, modis omnib. resistere debere. Nec etiam obscurè indicat, Papam cum suis prælatis esse ipsissimum Antichristum. Recitat quoq; tetras historias Pij 2. & Sixti 4. quarum etiam in Latinis opusculis meminit. Dicit, Impium Secundum sibi quadam bulla omnia mundi regna usurpasse: Sixtum uerò, non tantum de factis iuramentis in rebus politicis dispensasse, sed etiam de fiendis. Quod nihil aliud fuit, nisi dare ius ac facultatem peierandi, & B homines decipiendi.

Veselí uaticinium.

MAgister Ioannes Ostendorpius, Canonicus templi diui Lebuini Daventrienses, uir multo studio longaq; experientia doctus, adolescens admodum, Vueselum Phrisium (qui lux mundi uulgò dicebatur) senem adijt, & inter cætera ab eo audiuit, quasi iam, quod futurum erat præuidente: Studiose adolescens, adilum uiues diem, quo doctrina recentiorum & contentiosc rum istorum Theologorum, Thomæ & Bonauenturæ, & aliorum eiusdem farinæ, ab omnibus uerè Christianis Theologis explodetur. Id ego à iam canescente Ostendorpio in templo D. Lebuini audiui, Anno 1520. 10. Calen. Mart. Hæc Nouiomagus. Hoc uaticinium editis C Veselí opusculis adiunctum est.

Ioannes Gochius.

IOannes Gochios presbyter Mechlinienſis, circiter ante annos 70. floruit. De articulo gratuitæ iustificationis rectissimè sensit, & de multis alijs, quæ iam ordine commemorabo. Asserit, scripta Thomæ, Alberti, & aliorum Sophistarum, extrabidis philosophorum fontibus fluentia, magis obscurare quàm illustrare ueritatem, pugnare cum canonica ueritate, pugnare quoq; inter se, Pelagianam hæresim sapere. Modernorum scriptorum, & præsertim mendicantium scripta, dicit catere omni solido fundamento, non illustrare intellectum, sed nudam simplicemq; ueritatem obscurare, uanitatiq; magis deseruire quàm ueritati, & similima quamplurima. Scripturam solam sequendam, aliosq; omnes scriptores ad eam examinandos: etiam Pontificum conciliorumq; decreta ei subijcienda. Vota tanquam ad pietatem inutilia, & cum libertate Christiana pugnantia, prorsus damnat. Satisfactoria commenticiaq; opera damnat: Christianismũ degenerasse in Iudaismum & Pharisaismũ queritur. D

Vehementer asserit, nos per solum Christi meritum fide iustificari, & non per ulla nostra merita. Dicit uerè remanere peccatum in pijs, sed non imputari eis, sed remitti propter Christum: & grauiter refutat Sophistas, peccatum in sanctis remanens extenuantes. Constanter uestigia Pauli in prædicando Christi merito sequitur, negans eum indigere glosis Sophistarum, in contrarium sensum eius sententiam rapientium, Verisimile est, eum & de alijs articulis rectè sensisse, si omnia eius scripta extarent. Sed aliquot tantum, eaq; manca, impressa sunt.

Incertus author.

IN ueteri quodam codice centum annis uetustiore, hosce uersus legi:

Væ uæ uobis pastoribus, uacantibus nunc erroribus:
Agni lanam diripuistis, eius uestem induistis:
Propter hoc sciet populus, qui ut leonis catulus
Rugiens fermè mugiet, & mugiens deficiet.

Quòd si

Quòd si agnum custodijssent, hinc exules non obijssent.

Quibus carminibus bonus aliquis uir clarè testatum reliquit, quàm piè ac religiosè lupi Antichristi agnum Dei, eiusq; oues curent.

Stephanus Brulifer.

STephanus Brulifer in schola Parisiensi doctoratus insignia accepit, ibiq; publicè docuit, prælegit & disputauit, magna auditorum frequentia, hosce subsequentes articulos, constantia magna & animi integritate, contempto bestiæ charactere, defendens & propugnans. Doctrinam, quæ meritis hominum iustificationem ascribit, mendacem, imò diabolicam esse: cum agnus immolatus pro nobis satisfecerit, Ioanne clamante, Ecce agnus Dei, &c. Item, Ecclesiæ non esse potestatem statuendi & præcipiendi quicquam, sub pœna peccati mortalis, & ita ut conB scientias uel liget uel conturbet. Item, ei nullam facultatem, nisi tuendi sacramenta à Christo traditam: & saltem eorum ministram institutam esse. Nullas ceremonias pro articulis fidei habendas.

Supra sententias Bonauenturæ scribens, disertè dicit, hisce etiam fermè uerbis: Nec Papam, nec Concilium, nec ullum planè hominem posse quicquam præcipere, sub pœna mortalis peccat, quod antè à Deo præceptum non esset.

Quamobrem Parisiensium tyrannidem expertus, Moguntiam concesit: ubi cum plures articulos doctrinæ Papisticæ contrarios in disputationem uocaret, nec suis periculis & persecutionibus caruit. Vixit circiter 1470. annum.

Paulus Scriptoris.

HIus discipulus Paulus Scriptoris Tubingensis, præceptoris articulos omnes apprehendit & secutus est. & cum Tubingæ Scotum prælegeret, ad deciC mam quartilibri distinctionem deueniret, transsubstantiationem negauit, asserens omnia Dei uerbo ceu Lydio quodam lapide probanda: cætera enim omnia erronea esse. Solitus est prophetare mutationem religionis. Hic habuit auditores Augustinianos, discipulos & subditos Ioannis Staupicij prouincialis: ac inter reliquos Conradum Pellicanum Rubeaquensem, qui eum multos abusus & errores Papisticos taxasse & insectatum fuisse testatur. Ob quàm etiam causam à Minoritis in exiliũ pulsus, Keysersbergæ obijt. Vixit anno reparatæ salutis 1499. paululum ante tempora Luth eri. Hæc fermè eadem in primo Tomo Gesneri continentur.

Rodolphus Agricola.

DE hoc, inter cætera, in oratione de uita ipsius, Philippus Melanthon scribit in hunc modum: In Theologia quid desiderarit, memini hunc scribere Iosquinum Groningensem, senem pietate & grauitate excellentem: se adolescentem interfuisse sermonibus Rodolphi & Vuesseli, in quibus deplorarint Ecclesiæ tenebras, & reprehenderint prophanationem in Missis, & cœlibatum. item disputauerint de iustitia fidei, quid sit quod Paulus toties inculcat, homines fide iustos esse, non operibus. Scribebat Iosquinus, apertè reiecisse eos monachorum opinionem, quæ fingit homines operibus iustos esse. Item sensisse eos de humanis traditionibus, errare eos, qui affingunt illis opinionem cultus, & nõ posse uiolari iudicant, &c.

Gamfredus.

GAmfredus, uir sanè non indoctus, ut ex scriptis eius apparet: scripsit uersu poëticam, & Romanæ curiæ laudes, antiphrastico, uel ironico potius præconio: in quo prolixè omnes Romanistarum uitutes depingit. Vixit, ut opinor ante annos 70. Scripti eius utriusq; exemplaria habeo, nondum arbitror edita esse.

Vulgus,

Vulgus.

PLures historici referunt, quòd circa annũ 1500. uulgo soliti sunt homines in Germania sic se mutuò compellare.

Was ist nũn in der welt für ein wesen?
Wir mögen für den pfaffen nit genesen.

Longo sanè iam tempore ea Christianorum ratio fuit, ut præ tyrannide spirituali & carnali Papæ, infinitorumq; eius spiritualium, uix halitum trahere & respirare potuerint.

Verum hic titulus latissimè extendi potest. Varia enim planè ac multa dicteria, & quasi prouerbia in omnibus gentibus habentur, quibus homines uno consensu, quid de Roma sentiant, indicant. In Italia multum hoc dictum in usu est: Quàm primum clericus suscipit rasuram, statim intrat in eam Diabolus: & alia plura huius generis. In Germania crebrum est illud, Ye näher Rom/ye böser Christ. B

Quantò Romam propius, tantò esse peiores homines. Item, In nomine Domini incipit omne malum: alludens ad initia & fucos bullarum Papæ. Item, Cum afferuntur indulgentiæ Roma, obliga loculos. Item, Qui semel it Romam, uidet scelestum: qui secundò, discit cognoscere eum: qui tertiò, refert secum scelestum: quo indicatur, plerunque eos scelestissimos fieri, qui Romæ diutius commorantur. quod experientia ipsa indicat, per quos fermè omnes prouinciæ magis ac magis infectæ sunt. Tale & illud uetus ac celebre est, Curia Romana non petit ouem sine lana. item illud: Olim fuerunt ligněi calices, & aurei sacerdotes: nunc contrà sunt aurei calices & ligněi sacerdotes. item illud Bauaricum, quod Auentinus scribit esse ualde uetustũ: Olim habuisse Christianos obscura templa, sed lucida corda: nunc contrà habere lucida templa, sed obscura corda. C

Huc potest referri & illud commune, Multos in cœlo adorari, quorum animę in inferno crucientur. Quo dicto non tantum canonizationum (ut eas uulgò uocant) uanitas taxatur, sed & inuocatio sanctorum, & propemodum tota papistica religio, quæ & hominibus persuadet, eam esse salutis ac pietatis uiam, quæ minimè est.

Præcedentibus, si libet, addantur & hi duo: Gallus Senonensis Episcopus, ante 400. annos ad Papam Alexandrum in causa Thomæ Cantuariensis scribens, affirmauit, fuisse apud Gallos tunc usitatum dicterium, Romæ solui Satanam in pernicie em totius Ecclesiæ. Item ipse diuus Thomas Cantuar. (ut eum papistæ esse credunt) scribens ad totum collegium Cardinalium, inquit: Iam certè clamitatur in plateis, prædicatur per ciuitates & uicos, quòd non sit iustitia Romæ, &c.

Talia penè innumera dicta in diuersis regionibus, partim iam sunt in usu, partim olim fuerunt: quibus uno consensu omnes fermè homines, Papam ac clericos accusant. D

Trithemius.

IOannes Trithemius, Abbas Spanheimensis, floruit circa annum 1500. Habuit plurima certamina cum monachis, describitq; non raró luculenter eorum scelera. Accusat sacerdotes in quadam epistola, quòd sint contemptores sacrarum literarũ. In alia queritur grauiter, quòd non tam Christus, quàm Aristoteles, in suggestu prædicetur. Dicit, non philosophiam, multò minus fabulas, sed legem & Euangelium Ecclesiæ Dei proponendum: sic & patres fecisse. Ibidem ponit & propositionẽ, Nos sola fide iustificari. In alia epistola, negat sanctos carere ueris peccatis. Scripsit etiam de Ruina monastici status. Omnino fuit & purioris literaturæ & syncerioris Theologiæ, quàm multi eius coætanei, studiosior. Paulum cum primis diligenter legit, ut ex eius scriptis apparet.

Hieronymus

Hieronymus Sauanorola.

ANte annos 50. exustus est Florentiæ celeberrimus concionator Hieronymus Sauanorola, monachus Dominicanus, cum aliquot socijs, uir eruditione ac pietate insignis. De articulo gratuitæ iustificationis per fidem in Christum, rectè sensit, ut apparet ex eius commentarijs in Psal. 51. Humanas traditiones eleua-uit. Communionem sub utraque specie defendit. Indulgentias damnauit. Papæ, Cardinalium, omniumq; spiritualium turpem sceleratamq; uitam & officij negle-ctionem, grauissimè est accusare solitus. Negauit quoq; primatum Papæ: claues do-cuit Ecclesiæ tori, non uni Petro traditas. Adhæc Papam nec uitam, nec doctrinam Christi retinere: quia plus suis indulgentijs & traditiunculis, quàm Christi merito tribuat, ideoq; eum esse Antichristum. Asseruit quoq;, Papæ excommunicationem B curandam non esse: quòd qui Papæ impias excommunicationes timeat & fugiat, eum in Dei excommunicationem incidere.

Prædixit etiam futura quædam, nempe uastitatem Florentiæ, Romæ, & instau-rationem Ecclesiæ: quæ omnia tria, nostra memoria acciderunt. Quare etiam à Io-hanne Francisco Pico comite Mirandulæ, sanctus propheta appellatur, & proprio scripto contra Papam defenditur, de quo postea. Defendunt & alij quidam docti uiri eiusdem Sauanorolæ innocentiam. Tribuit ei & Marsilius Ficinus in quadam epistola propheticum spiritum, & alioqui eum magnificè celebrat. Philippus Comi-neus Gallicus historicus, qui cum eo loquutus est, etiam testatur eum fuisse uirum sanctum, planeq; prophetici spiritus: quippe qui multa sibi prædixerit, quæ euen-tus comprobarit.

Vvolffgangus Aitinger.

C FLoruit Vuolffgangus Aitinger, clericus Augustanus, circiter anno Domini 1500. Commentarijs illustrauit prophetias Methodij, ac non rarò tum turpitudi-nem uitæ sacrificulorum, tum officij neglectionem, ac beneficiorum immen-sam coaceruationem, tum denique & religionis contaminationem, grauissimis uer-bis ac prolixè taxat & insectatur. Sed adscribam aliquot eius uerba.

Spirituales, labores pauperum deuorant, salutem animarum non curant: nec subditorum suorum notitiam habent, sed ualorem prouentuum ac redditiuum subti-liter ponderant: diu noctuq; pro maioribus beneficijs Romæ, aut in curijs Princi-pum & dominorum plus solicitant, non contenti suis stipendijs: quòd multo plus habent, quàm scientia eorum se extendat. In uinea Domini nihil boni operantes, nec prædicant neq; sacramenta ministrant: sed magnum absentes aut præsentes re-seruatum ex præbendis extorquent. Ignaros & idiotas sacerdotes in uicarios & mer-cenarios locant in suis pastorijs, qui populum Dei nesciunt docere. Quia parum in D his sapiunt, de quibus Dominus in Euangelio dixit: Si cæcus cæco ducatum præbet, non ne ambo in foueam cadunt?

Illud quoq; memoratu dignum est, quòd contendit, Antichristum non in cor-porea, sed mystica Babylone nasciturum. Ea porrò, teste Petro, Roma est.

Bernhardus Liblinensis.

BErnhardus Liblinensis, scriba magnifici Domini Iohannis Pilecij, uixit circa annum Domini 1510. Is in quadam epistola anno 1515. Dominica Lætare scri-pta, satis clarè subindicat, se plurimos Papæ errores damnare. Inter alia dicit, extra Euangelium, nullas planè hominum constitutiones curandas, quia sine illis salus hominum constare benè possit: quo traditiones humanas reijcit.

De primatu Papæ dicit, impossibile planè esse totum mundum uni parere, Sa-

tis esse, si Christo solum credatur. Saluari etiam eos, qui nihil de Papa sciunt: nec ab A
eo ullam authoritatem petant, aut accipiant. Ait miserrimam esse Christianorum sor
tem, quibus etiam manifestæ ueritati propter decreta hominum assentiri non liceat.
Affirmat Papas adeò non idem sentire, ut quæ alter approbarit, alter damner, & con
trà, &c.

Scribit adulatores Paparum nihil non Papis tribuere: & non ferre, ut quisquã
quicquam etiam pio zelo de Papis dicat, cum illi interea contra Deum multa dicere
& blaterare non uereantur. Verisimile mihi hisce paucis indicijs sit, eum de multis re=
cte sensisse. Vtinam omnia eius scripta haberemus. Omnibus seculis, & fermè in om=
nibus Christianitatis locis, fuerunt aliqui rectius in multis sentientes, sed non omnia
dicere audentes. B

Sebastianus Doctor.

FVit circiter ante 50. annos, quidam canonicus Erphordiæ, doctor Theologiæ,
& concionator in summo templo diuæ Virginis. Is multum solitus est insectari
inscitiam, ignauiam & turpitudines cleri, ac dicere: Si spirituales esse ac dici uul=
tis, ducite etiam uitam spiritualem.

Indulgentias damnauit, quòd ex hisce eius uerbis patet. Nam an. 1508. Domi=
nica pòst ludica, Romanas indulgentias, quæ tunc erant allatæ, sic prædicauit:

Lieben freunde/wir solten heute auff den weissen Sontag vnsern kram auslegen. Es ist aber ein
frembder kremer hie/der soll besser wahr haben denn wir. Wenn der hienweg kompt/so wöllen wir mit vn
ser kremerey auch kommen.

In eadem concione etiam satisfactiones alienas, seu qui pecunia aliorum bona
opera soliti sunt emere, reprehendit: & quòd res tota Ecclesiastica à plebe ad clerum, C
quasi illi soli sint Christiani, sit deuoluta.

Item / Wir haben/die für vns zů kirchen gehn/betten/singen/heras lesen/Mess halten, wir
will aber für vns in die helle faren.

Item de cæco nato legit Euangelium, dicendo,

Es wůrt die zeit kommen/das man euch das Euangelium wůrt aus dem bůch lesen. Ewer et=
liche werdens erleben. Ich werds nicht erleben. Nam papistici concionatores, plerunque
memoriter recitant Euangelia. Crebrò etiam solitus est prædicere correctionem, seu
reformationem religionis & Ecclesiæ.

Ob tales eius conciones incidit in summum sacerdotum odium, & senatus, cũ
alioquí à studiosis & ciuibus diligenter, & etiam libenter audiretur: ab eisq; est in exi
lium actus. Exulauit aliquandiu Magdeburgæ, sed denuò est reuersus Erphordiam,
ibí que mortuus. D

Basilienſis Episcopus.

CIrciter ante annos 50. quidam Basilienſis Episcopus instaurauerat edictum, sem
per frustra tentatum, de prohibendo concubinatu sacerdotum. De ea re statim
uatia certamina publicata, ac impressa sunt. Primùm quidem reprehendit id
edictum, & rectè affirmat, uirginitatem non esse humanarum uirium. Quare aut cõ
cubinas sacerdotibus concedendas esse, aut contaminaturos eos ciuium uxores ac fi=
lias. Deinde alij reprehendunt illum, & tamen simul fatentur & accusant turpissimã
sacerdotum uitam, propter quam & reliqui homines in turpitudines ruant, & Deus
mundum atrociter puniat. Atq; ita utraq; pars agnoscit, clerum Gomorræam quan=
dam uitam agere: sed neutra de uero remedio, id est, coniugio cogitat. Sic sanè actum
& deliberatum est iam annis termè mille. Gratia autem sit Deo, omnium bonorum
ortí, qui nunc ueram reformationem, ueraq; malorum remedia commonstrauit.

Nicolaus

Nicolaus Machiauellus.

NIcolaus Machiauellus, historicus & Secretarius Florentinus, floruit ante annos 30. Is in sua historia impressa Italica sæpè clarè ostendit, ex ambitione & crudelitate Pontificum, pleraq; mala ac bella Christianis proueniſſe. In primo libro, ubi Pontificum & Cardinalium originem ponit, diſertè affirmat, nullam eos aliam poteſtatem, niſi Eccleſiaſticam, uſque ad Theodericum, Regem Longobardorum habuiſſe, eò uſque in politicis rebus Regibus paruiſſe. Sed tunc paulatim etiam politicam potentiam quærere ac capere ſibi cœpiſſe.

Tribus autem rationibus aut artibus eum creuiſſe demonſtrat: Excommunicationibus, Indulgentijs, & Armis: quibus tamen ſceleratè ſint abuſi. Dicit eum omni
B um bellorum, quæ in Italia à Theodici tempore ferbuerunt, maxima ex parte cauſam extitiſſe: & hodie quoque ſeminando diſſidia ac bella, in Italia ſuam potentiam tueri & augere. Cardinales quoque ait initio nihil aliud quàm parochos ſeu paſtores Romæ fuiſſe: ſed poſtea ſibi opes, titulos & ſingularia inſignia ac ueſtitum uſurpaſſe. Cæterum Papas dicit ſuis technis & malis artibus eò rem deduxiſſe, ut ſicut ipſi antè Cæſaribus obnoxij ſubiectiq; fuerunt, ita nunc contrà Cæſares eis ſubeſſe, ac iuſtare obedientiam cogantur. Memorabile autem uehementer, eſt quod initio ſuæ hiſtoriæ dicit circa 600. Domini annum conſuetudines ſeu dogmata ueteris, Eccleſiæ cum miraculis nouæ pugnare cœpiſſe. Nam ſpectorum apparitiones & aliæ impoſturæ Satanæ miraculorum ueterem illam formam Religionis prorſus euerterunt. Adſcribam pauca eius uerba: *Ma intra tante uariationi non fu di minore momento il uariare della Religione, per che conbattendo la conſuetudine della antica fede con i miracoli della nuoua, ſi generauano tumulti, & diſcordie grauiſſime intra gli huomini. Et ſe pure la Chriſtiana Religione fuiſſe ſtata unita.*
C

Emericus ſedis Apoſtolicæ cancellarius.

ADEmericum cancellarium ſedis Apoſtolicæ ſcripſit epiſtolam quidam prior Carthuſanus, in qua grauiter accuſat Epiſcoporum & prælatorum non tantũ delicatam, ſed & ſceleratam uitam, item quòd templa ſtudio bellandi diſpolientomniaq; à pijs in templorum ornamenta collata conuaſantes, ciuilia bella inter Chriſtianos excitent, omniaq; Chriſtiano ſanguine contaminent. Idemq; etiam ipſum Papam factitare affirmat. Fortè & hæc epiſtola ante annos 200. ſcripta eſt: certè uetuſtas codicum, in quibus inuenitur, id indicat.
D

Iacobus Faber, & Iodocus Clitoueus.

FLoruerunt ante annos 30. aut paulo amplius, duo doctiſsimi uiri, Pariſijs, Iacobus Faber, & Clitoueus. Olfeceruntilli errores papiſticos etiam longè antè, quã Lutherus in hanc arenã prodiret. Sic enim de eis Auentinus, qui circiter 1500. annũ eorum diſcipulus fuit, de eis ſcribit: Ea tempeſtate Petrus Longobardus Lutetiæ Pariſiorum creatur Pontifex. Is quidem Theologumenon quatuor libros ſcripſit: ſed ſacroſanctæ philoſophiæ ueritatem fontemq; puriſsimum, ſicuti plus millies à Iacobo Fabro & Iodoco Clichtoueo, præceptoribus meis accepi atque audiui, cœno quę ſtionum, riuulis opinionum conturbauit. Id quod & uſus rerum magis (niſi cæci ſimus) ſatis ſuperq; docet. Faber etiam, docente Luthero, graues perſecutiones ob ueritatem à Pariſienſibus magiſtris ſuſtinuit, ut Sledanus in ſua hiſtoria ſcribit. Sed Rex

scriptis ex captiuitate Hispanica literis, iussit ei parci. Tales ubiq; multi fuerunt: Sed A eorum sententiæ ad nos usq; non peruenerunt.

Franciscus Picus.

IOannes Franciscus Picus comes Mirandulæ, floruit ante annos 50. Habuit orationem in concilio Lateranensi. Inuectus in ea uehementissimè est, in contemptissimum statum curiæ, & omnino omnium spiritualium: hortatus que est concilium & Papam ad reformationem. Suasit etiam, ut studia linguarum & sacrarum literarum instituerentur, ut statæ preces corrigerentur, ut in eis ueræ à falsis cominenticijs que historijs separarentur. Scripsit etiam propositiones quasdam de nonadorandis imaginibus, quas Parisienses condemnauerunt. Defendit quoque Hieronymum Sauanorolam, quem Papa tanquam hæreticum exusserat: eum que sanctum prophetam appellat. B

In epistola quadam adhortatur Maximilianum ad reformationem Ecclesiæ, hisce uerbis: Reliquum est, maxime Cæsar, qua te fide & pietate possum, deprecer, ut sanctissimum illud propositum tuum uindicandæ in pristinam libertatem Christianæ reipublicæ, quàm citius fieri possit adimpleas. Concutitur ab externis hostibus, ab internis laceratur: & Iesu Christi Domini nostri sanguine circumseptum & consecratum ouile, peiora multo perpessum est, indies q; patitur à lupis, magis sub ouina quàm propria pelle grassantibus. Age igitur iam Cæsar optime, & excitis qua ratione potes Christianis Regibus, te Christo regum omnium regi, oues suas tam ab hostibus quàm à perfidis pastoribus iamiam liberaturo, fidum ministrum exhibe. Mirandulæ, Calendis Decemb. Anno à Christi incarnatione M.D. C

De quæstione, An Papa sit supra concilium, disputans, recitat illam Bernhardi sententiam: Quæ maior superbia, quàm quòd unus homo toti congregationi iudicium suum præferat, tanquam solus habeat Spiritum S. Ponit & illam sententiam: Quinimo simplici potius rustico, & infanti, & aniculæ, quàm Pontifici maximo, & mille Episcopis credendum est: si contra Euangelium isti, illi pro Euangelio uerba facerent.

Mantuanus.

BAptista Mantuanus monachus, homo apprimè doctus, nec tamen (ut apparet) impius, sæpius grauissimè accusat Rom. Ecclesiam. Degenerem eius statú prolixè & satis duriter insectatur Ecloga 9. Vbi inter cætera affirmat, spirituales illos ex pastoribus ac canibus factos lupos rabiosos: ouile que, quòd pascere ac tueri debebant, lacerare. In tertio porrò Calamitatum libro ita corruptum Romanæ sedis statum describit. D

—— Petriq; domus polluta fluente
Marcescit luxu (nulla hic arcana reuelo,
Non ignota loquor, liceat uulgata referre:
Sic urbes populiq; ferunt, ea fama per omnem
Iam uetus Europam) mores extirpat honestos:
Sanctus ager scurris, uenerabilis ara cynædis
Seruit, honorandæ diuûm Ganymedibus ædes.
Quid miramur opes, recidiuaq; surgere tecta?
Thuris odorati globulos & cinnama uendit
Mollis Arabs, Tyrij uestes: uenalia nobis
Templa sacerdotes, altaria, sacra, coronæ,
Ignis, thura, preces, cœlum est uenale, Deusq;.

Vide & alia

A Vide & alia similia his tum ibi, tum in alijs eius scriptis. floruit autem is Mantuanus ante annos 50. qui & ipse (ut cùm ex prædictis, tum ex alijs eius scriptis apparet) magnopere Babyloniæ istius meretricis impuritatem & turpitudinem, sicut & alij pij uiri omnibus temporibus, detestatus est.

De coniugio uerò sacerdotum quid senserit, facilè ex hisce eius de diuo Hilario, in eius uita existentibus carminibus apparet:

Integritas uitæ, legum prudentia, cultus
Cœlitum, tutela inopum, diadema pedumq;
Pictauiense tibi, dum nil mortalia curas,
Dum uiuis tibi sorte tua contentus, ab omni
B *Ambitione procul, populo applaudente tulerunt.*
Non nocuit tibi progenies, non obstitit uxor
Legitimo coniuncta thoro: non horruit illa
Tempestate Deus thalamos, cunabula, tædas:
Sola erat in precio, quæ nunc incognita uirtus
Sordet, & attrito uiuit cum plebe cucullo.
Propterea leges, quæ sunt connubia contra,
Esse malas quidam perhibent, prudentia patrum
Non satis aduertit, dicunt, quid ferre recuset,
Quid ualeat natura pati. Ceruicibus aiunt
Hoc insuaue iugum nostris imponere Christus
Noluit. istud onus, quod adhuc quam plurima monstra
Fecit, ab audaci dicunt pietate repertum.
C *Tutius esse uolunt, qua lex diuina sinebat,*
Isse uia, ueterumq; sequi uestigia patrum:
Quorum uita fuit melior cum coniuge, quàm nunc
Nostra sit, exclusis thalamis, & coniugis usu.

Keisersbergius.

DOctor Iohannes Keisersbergk, pius (ut opinor) homo, nec etiam indoctus, ante 60. annos Argentinæ concionatus est. Inuehitur subinde in suis scriptis, in corruptissimum prælatorum statum. accusat eos, quod sint indocti & inhonesti, sintq; causa omnis mali in populo. Dicit eos prauos successisse prioribus prælatis, qui olim boni, & ueluti sepes quædam Ecclesiæ fuerunt. Quare iam ipsorum culpa prodi & dissipari Ecclesiam. Monachos uerò nigros solitus est appellare diabolos, albos matrem eius: pullos de utroque mixtos. ac ob id eos patum æquos habuit. Arguit & Romanam Ecclesiam erroris non segniter. Audio quoq; solitum D in publicis concionibus hanc quæstionem proponere: Qui sunt illi homines, qui incedunt rasi, sicut mariones: tecta facie, sicut infames: & fune uincti, sicut fures? & postea sibi ipsi subijcere: Sunt monachi Franciscani.

Sæpè dicitur solitus queri, corruptam esse religionem: ac prædicere, uenturum quendam diuinitus excitatum, qui eam instauret. Optauitq; uidere diem illam, & esse eius discipulus. Improbauit damnationem Vesalij, dixitq; inuidia monachorum damnatum.

Ioannes Syringus.

VIxit hic Magdeburgæ ante annos 40. doctor Theologiæ, & summi templi canonicus & concionator, nomine Ioannes Syringus, clarissimi uiri D. Ioannis Syringi iuris prudentis patruus. Docuit amplius 30. annos. Multi testantur, eum crebrò solitum etiam in concionibus dicere, Das der pfaffen thůn nicht recht were/

ſie müſten fallen. eorum religionem non eſſe ſynceram, neceſſariò ruituram: multaq; A
in eam ſententiam ſæpe differere ſolitum. Audio etiam paſsim in ſuis theologicis li-
bris in margine adſcripſiſſe, ubi aliqua parum uera ſententia in textu fuit: Hæc uerba
ſic nunc ſentit communiter Eccleſia, ſed contrarium ex ſcriptura probari poteſt. Alio-
qui eum admodum piè ac religioſè uixiſſe, multi affirmant. Sed adſcribam aliquot
eius dicta, quæ cognata quædam eius, quæ adhuc Magdeburgæ uiuit, ſæpe frater em
eius, D.D. Ioannis Syringi patrem, qui ante paucos annos ad Dominum commigrā
uit, commemorare audiui:

Zům erſten hat er alſo pflegen zů ſagen zů ſeinem brůder Emmerā Scheyrinck / wenn er mit
ihm redete / Lieber brůder / du biſt ein rechter pfaffenfeindt / als ich wol vermercket / vnd aus deinen reden
wider ſie verſtanden. Aber das ſey dir geſagt / das die pfaffen (welchs ich nicht / ſondern du / wol erleben /
vnd mit der zeit erfaren wirſt / welche yetzt ſo hoch erhaben / ſolchen anhang an ihnen haben / vnnd ſo groſs
für der welt geachtet ſeind / ſo veracht werden ſein / ſo hoch ſie yetzt geachtet vnnd geehret ſein. Denn B
Gott můſs ſie ſtraaffen. Vnnd wann ihr weſen vnd abgötterey (welches doch nicht recht / ſonder ein
teuffeliſch vnnd abgöttiſch weſen iſt) noch lenger ſtůnde / vnnd zů neme / vnnd Gott ſeine macht an ih-
nen nicht beweiſete vnd ſtraffete / vnnd ſie weidlich angriffe / ſo würden ſie mit ihrer abgötterey vnnd falſch
en Gottes dienſt die gantze welt verfüren / vnnd vnder ſich bringen. Aber ich waiſs fürwar / vnd bin des
ſicher vnnd gewiſs / ſie můſſen fallen / vnnd einen groſſen anſtoſs erleiden / darumb das ihr weſen nicht
recht / noch Gott gefellig iſt.

Zům andern / hat er vnder anderem auch alſo geſagt / Es iſt ein ſolches böſes vnd gifftiges kreut-
lin vmb die Gotsleſteriſchen pfaffen / das wann einer mit einem pfaffen zů thůn oder zů kriegen hat / des
ſache ſchwerlich mit ihm kan vertragen vnnd zům güten ende gebracht werden (dann ſie laſſen nicht abe
von ihren böſen dücken vnnd ſtücken) es ſey denn das man den pfaffen die köpffe zerſchlage / vnd ſo gantz
vnd gar ausrotte / das man von ihnen weder zů reden noch zů ſingen waiſs.

Zům dritten / hatt er auch alſo nicht ein mal / ſondern zům offtermal pflegen zůſagen / Lieber brů
der / du ſichſt allhie / das ich damit vmbgehe / ein predig zůthůn / vnd höre. Lieber brůder / ich lauffe von
einem ort zům andern / aus einem bůch zů dem andern / ſo finde ich nichts / denn das an allen orten von el- C
nem hie / vomanderen dort / die warheyt eygentlich jemerlich verfelſchet iſt wordem / Vnnd das der böſe
vnnd arge feindt der teufel an allen ortern / ſeinen dreck auch miſt vnder gemenget vnnd gefähet hat / das
mir ſo ſchwer vnnd angſt drüber würt / das / ſo ein meuſslin oder vögelein in der ſtuben ein geraſpel oder
gekritzel hette (welchs ich nicht wol leiden köute) iſt mirs ſchon empfallen was ich ſtudiert vnd zůſamen
geleſen habe. So ſchwere vnd ſo groſſe arbeit koſt es / auff das man die Göttliche ſchrifft recht verſtehe /
vnd von dem teufels dreck vnd abgötterey / damit ſie von vilen verfelſchet / vnnd fein ausgeſpicket würt /
recht vnd rain abfege / vnd vnderſcheide.

Zů dem hat er auch offt geſagt / wenn der liebe getrewe fromme Gott / keinen aus gnaden erweck-
en würde / der vns die heilige ſchrifft clar an den tag gebe / ſo würde auch keiner mit freyem hertzen vnd gů-
ten gewiſſen ein rechte predig thůn. Derhalben werde er nicht wiſſen / was recht oder vnrecht iſt / aber
Gott wirt die läſterung ſeines namens nicht leiden / vnd ſein Göttlich wort an den tag geben.

Hatt auch pflegen das volck zůuermanen / das ſie nicht recht daran thůn / das ſie einen heyligen
hie / den andern dort vor einen Gott anbetten / / welche doch ohne den rechten Gott / ſchöpffer alles das ſo
in himmel vnd auff erden lebet vnd ſchwebet / nicht ein augenblick ihr leben erhalten können / vnd ſollen an- D
dern helffen?

Hat auch die pfaffen mit predigen / leſen / vnd an allen orten ſehr hefftig geſtraffet / das ihr thůn vñ
leben nicht recht / vnd ſtracks wider Gott vnd ſein gebot ſey. Daruon er / der pfaffen vngunſt auff ſich ge-
laden / vnd ſind ihm nicht gůt geweſen.

Clariſsimus uir D.D. Ioannes Syringius, eius nepos, morienti affuit, ac diſertè
affirmat, illum integrum quatriduum diem & horam mortis ſuæ prædixiſſe: quo to
to tempore diligenter ſe promiſsionibus diuinis de gratuita miſericordia per Chri-
ſtum, neglectis omnibus humanis meritis & præſidijs, ſit conſolatus: atq; ita tandem
eum ter repetito dicto, In manus tuas commendo, &c. fidentem Deo, læto ac con-
ſtanti animo expiraſſe. unde clariſsimè apparet, eum cùm de alijs, tum & de iuſtifica-
tionis articulo rectiſsimè nobiſcum ſenſiſſe: quin & prophetico ſpiritu futura præ-
uidiſſe.

Ludolphus

Ludolphus Castrick.

LVdolphus Castrick fuit pastor ad diuum Michaelem in suburbio Magdeburgæ, aliquanto ante hæc tempora. Sæpè ante prædicationem Lutheri (nam & post id tempus uixit) solitus est in publicis concionibus reprehendere Papæ indulgentias; hortari omnes, ut à Christo petant indulgentias, seu peccatorum remissionem. & denique prædicere, futurum ut errores illi ex Ecclesia Dei per piam quandam reformationem breui expurgentur, & remoueantur.

Andreas Archiepiscopus Carniæ.

ANdreas Archiepiscopus Carniæ, uixit circa annum Domini 1480. nempe ante 70. an. Is deformatum religiosorum sui temporis statum considerans, innumeris ferè tam doctrinæ quàm uitæ scandalis succurrere malo statuit: idque per liberum & generale concilium in Germania commodissimè fieri posse prospiciens, ea de re quàm primum perficienda, scriptis suis Fridericum Imperatorem & omnes Imperij Proceres admonuit. consentiunt plerique. Andreas igitur locum concilio Basileam statuit, eo´que cum doctis quibusdam uenit. Hæc cum Sixto Pontifici nunciata essent, illicò legatum suum Angelum Suetiæ Episcopum, ad senatum eiusdem urbis cum mandatis mittit, ut (nisi Pontificis interdictum incurrere uelint) Andream Episcopum captiuum uinctum´que Romam mittant, ac omnes illi consentientes in concilio exequendo pro excommunicatis habeant. Verùm Basilienses minimè concedere uoluerunt, ut in libera ciuitate Episcopo innocenti uincula iniicerentur. Legatus igitur ira commotus, totam ciuitatem excommunicat, & abit. Misit autem Pontifex alios ad Imperatorem legatos, inter quos primas Iodocus Sedunensium præsul tenebat. Hi astutis persuasionibus eò deduxerunt Fridericum Cæsarem, ut (licet inuitus, & longis uictus precibus) mandaret Basilienſibus, ne Andream ad sua redire permitterent, sed custoditum, secum in urbe, usquequò aliud ad eos destinaret mandatum, reseruarent. Voluit tamen Imperator etiam, ut interea Basilienses à nemine pro excommunicatis haberentur, nec propter prioris legati iratum discessum à quoquam deuitarentur. Mansit igitur Andreas Basileæ aliquot mensibus, in conclaui quodam, à certis quibusdam, qui illum obseruarent, custoditus. tandem´que ibidem mortuus est, laqueo strangulatus, proculdubiò id Pontifice procurante. Hæc Stumpffius. Scripsit contra hunc Andream Archiepiscopus Henricus Institoris, ac affirmat eum post priuatam fraternam´que admonitionem, euulgasse libellum quendam, in quo Papam accusauerit, tum de fide, tum de uita. Scripsisse quoque eum ad omnes prælatos & academias, ac inuitasse eos ad celebrandum synodum, & reformandam Ecclesiam. Vtinam huius boni Episcopi scripta extarent.

Papasellus.

EDidit Philippus Melanthon ante annos 29. picturâ quandâ monstri, ex asino alijs´q; animalibus conflati, ac in Tyberi anno 1496. inuenti: quod profectò, ut quisq; etiam sine interpretatione (quæ tamen commodissima addita est) animaduertere potest, horribiliter Babyloniam istam meretricem, ac ipsam Babylonem depingit.

Nicolaus Heluetius.

EXtat in Carolo Bouillo, uisio Nicolai Heluetij heremitæ, qui ante annos 60. floruit, ac amplius quàm 20. annis, ut certò constat, sine omni cibo uixit. Vidit autem is Papale caput coronatum, cum tribus gladijs ex facie eius exeuntibus, & tribus in eam tendentibus. Qua pictura haud dubiè tum pestilentes Papæ errores & tyrannis, quibus Ecclesiam Christi uastat, per gladios egredientes: tum

calamitates eiusdem,quibus eum Deus perdet,per gladios in ipsum tendentes, signi A ficatæ sunt. Extat alioqui & seperatim impressa,cum præfatione D.Martini Lutheri.

Sacerdos Curiensis.

EX pio ac docto uiro D.Nicolao Medlero,super intendente Brunsuicensi,pluries audiui,fuisse Curiæ in eius patria sacerdotem,qui crebrò sacrificulis dictitare solitus sit: Vos iam Paulum sub scamnum abiecistis: ueniet aliquando tempus, cum ipse inde prorepens,uicissim uos sub scamnum protrudet. Quæ propherici spiritus uerba, multa continere uidentur. Primùm enim significant, Papam & eius spirituales, contempto Euangelio Pauli, aliud Euangelium attulisse, aliamque religionem instituisse, per eam illos regnare iam, iacente in squalore Apostolo, præcipuo Christi organo, cum suo Christo, quem unicum ardentissimè prædicat. Deinde prædicunt, futura esse tempora, quibus Paulinum Euangelium B in lucem reductum,impiam spiritualium religionem & eius ministros prosternat,& humi affigat.Id nunc experientia ipsa comprobatum esse, clarè cernimus. Memini ante annos quindecim (cum nihil dum certi de doctrina instauratæ religionis sciré, essemq; ab ea,utpote uulgo pessimè audiente, planè auersus) audire me ex quodam honesto alioqui & prudente,nec tamen indocto uiro,Antonio legato Piranensi,nó esse legendas epistolas Pauli: Scio,inquiebat,aliquot homines,qui tantum ex lectione Paulinarum epistolarum,Lutherani facti sunt.

Ioannes Hilten.

PHilippus in Apologia,in capite de Votis monasticis,narrat, fuisse ante annos ab hinc 50. monachum quendam Isennaci in Turingia, nomine Ioannem Hilten, qui ob reprehensos quosdam monasticos abusus,in carcerem coniectus fuerit,ac C tandem grauiter laborans,ad se Guardianum cõuentus uocauerit, petieritq; sui mori bi rationem haberi. A quo cum insuper duriter obiurgatus esset,dixerit,se quidem nihil admodum contra monachatum docuisse. Sed uenturum anno 1526. qui sit monachos euersurus,ac cui repugnare planè non quæant. Eo uerò anno Lutherus docere incœpit. Quæ fuerit porrò eius doctrina,non satis indicat: Sed tamen innuit, eum de alijs etiam quibusdam articulis satis recte sensisse.

Iacobus Almain.

IAcobus Almain magister Parisiensis, scripsit anno 1512. quendam libellum satis acutè & diligenter contra Thomam Caietanum,in quo probat,concilium & Ecclesiam esse supra Papam,& alioqui primatum Papæ non parum extenuati. Impressus est liber Coloniæ,anno 1514. Affirmat quoq; multos studio adulandi, & beneficia obtinendi,nimium extollere Papæ potestatem. D

Maximilianus.

ANno undecimo supra millesimum & 500. oblata sunt Maximiliano grauamina Germanicarũ Ecclesiarũ,quib.à Papa premuntur. Iis motus Maximilianus, decretum quoddam opposuit, quo utcunq; malũ reprimeret & leniret. Gratia sanè, ne dicã etiam impia sunt illa grauamina,ac digna quæ à multis cognoscantur. Impressa sunt sæpius: postremò uerò Coloniæ cum Basilienſi concilio Syluij. Postea anno 23. in comitijs Noribergensibus sunt 100. eiusmodi importabilia onera ab Imperio Papæ missa: in quibus aliquanto plenius ferrea seruitus Germaniæ, qua ab Romano isto Pharaone seu Antichristo miserè premitur impressa exposita q; est. Fertur uulgò,cum à Leone,nescio in qua re deceptus esset,dixisse Germanicè: Iam se uerè affirmare posse, quod nullus Papatum sibi fidem seruauerit.

Fleken.

Flecken.

MOnachus quidam cognomento Flecken, notus reuerendo uiro D. Amsdorffio, fuit in monasterio Steinlausic prope Bitterfeld, qui nunquam uoluit celebrare Missam. Accusatus propterea pigriciæ, dixit esse aliam eius rei causam. In refectorio primum uidit propositiones Lutheri de indulgentijs. Ibi cum alioqui silentium præstandum de more esset, præ gaudio ridens & gestiens (fuit autem grandi & pleno corpore) dixit, Ha, ha, ha, Er ist kommen ders eüch thün wirdt. Iam is uenit, qui uos rectè tractabit: monachos & sacrificulos putans. Vnde apparet, eum ante prædicationem Lutheri expectasse redemptionem Israel, ex captiuitate Babylonica Antichristi. Lutherus facit eius mentionem in præfatione Alcorani Minoritarum, tanquam á monachis uiolenter oppressus sit. D. Martinus, piæ memoriæ, B sic aliquando de hoc bono monacho est locutus, Ich hab Flecken lieb. quia fuit homo plenus consolatione: Verba eius erant planè consolatoria: Scripsit ad me statim cum edidissem meas propositiones, optimam epistolam. Ich wolt zehen gulden darumb geben/ das ich sie noch hette. Erat autem fermè hæc sententia: Venerabilis domine D. pergite & urgere pedes uestros: Et mihi displicuerunt hi abusus Papistici, &c.

Die mönch waren jhm auch gramm / denn zů Steinlausick hat er gesagt. Er ist da/der es thůn wirdt/so hat er auch nie keine Mess gehalten/welchs ein gůt zeichen gewesen.

Vestigia uetustatis.

INter antiquitatis testimonia, contra Antichristum eiusque errores, non immeritò recenseri debet, quod non tantum historiæ, ut Moguntina quædam, testantur, extitisse olim fistulas, per quas laici sanguinem Domini hauserint: item & ca C lices, in quibus uersus sculpti fuerint, testes communionis sub utraque specie: sed & hodierna die adhuc Ratisbonę talia instrumenta, calices que, talem laicorum communionem testantes, extare audio. Princeps Georgius Anhaldinus plura talia signa & tecmiria in suis concionibus contra Missam utiliter collegit: quas uide, & non pigebit. Quid uerò de hac re multum disputare attinet, cum extent in quodam hymno adhuc in Papistica Ecclesia usitato, hi uersus, manifestè communionem laicorum sub utraque specie asserentes?

Dedit fragilibus, corporis ferculum:
Dedit & tristibus, sanguinis poculum,
Dicens accipite, quod trado uasculum,
Omnes ex eo bibite.
D *Sic sacrificium istud instituit,*
Cuius officium committi uoluit,
Solis presbyteris, quibus sic congruit,
Vt sumant, & dent cæteris.

Hisce testimonijs non immeritò addi possunt & ea signa, quibus beatus Rhenanus in præfatione super uersionem Missæ Græcæ probat, olim & sacerdotes paucos esse solitos, & Missas nec priuatas fuisse ullas penitus, nec publicas, nisi admodum ratas in Germania, quæ tamen propriè communionis tantum causa sint celebratæ. Hisce adde & uetustas Agendas, in quarum rubricis communio sub utraque specie, aliáque complura secundum nostram religionem, contra Papisticos abusus & abominationes ponuntur.

Rusticorum querela.

IMpressus est iam olim unicus arcus, titulo Altercatio rusticorum, uersu conscripta. Ibi queruntur miseri rustici, id est, omnes laici, de spiritualibus primùm, quòd pro libitu ac sine ulla planè legitima causa à spiritualibus uariè, præsertim autem litibus,

litibus, excommunicationibus, & calumnijs uexentur & opprimantur. Deinde, A quòd sibi ab eis uxores contaminentur. Vnde & tristes coniugum rixæ ac distractiones, & infamia tum ipsorum coniugum, tum & liberorum oriantur. Postremò queruntur quoq; sibi uendi sepulturas, seq; uariè expilari. Obseruatu autem dignum est, quod, quanquam clerici nihil, quod alicuius momenti sit, ad illas grauissimas querelas respondeant: tamen à Papa (nam coram eo litigatur) absoluuntur. Tale nimirum regimen debet esse Antichristi, eiusq; ministrorum, ut miserorum laicorum animam, famam, opes, uxores, & etiam ipsa corpora perderent, in seruitutem redigerent, & pedibus conculcarent. Etsi autem poëma fictum est, tamen in eo inueterata tam Papæ eius q; spiritualium tyrannis, Christianorumq; turpis seruitus expressa est.

Speculum uisionis. B

IMpressus est liber Noribergæ anno 1508. titulo Speculum uisionis, authore presbytero Iosepho Grunepeck, qui uixit circa idem tempus. Minatur graues pœnas Christianis, & præcipuè Ecclesiasticis seu spiritualibus, ob eorum horribilia scelera. Obijcit autem eis potissimum, turpissimas libidines, auaritiam, ambitionem, & neglectionem uerbi Dei, ac salutis animarum. Ac inter cætera picturis clarè ostendit, fore ut laici curam uerbi ac ministerij suscipiant, auferant officium & opes à spiritualibus, res que eis ad rastra redeat. Dicit etiam, eodem tempore fuisse sanctum quendam uatem, qui per omnia Ecclesiarum limina discurrerit, & pœnitentiam Christianis, futurum que exitium comminatus sit. Recitat quoque uel summam uel etiam partem alicuius eius concionis, cuius aliquot lineas & ego adscribam. Expergiscimini (inquit) ô uiri Christiani, è graui scelerum somno, atra que mortis caligine: aurium que & omnium sensuum uestrorum corda rescindentes, uerba mea C intentissimè percipite: quia legem Domini Dei nostri in latrinam, & omnes eius diuinos sermones in obliuionis & contemptus cloacas abiecistis: cœpistis uirtutum in exercitatione prorsus delirare, in malicia sapere & prudentissimi esse: omnem æquitatem & iustitiam subuertere: pupillorum & uiduarum sudore inebriari: patrimonium Christi scortorum delicijs dissipare: ac etiam efferatam libidinem uestram stupris, adulterijs, incestu, & omni illicito concubitu, inexplebilem uerò habendi uoracitatem furtis & sacrilegijs explere: denique Dei templum per scelus & summam iniquitatem uestram, constitutum est lupanar, & domus furum atque latronum, in quo non celebres hymni, sed blasphemiæ cœlestis Principis resonant. Proptерea extant adhuc pauci dies, &c.

In hisce sanctus iste propheta, quanquam uideatur omnes Christianos compellare, tamen (meo iudicio) præcipuè sacerdotes alloquitur. Nam obijcit eis, quòd patrimonium Christi scortorum delicijs dissipent, quod ad laicos non potest pertinere: item, quòd ex templo Dei fecerint lupanar, & domum furum: item, quòd legem Domini & eius sermones abiecerint, & obliti sint. D

Affirmat quoque idem Iosephus, fuisse aliquando ante ea tempora, quendam iustum, sanctum & zelo Dei plenum uirum, qui prædixerit, grauem persecutionem spiritualibus per omnes Ecclesias ob eorum scelera imminere, euersionemq; multorum templorum: ideoq; suo tempore ait nullum sermonem frequentiorem in omnium ore fuisse, quàm, iam imminere exitium spiritualibus, ob eorum turpem & sceleratam uitam.

Eodem quoq; suo tempore ait cruces super uestes cecidisse, quòd & alij historici indicant. Interpretatur autem ipse id signum ita, tanquam Deus homines ad agnitionem peccati, & spem ueniæ uocauerit. dicitq;, primùm in Ecclesiasticis indumentis & sacerdotum uestibus conspectas. Ego credo, Deum eo signo Christianos admonere uoluisse crucis Christi, id est, doctrinæ de passione Domini: ac indicare, se breui largè cognitionem Euangelij super omnes homines effusurum esse.

Omnia ergo

Omnia ergo ista, & prophetia istius sacerdotis, & cõciones illius sancti prophetæ, & denique uaticinium illius iusti uiri, de quo ipse dicit, fuerunt (meo sanè iudicio) ideo spiritualibus à Deo proposita, ut pœnitentiam agentes, imminentes calamitates effugerent: sicut solet Deus facere, cum securis ad radicem arboris posita est. Nam uix decennio pòst uenit Lutherus, qui Papam cum suis sacrificulis euertit.

Fasciculus temporum.

CHronica Cartusani cuiusdam Colonienſis, titulo Fasciculus temporum, ante 60. annos scripta, subinde grauia scelera & impietates spiritualium recenset. circa annum Domini 900. sic de impietate Paparum conqueritur: Heu, heu, heu, Domine Deus, quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Qualia contigisse circa hæc tempora etiam in Ecclesia, sede Apostolica, quam usq; huc tanto zelo custodiuisti, legimus scandala? Quales contentiones & æmulationes, sectæ, inuidiæ, ambitiones, intrusiones, persecutiones? O tempus pessimum, in quo defecit sanctus, & diminutæ sunt ueritates à filijs hominum. Et circa annum 1040. sic scribit: De pluralitate beneficiorum, quæ circa hæc tempora nimis inualuisse uidentur, & deinceps continuata, multum dolenda ambitione prælatorum, & simoniaca labe, quàm plurima scripta sanctorum Patrum habeantur, detestantium abusiones istas. Et nota quod facilè inuenti sunt pauperes clerici & doctores qui pluralitatem beneficiorum & pompam Ecclesiasticorum reprehenderunt, donec offeret se occasio participandi: qua accepta, communiter auaricia excæcauit eos. Fertur de quodam magistro magnæ literaturæ, qui ualde sublimiter disputauit contra diuitias prælatorum, & fastum eorum, quasi omnino sic uiuere non liceret, &c. Hæc cum nunciata domino Papæ fuissent, plausibiliter respondit: Demus ei bonam præposituram, & hæc & illa beneficia, & benè pacatus erit. Factum est ita. & ecce protinus sententiam mutauit, dicens: Nunquam intellexi materiam hanc, præter modò. Hactenus ille.

Sic nimirum illa meretrix Babylonia se poculo inebriauit, & scortationibus deliniuit potentes & sapientes, ut uidentes nec uiderent, nec uidere uellent ueritatem & iustitiam.

Nicolaus Rus.

NIcolaus Rus sacerdos Rostochienſis, magister & baccalaureus (ut uocant) formatus theologiæ, uixit ante annos 40. Reliquit prolixum scriptum, impressum Saxonica lingua, titulo De triplici funiculo. Est autem expositio Symboli, Decalogi, & Dominicæ orationis, in qua multa contra Papam disputat, præcipuè autem hæc: Indulgentias esse meram deceptionem piorum, & quæstum: Veras indulgentias contingere à solo Deo gratis, propter Christum, omnibus uerè pœnitentibus: Papam non eam potestatem habere, quam ei multi tribuant: nec audiendum, nisi recta præcipiat. Sanctorum ossa non esse adoranda: Sanctos non esse inuocandos: spirituales debere dare censum, & subesse magistratibus. reprehendit quoque traditiones humanas, uarios abusus & superstitiones. In primis uerò grauissimè infectatus est, spiritualium turpissimam uitam, & officij neglectionem. Dicit eos Antichristi ministros esse. Habuit etiam suos auditores, eosq; non paucos.

Soliti enim sunt Rostochium ex Bohemia uenire certi homines, haud dubiè Vualdensium concionatores, qui cum ipso & alijs suæ doctrinæ hominibus proptios conuentus habuerunt. Sed excitata est ab impijs contra eos persequutio, multíque ciues sunt propterea expulsi. Nam præter alia, etiam illud contra eos commenti sunt, solere illos noctu conuenire, & in illis suis conuenticulis promiscuas libidines exercere. Quare uulgò dictitatum est, conuenire eos in Rustelser, id est, osculorum cellario. Ipse Nicolaus Rus primùm ob persequutionem coactus est Rostochio

est Rostochio Vuismariam secedere, ubi circiter sesquiannum uixit. unde reuersus A denuò Rostochium, rursus ob nouam persecutionem in Liuoniam abijt, ibi que diem suum obijt.

Habeo harmonias Euangeliorum eius manu scriptas. Apparet fuisse hominem doctum, & diligentem. Viuunt adhuc hodierna die duo pij & docti uiri, meique amici, Rostochij, qui eius in humanioribus studijs discipuli fuerunt, D. M. Conradus Pegellius, & D. M. Vitus, fidelis Christi minister ad sanctum Ioannem. Liber ipsius, ignoro an ante mortem uel post sit impressus: certum tamen est, indulgentiarios impostores, & inquisitores, summo studio illius exemplaria conquisiuisse, & plerasque exussisse. Bonus quidam uir unam arcam plenam illis exemplaribus in terram defoderat, quæ usque ad Lutheri tempora sub terra fuerunt. Quare & pleraque computruerunt, eoque paucissima extant, non illæsa tamen à putredine. Ego unicum habeo, curaboque aliquando, Deo iuuante, ut & Misnica lingua excudatur. B

D. Pfennig.

COncionatus est ante annos fermè 50. Naumburgi quidam doctor Theologiæ, cognomento Pfennig. qui contra multos Papæ errores, præsertim autem indulgentias, publicè quoque disputare est solitus. Tandem uerò, ubi intellexit sibi insidias strui, tentauit fugam in Bohemiam: sed retractus ex itinere ab Alberto Duce Saxoniæ ac Misnensi, Episcopo traditus fuit: apud quem in carcere & uinculis, ueritati testimonium dando, contabuisse dicitur.

Antonius Mancinellus.

DE Antonio Mancinello quidam celebris uir hanc narrauit historiam. Mancinellus in solenni quodam festo Romæ sub processione, more solito, albo insidens equo, publicè coram omni populo elegantem habuit orationem, contra Alexandrum sextum Pontificem: ubi omnes Papistarum & Antichristi regni abusus, impios mores, spurcissimam uitam, inaudita scelera & scandala reprehendit, ac ualde acriter in easdem abominationes est inuectus: & in fine, postquam peroraueret, orationem scriptam inter populum astantem sparsit. Commotus hac oratione Pontifex, illum comprehendi, & utramque ei manum abscindi iussit. Sed cónualescens Antonius, paulo pòst iterum in alio quodam festo, simili modo multo grauiorem & uehementiorem habuit contra Pontificem orationem, qua ita accensus ille Satanæ minister Alexander, linguam Antonio excindi curauit: quo dolore aggrauato, pius hic uir interijt. Huius rei fides penes authorem sit. Nam ego eam pro C omperta non habeo.

M. Ioannes Ibenhagen Frimariensis.

MAgister Ioannes Ibenhagen, Ecclesiæ Frimariensis pastor, qui floruit ante 50. annos, solitus est reprehendere prohibitionem ciborum, butyri, &c. Nam istis diebus, quibus in Papatu hominibus non licuit comedere carnes, ipse D met curauit suis operarijs coqui suillam carnem, eisque apponi, & simul cum eis comedit, dictitans, omnibus diebus licere Christianis uesci carnibus. Reprehendit etiam alias (ut probatæ fidei homines testantur) superstitiones, à Papa & pseudospiritualibus ordinatas & institutas. Nam quòd sit humanum inuentum, non comedere carnes, sic probauit.

Omnia in usum hominis à Deo esse creata, & non inueniri in sacris literis istiusmodi præceptum: ideo & homines, ut id seruent, non obligari.

Improbauit quoque adorationem statuarum, & peregrinationem ad S. Iacobum, S. Mariam, & alios Diuos.

Item, hominib. in confessione fertur dixisse, eos sanctorum neque meritis, neque intercessione niti debere: sed sola misericordia Dei, qui filium suum unigenitum pro pecca-

A pro peccatis totius mundi dedisset, qui homines sua satisfactione (uerba eius recito) Deo reconciliasset, &c.

Tilemannus.

FVit in monasterio Groningæ fermè ante 50. annos, quidam monachus Minorita, grandis admodum natu, nomine Tilemannus. Is cuidam ciui nomine Hans Ludeke, in confessione querenti, suam conscientiam nescio quibus hominum traditionibus implicatam teneri: respondit, Multa esse, quæ de ea materia dici oporteret, sed non esse liberum. Maximum enim esse periculum ueritatem dicenti. Sed tamen eum breuiter iam sic rem accipere debere: Christum pro nobis esse mortuum: eum solum esse nostrum seruatorem, in eum solum fidendum: reliqua omnia, ut indulgentias, & similia, esse meras nugas, ideoq; non curandas. Similia haud dubiè & alijs in confessione B dixit. An etiam publicè quid dixerit, ignoro: dicturus haud dubiè & ea & alia multo plura, si per tyrannidem Antichristi, eiusq; satellitum, qui ueritatem oppressam sepultamq; tenebant, licuisset.

Stephanus Aufrerij.

STephanus Aufrerij, qui aliquando ante hanc ætatem uixit, scribit quædam digna lectu de Bonifacij octaui indulgentiarum patris, seu matris, importunitate & arrogantia, quæ adscribam.

Bonifacius octauus, licet in his quæ ad curiam pertinent, fuerit exercitatissimus: in tantam tamen arrogantiam seipsum erexit, ut totius se mundi Dominum diceret, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus. Vnde inimicitias contraxit cum Philippo Pulchro, Rege Franciæ, uulgariter dicto Lebel: propter quas Regnum Franciæ subiecit C Alberto Imperatori, sicut & alia regna, sed nihil profecit, &c. Et paulo pòst.

Quia Bonifacius sciebat Philippum hæc omnia parui facere, sibi quandam bullam transmisit huius tenoris: Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei, Philippo Francorum Regi: Deum time, & mandata eius obserua. Scire te uolumus, quod in spiritualibus & temporalibus nobis subes, beneficiorum & præbendarum ad te collatio nulla spectat: & si aliquorum uacantiam habeas, fructus eorum successoribus reserues: & si quæ contulisti, collationes tales irritas decernimus: & quantum de facto processerunt, reuocamus. Aliud credentes, hæreticos reputamus. Datum Laterani nonas Decemb. pontificatus nostri anno primo.

Rex autem Philippus, ut sequitur, respondit: Philippus Dei gratia Francorũ Rex, Bonifacio se gerenti pro summo pontifice, salutem mòdicam, siue nullam. Sciat tua maxima fatuitas, in temporalibus nos alicui non subesse, Ecclesiarum & præbendarum collationem ad nos iure regio pertinere, & fructus earum uacatione durante nostros facere: collationes à nobis hactenus factas, & in posterum faciendas, fore ualidas: & illa D rum uigore, possessores contra omnes uiriliter nos tueri: secus autem credentes, fatuos & dementes reputamus. Datum, &c.

Occasione huiusmodi literatum maxima tunc fuit habita Parisijs disputatio, de potestate Papæ & regali authoritate: de quo per Petrum de Palude in suo tractatu De potestate Ecclesiastica. Multa autem alia fecit idem Bonifacius, quæ in fine miserabiliter defecerunt: dedit q; exemplum cunctis prælatis, ne alta saperent, sed forma facti gregis, magis studerent amari à subditis, quàm timeri. Hactenus Aufrerius. Hic est, de quo dicitur, Quòd intrauit ut uulpes, regnauit ut leo, exiuit ut canis.

Idem Stephanus ibidem de coniugio sacerdotum, inquit: Tempore primitiuæ Ecclesiæ licebat presbyteris, & sic constitutis, uxorẽ ducere. Quoniam. &c. Aliter dist. 31. dummodo die celebrationis abstinerent à coniugibus. Postea in occidentali Ecclesia uenit prohibitio, ut constituti in sacris deberent continere. d. c. Aliter, &c. In cœna. Et dicit Franciscus in Rub. q. 10. uel 20. quod hoc præceptum det materiam illaqueandi plures animas, propter fragilitatem nostram. Ideo credit, quòd sicut Ecclesia indixit hoc

præceptum continentiæ, quòd quandoq; reuocabit. & erit conueniens dicto Apostoli A
reuocatio, qui dicit 1. Cor. 7. De uirginibus præceptum non habeo, consilium autẽ do.
Et dicit Siuil. in c. Cum olim, de clericis coniugatis, quòd pro bono ac salute animarum
esset salubre statutum, ut uolentes continere & mereri, relinquerentur uoluntati eorum:
non uolentes autem continere, possent contrahere. Nam experientia docente, prorsus
contrarius effectus sequitur ex illa lege continentiæ: cum hodie non uiuant spiritualiter,
nec sint mundi, sed illicito coitu maculentur, cum eorum grauissimo peccato, ubi cum
propria uxore esset castitas. d. c. Nicena. Vnde deberet Ecclesia facere, sicut bonus medi-
cus, ut si medicina experientia docente potius officit quàm proficit, eam tollat. Hæc ille.

Tilemannus Spangenberg.

TIlemannus Spangenberg, D. Ioannis Spangenbergij theologi syncerissimi, piæ
memoriæ, pater, qui citciter annum 1499. diem clausit extremum, inter alia pia B
uigebat, in summum uenturam contemptum: tum eos uisuros, sacerdotes et monachos
ob malitiam, auaritiam, odia & fœditates, eiectos ex templis & monasterijs discurrere,
& aliam ueram tum religionem fore instaurandam. Non enim patietur Deus (dixerat)
corruptissimos horum hominum mores, præsertim cum uix unicum uerbum Euange-
lij doceant, & præterea uitam, quolibet etiam ethnico indignam ducant. Hanc religio-
nis (papisticæ uidelicet) mutationem tum dixit futuram, quando cornua calceorum,
quæ tum abijciebantur, homines iterum essent recepturi, & non in anteriore parte ean-
tum, sed ex utroq; latere gesturi. Dixerat præterea aliquando in præsentia quorundam
canonicorum: Spirituales & Ecclesiæ ministri docere populum quidem deberent, sed
inuerso ordine bella gerunt, & ad arma adhortantur (erat enim quędam tunc inter Du
ces Brunsuicenses & Episcopum Hildesheimensem discordia) id quod alijs prohibere C
eos deceret, facere ipsi nõ erubescunt. Vbi animas curare deberent, non animas tantum,
sed corpora trucidant. Sie sollen sein seel sorger/so seindt sie leib vnd seel würger.

Ernestus Archiepiscopus Mag-
deburgensis.

ERnestum olim Archiepiscopum Magdeburgensem, de Iustificationis articulo
piè sensisse, apparet ex uerbis eius fermè in ultimo agone dictis. Nam D. Clemens
Schawdiaconus Ecclesiæ Islebiensis, & tum Archiepiscopi capellanus, refert se
astitisse ei, unà cum duobus Franciscanis, in Salinis morienti: quorum alter ad Archie-
piscopum dixerit, Esto bono animo inclyte princeps, Nos omnia non tantum nostra,
sed & totius Minoritarum ordinis bona opera, tuę celsitudini communicabimus. Non
est dubium, quin illis acceptis, coram Dei consistas tribunali iustus & beatus. Respon-
disse uerò Archiepiscopum. Nein ich trawen/ich begere ewer werck nyrgent zů. Meins herren D
Christi werck müssens allein thůn/dar auff verlas ich mich. Id est, Nullo modo, nec meis ne-
stris operibus ego confidam, sed solius mihi Christi opera sufficient. Fuit alioqui & in-
politica gubernatione homo iustus ac frugi, et nõ dilapidator reddituum, & uexator mi
serorum, sicut sequentes Marchitæ.

Berna.

BErnæ accidit anno 1507. mirabilis historia, conscripta uulgari & Latino sermone,
uersu & soluta oratione. Digna sanè est, quæ huic catalogo nostro breuiter inseratur, propterea quòd insignem impietatem, audaciam & fraudem monachorum
contineat.

Dominicani, quibus perpetua est cum Franciscanis (iuxta illud Hesiodicum, Inui-
det mendicus mendico, ob parcecas & lucrum) æmulatio, cupientes sui ordinis, aliquo
insigni facinore, nomen augere, & Franciscanorum diminuere, atq; ita oblationes ple-
beculæ ad se pertrahere. Longam telam quandam fraudum technarumq; per suos quos-
dam

A dam primarios excogitauerunt, ac Bernæ in suo monasterio contexuerunt.

Quatuor quidam (primates alioqui sui ordinis) histriones, selegerunt simplicem quendam fratrē, qui recens, non sine dote, ex nimia superstitione erat factus monachus. Eum tum alijs multiplicibus superstitionibus, tum fictis S. Marię, Barbaræ, Catharinęq; Senensis apparitionibus & reuelationibus, tū medicatis potionibus, tum deniq; etiam magicis artibus ita dementarunt, factis ei etiam instar Francisci quinq; uulneribus, ut ille plane crederet sibi Diuam uirginem apparuisse, sibiq; rubentem eucharistiam & miraculosum Christi sanguinem obtulisse, & ad senatum mandata tradidisse, quæ etiam in senatu exposuit, in quibus inter cætera fuit, quòd Diua uirgo sit in peccato concepta: ideoq; ferendi non sint in ciuitate Franciscani, qui cum alioqui scelerati & non reformati essent, tum etiam non ferendum errorem de pura conceptione uirginis docerent. Docuit etiam, imaginem quandam D. Virginis, quam monachi arte (tanquam si fleret)

B humorem stillare fecerant, colendam esse.

Res est primùm ab omnibus credita. ruffus ille color pro Christi sanguine adoratus, & multis magnis satrapis huc atq; illuc, uelut pro ingenti munere (non sine recompensatione) guttatim missitatus. Factus maximus concursus ad illam plorantem statuam, et ad ementitum Christi cruorem, non sine maximis muneribus et oblationibus. Sic ergo rem eò Dominicani perduxerunt, ut soli omne lucrum haberent, soli pro semidiuis colerentur: miseri uerò Funigeri Francisci filij cum contemptu etiam damnum & esuriem, nemine eleemosynam eis dante, ferre habereq; cogerentur. Sicq; sanctis Funigeris res plane ad funem restimq; redacta esse uidebatur.

Sed Franciscani ignominia damnoq; que extimulati (ut miseris ingenium grande est) taliumq; technarum fingendi apparitiones & miracula (eo quòd papisticis impostoribus seu sacrificulis sunt usitatæ) non ignari, eò usque rem diligenter inuestigarunt,

C quoad tota fraus patefieret. Atq; ob ea maleficia impiasq; fraudes quatuor tantum illi primarij, anno 1509. exusti sunt: cum non illi soli, sed quam plures alij eius sceleris rei participesq; essent. Inter alios etiam ipse Prouincialis, ut eum uocant.

Cum torquerentur impostores illi, multa & horribilia, præter ea quæ recitaui, confessi sunt, quæ tamen (uti testantur ipsimet papistici scriptores) ne totus spiritualium Papæ ordo populo uilesceret, ipso Papa per legatum ita præcipiente, occultata sunt.

Talibus fraudibus fictarum apparitionum, reuelationum & miraculorum, non dubito pleraq; idololatrias & cultus, apud Papistas uel excitatos primùm, uel certè postea confirmatos & auctos: sicut in omnibus fermè regionibus technarum huiusmodi, tum olim patefactarum, tum post instauratam prædicationem Euangelij, historiæ narrantur. Suerini in Mechelburgensi Ducatu, cultus est sanguis Christi: qui postea reclusus, & ab aurifabris diligenter inspectus, draconis sanguis deprehensus est. Nam eo illi in exprimendis insignibus annularibus utuntur, eoq; eius gnari sunt.

Budæus.

D Budæus, in ijs quæ ante Lutheri prædicationem scripsit, duriter & prolixè Papam, Episcopos, prælatos, & sacrificulos accusat: præsertim autem in libro de asse, qui anno 1513. editus est. Dicit eos bella inter Christianos ciere, cum pacis authores esse deberent: uincere longè pessimum quemque è populo, auaricia, crudelitate, superbia, ambitione, crapula, luxu, spurcissimis libidinibus, & omnibus alijs sceleribus, quæ in uita hominum grassantur, præsertim autem Epicureismum extremum eis tribuit.

Dicit eos esse tum indoctos, tum etiam inimicos literarum: negligere penitùs salutem Christianorum, sibiq; commissas piorum Ecclesias. Multis eos uelle præesse Ecclesijs, cum ne unicam quidem rectè regere possint, imò ne cogitent quidem. Quin etiam ait eos perdere, & ad inferos præcipitare homines cùm alijs rationibus, tum uerò turpissimæ sceleratissimæq; uitæ nefarijs exemplis. Dissoluisse eos ait Ecclesiasticam disciplinam, quam tueri debebant. Erumpit alicubi in hasce uoces: Quam autē spem salutis habere possunt, qui cum sint Principes, sacerdotes, & in plebe gubernacula tenentes, meri-

die in ſcopulos impietatis impingunt? & cum ſplendore uitæ prælucere Dominicæ familiæ debeant, erroris illi nobis & hallucinationis caligínem tetram ob oculos offun dunt?

Item: Egóne ut credam, fidem eos bonam agnoſcere, qui ſub exuuijs Domini noſtri, aram & ſacra tenentes, & ipſum denique Dominum exoſculantes, eiuſdem ipſius placita et inſtituta floccipendant, eiſq; è diametro oppoſita pugnantiaq; amplectantur? Item: Ecquis eſt autem obſecro, qui ſi ſtatum Eccleſiæ, motum, flexum, habitum, affectiones deniq; corporis & animi, & ſeſsiones ipſas æſtimet, quales non pridem uidimus, ullam rationem haberi oraculorum, aut omnino ſacrorum monumentorum iudicet? Quaſi uerò non monodias ueras in funus animarum Entheus ille uates, ſed plane nè nænias effatus ſit. Nam pontificiam iuriſdictionem ita degeneraſſe cernimus ex charitate priſca, ut ubi æqui boniq; et benignitatis ſinus ſolebat eſſe, ibi litium officina, captarumque improbarum nunc eſſe uideatur. Inde illa formularum aucupia, & rituum Pontificiorum cautiones ad circumſcribendam familiam Domini concinnata. Inde multarum compendia præſulibus enata, acceptorum paginas luculenter augentia. Inde ſacrilegæ nundinæ earum rerum, quæ in commercio humano ſine piaculo eſſe non poſſunt. Mitto nunc teſſeras, non modò ueniales, ſed etiam uenales, impuritatem ſceleratum, & ſolutionem ſacratum legum, ſordida benignitate largientes. Itaque ſacroſanctos canones, melioribus annis factos, ut ijs uelut regulis uita clericorum dirigeretur, & uelut patrum præſcriptis poſteri formarentur, iam in amuſſes plumbeas euaſiſſe, quis non uidet? Quales olim fuiſſe canones plumbei, & moles non ſtructurâ operum tenore æquabili dirigunt, ſed ex ſtructorum commodo & libidine flexiles, ſtructuræ accommodantur: ſic canones pontificij ex uſu Eccleſiæ antiſtitum flexibiles, plumbei & cerei facti ſunt, ut iam diu inſtituta maiorum & ſanctiones pontificiæ non moribus regendis uſui eſſe, ſed (propemodum dixerim) argentariæ factitandæ authoritatem accommodare uideantur. Hæc ille.

Ex quibus apparet, Budæum non ſolum uitæ ſummam turpitudinem & ſcelera Papæ, ſacerdotibuſq;, ſed & officij ſui in inſtituenda plebe Domini neglectionem, atq; adeò corruptam & diſciplinam, & aliquatenus etiam religionem Chriſtianam exprobrare. Ait quoque, oportere quamprimũ reformari Eccleſiaſticos, ſeu ſpirituales: id niſi fiat, funditus interituram eſſe Eccleſiam.

Poſt prædicationem uerò D. Martini, audiui etiam æquiorem factum nobis eſſe, ac Locos communes diligenter lectitare ſolitum eſſe. Sed timuit fortaſsis tyrannorum & carnificum Dominicanorum crudelitatem, eoq; publicè eam ſententiam profiteri non eſt auſus.

Conradus Celtes.

COnradus Celtes, homo doctiſsimus, floruit Viennæ circiter ante 60. annos. Intelexi ex fide digniſsimis hominibus, rerumq; ac uitæ eius non ignaris, damnaſſe eum Miſſam, purgatorium, & ſanctorum inuocationem: eoq; eum nunquam publica ſacra ſeu Miſſas frequentaſſe. atq; eam ob cauſam excommunicatum, excommunicationemq; contempſiſſe.

Pater Friderici Myconij.

CLatiſsimi uiri & theologi conſtantiſsimi Friderici Myconij patrem, non tantum uerè pium, ſed & probè gnarum fuiſſe purioris religionis, facilè ex ſcripto filij, cui Somnium nomen impoſuit, cerni poteſt. Vnde pauca huc tranſcribam.

Inſtituerat me pater meus (inquit Fridericus Myconius) ad huc puerum & infantem, Decalogi uerba, orationem Dominicam, & Symbolum, et cogebat me frequenter orare. A ſolo enim Deo eſſe nobis gratis omnia, & illum nos gubernaturum, ſi diligenter oratem, perſuadebat. Item, ſanguinem Chriſti eſſe pretium pro peccatis mundi, & cuilibet Chriſtiano eſſe neceſſariam hanc fidem. Quòd ſi tantum tres homines debeant ſaluari per ſanguinem Chriſti, tamen ſe certiſsimè ſtatuere debere, ſe eſſe unum ex illis tri

bus:

A bus: & contumeliam esse in sanguinem Christi, de hac re dubitare. Indulgentias papales esse retia, quibus caperetur pecunia simplicium. Certè remissionem peccatorum & uitam æternam non posse emi pecunia: sed offendi sacerdotes, si ista dicerentur. Hæc ille. Hinc apparet, illum uirum recte sensisse de iustificatione, de uera ac non dubitante fide, qua omnia à Deo impetremus: De inuocando solo Deo, & de indulgentiarum uanitate. Fuit haud dubiè aut Vualdensium discipulus, aut alioqui θεοδίδακτος mirabili modo à Deo ueritatem edoctus: quales multi in omnibus locis fuerunt.

Ioannes Tornacensis.

B IOannes Tornacensis oppugnauit primatum Papæ, ac ob eam causam à Parisiensibus est damnatus. Floruit ante hæc tempora. Testatur Lutherus.

Ioannes Kalcheisen.

IOannes Kalcheisen oppugnauit indulgentias ante hæc tempora in Anglia. Testis Lutherus.

Orbellus & Bernerus.

ORbellus & Bernerus, duo quidam docti homines, contra spiritualium cœlibatum pro coniugio scripsisse dicuntur. Quando autem uixerint, ignoro.

Albertus Roxiatus.

C ALbertus Roxiatus floruit circa annum Domini 1340. in l. benè à Zenone. col. 6. nu. 18. c. de quadri. præscrip. inquit: Præsidentes Romanæ Ecclesiæ, eorum astuta & sagaci prudentia secundum temporum uarietatem sua uariauerunt statuta, modò Imperium sublimando, modò paulatim deprimendo de tempore in tempus. Sed ad quid? nisi ut sensim omnia & cœlestia & terrena, & spiritualia & temporalia (ut uocant) pedibus suis (ut palàm gloriantur) subijcerent? Eodem loco probat quoq; sententiam Ioannis Parisiensis & Dantis Aligerij, quod imperium à Papa non dependeat. Refert quoq; ibidem, & approbat legem Lud. Bauari Imperatoris 4. per quam item declaratur, & ex sola electione uerum Imperatorem fieri, sine ulla Papæ uel suæ sedis approbatione: & contrarium asserentes, omnibus feudis & bonis Imperij ipso facto priuantur, & crimen læsæ maiestatis incurrisse decernuntur.

Quidam Decanus Madeburgensis olim scripsit de uitiato curiæ Romanæ statu. Eius scriptum adhuc inuenitur. Quis uerò aut quando fuerit, non satis mihi constat. Dabo tamen operam, ut totam rem clarius explorem.

D. Andreas Proles, Augustinianorum prouincialis.

D HEnningus monachus Augustinianus, in Porta cœli prope Vueringerodi, qui adhuc, ualde tamen grandeuus, uiuit, sic de D. Andrea Prole Lipsensi, qui ante 40. annos obijt, narrat: Me uiuente, inquit, erat Prior nostri monasterij D. Andreas Proles Lipsensis, uir doctus & magni animi, bonumq; pro Christiano populo zelum habens. Ab ipso sæpè audiui inter prælegendum, hæc uerba: Auditis fratres testimonium scripturæ sanctæ, quòd gratia sumus, quicquid sumus: & gratia habemus, quicquid habemus. Vnde igitur tantæ tenebræ, & horrendæ superstitiones? O fratres, res Christiana opus habet forti & magna reformatione, quam quidem iam propè instare uideo. Quærentibus fratribus, Quare ipse non inciperet reformationem, ac erroribus sese opponeret? respondebat: Videtis fratres, me esse ætate grandæuum, corpore & uiribus debilem: & agnosco me non esse prædítum tanta doctrina, industria, & eloquentia, quantam hęc tes postulat. Sed excitabit Dominus heroam, ætate, uiribus, industria, doctrina, ingenio & eloquentia præstantem, qui reformationem incipiet, erroribusq; sese opponet: ei Deus animum dabit, ut Magnatibus contradicere audeat: & ipsius ministerium

ſalutare Dei beneficio competietis. Solitus eſt etiam ſæpè dicere inter prælegendum A
Regnum Papæ magnam minatur ruinam, quia nimis altè & nimis citò creuit. Hęc te-
ſtatur prædictus frater Henningus, ſe ſæpè ex ore D. Andreæ Prolis audiuiſſe.

Hunc ipſum D. Prolem iam decrepitũ, uidit & audiuit D. Martinus Lutherus, ad-
modum tamen iuuenis, Magdeburgæ. Teſtatur & ſequentia Henningus, uocatum eſſe
prædictum D. Prolem paulò ante mortem ad ſynodum quandam, utpote iam prouin-
cialem, cuius locum ac nomen ipſe ignorat: ego ſuſpicor eſſe eam, quæ primò fuit Piſis
indicta, poſt Mediolani acta, & demùm in Laterano circa 1510. abſoluta. Ibi cum agere-
tur de indicendo neſcio quo nouo feſto, omnesq; id probarent, ſolus iſte D. Proles contra
dixit, & uſq; in finem contradicturum ſe affirmauit: quòd populus Chriſtianus ſangui-
ne Chriſti liberatus, alioqui nimium eſſet traditionibus oneratus. Tentauit Papa unà
cum concilij patribus, ſeu potius ſuis adulatoribus, Prolem à ſententia ſua deducere, &
ut reuocaret perſuadere: ſed fruſtra. Quare Papa eum excommunicauit. Proles contem- B
pta excommunicatione, ad ſuos confugit. In hac fuga, ut ipſemet poſtea narrare eſt ſoli-
tus, perſuaſus à comite, emit arcum & ſagittas: quem cum diebus aliquot geſtaſſet, tan-
dem ſecum cogitans, cauſam eam non ſuam, ſed Dei eſſe, quæ nec opprimi totius mun-
di armis, nec defendi poſsit, quanto minus à decrepito & debili ſene? arcum unà cum
pharetra ex curru in itinere proiecit, ſeq; Domino commendauit.

Affirmauit quoq; ſæpè ſe in eo itinere in maximis fuiſſe periculis, quòd ei Papa
inſidiatores ſubornarat: ex quibus, ſi non fuiſſet diuinitùs protectus, nequaquam ſe eua-
dere potuiſſe. Demum reuerſus, narrauit fratribus omnia ordine. qui pietate & grauitate
uiri moti, cœperunt primùm contemnere excommunicationem. ac fuit anno integro
in excommunicatione: quo tempore etiam grauius, quàm antea, errores ac ſuperſtitio C
nes Papæ reprehendit. Verùm tam multum tandem actum ac laboratum eſt ab Archie-
piſcopo Magdeburgenſi Erneſto, Duce Saxoniæ (qui tum eo quòd in ſuo Epiſcopatu
ageret Proles, tum quòd Lipſiæ erat natus, de eo homine & cauſa erat ſolicitus) ut tan-
dem Proles à Papa abſolueretur: ſed ea conditione, ut ipſemet accepto ſaluo conductu,
ut uocant, adiret Papam. Profectus eò, cum non procul Roma eſſet, præmonitus per cer-
tum hominem, à Cardinale quodam ſui ordinis monacho, obuiam ipſi miſſum, im-
minere ſibi Romæ à Papa certum exitium, denuò in Germaniam cœpit fugere. in qua
fuga, ob extremum ſenium parum iactationis patiens, incidit in morbum: ac uix uſq;
Ciclenbachium perlatus eſt, ubi in Domino obijt, & in Auguſtiniatrorum monaſterio
ſepultus eſt, &c.

I. Bernhardus Lublinenſis.

MIſſa eſt mihi à fide dignis uiris epiſtola Bernhardi Lublinenſis, ad quendam Si-
monem Cracouienſem bibliopolam, anno Domini 1505. ſcripta, in qua quo-
niam erant quædam ſcitu digna, & noſtro ſcopo conuenientia de religione ſcri
pta, uiſum mihi eſt eam partem adſcribere. Hæc uerò eius uerba ſunt.

Nuper dominus Ioannes Pilcenſis attulit mihi Chronicam Bohemorum, illam D
quæ & Bohemicè impreſſa eſt, penes quam hiſtoria eſt de tribus Regibus Maguntiæ,
quam legi diligenter, & omnino plurima digna lectu & ſcitu ibi reperiuntur, de mori-
bus Orientalium. Præcipuè autem de genere hominum, qui Mandapoli uocantur, qui
rum Ciconum, quos dicimus Cigani, ab urbe ad urbem circumeuntes, uillas, oppida, re
giones, tam irrequieto labore, ut nullibi ultra tres dies commorari eis liceat: nullam ſe-
ctam pertinaciter defendunt. Quamuis autem Chriſtiani dicantur, tamen ubicunq; uer-
nerint, eo ritu baptizantur, ut tenent homines loci illius. aliaq; plura ſunt eorum inſtitu-
ta, aliis non communia, ſicut uidebis ſi legas. & cogitabam qui tam piè Deum colant,
& nihil iniuſtum habeant, ab iniurijs etiam abſtineant, quomodo damnari debeant:
uiſaq; mihi ſunt iudicia Domini abyſſus multa: & extra Euangelium nullas omnino
conſtitutiones eſſe curandas, quoniam uanæ, ſint & incertæ, & cum temporibus mu-
tantur, ut uidemus in Decreto & aliis iuribus: alius præcipit, alius diſſoluit, alius exe-
con-

communicat, alius sanctificat: quorum exempla sunt innumerabilia. Quod si uerum est, debere immutari celebrationē Paschę, nouumq; Calendariū constitui: quis dubitabit et in alijs Romanos potuisse errare, et fortè aliorū meliores ritus sine causa damnasse?

Quamuis autem simplicitas fidei ab his tricis facilè nos absoluere possit, ut credamus pia esse, quæ nobis illi, qui super cathedram Mosi sedent, præcipiunt: at tamen ratio hominis cohiberi non potest, quin semper ueritatem exquirat, ad eumq; intellectus tanquam ad obiectum proprium eleuetur, qui discursus si peccato nos obnoxios facere debeat, quàm in arcto miseri Christiani positi sumus, quibus etiam compertæ ueritati per decreta hominum assentiri non liceat? Si dicit quispiam zelo religionis, malè Romanos pontifices cum suis Ecclesiæ prouidere, excipiunt continuò assentatores: quòd ô miser ponis os in cœlum? audes ne contra Papam quicquam hiscere, qui est sanctissimus, & Deus terrenus? At si illi sanctissimi non sanctum os, sed manus et pedes ponant in cœlum, si homines iugulantes arbitrentur obsequium se præstare Deo, non modò non obloquuntur, sed impia eorum facta passim laudant, magnificant, deferentes honorem summo Pontifici: & nisi reuoces, ignem experieris.

Ego uerò in his malis, quæ nos circumstant, unicum refugium habeo, ut potissimum Christo credam, & in eo totam spem reponam: ritus autem & inuenta hominum tantisper tolerem, dum in honorem Dei cedant, sint tamen Dei præceptis et Euangelio longe inferiora, et sine quibus salus hominum constare poterit. Ideoq; non omnia, quæ alij damnant, damnata esse apud Deum: aut quæ sanctificant, non omnia esse sancta. Aliter enim iudicat Deus, quàm homo. Præclarè enim mihi uidetur dictum illud: Loquendum est nobis ut plures, sentiendum ut pauci. Et Paulus Euangelij prædicator, nolens sua instituta diuinis miscere: Vnusquisq; inquit, in suo sensu abundet. reprobabatq; illud quod dicebant quidam, Ego sum Pauli, ego Cephæ, ego Appollo: affirmans unum Deum esse, unam fidem, unum baptisma. De his itaq; omnibus, qui in Christum credunt, baptizantur, eiusq; doctrinam custodiunt, quid sentiendum est, non audeo decernere: sed potius dicerem hos saluandos, quamuis nostra instituta non suscipiant, & à Papa authoritatem nō capiant, sufficere sibi arbitrantes antiquam institutionem beati Thomę apostoli, qui Indis præfuit, & sacrum ritum sanctissimè tradidit: cum sciam, claudos, cæcos, & debiles ad cœnam cœlestem per uim etiam compellendos. nam impossibile est omnino, ut totus mundus uni homini pareat: satis est, si Christo crederetur. Ecce tibi, scripsi cogitationes meas: & quid tibi uidetur, aliquando scribe. ego nihil aprobo pertinaciter, excepta fide Christi. misi tibi medicinas, &c. Infiniti proculdubio tales omnibus temporibus fuere, quibus Antichristi errores improbati sunt. Tametsi iniustia non solum uerustatis, sed & osorum ueritatis ea partim dudum deperierint, partim adhuc in bibliothecis latitent.

Stier.

EST ciuitas in finibus Austriæ ac Bauariæ hoc nomine dicta. Audiui ex Michaele Stifelio, ibi in quodam monasterio esse tria satis magna uolumina examinationum, aut confessionum multorum hominum à Romana Ecclesia dissentientium, qui iam olim fortè amplius ante ducentos annos sunt ab inquisitoribus examinati. Et in pleriscq; articulis prorsus eadem sensetint & confessi sint, quæ nos hoc tempore sentimus ac docemus. Ego suspicor fuisse Vualdenses, quorum olim tum in Austria, tum & in tota Germania, uel potius in tota Europa ingens numerus fuit. Quod in alio capite in hoc eodem libro prolixius exposui.

Conradus Stifelius.

MIchael Stifelius iam grandeuus uel decrepitus potius, mihi narrauit se admodum sępe olim inter monachos ac sacrificos uersantem audiuisse eos narrantes, esse ueteres Prophetias sequuturam adhuc aliquando uiolentam sacrificorum reformationem. Dixit etiam patrem suum Conradum Stifelium solitum esse cretis sermonibus repetere id certò breuiq; esse futurum. Et pro suo erga impietatem &

impuritatē ſacrificorum odio quendā ſuum amicum ac uicinum nomine Petrum Pi- A
ret orare, ut quandoquidem ſe mortuo ipſe eſſet certò uſq; ad ea tempora uicturus, quis
bus dudum prædicta ſacrificorum cædes fieret, uelit unum ſeorſim. in ſui gratiam intere
ficere præter illos, quos ſua ſponte propriore nomini eſſet interfecturus.

Apparet fuiſſe multas Prophetias de ſacrificorum reformatioe, quas homines non
rectè acceperunt de eorum cæde: propterea quod & dignos tali mercede eſſe iudicarent,
& nullam aliam tolerabilem reformationem facile reperiri aut fieri poſſe exiſtimabant.

Hieronymus Paulus.

HIeronymus Paulus Cathalanus Canonicus Barrinouenſis Iuris utriuſq; doctor, ac Cubicularius Alexandri 6. Pontificis Maximi, uir fide digniſsimus, in libello B
quem uocant practicam Cancellariæ Apoſtolicæ, ſic ſcribit:

Quod Donatio Conſtantini etiam de facto non fuerit, lege Laurentium Vallam, & Papam Pium in dialogo. Nec de tali donatione quicquam legi apud probatum hiſtoricum, præſertim eos qui ſcripſerint illa ætate, uel illi proxima. Nam nec Euſebius qui fuit diligentiſsimus ſcrutator & narrator rerum Chriſtianarum meminit, quod tamen nullo modo uidebatur omittendum. Nec Hieronnymus, Auguſtinus, Ambroſius, Baſilius, Ioannes Chriſoſtomus, nec Amianus, nec hiſtoria Tripartita, nec ipſemet Damaſus Papa in ſua Chronica, nec Beda, nec Oroſius memínerũt. Et cõſtat per plures quàm 500. annos poſt Conſtantinum Imperatores tenuiſſe gubernacula urbis & Italię per Duces, Præſides, & Exarchos, & urbis Romanæ uſq; ad tempora Innocentij 11. ut patet aperte in Chronicis, & hiſtorijs. Et de Iuſtiniano patet L. 1. & 2. de offi. præfe. prætor. Afric. & in procœmio Inſtituit. & in epiſtola inter claras, ibi noſtrum firmat Imperium. Etiam L. fin. C. de uet. tur. euul. & in L. bene à Zenone. & in auth. ut etiam Romana Eccleſia, C
ibi ad Eccleſias noſtras et uſq; ad Oceani receſſus, & in auth. ut proprio nomine Impera.
Et in uita Phocæ Imperatoris legitur Impetraſſe pantheon Bonifacium Papam ab eo.
Vnde ergo habuerit tetras Eccleſia, uide geſta Caroli Magni, & Pipini, & Pium in dicto
dialogo, & collecta nouiſsimè per D. Bartholomęum de Platima Bibliothecarium, qui
omnia inſtrumenta pertinentia ad ſtatum Eccleſiæ in temporalib. præſertim circa ac-
quiſitionem terrarum, & aliorum iurium & cenſuum collegit in ualde magno uolumi-
ne; ad cuius collectionem etiam operam noſtram præbuimus in reuidendo. Et de dicta
donatione & curatione lepræ Conſtantini, lege quæ latè ſcribit Remus Epiſcopus Pa-
duanus in hiſtoria ſua, de uitis Pontificum.

Leges ciuiles.

LEges ciuiles à Chriſtianis Imperatoribus aut latę, aut inſtauratæ ante 1000. annos multa admodum decreta continent prorſus & expreſſè contraria Romanorum D
Pontificum tyrannidi. Primum enim certum eſt ex omnibus fide dignis hiſto-
rijs & etiam ſcriptoribus Eccleſiaſticis, olim non tantum alios clericos, ſed & ipſos Ro-
manos Pontifices Cæſari ſubiectos fuiſſe: quin & ſæpè coram eis reos ſtetiſſe, accuſas
etiam Capitis dixiſſe. Notum ſanè eſt olim Romanorum Epiſcoporum electionem ne-
quaquam ratam fuiſſe, niſi acceſsiſſet Cæſarum confirmatio, quòd Platina & innume-
ri alij hiſtorici diſertè teſtantur. Quin & certam pecuniam ſoluere pro confirmatione
Cæſari, olim Epiſcopi Romani coacti ſunt, uſq; ad annum Domini 700. teſte Sigeberto
folio. 44. teſtatur idem & Luibrandus in uitis Pontificum in Agarone, de quo ſuo loco.

Gregorius quidem Magnus ſubinde inculcat in ſuis epiſtolis Imperatorem eſſe Dominum: Imo & ipſi Pontifices in ſuo decreto non ita dudum nempe ante 400. an-
nos congeſto profitentur, ſe omnibus modis uelle obedire Cæſareis legibus, & menda-
cij contrà ſentientes arguunt. Sic enim loquitur Leo. 4. à papiſtis inter ſanctos relatus

Leo 4.

diſtin. 10. Canon. 19.

A Leo 4. Lothario Augusto. De capitulis uel præceptis Imperalibus uestris uestrorumq; etiam Pontificum, prædecessorum irrefragabiliter custodiendis, & conseruandis quantum ualuimus & ualemus Christo propitio, & nunc & in æuum nos conseruaturos modis omnibus profitemur: et si fortasse aliquis aliter uobis dixerit, uel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem. Hæc ille. Quibus se non tantum Cæsaribus legibus, sed etiam ipsorum Episcopotum subijcit.

Quia & de multis rebus Ecclesiasticis in specie. Christiani Cæsares olim leges tulerunt: quarum aliquas postea recensebo, præsertim quæ pugnant cum constitutionibus & erroribus Papæ. Omnes quidem eo cum pontificia tyrannide pugnant, quod ei non tantum non concedunt utrunq; gladium, aut ullam omnino superioritatem super Cæsares, sed etiam Cæsaribus subijciunt: quodq; nusquam eis dominium Romæ,

B multo minus totius Italiæ concedunt.

Synodos conuocare ac regere, quæ est magna quædam potestas, & tota nunc à Romanistis possidetur, olim prorsus fuit penès Cæsares ac Reges, quod historiæ omnium fermè synodorum testantur, & à nostris Ecclesijs sæpe contra Papas probatum obtentumq; est hoc tempore, cum de iure conuocandæ synodi actum disceptatumq; est.

De non præcipitanda excommunicatione, & pœna sacerdotis, sine præcedente criminis probatione aliquem anathematizantis, sanciuit Iustinianus, quæ lex citatur in Decreto Pontificio 24. q. 5. C. de illicita.

Monachos iubet Iustinianus in Nouellis 133. aut sacris literis studere, aut operas manuarias exercere. Vnde animaduertimus Imperatorem nequaquã uoluisse, ut ocio tantũ, ac boationi, aut Missationi uacarent: quò postea in Papatu degenerauit monachatus.

De clara uerborum consecrationis pronunciatione & intelligibili lingua in sacris ita Iustinianus in Nouellis sanxit constit. 123.

C Iubemus ut omnes Episcopi pariter & presbyteri, non tacito modo sed clara uoce quæ à fideli populo exaudiatur, sacram oblationẽ, & eorum omnium sacrorum, quę in templis aguntur, & preces in sacro baptismate adhibitas celebrent. Quò maiore exinde deuotione in depromendis Domini Dei laudibus audientium animi afficiantur. Ita enim & D. Apostolus docet in Epistola ad Corinthios. Conuenit ergo ut inter cæteras preces & ea quę in sancta oblatione dicitur clara uoce à religiosissimis Episcopis & presbyteris domino nostro IESV CHRISTO Deo nostro cum Patre & S. spiritu proferatur, scituris religiosissimis sacerdotibus quod si quid horum neglexerint, & in horrendo iudicio magni Dei & Seruatoris nostri IESV CHRISTI de his rationem reddent, neq; nos hæc cognoscentes conquiescemus, relinquemusq; multa.

Extat etiam lex Arcadij, ut si quis sacerdotum contra quietem publicam aliquid moliri fuerit deprehensus secundum legem diuinę memoriæ Gratiani uiram agat 100.

D millibus ab eorum cœtibus separatus, à quorum est cœtu discretus. Item ait idem.

Quoties autẽ de religione agitur, Episcopos conuenit iudicare in cæteris quæ ad usum publici iuris pertinent legibus oportet obtemperare.

Clericos & Episcopos præcipuè ius Cæsariũ in suis prouincijs iudicare. Sic enim habet lib. 1. Codicis de Episcop. tit. 6. Omnes qui ubicunq; fuerit uel post hac fuerint orthodoxæ fidei sacerdotes & clerici, cuiuscunq; gradus sint, monachi quoq; in causis ciuilib. ex nullius penitus maioris minoris ue sententia iudicis cõmonitoria ad extranea iudicia pertrahantur, aut prouinciã, aut locũ, aut regionẽ quã habitant exire cogantur. Nullus eorũ Ecclesias, uel monesteria propria, quæ religionis intuitu habitãt, relinquere miserabili necessitate iubeatur. Sed apud suos iudices ordinarios (id est prouinciarũ rectores) in quibus locis degunt, Ecclesiarũ ministerijs obsecundent, omniũq; cõtra se agentiũ excipiant actiones, ut ijs horis salte atq; temporibus, quibus religiosos uiros à turbulenta obseruatione prætorijs uacare cõtigerit. Cumq; eos ad tempus petitorũ, intentio calumniosa laxauerit, ad sua se monasteria et uenerabiles Ecclesias conferentes sapienti animo

precatione

præcatione solita, facilius q; de proximo sacro sanctis altaribus obsecundent, in suis lati- A
bus, domicilijsq; constituti.

De electione Pontificis Romani grauiter suoq; arbitrio decernit Honorius ut in Bo
nifacio eius rescripti uerba interserui.

Constantinopolitanum Patriarcham iura exequant Romano, ita tamen ut sit ordine secundus, Romanusq; primùm nomen obtineat: neuter tamen sit alteri subiectus.

Leo Imperator statuit & citatur d. 54. Vt liceat seruum factum sacerdotem inscio domino retrahere, simulq; dicit oportere aliquem integro triennio uersari in monaste- tio, antequam fiat monachus. Quod utinam fuisset posteris temporibus obseruatum: minus profectò malorum accidisset, ex tam numerosa temerè in monasteria præcipita- torum hominum turba.

Hinc licet animaduertere, quàm parum iura Cæsarea probent pontificum tyran- B
nidem, & quantopere ille status Ecclesiæ à pontificio uariauerit.

Verùm de hoc capite aut materia, uide orationem Molinæi Tubingæ editam, qui abinde ostendit, quomodo olim Papæ fuerint Cæsaribus, ac eorum legibus subiecti, sed postea contrà Pontifices suis iuribus Cæsares simul & leges sibi subiecerint.

Cosmidromium.

DOctor Gobelinus Decanus in Bilefeld, scripsit historiam titulo Cosmidromium, in quo cùm multa alia notatu digna sunt, tum illud non minimè, ubi ostendit, Legendam, uel fabulam potius Catharinæ, merum commentum figmentumq; esse. Talia sanè apparet & plurima alia esse, ut de Christophoro, Georgio &c. Vt non tantum illud uerum sit, quod uulgo iam olim celebratum est, nos multos sanctos in cœ- lis inuocare, quorum animę in inferno crucientur: sed etiam, sicut Hieronymus affirmat, qui nunquam nati sunt, aut fuerunt. Verùm adscribam ipsius uerba.

Sed ego admiror multum, quare idem Eusebius factum prædictæ uirginis Doro- C
theæ sic miratus, de beata Catharina uirgine (cuius agonis certamina, si uera sunt quæ de ea narrantur, apud Alexandriam eisdem temporibus acta constat, ac supra aliarum uirginum agones meritò essent extollenda) nihil omnino scripsit: maximè cum eun- dem Eusebium eisdem temporibus in ipsis partibus ultramarinis constet extitisse: & intentionis suæ, in libro prædicto dicat esse, martyria suis temporibus recepta declarare. Quomodo etiam potuisset facta ipsius ignorasse, circa quam inter cætera tam excellens miraculum foret factum, quod corpus mortuum Angelico ductu per aëra ad locũ remo tum translatum sepeliretur. Nec solum miror Eusebium, uerumetiam Hieronymum & Bedam, quorum uterq; in partibus ultramarinis degens, magnam fecit diligentiam de passionibus sanctorum perquirendis, & neuter eorum, Hieronymus in Calendario, Be- da in Martyrologio, mentionem facit de sancta Catharina. Imò libri antiqui apud nos, nec nomen Catharinæ in Calendario, nec officium missę in Sacramentario continent, D
& quod me maximè uertit in dubium, est istud, quod ubicunq; de eius passio-
ne quicquam legi uel audiui, Maxentium eam Alexandriæ occi-
disse inuenis: quem nullam potestatem ibidem, ex libris
Autenticis & famosis tunc, constat habuisse: sed
Romæ per totum tempus quo tenuit
imperium, seu tyrannidem,
resedisse.

FINIS.

IN CATALOGVM TESTIVM VERITATIS INDEX RERVM MEMORABILIVM ET COPIOSISSIMUS & longe utilissimus.

QVOD IN NVMERIS PAGINARVM ERRATVM Lector æquus deprehenderit, ipse emendare dignetur.

A

Abbas Græcus contra Papatum Pag. 555. b
Absentes delatam eucharistiam sumunt. 13. a
Abusus & exactiones Papæ. 302. d 475. d
Adiaphora & necessaria differunt. 8. b 9. c 11. c
Aeneas Syluius contra errores Papæ. 549. d
Aetates Ecclesiæ Christi. 452. a 455. a
Agni paschalis benedictio taxatur. 130. d
Agripinensis Colonia instinctu Papæ olim obsessa & capta. 261. d 299. c
Albertus Roxiatus in papatum. 581. b
Alboinus quidam in pap. 402. d
Ambitio impudens papæ. 79. a
Ambitio atq; contentio Episcoporum synodus plerasq; corrupit. 19. d
Andræas Archiep. Carniæ contra deformatum Ecclesiatum. 571. a
Andræas de Castro contra scholasticam doctrinam de lib. arbitrio & gratia. 493. a
Andræas Proles Augustinianorum prouincialis in papatum. 581. c
Anglia à Curtisanis Rom. diuexata & quasi exhausta. 373. a
Angli quod subijci papæ noluerunt maxima strage expugnati. 52. b
Angliæ Reges tandem papæ tyrannidi fortiter restiterunt. 52. b
Animarum apparitiones esse impostoras Sathanicas. 25. b
Anna Cæsaris Alerij & Irenes filia contra papatum. 384. b
Annata arrestata, non persoluta. 302. b 474. c
Annata papæ persoluenda in Concilio Basili. abrogantur. 142. b 271. b 279. c 284. c 339. d
Anshelmus Episco. Auelspurgen. contra sectas monachorum & papatum. 423. c
Antichristum esse papam apertiss. probatur. 25. c 256. d 257. b 383. a 403. d 406. b 449. c
Antichristi Romani quatuor columnæ Gratianus, Lombardus, Franciscus & Dominicus. 424. b
Antichristi multiplices errores & uitia taxata. 140. a
Antichristi & uere Ecclesiæ collatio. 26. d
Antonius Mancinellus increpat papam & Cardinales. 576. c
Antonius Rosellus Iurisperitus contra papatū. 659. c
Appellationes omnium Ecclesiarum indibitè fiunt ad papam. 242. & deinceps
Appellatio Parisien. Vniuersitatis contra papæ abusus & exactiones. 302. d 475. d
Apologus lepidus de lupo, uulpecula & asino contra pap. 522. a
Aqua benedicta taxatur. 6. b
Aquisgranum papæ instinctu olim obsessum & captum. 261. d 299. c
Aræ & templa sumptuosius extructa. 20. c
Aræ irreligiosæ sanctis extructæ. 141. d 384.
Argentoratum papæ instinctu olim obsessum & captum. 261. d 299. c
Arnoldus Episcopus Brixien. contra usum gladij clericalis. 387. b
Arnoldus de Nonauilla in pap. 467. d
Arnulphus Archiepi. Lugdunen. occultè captus & interfectus, eo quod clericorum lasciuiam, fastum, et auariciam acrius reprehendit. 386. c
Arrestum Curiæ parisien. super Annatis non soluendis. 302. b 474.
Arresta iniqua Ecclesiasticorum iudicum 354. b
Auaritia papæ & Episcoporum inexplebilis. 195. c
Auricularis Confessio improbata. 139. d

B

Babyloniæ Flandri Pontifex Rom. 257. a
Babylonia Apocalyptica Roma & clerus Romanus. 449. c
Balduinus Imp. Constantinopolitanus papæ tyrannidi restitit, qua se omnibus magistratibus præferre audet. 406. c
Bambergen. Episcoporum historiæ contra papatum plurima adducunt. 456. a
Banni seu excommunicationis grauamen. 341. d
Baptismus aquæ fluuialis tantum ualet quantum consecratæ. 6. b

Baptisationis campanarum abusus. 346. d
Bapt. Mantuanus Carmelita, multa contra papatum scripsit. 568. c
Basilius Vedelus contra papatum. 561. a
Basiliensis concilij approbatio. 289. d
Bauarorum & Charenthanorum conuersio. 122. b
Bedricus sacerdos contra papatum egit. 554. d
Benedictiones aquæ 6. b agni paschalis. 130. d
Benedicti XII. scitum dictum, cur non plures crearet Cardinales. 447. b
Beneficiorum Ecclesiast. abusiuæ oblationes à Curia Rom. exactæ. 319. c
Bernæ Heluetiorum Monachi primores quatuor ob impium scelus exusti. 579. a
Bernhardus abbas Clareuallen. contra papæ & Curtisanorum impietatem, 386. a
Bernhardi Cluniacensis satyræ contra papam. 397. a
Bernhardus Liblinen. scriba contra papat. 565. d 582. c
Bethleemitæ fratres Cantabrigiæ in Anglia. 375. c
Boatus sacrificulorũ in templis propter præsentias, irrisio Dei. 384. b
Brigittæ Prophetissæ canonizatæ, reuelationes contra papatum. 628. c
Brixiæ cisalpinæ senatusconsultum contra papatum. 461. d
Budæus contra papam, Episcopos, prælatos, atq; sacrificulos. 579. d

C

Caeremoniæ ferè omnes, & sacramenta ipsa in quæstum abierunt apud papistas. 356. c
Cæremonijs Christiani non sunt onerandi. 7. d
Cæsari iure diuino papam, & magistratui Ecclesiasticos subiectos esse debere. 217. c
Cæsarum authoritas in rebus Ecclesiasticis. 422. a
Charentanorum ad fidem conuersio. 122. b
Calicibus lingneis usi aurei sacerdotes olim, nunc contrà. 131. c
Campanarum baptizatio execranda. 346. d
Campanarum usus, inuentum nouum in Ecclesia. 130. b
Canonizatio Brigittæ Prophetissæ. 628. b
Canones Apostolorum. 5. b
Canones peregrinantium. 55. a
Cardinalium status primæuus, & quod sint supra Episcopos. 278. b
Cardinalis Portuensis contra Cardinalium discordiam & pompam. 479. c
Cardinales pauciores cur Benedictus XII. creauerit. 447. b
Carenthanorum & Bauarorum conuersio ad fidem. 124. a
Carmen Elegiacum uetustum contra Roman. impostores. 521. c
Carnium esus non prohibitus. 5. b 6. a 28. d
Carolus magnus multa pie decreuit contra papatum. 68. c 71. c
Carolus Magnus Gallorum Rex Imperatoriam mai. à papa sibi oblatam recusauit, donec Orientalis Imp. ei concederet. 477. d
Carolus Imperator IIII. papæ acriter restitit, & de Cardinalicio statu reformando multum laborauit. 487. b
Carolus Molinæus Parisiensis Iurisperitus contra papam. 475. d
Catharinæ Senensis canonizatæ prophetia contra enormem Ecclesiæ statum. 523. a
Catholicum propriè quid dicatur. 76. b
Certamen Prælatorum Galliæ cum Monachis. 460. d
CHRISTVS solus Ecclesiæ Dominus est, non papa Rom. 274. b
Christus unicum pro peccatis sacrificium satisfactorium, cuius umbræ fuerunt sacrificia Veteris Test. 21. a 14. c
Christus cur non duxerit uxorem. 138. d
Ciborum delectus repudiandus. 460. d
Ciuitatensis Episcopi concio contra papam. 460. d
Clemens papa de uxoribus & liberis loquitur quasi ipse uxoratus. 6. c
Clementis aliquot epistolæ comprobantur esse adulterinæ. 6. c
Cœlibatus sacerdotum damnatur. 5. d 7. c 30. a 43. b 44. d 59. b 645. a
Collationes & Collecta apud priscas Ecclesias pro pauperibus fiebant, quæ præpositus postea pro cuiusq; necessitate distribuebat. 13. c
Colonia Agrip. papæ instinctu obsessa & capta. 261. d 299. c 424. b
Columnæ Regni Antichristi quæ. 358. d
Comitium Palatinorum Pontificiorum, cæterorumq; Legatorum & Oratorum de legitimandis spurijs & creandis Notarijs. 358. d
Comitia Imperij sub Friderico 4. francof. habita, in quibus constitutum, quod electus Imperator à principibus Imperij Regni administrationem, etiam citra assensum Potificis Rom. habeat. 486. c
Communio sub utraq; specie abrogatur. 5. d 34. c 143. a 186. d 240. b 421. a d
Comitia Vuormatiæ habita de grauaminibus papæ quibus Germaniam præmit. 359. d
Concilia conuocare, non esse solius papæ, sed etiam Metropolitani cuiusq;, imo & Imperatorum & Regum. 25. b 31. c 74. d 82. c 85. d 86. a 88. b 91. d 96. b 248. a 250. b

in Concilio generali non tantum infulati Episcopi & Prælati uoces habere debent iudicatiuas atq; diffinitiuas: sed & Doctores, Magistri, & deuotorum fidelium Oratores. 311.d
Concilium absq; Papa Ottho magnus Imper. Romæ celebrauit. 166.c
Conciliorum authoritas maior Papa. 41.a. 54.b. 459.a.
CONCILIVM Africanum. 156.d
Ancyranum. 25.b
Aquisgrani habitum. 86.b
Asiaticum. 9.d
Basilense. 181.d. 284.c. 289.d. 544.d. Eius decretum à Papa Eugenio repudiatur. 289.c. Concilij eiusdem approbatio. 289.d
Bituricense. 369.d
apud Clarum montem. 367.a
3. Constantinopolitanum. 12.b. 31.b. 53.d. 73.d. 82.a
1 Calcedonense. 31,d
2 Carthaginense. 32.d
Constantiense. 543.c
apud Duciacum. 89 c. 109.d
Elibertinum. 12.b
Gangrense. 28.c
Lateran. Romæ habitum cõtra Papatum. 182.b 399.c
Londini in Anglia. 379.a
Lugdunense sub Greg. X. 308.d
Mileuitanum. 21.b. 31.c
Northantonense. 378.d
Rhadingæ in Anglia. 378.b
Romanense sub Otthone magno. 161.b. 165.c. Item 367.d
Sex principaliora & generaliora de fide, Nicæn. Constantin. I. Ephes. Calcedon. Constantin. II. Constantin. III. 193.d
Toletanum. 56.a.d
Tolosæ contra Vualdenses. 426.d
Turonicum. 33.d
Vuormatiense. 207.c
Concionatores aliqui in Sueuia contra Papam insurrexerunt. 499.d
Concubinarum sacerdotalium, aliarumq; meretricum tolerantia, quæstiosissimam fuisse Papæ, Episcopis, eorumq; officialibus. 353.d
Cõfessio auricularis à D. Augustino improbata. 139.d
Confessio fidei ab electis Episcopis atq; sacerdotibus publicè requisita. 193.b
Confessio fidei Vualdensium Regi Galliarum exhibita. 429.c
Coniugium sacerdotum esse licitum. 14.b. 16.c. 25.b. 28.c. 29.b. 36.a 42.d. 45.c 50.a. 53.c. 54.d. 60.c. 139.a. 201.a. 402.d. 421.b. 422.a.b.
Coniugati fuerunt olim tam Episcopi quàm sacerdotes in Gallia & Germania tempore Henrici IIII. Imperatoris. 10.a. 211.c
Coniugij emendatio Eck de Repkau, Glossatoris iuris Saxonici. 394.d
Coniugij contemptores & prophanatores redarguuntur 14.c
Coniugium inter Compatres non esse illicitum nec prohibendum. 67.c
Coniugium à Rom. Pontifice primo prohibitum, non ùt res per se illicita, sed ob periculum bonorum Ecclesiasticorum. 45.d
Coniugium sacerdotum denuò prohibitum à Gregorio. VII. 209.d
Coniugium sacerdotum tandem summa seueritate prohibitum & sublatum per Calixtum Papam. 243.b Conradus Celtes Viennen. poëta contra Papatum. 580.d
Conradus Hager concionator Herbip. contra Papam & Missas pro mortuis. 511.d
Constantini donatio ficticia. 172.b. 395.a. 490.a. 505.b. 484.b
Consuetudines quæ sint in Ecclesia seruandæ. 8.d
Consecratio templorum, cœmiteriorum, altarium, & aliorum ecclesiastico usui deputatorum, sumptus habent immodicos. 345.b.c
Contentio & ambitio Episcoporum synodos perdiderunt. 19.d
Controuersiæ maximæ inter monachos prædic. & Vniuersitatem Parisien. 374.c
Cõuentus Episcoporum atq; Senatus Imperij Vuirtzburgi habitus. 248.a
Conuentus Principum Moguntiæ. 212.a
Conuentus Romæ habitus contra Hildebrandũ. 210.b
Correctio Episcoporum qualis. 199.b
Crucem adorare & deosculari impium. 6.b. 94.d
Cura Ecclesiarum non Papæ tantum, sed & Cæsaribus & Regibus competit. 11.d. 16.d. 160.d
Cusanus Cardinalis contra Papatum. 490.b

D.

Decimarum nouarum institutio uiolẽta. 39.c
Deliberatio grauis Statuum Imperij de grauaminum Germ. releuationem. 312.d
Desiderius Longobardus contra Papatum. 499.d
Deuotio pia Otthonum Ecclesiam Rom. ditauit 161.c
Dies Dominicus ob quas rationes sit obseruatus. 13.c
Dierum festorum pluralitas tollenda. 343.a
Dispensationes à Papa emptæ. 67.d
Dissidia Episcoporum Ecclesiis plus obfuerunt quàm ullæ persecutiones. 19.d
Dominicis & festis diebus scurrilia, choreæ & alia turpia

turpia non committenda. 85.a
Dominici Episcopi Brixien. libellus de Reformatione Ecclesiæ. 536.d
Domitius Calderinus contra Papatũ & Missas. 547.d
Donatio Constantini, Item Ludouici Pij fictitias esse 172.b 395.a.490.a 505.b. 584.b.
Dulcinus Nauarren. contra Papam. 504.d
Durandus, Rationalis diuinorum author contra Papatum multis scribit. 409.b

E.

Ecclesiæ Christi & Antichristi pulchra collatio. 26.d
Ecclesiæ Christi ætates uariæ. 452.a.455.a
Ecclesiarum cura, ius, opesq; non Papæ solum, sed & Cæsaribus & Regibus competit. 11.d.16.d.160.d
Ecclesia ex quo in possessionibus creuit, in uirtutibus decreuit. 136.a
Ecclesiæ forma uetus in administratione sacram. & alijs ritibus. 12.d
Ecclesiæ nouus & uetus status qualis. 456.d
Ecclesiarum parochialium prægrauationes. 56.c
Ecclesiæ per DCC. annos à nato Christo sine latina Missa fuit. 54.c
Ecclesiæ politia tempore Irenæi qualis. 11.d
Ecclesia Rom. donationibus piæ deuotionis Otthonum ditescere cœpit. 161.c
Ecclesias etiam sine Papa constare, regi & saluari potest.
Ecclesiarum uisitatio nullis sit onerosa. 56.c
Eck de Repkau iuris Saxonici glossator contra Papatum. 394.d
Edmundus Cantuarien. Archiepiscopus contra Papatum. 388.a
Eduardi Regis Angliæ miserabilis quærela contra Papam. 509.a
Electiones Episcop. & sacerdotum olim fuit apud magistratum & plebem. 56.a.147.c.295.a
Elizabet uirgo Germana contra Papam uaticinatur. 369.a
Emericus sedis Apost. Cancellarius contra Papatum. 567.c
EPISCOPVS qualis & quomodo eligẽdus 190.b 192.b.194.b.294.c.295.a A quibus 58.a.147.c
Episcopus plebi inuitæ non obtrudatur. 134.d.191.b 198.c
Episcopus & presbyter sunt synonima. 453.d
Episcoporum et officiorum quæ obeunt eadem æqualitas. 8.c.11.c.133.a.134.c
Episcopi & sacerdotes uerbo non uacantes, Antichristi & satanæ dicuntur. 197.a.363.b, 407.a
Episcopi in Bauaria ordinationem suam à compro-
uincialibus suis, & non à Papa acceperunt. 123.f
Episcopi & sacerdotes olim fuerunt coniuges 10.a Vide Coniugati.
Episcopi singuli habeant suos distinctos greges. 19.b.
Episcop. Ecclesias uisitantes nulli sint onerosi: nec quinarium numerum euectionis excedant. 56.c
Episcop, & clerici à negotijs secularibus abstineant. 7.b. 106.b.121.a
Episcop. ecclesiastica iurisdictione sint contenti, nec politicum gladium affectent. 238.d
Episcoporum negligentia, & secularium administratio Ecclesiis exitiosa. 127.c 199.b
de Episcoporum correctione.
Epistola Græca & Latina Michael. Constantinop. & aliorum contra Rom. Ecclesiam. 417.c
Epistola alia Græca Ecclesiæ Constan. ad Eccles. Pragensem de doctrina Hußij & Hiero. de Præga. 495.d 497.a
Eadem Latinè. 392.b
Erbertus Abbas Benedictinus. 121.a
Ehrentrudis uirgo contra Papatum. 261.d.
Erfordia Papæ instinctu obsessa & capta. 299.c 578.c
Ehruestus Archiep. Magdeburg.
Euangelium æternum quidam liber Ioachimi Abbatis dictus. 375.a
Euangelia ægrotantibus de collo suspendere insanum & impium. 141.a
Eucharistia deportata ad absentes apud ueteres. 13.a
Eucharistia sub utraq; specie sumpta abrogatur. 5.d 34.c.143.a. 86.d.240.b.421.a.& d
Eudo Dux Burgundiæ contra Papatum. 492.d
Exequiæ mortuorum à ueteribus quomodo habitæ. 56.a
Exequiæ pro defunctis questus gratia damnati 196.d
Expensæ causarum apud Ecclesiasticum iudicem immensæ. 349.b

F.

Fames & annonæ caritas maxima in Anglia. 377.d
Fasciculus temporum Chartusiani monachi cuiusdam. 575.a
Festorum dierum aliquot abrogatio petita. 343.d. 519.b
Festis diebus scurrilia omnia cauenda. 85.d
Fidei confessio electorum Episcoporum & sacerdotum olim requisita coram Archiepiscopo. 191.b 429.c
Fidei confessio Vualdensium. 573.a
Flekon monachus contra Papam. 406.b
Florentius siue Fluentius Episcopus quidam.
Forenses & prophanæ causæ ad tribunal Rom. per-
tractæ one-

tractæ, onerosum. 333. c
Forma Ecclesiæ ueteris & orthodoxæ in Sacramentis & ritibus. 12. d
Forma Episcopum eligendi antiqua. 188. c
Forma Episcopum electum confirmandi & Ecclesiæ commendandi. 192. c
Forma eligendi & præsentandi sacerdotem Ecclesiæ. 192. d
Forma iuramenti eligentium Episcopum & Abbatem. 313. a
Forma obligationis Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum de soluendis annatis & Vacantijs Papæ & Cardinalibus. 281. d
Franciscus Petrarcha cont. papat. 508. c
Franciscus Picus Mirand. Comes. 568. a
Franciscus Zarabellus cont. papat. 537. a
Fridericus I. tyrannidi & iactantiæ Papæ fortiter se obijcit. 247. b
Friderici II. Imperatoris laus. 252. d 255. a
Fridericus III. spretis quæ in tyrannidem papæ excepta fuerant, denuo subiugatur. 307. d
Friderici eiusdem labores pro grauaminibus pontif. tollendis. 487. d
Fructus primos de beneficijs persoluere, Episcopi iure non tenentur. 271. b

G.

GAlliæ Reges contra papatum continuè decertarunt. 470. d. & consequenter.
Galliæ & Germaniæ Episcopi & proceres tyrannidi papæ se obiecerunt. 207. b. 230. a & deinceps.
Gallicæ Ecclesiæ contra curiæ Rom. tyrannidem, suam libertatem defendunt. 291. d. 474. a. Eiusdem grauamina. 306. c
Ganfredus Poëta Christianus contra pap. 563. d
Gerson Cancellarius Parisien. 532. b
Gerardus Sagareli Parmens. 504. d
Gerardus Redder in libello quodam. 519. c
Gilboinus monachus contra pap. 408. d
Gladius politicus Episcopos dedecet. 238. d
Gobelinus doctor contra papat. 586. b
Godefridus de Fontanis. 450. a
Grauamina Germaniæ ex papatu imposita. 260. a. d 308. c. 309. c. 312. a. 320. a. 331. a. 359. d
Gratiæ expectatiuæ papales reprehenduntur. 329. d
Greges Episcoporum sint distincti. 19. b
Gregorius Ariminensis contra scholasticam & papist. doctrinam. 493. a
Gregorius Heimburgen. LL. Doct. 545. c
Gregorius Morgenstern. 536. a
Gregorij VII. Hildebrandus dictus, tyrannis insana contra Imperatores & plebem. 207. b

H.

HAiabalus monach. Minoritanus. 449. c
Helias Rubeus Anglus contra pap. 447. d
Henricus Imperat. sedem Rom. & papam reformauit, impios deposuit. 228. a
Henrici IIII. Imper. Germ. laus. 233. b
Eiusdem lamentabilis destitutio ab Imp. Maiestate, & mors misera. 237. a. & deinc.
Heinricus VII. Imp. Rom. à monacho quodam Papæ instinctu Eucharistia intoxicata tollitur. 259. d
Henrici II. Angliæ Regis commendatio. 362. b
Henricus de Gandauo. 408. a
Henricus de Hassia contra pap. 530. a
Henricus de Iota Viennen. 529. c
Henricus Tocken Magdeburgen. 555. c
Hermannus Mutius. 499. c
Hermannus Ried contra papat. 462. d
Hermetis pastoris libellus de uisionibus Angelorum damnatur. 8. d
Hieronymus Stregonen. scriptor Ecclesiasticus celebris in sacerdotes Concubinarios & Missatores acriter inuectus. 465. d
Hieronymi de Praga doctrina & combustio. 494. c
Hieronymus Sauanarola Dominicanus Florentiæ exustus contra pap. 565. a
Hieronymus Paulus Catalonus, contra donationem Constantini. 584. b
Higilinus Episcopus Treueren. 396. c
Hildeberti Episcopi Cenonen. rythmi. 390. a
Hildebrandi execrandi magia. 222. d
Hildegardis prophetissa. 391. a. c
HISTORIAE IIII. memoratu dignæ. prima ostenditur quibus fraudibus ac dolis papæ ab Imperatoribus Rom. ius & Regni potentiam sibi acquisierunt. 78. c
Historia II. de Hildebrandi papæ impijssimi ac scelestißimi moribus atque sceleribus. 220. c 229. d & deinceps aliquot paginis.
Historia III. de Sylueslro Papa II. antea Gilberto dicto, qui necromanticis & magicis artibus papatum acquisierat, tandemq; miserè suffocatus à Diabolo interijt, infrusta post mortẽ concisus. 230. d
Historia IIII. miserabilis ualde de Henrico Archiepiscopo Moguntino iniustißimè ab Episcopatu deposito, 385. a
Honorius Augustodunensis. 395. b
Hostiæ cruentæ idololatriæ patentes in oppido Vuelsenac diœcesis Haueburgensis. 555. b
Hugonis Cardinalis & glossatoris in Papam inuehentis scitißimum dictũ, & memorandum. 403. a

Humanas traditiones negligendas. 26.a
Humbertus de Romania. 479.d

I.

Iacobitarum ordo in Anglia. 368.a
Iacob. Almani contra Papatum. 572.d
Iacob. faber Stapulensis. 567.d
Iacob. de Gruitro Carthus. 559.a
Iacob. Misnensis contra Papam. 498.b
Iacob. de Theramo prophetia. 526.a
Ieiunia ad certos dies & horas indicta nesciuit ortho doxa Ecclesia. 17.b.138.a 331.b
Imago Christi uera quæ. 26.c
Imagines & simulachra non colenda. 6.c.12.b.22.c. 23.c.47.b.51.d.53.c.73.d.81.d.94.d 95.c.130.d. 141.a.d.202.b.304.a
Imperator iure diuino, Papam, Episcopos, & totum clerum habet subiectum, imò omnes Imperij ho = mines. 217.c.232.b.406.c
Imperatoris ius & potestas est eligere & confirmare Papam, item ordinare sedem Apostolicam. 37.a 38.c.63.b.176.d
Imperator potestatem habet conuocandi Concilium. 248.a Vide Concilia.
Imperatoris authoritas in rebus Ecclesiasticis. 422.a
Incorporationum & commendat. prælaturarum gra uamen. 338.d
Indulgentiarum onus & impostura. 5.d.331.c.338.d
Initium primatus & tyrannidis Rom. Ecclesiæ super alias. 30.d.33.a
Interdicta illicita. 342.c
Interdicta tempora. 331.b
Inscicia Rom. Episcopi & cleri unde luculenter pro batur. 11.c
Inuestitura Episcoporum omnium Carolo magno concessa. 175.c. confirmata in ipsum Otthonem primum. 83.b.184.d.186.c
Inuocatio Sanctorum, etiam Mariæ uirginis damna = tur. 6.a.94.d.96.d.138.d.142.d.390.d
Ioachim Abbas Calaber. 403.d
Iodocus Clithouæus. 567.d
Iohannes de Argentina doctrinam de iustificatione ra riss. exemplo prædicauit. 403.c
Iohan. Antonius Cardinalis contra coniugij sacerd. prohibitionem. 560.d
Ioannes Buridanus contra liberum arbitrium. 493.a
Iohan. Camotensis contra Papatum. 533.b
Iohan. Gocchius Mechlinien. 562.c
Iohan Hille monachus Ysnacen. 572.b
Iohan. Huss doctrina & combustio. 494.c
Iohan. de Ianduno Gandauen. 488.d
Iohan. Ibenhage contra ciborum prohib. 576.a
Iohan. Monachi contra Papatum. 399.a
Iohannes Muntziager contra adorationem corporis Christi in Sacram. 523.c 525.a
Iohannes de Paliaco Parisien. 519.d
Iohannes de Rupescissa contra monachos. 387.b
Iohannes Saresburgensis & Episcopus Carnoten. contra Papam & clerum. 468.b
Iohannes Semeca glossator Decrett. 569.d
Iohannes Syringus Magdeburgensis. 581.a
Iohannes Ternacensis contra indulgentias. 560.a
Iohannes de Vesalia concion. Vuorm. 499.a
Iohannes Vuiclef Anglus multis Papatum reprehen dit. Vnde 41. anno post sepulturam eius cadauer exhumatur atq; comburitur. 493.b
Huius multi insignes discipuli recensentur ibidem.
Iohannes Vuinsthelbergius in miracula & signa fi = cticia inuehitur. 46.
Iohannes Zischa Bohemus. 499.a
Iudiciũ cõseruatorũ Papaliũ grauamen 334.a.344.a
Iudicium delegatorum atq; commissariorum Papali = um grauamen. 334.b
Iudicium ecclesiasticorum ordinariorum, ut sunt Ars chipresbyteri, officiales &c. grauamen. 348.a. 349.a. & deinceps.
Iudices Ecclesiastici, causas quæ magistratus sunt, sibi uendicant. 353.b
Iulianus Cardinalis præses Concilij Basilien sis. 553.a
Iuramentum, quod electores in electione Episcopi & Abbatis præstant. 313.a
Ius & consuetudo regni Anglicani, ut Episcopi & prælati Regi iurent fidelitatem, &c. 361.a
Ius & potestas penes Imperatorem fuit eligendi & confirmandi Papam, item ordinandi sedem Apo = stolicam. 37.a.38.c.63.b.176.d
Iuris Ciuilis & Ecclesiastici pulchra distinctio. 262.d

L.

Laodiensis Ecclesia Papæ impijs fulminibus re stitit. 217.a
Laurentius Miniatensis contra pap. 558.d
Laurentius Valla. 490.b. 551.b
Leges ciuiles Imperatorum piorum contra tyranni = dem Papæ. 584.d 218.c
Legati Papæ refutati. 432.d
Leonistarum secta. 136.a
Libellus, Cleri fletus inscriptus. 553.c
Libellus, Fortalicium fidei inscriptus. 553.c
Libellus, Hierarchiæ Ecclesiasticæ fasciculus inscri = ptus contra mendicantes fratres. 550.d
Libellus de Vita & honestate Clericorum. 465.a
Liberum arbitrium quale sit in homine, & quid pos = sit. 46.d. 420.d. 493.a
Liberium Papam impium solus Eusebius communio = nem eius

nem eius deferendo, & ut ethnicũ & publicanum deuitando ligat & excommunicat. 225. c
Lingua uulgari cuiuslibet gentis in Ecclesia utendum, maximè in administratione Sacramentorum. 16. c. 36. d. 78. b. 172. d
Literarum absolutariarum non necessariarum quæstus. 351. c
Longobardus contra papatum. 499. d
Lucas Hungarus contra pap. 408. c
Luciferi Epistola ad papam & suos. 546. a
Ludolphus Castrice pastor Magd. 571. a
Ludouici pij & Constantini donatio commenticia. 172. b. 395. a. 490. a. 505. b. 584. b
Ludouicus IX. Rex Galliæ, qui & sanctus uocatur, in paparum exactiones multas leges tulit, & tandem pragmaticam sanctionem. 471. a
Ludouicus Bauarus Rom. Imperator contra tyrannidem papisticam armis & scriptis egit. 480. a
Ludouici IIII. Imperatoris Apologia contra calumnias papæ Ioan. XXII. 482. a
Luminum cereorum seu candelarum usus ad cultum diuinũ in templis ordinatus, impius est. 20. d. 23. c
Lupoldus de Bobenburg Episcopus Bambergensis. 525. c
Lurtzen Doctor De sualoribus curiæ. 556. d
Luxus immensus sacerdotum & presbyterorum taxatus. 136. a

M.

Magistratus & plebs potestatem habet eligendi Episcopum. 58. a. 147. c. 187. c
Magistratui ciuili eiusq; iudicio clericos omnes fuisse subiectos. 57. c. 71. a. 82. b. 86. b. 107. b
Magisterij siue dominij Christiani & Ecclesiastici regula petenda ex doctrina & exẽplo Christi. 212. d
Mandapoli, populi Orientales. 582. d
Marsilius Palatinus pro defensione Ludouici IIII. contra papam. 488. b
Martinus Meier cancel. Moguntinus. 547. d
Matrimonium sacerdotum esse licitum. Vide Coniugium supra.
Matrimoniales causas dijudicare, magis politicum quàm Ecclesiasticum esse. 351. d
Matthias Parisiensis natione Bohemus. 523. d
Maximilianus Imperat. de grauaminibus Germ. per papas introductis laborauit. 320. a. 488. a. 572. d
Metropolitani cuiusq; esse, imò & Imperatorum & Regum Concilia cogere. 25. b. 31. c. 74. d. 82. c 85. d. 85. a. 88. b. 91. d. 96. b. 248. a. 250. b
Mechtildis Prophetissa contra pap. 529. a. 541. b
Mendicantes ordines taxantur. 358. b. 391. d. 400. d 559. d
Mendicantium ordinum immensæ pecuniæ Romam deportatæ pro Cardinalitio galero emẽdo. 358. b. d
Michaël Altisidioren. Archiepiscopus. 519. b
Michaël Cesenas minorita. 524. c
Michaël Constantinopolitanus. 417. c
Militzius Bohemus concionator pragen. 525. c
Mileuitani Concilij decretum, de non appellando ad papam. 31. c
Miracula diuorum fictitia. 6. b
Missa Apostolica & uetusta. 50. a
Missa uetus tantum fuit sacra communio. 50. a
Missa, Ecclesia Latina septingentis annis pie caruit. 54. c. 130. d
Missam papisticam esse humanum commentum. 5. d 56. a. 155. c. 384. a. 406. d. 511. d. 547. d
authores huius siue compilatores. 131. a. fraudem esse quæstuosissimam. 196. d. 356. d
Modus & ratio siue media quibus papa uim auri atq; argenti innumerabilem congessit. 300. c. 306. c
Moguntinæ Ecclesiæ thesaurus ingens. 385. c
Monachismus & uita solitaria damnata. 23 d. 28. d 77. c. 216. b. 395. d. 423. d. 450. a. 503. b. 519. c
Monachi olim non erant sacerdotes. 133. b labore manuum uictum quærebant. 52. c uestitu non monstrosi. 214. b
Monachi quatuor Dominicani ob impium facinus perpetratum Bernæ exusti. 579. a
Monstrum Babylonis. 531. b
Moraui, & Slaui ad fidem conuersi ui ad subiectionem Rom. sedis conpulsi. 156. a
Mors subitanea sacrificulorum papist. & beneficiorum pinguium aucupum, argumentum iræ diuinæ certissimum. 407. d
Mortuorum exequiæ quales olim. 56. a
Mortui ignorant quid in hac uita agatur. 139. a

N.

Necessaria à diaphoris secernenda. 9. c. 11. b
Negociatio papæ insuperabilis inanitas præsertim in rebus sacris. 308. c
Negligentia Episcoporum Ecclesias perdidit. 127. c
Nicephorus historiographus contra pap. 538. d
Nicolaus de Bibrach contra papat. 307. c
Nicolaus Clemangis. 541. d
Nicolaus Cusanus. 540. d
Nicolaus Gallus contra papat. 503. b
Nicolaus Heremita Heluetius. 571. d
Nicolaus Machiauellus historicus. 567. b
Nicolaus Orem coram papa & Card. 512. d
Nicolaus Rus Rostochiensis. 575. c
Nilus Thessalonicen Archiepiscopus. 520 a
Nomina & officia communia Episcoporum & sacerdotum

dotum in primitiua Ecclesia. 453.d
Norinbergen. leges quædam antiquæ contra clericos. 520.c
Nonnæ per Gregorium X. abrogatæ, uulgò Zopffnonnen dictæ. 308.d
Nouitates uocum prophanæ in Ecclesiam non esse introducendas. 76.b
NVMMVS rerum omnium nerus atq; dominus. 299.a

O.

OBlationes Ecclesiasticorum beneficiorum exactæ à Rom. curia. 319.a
Obligatio, qua se Patriarchæ, Archiepiscopi & Episcopi Papæ & Cardin. obligant. 281.d
Obedientia presbyterorum præstita olim S. literis, Cæsari, & Archiepiscopo. 162.d
Occam tempore Ludouici Imp. IIII. contra papam scripsit. 489.a
Officium politicum & Ecclesiasticum distincta sunt. 131.a
Officium officialium in papatu iniquissimum. 389.b
Officialis, non deducitur à Nomine officio, sed à Verbo officio. id est noceo. 388.c
Onera & subsidia beneficij imposita, quorum collatio ad Laicos spectat. 345.c
Opes, ius atq; cura Ecclesiarum etiam ad Imperatores spectat. 11.d. 16.d. 160.d
Opera supererogationis Missarum & aliorum cultuum superstitiosorum. 138.c
Operis operati opinio est papistica atque ethnica. 138.b
Ordinatio Episcoporum à Comprouincialibus facta, & non à papa. 123.c
Ordinatio indoctorum ad ministerium, pestis Ecclesiæ. 389.b
Ordines militares Teutonici erepti Germanis restituendi. 343.b
Origo atq; causæ tantarum tenebrarum tam in doctrina, quàm in cæremonijs Ecclesiæ inuectarum. 213.c
Otthonis Imp. Magni excellens feruor contra malignos papas. 161.c
Ottho Constantien. Episcopus excommunicatur à Papa ob permissum sacerdotibus coniugiũ. 293.b
Ottho Frisingensis Episcopus. 396.d
Ouina pellis quæ uerè sit, item pseudoprophetarum fructus quis. 256.b
Opusculum tripartitum de negotijs Ecclesiæ, contra papatum. 399.d
Orationes nouæ nisi à Synodis comprobatæ in Ecclesiam non recipiendæ. 31.c
Orationes nullæ fiant pro mortuis. 136.d
Orandi modus Vualdensium. 444.d

P.

PAnormitanus Canonista contra papatum. 548.c
Papa ANTICHRISTVS est, probatur. 3.d. 25.c. 208.d. 216.c. 256.d 257.b. 383.a. 403.d. 406.b. 449.c
Papa ambitiosissimus mortalium. 79.a. compositus ex dolis & fraudibus. 78.c
Papa Imperatoris admonitionem spernens nec resipiscens, deponi ab eo potest. 161.b
Papa incendium est multorum bellorum per suos Episcopos in Germania excitatorum. 55.d
Papa iure nullo appellationes ad se pertraxit. 32.a
Papa ius nullum neq; ullam potestatem habet in Imperatorem: nec debet absoluere quenquam à iuramento Cæsari uel magistratui ciuili præstito. 212.c. 216.d. 395.b. 505.b. 520.c
Papa & Episcopi iam olim desierunt esse nuncij immortalis Dei, oraculorumq; cœlestium promi & condi. 232.d
Papa Ecclesiæ minister est, non dominus. 286.b
Papa Ecclesiæ Vniuersalis Episcopus non est, nedum superior Imperatoribus. 19.c. 39.c. 45.a. 50.b. 57.b. 111.d. 133.a. 156.c. 212.c. 520.c
Papa Episcopus & Rex simul esse non potest. 112.c 117.a
Papa, Regnum suum atq; tyrannidem stabiliturus, fidelios contra Ludouicum Imp. instigare audet. 201.b
Papa Gregorius VI. depositus ab officio per Henricum Imperat. 227.d
Papa Vicarius Christi personatus, hæresiarcha, concordiæ Christianæ osor, Turca deterior ab Episcopis Germanis prædicatur. 254.c
Papæ decreta & constitutiones non ligant. 5.b. 218.c 383.d
Papa errare potest & errasse sæpius conuincitur. 8.a. 11.d. 79.a. 208.d
Papæ & Episcoporum & confirmatio & constitutio penes Imperatores fuit. 88.b. 97.c. 131.d 143.b. 162.c. 172.d. 175.b. 183.b. 184.d 186.c. 204.b
Papæ & Episcoporum est correctiones ferre, etiam à sibi subiectis. 199.b
Papæ & Episcoporum ipsius tyrannis coërceri non potest

Potest, nisi per pium Imperatorem & principes Imperij. 255.b
Papæ negociatio in rebus sacris superat omnes negociatores rerum secularium. 308.c
Papæ obediendum non esse, si quid contra præcepta diuina præcipiat. 302.c
Papæ primatum & imperium super Ecclesias amplius sexcentos annos ante Christum natum non habuerunt. 33.c.48.d. 52.c. Vi atq; tyrannide tandem occuparunt. 181.b.203.d.206.a
Papæ reseruationes & gratiæ in beneficijs Ecclesiasticis unde & quomodo initium sumpserint. 181.d
Papæ tyrannide & ui, ementitaq; donatione Constantini ius constituendi Rom. Imperatorem sibi rapuerunt. 203.c.247.d.396.a
Papæ & flamines Romanenses faces & seminaria discordiarum & bellorum. 217.b.253.a.260.c. 382.c
Paparum Magia & necromantia. 226.a. & deinceps. Aliaq; per multa immania scelera. 162.a. 164.b.219.b.382.c.419.c.501.d
Papasellus in Tyberi inuentus. 571.d.
Papistica Ecclesia, phantastica est. 140.c
Parisiensis schola contra Papatum. 526.b. contra exactiones. 302.b.475.d
Parochiarum prægrauationes ab Episcopis. 56.c
Paulus scriptoris Tubingensis. 563.b
Paupertatis uotum ordinum mendicantium. 492.a
Pauperum de Lugduno ecetus, Vualdenses uocantur. 412.d
Peccata soli Deo esse confitenda. 6.a.139.d
Peccatoribus pœnitentibus ab Ecclesiasticis plus pœnitentiæ dandæ, quàm pœnitentiæ imponitur. 351.b
Pecuniæ immensa summa Papæ ex sola Gallia annuatim præstatur pro inuestituris Episcoporum, Abbatum & presbyterorum. 182.a.300.a. 475.b
Peregrinationes religionis ergò taxatæ. 24.b.27.d. 77.d.89.d.94.d.96.c.136.d.240.b
Persecutiones nullæ tam Ecclesiis nocuerunt, quàm Episcoporum crebræ contentiones. 19.d
PETRVS Apostolus nec Papa, nec Paparum antecessor fuit, & fortassis Romam nunquam uidit. 1.b.12.a.15 b.520.b
Petri & Papæ in quibusdam collatio. 1.c.3.b
Petrus de Aliaco contra Papatum. 553.c
Petrus de Bruis. 384.a
Petrus Cantor Parisiensis. 406.d
Petrus Cluniacensis Abbas. 404.d
Petrus Commestor author Ecclesiasticæ hist. 403.b
Petrus Dresnensis contra Papatum. 498.b
Petrus Ferrariensis. 538.a
Petrus Iohannis contra Papatum. 508.d
Petrus de Luna. 533.c
Petrus Paynæ Vuiclefita. 498.b
Pfennig concionator Naumburgi. 576.b
Picturæ quædam propheticæ. 502.d
Platina quamuis Papis in multis aduletur, tamen illorum plurima detegit scelera. 558.a
Plebs & magistratus potestatem habet sibi eligendi Episcopum. 58.a.187.c
Plebi inuitæ Episcopus non obtrudatur. 191.b.198.c 134.d
Pœnitentia & absolutio lapsorum publica qualis. 18.c.77.c
Politicum iudicium atq; Ecclesiasticum non damnat nisi sponte confessum, uel iure conuictum. 114.c
Polycrates Episcopus Ephesius cum suis collegis ab Episcopo Romano excommunicatus super celebratione paschatis, fortiss. restitit. 10.a
Pontificum pugnæ cruentæ pro sede Papali decertantium. 34.d.43.a 50.c
Pontificum & sacerdotum errores & praui mores taxantur. 43.a.50.c
Prædicatorum monachorum controuersia acris cum Vniuersitate Parisien. 374.c
Prædicationem uerbi defugientes Episcopi & sacerdotes, Antichristi & satanæ uocantur. 363.b 407.a
Prælatorum Galliæ cum monachis concertatio. 460.d
Pragmatica sanctio Regum Galliæ. 181.d.261.d. 471.a.293.b. Eadem ab Imp. & Statibus uentilata. 327.c
Presbyter olim idem qui Episcopus. 453.d
Primatus Papæ initium super alias Ecclesias quale. 30.d.33.a. Contra eundem. 3.b.4.d.7.a.8.b. 16.b.18.b.32.a. 47.a.51.d.63.d.64.a.88.b. 94.d.98.c.139.c.142.d.143.d.199.d.257.a. 453.a.505.b.520.b
Probus Episcopus Tullensis. 419.c
Purgatorium impugnatur. 11.d.20.a.51.a.129.a

Q.

QVadragesimalis abstinentia à carnibus Christianis ueteribus indifferenter obseruata fuit. 25.a.54.a
Querela iustiß. Cancellarij cuiusdam de oppressione Germaniæ per Papas. 318.a
Querela rusticorum grauis contra Papatum. 573.d

Rasura

R.

Rasura cur à Clericis sit recepta. 269.b
Rationale diuinorum Durandi. 409.b
Receßio Cardinalium & Episcoporum, pio=rumq; aliquot ab impio Papa Hildebrando. 220.c
Reformatio Papæ & totius Ecclesiæ Rom. cleri, per Otthonem magnum facta. 162.d 170.a
Reformatio monachorum per eundem. 170.d
Reformatio Curiæ Rom. per singulorum nationum deputatos facienda irrita facta. 270 d
Regis Angliæ epistola ad Papam de grauaminibus & suppreßionibus sui cleri & regni per Rom. Curi=am. 379.c
Reges Galliæ tyrannidi Papæ fortißimè se oppoßue=runt. 296.b
Regulæ Cancellariæ Papæ pro dignitatibus Eccle=siasticis Romam pertrahendis. 336.d
Regula Clericorum Ludouici Imp. 86.b
Regula uitæ ex SOLO Euangelio Christi petenda. 24.d
Religio Christiana paucißimis ritibus contenta est. 137.d
Religio peperit diuitias, & filia deuorauit matrem. 140.b
Religioßorum utriuſq; sexus, cuiusuis status & ordi=nis hæreditariæ ßucceßionis grauamen. & c. 359.c
Reliquiarum Sanctorum cultus cum luminibus pro idololatria damnatur. 12.b.23.c.24.a 64.a
Reseruata beneficiorum ecclesiasticorum taxantur. 329.d
Restituuntur Rom. Imperio temporalia omnia, quæ antea Rom. Ecclesiæ per Imperatores collata fue=rant. 178.b.
Richardus Episcopus Armacanus. 528.b
Rhytmi contra corruptiß. Ecclesiæ statum. 535.b
Rituum ergò siue ob alias obseruationes adiaphoras Ecclesiæ pax non turbanda. 11.b
Robertus Linconien. Episcopus. 363.a
Robertus Gallus contra Papatum. 490.d
Rodericus Zamorensis Episcopus. 547.b
Rodolphus Agricola. 593.d
ROMA Babylonia uocatur. 80.d.217.b 255.d. 388.c. 390.b. Item Babylonia Apocalyptica. 217.b.449.c
Romana castitas qualis. 58.c.59.c.61.c.84.c.206.d
Romanorum uera descriptio. 240.c.255.d
Rudbertus Vuormacien. Episcopus. 122.b
Rudolphi Ducis Saxoniæ memorabilis historia, quo=modo abscißa manu dextera iudicium Dei agno=uerit. 212.a
Ruina Rom. Ecclesiæ atq; Papatus prædicta 28.a 64.d
Rusticorum grauis querela contra Papatum. 573.d

S.

Saccij fratres in Anglia. 375.c
Sacella & aras Sanctis dedicare, impium. 132.d 141.b.d.
Sacerdos uxoratus tantum officio & beneficio pri=uandus, nunc uerò ferro & gladio punitur. 34.a
Sacerdotum uxoratorum sacramentorum proiecta in=lutum, Papa Hildebrando authore. 206.c 31.d
Sacerdos nemo fiat ante XXV annum. 192.d
Sacerdotum electio & præsentatio. 192.d. uide Ele=ctio. Forma huius. 192.d
Sacerdotum impuritas in doctrina & uita ex Metho=dio Episcopo Tyri. 15.c
Sacerdotum uita dißoluta & fastuosa. 137.c.141.d. 143.c.144.c.245.d.357.c.422.c
Sacerdotes uerbo non uacantes, Antichrißti & fata=næ dicuntur. 157.a.163.b.410.a
Sacramenti utramq; speciem multi Episcopi contra Paparũ decreta tenuerunt & defenderunt. 142.d 240.b.421.a.d. Vnam eius speciem tantum sume=re sacrilegium. 142.a
Sacramenta administrantur in Papatu non gratis, sed pro precio. 356.c
Sacramenta pauperibus leuibus de causis in Papatu negantur. 365.d
SACRAE literæ in Ecclesia docendæ. 7.a.77.c
Sacrificium Ecclesiæ, non Missa, sed preces apud Or=thodoxos dicuntur. 11.d
Sacrificulorum beatus præsentiarum ergo est irriſio Dei. 384.b
Sacrificuli Papistici uarijs notati nominibus. 189.d
Salisburgensis Episcopatus initium. 126.d
Sanctis offerre munera, est diabolo sacrificium fa=cere. 6.b
Sanctos & iustos uiros etiam habere peccata. 31.c
Sarabattæ, monachorum genus. 215.b
Satisfactiones à Papistis impositæ esse reprehensibi=les. 6.a
Schola Pragen. Oxonien. & Parisien. contra Papa=tum. 130.c
Scholæ seu Academiæ in Lombardie doctrinam Val=den. sequuntur. 430.a 215.b
Scapulare monachorum. 503.a
Schisma publicum contra Papam quod duravit an=nis XIX. 124.d
Sclauorum ad fidem conuersio. 492.d
Scotus subtilis disputator. 130.c
Scythicæ aliquot gentes sacra Christiana sua linguæ peragere solitæ. 563.c
Sebastianus concionator Erfordien. Seniores

Seniores Ecclesiæ uocantur, qui & presbyteri. 197. d
Senaldo Eboracen. Episcopus. 365. a
Sennalus Archiepiscopus Eboracen. Papæ eiusq; tyrannidi ad mortem usq; restitit. 377. a
Sententia Episcoporum Germ. qua Hildebrandus Papa damnatus est. 235. c
Sepulturæ ius ære apud papistas redimitur. 357. b
Sibillæ Prophetia contra papatum. 140 d
Sigismundus imper. reformationem pro clero paratuit. 543. d
Simonia, qua Ecclesiasticæ dignitates emuntur, Canonibus prohibita est. 177. a. 190. b. 196. b. 201. a. 244. c. Eadem à Deo per Sarracenos crudeliter punita. 132. b
Simulachra in Christianorum templis antiquitus nulla fuerunt. 15. d
Speculum aureum. 534. d
Speculum stultorum. 539. d
Speculum Visionis. 574. b
Stephanus Aufrerij contra pap. 577.
Statuarum & simulachrorum adoratio siue cultus. prohibitus. 5. d. 20. c. 52. a. 71. a. 75. d. 141. d
Stephanus Brulifer parisien. 563. a
Superstitionib. externarum rerum populus non docetur, sed uerbo Dei & pietatis exẽplo. 133. c. 135. b
Subitanea mors sacrificulorum papist. beneficijs compluriб. impinguatorũ, iudicij diuini imago. 407. d
Sundteum ciuitatis senatus consultum contra sumptuosas mortuorum exequias. 461. c
Synodorum Ecclesiasticorum abusus. 356. a

T.

Taulerus Concionator Germanus. 507. c
Templa nõ fuerunt ueteribus magnifica atq; sumptuosa. 130. d. 141. b
Terminariorum fratricellorum mendicantium graua men. 332. d
Testamentorum & legatorum alienatio à legitimis hæredibus fraude sacrificulorum & monachorum. 358. a
Thaboritarum doctrina & confessio. 431. a
Theodericus Minorita Episcopus Croatiæ. 541. c
Theodericus Nyem paparum Scriba. 533. d
Theologia Germanica. 539. a
in Theudiscam id est Theutonicam linguam Biblia conuerti primus Ludouicus Imp. mandauit. 93. b
Theutoniæ seu Germaniæ inculta barbaries. 159. d
Thomas Aquinas Scholasticæ doctrinæ antesignanus, in multis papæ contradicit. 420. b. huius doctrina ab Episcopis parisien. damnatur. 449. d
Thomas Bricot Cantuarien. Archiep. in Catalogum Sanctorum canonizatus. 361. a
Thomas Rhedonen. Carmelita. 549. a
Tilemannus quidam Minorita. 577. a
Tilemannus Spanheberg. 578
Tolerantiæ (Toleramus uulgò uocant) maximum grauamen, sed quæstuosæ papistis. 353. d
Traditiones humanæ diuinis mandatis prælatæ. 138. a 217. c. 331. a
Trithemius Abbas Spanheinen. 564. d
Tyrannis crudelissima Papæ in Anglia. 366. d
Tyrannis & rapacitas Papæ. 79. d
Tyrannis Gregorij VII. contra Imperatorem & plebem Rom. memoranda. 207. b

V.

Vdalrici Hutteni libellus, quomodo Concilia sint celebranda. 557. d
Vdalricus Episcopus Augustanus, Episcopatum nõ à Papa, sed à Rege Henrico 4. accepit. 63. b
Verbum Dei unica uitæ norma atq; ueræ pietatis fundamentum. 27. d
Vespilionum spelunca Ecclesia facta sub Papatu, quomodo. 390 c
Vestitu communi, non singulari & consecrato uteres usos fuisse in celebratione Missæ, hoc est, sacræ communionis. 131. c
Vestibus templorum & monachorum nulla inest sanctitas sed potius superstitio. 28. d. 71. a. 133. b. 163. a
Victori Rom. Pontifici imperiosius mandanti de paschate non obediuit Asiatica synodus. 9. d
Vigiliæ pro mortuis taxantur. 5. d. Vide supra.
Vincentius concionatur contra Papam. 539. b
de Visionibus Angelorum liber damnatur. 8. d
Vitæ honestas et cõuersatio Episcoporũ, sacerdotum & cleri qualis requiratur. 77. a. 82. b. 196. d. 555. a
Vitæ honestæ genera probantur. 29. d
Vita scandali plena sacerdotum, qua & se & Ecclesias perdunt. 171. b
Volquinus N. contra Papatum. 464. a
Vota monastica esse impia. 6. a. Vide monach.
Vtraq; specie sumere Eucharistiam impiè prohibetur. 5. d. 34. c. 143. a. 186 d. 240. b. 421. a. d
Vualdensium origo & eorum dogmata, quibus Euangelij lux quasi primus effulsit. 424. a
Vualterus Mapes Anglus. 422. c
Vuolfgangus Aitinger Augustanus. 565. c
Vuilhelmus Episcopus Parisien. 407.
Vuilhelmus Albus sacerdos uxoratus. 552. d
Vuilhelmus Aurifex. 468. c
Vuilhelmus de S. Amore. 498. c
Vuilhelmus Sarctoris Anglus. 554. c
Vxores Episcopi & sacerdotes olim habuere. 10. a. Quere coniugium.
Vxores sacerdotum olim uocabantur presbyteriссæ 206. a

FINIS INDICIS.

Errata

ERRATA INTER RECOGNOſcendum à nobis deprehenſa.

PAg. 4. lin. 15. lege. ſacrificis. pag. 7. lin. 36. ſententia. pag. 9. lin. 1. cuius liber. 31. mouerunt. 33. eædem. pag. 12. lin. 35. dicimus. pag. 12. lin. 31. fit. pag. 16. lin. 9. reſtiterunt. pag. 25. lin. 46. Terretur. pag. 30. lin. 10. Sozomenus. pag. 56. lin. 5. fuerunt. pag. 57. lin. 3. corrigeret. pag. 69. lin. 42. agitatores. pag. 79. lin. 34. diſſeruiſti. pag. 8. lin. 10. ſapientia. pag. 103. lin. 46. teneri, aut. pag. 114. lin. 19. humilitate. pag. 119. lin. 48, quanto citius. pag. 120. lin. 5. comminiſtrorum. 126. lin. 42. conſecrauit in. pag. 127. lin. 20. direxit, Adal. pag. 140. lin. 12. ſupererogationis. pag. 150. lin. 10. exorditur. pag. eadem lin. 24. poſtulaſtis noſt. A pagina. 164. numeros corrige per paginas uiginti octo. pag. 181. lin. 50. ſanctionem illam. pag. 82. lin. 3. & auus. ibid. lin. 23. ut Epiſcopatu. pag. 201. lin. penult. ſe autem. pag. 212. lin. 25. iura furiunt. pag. 237. lin. 27. omni militia. pag. 415. lin. 39. pallia, ſub. pag. 473. lin. 8. nemora non. Minutiora ipſe corrigas Lector.

EXCVSVM ARGENTINAE APVD
Paulum Machæropœum, ſumptibus Ioannis
Oporini, Anno M. D. L XII.

Longius iam progressi eramus in Catalogo Testium ueritatis excudendo, amplius quàm tertia parte à Collectore ipsius aucto: neq; fore putabamus, ut quicquam aliud mitteretur, quod inseri deberet hoc quidem tempore: quum ecce præter expectationem, sub libri fermè calcem hæcquæ sequuntur missa sunt. quæ si aliquanto citius habuissemus, suis quæq; locis inseri iuxta temporum seriem potuissent. Ea uerò hic subijcere uelut Appendicis loco, quam prorsus omittere, maius operæprecium duximus. Fruere itaque & his, Lector, & consilium hoc nostrum, pariter ac operam, boni consule.

APPENDIX AD CATALOGVM TESTIVM VERITATIS, QVI ante nostra tempora reclamarunt Papæ.

PRAEFATIO.

FRIDERICVS ET IACOBVS REGES *Hispaniæ & Siciliæ.*

Regnarunt hi duo reges ac fratres circa annum Domini 1300. nempe antè sesquitercentos annos. Eos non leuem aliquam purioris religionis curam cognitionemq; habuisse, abundè ex sequenti scripto Arnoldi de Noua uilla apparet. Quod ideo integrũ apponere uoluimus, quòd & epistolæ pientissimæ prædictorum duorum regum interserte sunt, & alia multa historica ac alioqui utilia continent. Vtinam uerò & alij libri, & acta pientissimorum illorum regum haberi possent: nimirum uideremus, diuinam bonitatem subinde luminis sui radios in orbem terrarum sparsisse: & semper fuisse septem piorum millia, quæ non prorsum genua sua Baali, eiusq; omnibus impietatibus curuarunt. Verùm omissis alijs, legatur ipsum scriptum.

INCIPIT COLLOCVTIO FRIDERICI REGIS SICILIAE, ET NOSTRA *Arnoldi de Villa noua, lecta & communicata sedi Apostolicæ.*

EXORDIVM.

Via tota series meæ narrationis essentialiter pertinet ad Euangelicam ueritatem: idcirco ad perpetuam rei memoriam, & ut in posterum obtundi possint aculei quorumcunq; præuaricantium, & dissipantium ea quæ audiuntur: uolo, prout decet & expedit in tali nostro scripto, de omnibus clarificare sedis Apostolicę maiestatem. Et dico: quia cum peruenissem Cathauiam, Rex prædictus exorsus est mihi pandere causam, propter quam me uocauerat sub talibus uerbis.

FRIDERICVS REX.

Ab adolescentia quidem cogitatus frequenter pulsauit cor nostrum, sed ab annis circiter quinq; assiduè feruebat in nobis: in quibus annis frequenter apparuit nobis in somnijs Regina, quõdam Domina mater nostra, facie uelata, ita quòd uultum

eius non uidebamus, sed in uoce cognoscebamus eam dicentem: Fili mi, do tibi benedictionem meam, ut ueritati omnino studeas deseruire. Post quæ uerba dispare-
bat uisio. Ego uerò sicut laicus & ignarus, non intelligebam quid significaret, & re-
putabam esse illusionem. Cogitatus autem erat iste: scilicet, quòd faceremus aliquid, per quod nobiliter in conspicuum hominum omnium promoueretur honor
Saluatoris. Et hinc cogitanti prædictis annis annexa fuerunt tria: scilicet unum desiderium, unus timor, & unum dubium. Desiderium erat, & adhuc est, quòd frater
Al. principali. noster Rex Arragonũ esset uel † præsenti in proposito cogitatus prædictus: ita quòd
sicut est maior in carne, sic desideramus quòd maior esset in gratijs cœlestibus, &
quòd assumeret feruenter illud propositum, & quòd simul prosequeremur ipsum.
Timor autem & dubium reprimebant, & quodammodo retrahebant nos à diuul-
gatione & persecutione propositi. Timebamus enim, quòd tam frater noster quàm
alij, tã clerici quàm laici, reputarẽt nos fantasticos: quia cogitatus noster dictabat nobis, quia in statu nostro, scilicet Regis & cõiugati, deberemus pęrcisè uiuere secundũ
regulã Euãgelij, scilicet despiciẽdo & cõtẽnendo quicquid ordinatur ad terrenã felicitatem: & quærendo & amplectendo, quicquid pertinet ad cœlestem. Et quia uidebamus, quòd Christiani faciebant communiter oppositum, quia feruenter studebant & sollicitabantur obtinere & possidere quæ pertinẽt ad terrenam felicitatẽ,
& ea quę pertinent ad cœlestem negligere, quantum ad mores & opera uirtutum Euangelicarum, repressi fuimus à diuulgatione & executione prædicti propositi, ne
propter deformitatem nostram ab uniuersali multitudine sperneremur. Ad hanc autem represionem maximè impellebat nos dubium, quod occurrebat nobis de
doctrina Euangelica: Vtrum esset humana inuentio, uel diuina traditio. Ad quam dubitationem tria nos inducebant.

2 Primùm est, qualitas clericorum secularium, qui circa nos sunt, & maximè episcoporum, abbatum, & aliorum prælatorum & personarum. Quia & uisu & auditu,
ac diuersis affectibus experimur, quòd quantum ad uitam spiritualem, quam docet
Euangelium facere, sunt omnino steriles. Quantum ad simulationes, uerò cæremoniarum, quas officia Ecclesiæ, uel aliter seruant, sunt illusores: & apertè insinuant,
quòd illa prosequuntur ex solo usu, & non ex deuotione. Cum uideamus, quòd omne id quod ad uanam gloriam & terrenam cupiditatem spectat, celebriter promouent: quantum uerò ad regimen animarum in salutem æternam, sunt pestiferi, per
multa opera impietatis, & multorũ uitiorũ, quæ palàm exercent in cõspicuũ populi.

3 Secundum, quod ad hanc dubitationem nos inducebat, est qualitas regularium, & maximè illorum qui præ cæteris constituti fuerunt ad promotionem Euangelicæ ueritatis, uerbo & exemplo: & quos credebamus tenere apicem Apostolicæ simplicitatis & paupertatis. Isti enim faciunt eos stupere de moribus & uita ipsorum, quia
uidebamus quòd in tantum alienati sunt à uia Dei, quod in comparatione ipsorum iustificantur non solùm clerici seculares, sed etiam laici. Tanta enim est eorum malitia, tamq; notoria, quòd iam nullus hominum status potest eos tolerare: imò nos timemus, quòd una die populus insurget contra eos. Quia cum per habitũ asperitatis & abiectionis prætendant exterius humiliter mansuetudinem pœnitentium, temporalium contemptum, & plenitudinem earum uirtutum quæ perfectis uiris conueniunt: tamen experimur quòd in eis ut plurimùm non est species, neque decor alicuius uirtutis Euangelicæ. Quia pro humilitate ubiq; ascendit eorum superbia, ut sunt præsumptuosi, irreuerentes, & importunè sese ingerentes, etiam ad secreta nostra. Et non possumus aliquod consilium facere, uel aliquam legationem ordinare, quin ipsi se immisceant, & ingeniosè procurent, & sine fronte alicuius erubescentis commissiones legationum & negociorum secularium. Pro mansuetudine
furor est illis, secundum similitudinem serpentis: & uiperinis motibus insaniunt, si
reprehendantur, uel denegetur eis petitum: pro actibus pœnitentiæ uacant splendidissimis epulis, pro contemptu temporalium ambiunt & ardentissimè quærunt
laudes

laudes populi, honores seculi, prælationes ecclesiarum, tam in alienis collegijs quàm in proprijs, occupationes negociorum secularium, pecuniarum extorsiones absque ullo spiritu pietatis. Nam experti sumus, quòd aliquando prætextu eleemosynæ expetebant condemnationes delinquentium, factas in nostra curia: quas, & legata, uel quæcunq; assignata eis titulo pietatis, obstinacius per authoritatem curiæ secularis obtinere satagunt, quàm clerici seculares aut laici. In depositis sunt infideles, in accõmodatis ingrati, in promissis fallaces, in persuasionib. dolosi & fraudulenti, in narrationibus studiosè mendaces. Et quanto præsidentium sunt maiores inter eos, tanto subtiliores sunt fabricatores mendacij, tam in mutuam detractionem ipsorum ad inuicem, quàm aliorum. Et experimur, quòd odium conceptum aduersus aliquem, immobiliter fixum tenent, & ut dæmones acuunt, & interdum ut scorpiones. In sermonibus Ecclesiasticis experimur quotidie, quòd sunt pestilentes: quia in toto sermone ipsorum utplurimùm non faciunt nisi uel adulari, aut detrahere, uel diffamare, aut philosophari: ita quòd turbati & infecti recedimus à sermone. Recolimus etiam, quòd aliquando audiuimus eos dicere in sermone, quòd excommunicatus erat, & mortaliter peccabat, quicunq; ad curam sui corporis requirebat Iudæum. Modò uerò uidemus, quòd eorum monasteria non ingreditur medicus ordinariè nisi Iudæus: ita quòd tam in monasterio fœminarum quàm uirorum. Iudæus medicus ordinariè procurat infirmos: & cum quotidie celebrent missas, non cessamus admirari atq; stupere. Videmus etiam, quòd prælatis ordinarijs Ecclesiæ, ut sunt episcopi & archiepiscopi, nec sunt reuerentes, nec obedientes, prout conuenit uiris perfectæ sanctitatis, & Euangelicis: imò quod deterius est, uidetur nobis quod pro nihilo habeant ecclesiam Romanam. quia nulli * applicationi factæ ad eam deferunt, imò etiam proprios collegas appellantes ad eam in fauore Euangelij extinguunt, & occidunt crudelius omni fera. Vnde cum nullo timore Dei compescantur, uel refrenentur, apertè nobis insinuant, quòd id quod de Deo docet Euangelium, habeant pro nihilo: immundicia uerò carnis adeò manifesta est, quòd publicè dicitur, quæ sit concubina singulorum præsidum: & quantam infectionem seminent & relinquant ubiq; in domibus quas frequentant, manifestum est. * Al. appellationi

Tertium quòd facit nos dubitare super doctrina hac Euangelica, est negligentia sedis Apostolicæ. Audiuimus enim aliquando, quòd consueuit mittere legatos per diuersa regna & prouincias, ad inquirendum de profectu & defectu Euangelij in omni statu. Et tamen tempore nostro non uidimus, nec audiuimus, quòd hoc alicubi fecerit, sed solùm quòd aliquando miserit eos pro negocijs secularibus & mundanis, sed pro cultu Euangelij promouendo, uel conseruando, nondum audiuimus: cum tamẽ ipsa sciat, quòd illi qui uocati sunt in partem sollicitudinis, homines sunt utplurimùm non perfecti, & proni ad malum, & multipliciter possunt exorbitare ab Euangelij ueritate.

Item uidemus, quòd pro schismatis Occidentis non cessat præstare fauorem: sed pro eis reducendis non uidemus eam sollicitari, & pro Sarracenis conuincendis minimè curat. Ex quorum cõsideratione frequenter dubitauimus de doctrina Euangelica, quòd potius esset ab humana inuentione quàm à diuina traditione. Cũ hæc omnia uersarentur in corde nostro, sæpe cõsiderauimus, cui possemus cõmunicare, quĩ posset nos & illuminare, & dirigere, & solidare tam consilio quàm doctrina. Et aliquando tentauimus audire, & à quibusdã doctoribus, statum Regularẽ, quos cõmunis opinio iudicat uel æstimat esse profundos in sapientia & intellectu occultorum, quid uideretur eis de illa uisione matris. Et finaliter cognouimus, quòd ipsi habebãt prosillusione. licet aliquis eorum dixisset nobis, quòd poterat esse indicium cœleste, significãs nobis quòd Domina mater nostra erat in purgatorio, & petebat suffragiũ. Et nos fecimus in suffragriũ eius tam missas celebrari, quàm eleemosynas fieri. Contigit aũt, cum nos ista ætate cogitaremus circa illã uisionẽ, quod apparuit nobis more solito Domina mater nostra in somnio, uelata facie, & uidimus splendorem uul-

tus eius mirabilem. Et tenebat diadema gemmatum ineffabilis pulchritudinis & splendoris in manu dextra,& dicebat mihi:Hoc diadema portabis in capite.

ARNOLDVS.

Supradictis per ordinem auditis,respondi: Cogitatus,quem habueratis, & habebatis,erat semen diuinæ inspirationis. Et quòd Deus per inspirationem tangeret mentem uestram,certificat in me desiderium annexum cogitatui: qtia nulla uis naturæ inclinat creaturam rationalẽ,etiam angelũ, ad hæc etiã absolutè desiderandũ: sed quòd alius eo sit potior in gratijs,uel gloria seu honore. Quapropter certum est, quòd à uirtute spirituali mouente cor uestrum,imprimebatur cogitatus & desideriũ illi annexum. Confirmat etiã hoc significatũ iudicij cœlestis,per quod exhortabamini ad seruiendũ sollicitè ueritati. Quod enim uidebatis in somnijs tam frequenter, non erat illusio,sed cœlestis uisio.De hoc autem potestis certificari per regulã, quam Saluator & lux æterna dedit Ecclesiasticis suis in transfiguratione, in qua certificauit eos de ueritate suæ excellentiæ,per uisum maiestatis,& per auditum uocis dicentis:Hic est filius meus dilectus,&c.præsentibus Moyse & Helia.Ex quibus datur regula cunctis fidelibus,quòd ubi aliquid uidetur præter communem cursum humanæ conditionis,duo sunt attendenda:scilicet res expressa, & modus expressionis. Nam si res expressa contineat purè Euangelicã ueritatẽ,& in minimo nõ discordet à testimonijs ueræ Scripturæ diuinæ, sicut lege & prophetis, quæ significanturper Moysen & Heliam:certum est,quòd est uisio uel iudicium cœlestis impressionis. Si uerò quod exprimit,non continet purè Euangelicã ueritatẽ:uel si sit modus, tamen discordat testimonijs sacris:tum de illusione debet cuiq; esse suspecta. Hic autem res expressa,scilicet quòd studiosè seruiretis pietati & ueritati, purè est Euangelica. Nam sicut Deus ueritas est: sic & Christus,qui Deus & homo est, ueritas est,cui sollicitè seruire prædicat & hortatur Euangeliũ undiq;.Quòd aũt in somnio illud uobis fuerit ostensum,non discordat,imò concordat eloquijs sacris,expressione & exemplo. Ex pressione,in lege & prophetis. In lege,quando dixit Dominus Aaron & Mariæ Moysi : Loquar facie ad faciem,&c.cæteris aũt,in somnijs.in Prophetici uerò, quando dicit per Iob:Per somniũ in uisione nocturna,quando irruit, &c. Exempla uerò de hoc in sacra Scriptura multa sunt,sed duo specialiter sufficiunt nunc:scilicet de Ioseph patriarcha,& de Ioseph sponso uirginis matris Dei: cui etiam illa quæ pertinebant ad regimen extrinsecũ Domini,sicut de concomitatione matris & fugæ in Aegyptum,& reditu in Israel,tantum per somniũ indicabantur.Significatum aũt uisionis non poterat uobis enucleare quis,quantumcunq; literatus , nisi datum esset ei desuper.Quia Deus est qui claudit sua mysteria:nec alius potest, cũ clauserit, aperire,nisi tẽpore,sicut testatur Apocalypsis. Et si fuerit animalis homo,hoc est affixus sensui carnali,& affectui terreno,non solùm non intelligit, sed etiã spernit & reprobat.Qui enim est ex Deo,lætatur,atq; deuotè audit quæcunq; sunt Dei, & sapienter
* Paulus intelligit.Animalis autem homo(dicit* Apostolus)nõ percipit ea quæ sunt spiritus Dei,sed stulta sunt illi,& non potest intelligere. Quod ipse fuit expertus in semetipso,ad exemplum & informationem cunctorum uerè fidelium. Nam quotiescunq; narrabat uisionem cœlestem eidem factam in itinere Damasci, uel alibi, Iudæi irruebant in eum clamore & puluere & lapidibus, dicentes: Tolle tolle maleficum, non est fas eum audire. Gentiles uerò dicebant, ut Festus: Insanis Paule, multæ literæ te faciunt insanire.Vnde non debetis mirari,si uisio non fuit accepta, uel intellecta per illos,quibus communicastis.Mihi uerò,non meritis meis,sed solo beneficio pietatis æternæ,suffragantibus,ut puto,meritis fratris uestri,& uestris,datus est intellectus uisionis.Et ideo facio mentionem de fratre uestro, quia propter eum in simili casu fui ad hoc illuminatus,& quia directè cõsonat impressionibus uobis factis,narro uobis historiã.Vacante sede post Benedictũ,uocatus per ipsum adiui præsentiam eius:& narrauit mihi cogitatũ,& dubitationes rectè per omnia similes uestris:&insuper addidit,quòd sæpe uiderit in somnio patrem suũ & uestrũ, in habitu mirabili,

traden-

tradentem ei quatuor auri petias immensi,& eiusdem ponderis. Et dum considera-
ret in uisione quid inde faceret, dicebatur ei: Trade monetario,& ille faciet inde mo
netam,utilem & necessariã tibi. Et fuit ei dictum,quòd ego essem monetarius. Ego
autem respondi,quòd in eius præsentia,& in narratione prædictorum datus fuerat
intellectus mihi,sic:scilicet quòd Deus quando uult beneficia suæ pietatis aliquib.
indicare,seipsum ostendit eis sub figura illius rei quæ notior est eis,& magis conue-
nit ordini,uel circumstantijs naturalibus rerum. Vnde quia Deus est pater omnium
electorum,& gratia ipsius est mater,propterea uobis,qui estis de filijs regis Petri,ma
ior non solùm dignitate,sed etiam ætate,ostendit se sub forma patris,quia naturali-
ter cura maiorum fratrum conuenit patri. Quia uerò cura maiorũ filiorũ conuenit
matri,propterea si fratri uestro qui minor est,deberet se ostendere Deus,faceret hoc
sub forma matris. Quatuor autem petiæ auri immensi,& eiusdem ponderis, signi-
ficant diuinam sapientiam,quæ in quatuor Euangelistis continetur. Ad cuius sapien
tię usum hortatur uos Deus,secundum illas explicationes & expositiones,quas per
me fecit scribi in diuersis tractatibus uel opusculis,secundum stylum clarum,& om-
nibus laicis intelligibilem: de quibus opusculis tunc frater uester fecit scribi quinq;
uolumina,ut ipse etiam & Regina & liberi se exercitarent in illis legendis & intel-
ligendis. Iam igitur elucescit uobis, quare sub forma matris ostendebat se uobis,
sed uelata facie: ad significandum, quòd de gratia Dei, quam faciebat uobis in illa
occulta inspiratione,nõ habebatis clarã noticiam, nec etiã beneficiũ gratiæ Dei co-
gnoscebatis,nisi per uocem, id est per sensibilem & extrinsecum effectum, scilicet in
eo quod prouiderat uobis de regno & cæteris blandimentis temporalibus. Post-
quam uerò perueni ego ad insulam, apparuit uobis reuelata & splendida facie: ad
innuendum, quòd per aduentum meum haberetis claram noticiam de gratia Dei.
Quantum ad impressiones quas faciebat antequam occultè,in spiritu uestro: Diade
ma uerò gemmatum,est ornamentum uirtutum Euangelicarum, quod amodò pa-
lam geritis in capite uestro,scilicet tam in regia uoluntate,quàm in mente. Hæc au-
tem omnia excellenter uobis dabuntur, solùm propter effectum exhortationis,sci-
licet quòd studiosè colatis ueritatem: hoc est, ut in statu uestro & gradu ministerij
uestri ambuletis secundum regulas Euangelij, quod est de ueritate æterna,
& producente ad salutem æternam. Regula uerò Christi Euangelij, sicut legi-
tur in Matthæo, est: Quòd unusquisque in suo ministerio uel statu colat Deum,
aut seruiat ei,non secundum doctrinas & mandata uel constitutiones hominum,sed
secundum præcepta uel doctrinam Dei: circa quòd iam informaui fratrem uestrum,
sub talibus uerbis.

Proprium ministerium uobis à Deo commissum,& omnibus Præsidibus, scilicet
tam Prælatis quàm Principibus & iudicibus, est, colere & dispensare iusticiam pu-
blicam: quam Euangelicè colere nihil aliud est,nisi intendere ad complementum i-
psius secundum doctrinam Dei. Deus autem ad perfectum,cultum iusticiæ publicæ,
quod cunctis iniungitur præsidibus,unum est,quòd habitum sanctum in mente ge-
rant. Aliud est,quòd omnem ordinem in opere seruent. Quantum ad habitum,dicit
sic: Diligite iusticiam, qui iudicatis terrã. Dicit Glossa: Non dicit Facite,sed diligite:
ut innueret,quòd non solùm debet operari,sed zelare pro ea,quoniã sine zelo perfe
cte coli nõ potest. Ad zelum autem pertinent duo. Primum est,feruor in executione
reddendi cuilibet,quod fuerit iustum. Secundũ est,uigilantia,siue sollicitudo inqui-
sitionis,ne lædatur alicubi sub iurisdictione cuiuslibet. Ad primum nõ tenetur præ-
ses,priusquam fiat ei insinuatio per eos qui beneficio iusticię indigent: sed ad secun-
dum,ante insinuationem, &c. insinuationem Euangelicæ tenetur, nec postponere
potest sine damno salutis æternæ. Quia Euangelium dicit, quòd Saluator non se
manifestat nisi pastoribus,custodientibus uigilias noctis super gregem. Quia,ut ait,
dormientibus hominibus inimicus superseminat zizaniam tritico, & lupus rapit
oues. Vigilias noctis ille tantum custodit,qui sollicitus est omnes tenebras ignoran-

tiæ circa ſtatum iuſticiæ præuenire. De uiciſsitudine uerò ordinis in opere, dicit Do-
minus in Pſalmo, in quo reges & filios regni informat de agendis in perſona Chriſti:
Deus iudicium tuum regi da, &c. Quid faciet rex aut filius regis primò & principa-
liter? exponit immediatè, cum dicit: Iudicabit pauperes populi, &c. Vnde ſi præſes,
quicunq; uoluerit ſecundum Deum, ſeu Euangelicè colere iuſticiam publicam, quá-
diu poteſt, debet principaliter & primò intendere negocijs pauperum, & quere-
lis: & ſecundariò, diuitum. Si autem fecerit econtrà, non colit Euangelium, quia per-
uertit ordinem diuini præcepti: nec operatur ut rex, pro Chriſto, ſed pro mundo.
Et tunc interrogaui regem fratrem ueſtrum de audientia, quam pauperibus exhi-
bebat. Qui reſpondit: Quòd ſemel in hebdomada dabat eis audientiam ordina-
riam, & exordinariè, quando equitabat exterius ad ſpaciandum. Cui reſpondi,
quòd ad interitum æternæ damnationis ſeruabat illum morem, & incidebat in dá-
nationem Saulis, qui non ſeruiebat Deo, ſicut Deus ordinauerat, ſed ſicut ipſe Saul
eligebat. Vos enim facitis de extraordinario ordinarium, & econtrà. Diuites ueſpe-
ri & mane & meridie ingrediuntur ad uos quotidie, pauperes autem rariſsimè. Vos
facitis de Deo porcum ſancti Anthonij, cui datur tantum illud quod ſupereſt, & quo
nec famuli nec iumenta uterentur. Et ideo cunctos huiuſmodi præſides uocat De-
us illuſores, cum dicit per Eſaiam: Audite uiri illuſores, qui ſuper p. m. &c. Er-
gò ſi uultis grati eſſe Deo, & non operari ad interitum ſalutis æternæ, primò & prin-
cipaliter intendatis ubique ad negocia pauperum, & in conſilio ueſtro uos ſitis ad-
uocati ipſorum. Et ne defraudari ſaltem poſsint, inſtituite unum timentem Deum,
qui quotidie promptus querelas pauperum ad uos & conſilium ueſtrum introdu-
cere teneatur, & illos prius & celerius expedire. Ad quem ordinem conſeruandum
inſequêris ſanctos patres, qui propter hoc in Apoſtolica ſede referendarios conſti-
tuerint. Debent uos urgere tria. Primùm eſt efficacia teſtimoniorũ, quibus in die iu-
dicij quiſque iudicabitur. Primum teſtimonium eſt eloquij Domini, dicentis per la-
cobum: Fratres nolite in perſonarum acceptatione, &c. Secundum eſt, propriæ con-
ſcientiæ. nam conſcientia cuique dictat, quòd magis gratum eſſet Deo, intendere
negocijs pauperum, quàm diuitum: & ſic qui facit, econuerſò cadit à charitate, ſine
qua nullus quantumcunque bonus poteſt ſaluari, dicente Apoſtolo: Si linguis homi
num loquar, &c. Secundum, quod debet uos ad hoc urgere, eſt timor diuini iudicij.
Quale uerò contra tales datum eſt à Deo, poteſtis ex uerbis eius percipere, cum di-
cit: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, &c. Cum enim dixerit, quòd fundamenta ter-
ræ, ſcilicet præſides Eccleſiæ, mouebuntur, quia neſciuerãt neq; intellexerunt Dei
uoluntatem: dicit per Eſaiam, Propterea captiuus datus eſt populus meus, quia non
habuit ſcientiam. Sed quali captiuitate captiuaretur, ſubiungit: Dilatauit infernus
ſeipſum, &c. Tertium quod debet uos urgere ad prædicta, eſt exemplum parentũ
& ſanctorum. nam beatus Ludouicus, rex Franconum clariſsimus, quamdiu uixit,
ſeruauit iſtud: & auus ueſter & pater hoc ubiq; ſeruauerunt, & ideo felicitauit eos
Deus & temporaliter & ſpiritualiter.

Ad timorem quem habebatis, reſpondeo: Quòd eſt de ſemine diaboli, qui odit
gloriam Dei, ſiue laudem, & ſalutem animarum: & ideo quantum poteſt, ſatagit im-
pedire prædicta. Sed uos debetis eum fugare duabus uirgis. Vna eſt, conſideratio
ueri amoris ad Deum, de quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus nobis dedit exemplũ.
nam aduerſitates humanitatis ſuæ ſpreuit, ut adimpleretur id quod pertinebat ad
purum & uerum amatorem Dei & hominum. Nam cum aliqui dicerent, Dæmoni-
um habet: alij uerò, Seductor eſt, &c. nunquam tamen propter hoc deſeruit colere
ueritatem, tam opere quàm doctrina. Vnde debetis animaduertere, quòd ille qui
propter iudicium peruerſum filiorum huius ſeculi deſiſtit proſequi documenta E-
uangelica, certum eſt quòd non diligit Deum plus quàm ſeipſum, & quod aliquid
de amore ſeculi huius ſiue gloriæ mundanæ retinet in angulo cordis ſui. Qui au-
tem plus diligit Chriſtum quàm ſeipſum, nec erubeſcit nec timet iudicium ſeculi,
imò

imò lætatur cum percipit aduersa iudicia de seipso, ideo quia per hoc conformatur capiti suo Christo : & dicit cum Apostolo, Mihi autem pro minimo est ut à uobis iudicer. Alia consideratio, qua debetis effugere dictum timorem, est ingens memoria diuinæ exhortationis, cum dicit per se : Beati eritis, cum malè dixerint uobis homines, &c. Et iterum per Apostolum : Fratres, si quis inter uos uidetur sapiens in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Per quæ uerba innuitur, quòd ille uerè sapiens est, quem Deus talem esse iudicat, quamuis mundus reputet eum stultum : & econuersò. Quapropter concluoitur, quòd uera sapientia est, taliter agere, quod quanto quis plus in mundo spernatur, tanto plus extollatur à Deo.

Ad dubitationem autem uestram respondeo: quòd indubitanter credere debetis, & immobiliter affirmare, quòd tota Scriptura Euangelica sit traditio uel doctrina Dei: & quòd Iesus Nazarenus est ille Messias uel Christus, qui fuit promissus presbyteribus in Saluatorem: & quòd ipse est ille Deus, qui condidit uniuersa. Et de hoc statim potestis certificari non solùm persuasione articulorum fidei, sed etiam demõstratione irrefragabili, cui nullus hominum resistere potest. Sicut in quadam Scriptura, quam de præsenti offerouobis, poteritis clarissimè intueri.

Ad motu iam uerò uestræ dubitationis redeo, quòd magis debet esse uobis ad roborfidei, quàm ad eius debilitatem. Et de duobus primis motiuis, scilicet auersione & defluxione tam regularium quàm secularium, declaro per hoc, quoniam Saluator ipse, qui est fundamentum Ecclesiæ, prædixit eam esse futuram his temporib. tam per se quàm per suos præcones, rectè ad literam, sicut quotidiana experientia uobis notificat: de quo promptus sum uos statim certificare tam per canonẽ sacrum, quàm per reuelationes particulares factas ab ipso Ecclesiæ, per sanctas personas utriusque sexus : & quas sacri Pontifices cum multa diligentia & magna deuotione reposuerunt in thesauris Apostolicæ sedis, sicut ego uidi & contrectaui manibus meis in alma Vrbe. unde cum nullus possit futura, quæ solùm pendent ab intellectu & uoluntate Dei, præscire, nisi solus Deus : hoc ipsum ostendit indubitanter, quòd Iesus Nazarenus est æterna ueritas.

Ad tertium motiuum spernendum, sufficere uobis debet, quòd iam fecit Dominus noster Iesus Christus tempore uestro, & quod in proximo est facturus. Quod autem fecit, est hoc: scilicet, quia sedi Apostolicæ bis fecit denunciari diabolicam apostasiã regula omnium prædictorum, semel sub Bonifacio, & iterum semel sub Benedicto. Et quadam uice faciebat fieri denunciationem cum plenitudine luminis directiui. Nam nuncius profitebatur primò, quòd ea quæ nunciabat, non habebat à se, nec à motu proprio ferebatur ad nunciandum, sed à lumine & præcepto Domini dominorum: & locum & tempus & modum, quibus illa nuncianda susceperat, exprimebat eis. Item pronunciabat eis laqueum insidiarum satanę, ad eorum seductionẽ, ita quod apertè dicebantur eis duo. Primum, quòd iuxta se habebant consiliarios, qui erant angeli Sathanæ, qui sub specie religionis, & pallio recti zeli, satagerent eos abducere à cribratione & purificatione statuum prędictorũ. Secundum, quod denũciabatur, quòd nihil facerent contra hoc ad secretũ eorum susurrum, quia studiosissimi fabricatores erant mendacij, & principales in odio & contemptu Euangelicę ueritatis. Et ideo promouebatur, quod quicquid consulerent illi, facerent discuti in cõsistorio circumspectè personatũ totũ. Item denunciabatur eis, quòd si negligerent exequi denunciationem, Deus faceret eos hic degustare præsagiũ æterni iudicij : sic scilicet, quòd Domino Bonifacio dicebatur in scriptis, quòd in discrimine tali & talis confusionis deducerentur, nec indidit quousque gustauit. Domino uerò Bonifacio dicebatur in scriptis, quòd si negligerent, uelocissimè raperetur à sede. Et à die qua legit, non sedit nisi trigintaquinque diebus: ita quòd neq; ea quę scribebãtur ei, nec euentus antecessoris moueret eum ad credendum, sed omnia spreuit. Item, ad illuminationem ipsorum, & motum, denunciabantur eis particulariter

Nota.

abominabiles & diabolicæ peruersitates multorum illius status, quem superius memorauí, sit licet quòd ea quæ superius expressistis, minutim explicabantur, & insuper alia sub tali forma.

Homines pestilentes dissipant ciuitatem Agni cœlestis, & maximè in statu qui de altitudine perfectionis Euangelicæ gloriatur, & subuertunt Euangelicam ueritatẽ, ac dirimunt ædificium eius in populo nõ solùm peruersis operibus & exemplis, sed corruptione doctrinæ in suis prædicationibus & præconijs. Nam cum sint amatores uitæ carnalis ac terrenæ felicitatis, & oderint uitam spiritualẽ, necessariò sequitur, quòd tribus modis corrumpant doctrinam Euangelicam in suis sermonibus: scilicet detrahendo illis quibus inuident, & diffamando blasphemijs & calumnijs: & adulando eis à quibus extorquere cupiunt. Ad quæ duo sequitur tertium, scilicet præuaricatio sacrorum eloquiorum. Nam cum in dolo & astutia malignitatis prædicent, quandoque indirectè allegant, quandoque impertinenter applicant, & peruersè: & quandoque sophisticè distinguunt, & incõuenienter exponũt. Et sic ueritas Scripturæ obtenebratur per eos, nec exponitur auditoribus clarè, sed adulterantur per eos eloquia Dei. Idcirco quia tales pseudopræcones per suos sermones non intendunt placere Deo, uel proficere Christo & populo, sed ad nequitiam suæ affectionis populum instigare: propterea seducunt ipsum dupliciter, scilicet omittendo necessaria & utilia, & tradendo nociua: & in spiritu Antichristi satagunt populum auertere à præclaris ordinarijs, & oues subtrahere proprijs pastoribus, tot modis, & taliter, sicut in scriptis, quæ sunt adhuc in thesauro sedis Apostolicę, particulariter expri mebatur. Amplius in eisdem scriptis deijciebatur dæmoniaca pestis inquisitorũ de statu illo, & cæteris: scilicet, Quòd secundum diuersas prouincias officium inquisitionis mercantes, obtinere precio satagebant, & furentes ut dæmones, nusquam ferè iam Euangelicè inquirebant, scilicet cum charitate & iusticia, curantes ut populus ædificaretur in Christo: sed cum furore & uersutia, propter odium, uel cupiditatem aut uoluptatem: ita quòd sicut deberent studere, ut errantes reducerent, ipsi conantur rectè ambulantes in dæmonium pellere calumnijs, uiolentijs, furiosis oppressionibus : & finaliter prophanis operibus, ac mendosis clamoribus, uel sententijs iniquis, de fidelibus faciunt infideles, & non est qui eorum furorem arguat uel reprimat.

Continebatur etiam in denunciatione: quòd spurcitias regnantes in eis, quas nitebantur exterioribus occultare, Deus reuelauerat, cum quibusdam ut uniuersæ Ecclesiæ panderentur: inter quas una dicebatur esse, qua adeò turmam pseudopræconum Diabolus suo dominio subiugauerat, quòd in odium & occultationem diuinę ueritatis alicubi statuerant inter seipsos de communi concordia, quod in publicis sermonibus nullus exprimat illas expositiones sacrorum eloquiorum, quas sacri doctores aduersus pseudoreligiosos & pseudopræcones tradunt in Glosis ordinarijs aut postillis, sed in tali causa exponant eas potius Prophetæ quàm Euangelistæ. Rursum dicebatur, quòd eorum apostasia perrumpat in tam libidinosam uelaniam, quòd in aliquibus prouincijs multi ex eis dogmatizabant spiritu libertatis utriusq; sexus. & eorum lectores alicubi asserebant, quòd in uirili commercio carnis nunquã peccatũ cõmittebatur, nec in tactibus. Denunciabatur insuper, de occultis fuisse diuinitùs reuelatum, quòd magisterio Dæmonis multi de statu illo deducerentur ad tantam apostasiam, sub carnalibus põtificibus Apostolicæ sedis, quòd infernali obstinatione insurgerent contra Deum. Primùm, transgrediendo limites Regulæ dattæ ad fundatorem status, ad imitandã uitã Apostolorũ. Secundò, uiolando iuramentum professionis, & patrimonium eligendo atque fouendo. Tertiò, quoscunq; collegas, ipsorum transgressionem detestantes & arguentes, condemnando, & opprimendo usque ad mortem, tanquam superstitiosos, & statui contrarios. Quartò, appellantes ad sedem Apostolicam, non propter grauamen aut rigorem disciplinæ, sed ꝓpter corruptionẽ Euãgelij, sæuissimis carcerib. & inhumanis exilijs occidẽdo: omnem

omnẽ authoritatẽ & cuncta beneficia ſedis Apoſtolicæ non ſolùm ingratiſsima, ſed impijſsima ſuperbia contẽnendo,& omnia uincula eius, ſcilicet tam propria quàm communia,furioſiſsimè dirumpendo.Sextò,Scripturas ueritatem Euangelicá expri mentes,& ſacri textus myſteria declarantes, ac eorum tranſgreſsiones & ſpurcitias deſcribentes,occaſione alicuius dicti,non erronei aut falſi,ſed tantum ambigui,tanquã ſuperſtitioſas & erroneas condemnando & comburendo.Septimò, cunctis collegis illius ſtatus legere uel ſtudere in prædictis Scripturis, ubiq; ſub pœna mortis interdicendo,putẽq; uiuentiũ aquarũ claudendo ſitientib.aquá uitæ, uel intellectus ſacrorũ eloquiorũ.Octauò,ſanctitatẽ defunctorũ in confeſsione ueritatis,& deteſtatione præuaricationis ipſorũ,calũnijs & diffamationibus extinguendo,& claritatẽ teſtimoniorũ cœleſtiũ mirificantiũ ſanctitatẽ illorũ,uerſutijs diabolicis obtenebrando.Nonò,cunctos uolentes in Euangelica paupertate uel abiectione uiuere, tã extra ſtatũ quàm intra,furioſiſsimis calumnijs & diffamationibus perſequendo , & mundanos Pontifices ignaros & incautos ſtudioſis mendacijs prouocando aduerſus eos,perfectio derelicta per eos,& aſſumpta per alios,in facie populi manifeſtiſsimã faceret eorũ apoſtaſiam.Decimò,ſub pœna crudeliſsima ſtatuendo , ne quis eorum habeat cũ pauperib. ſupradictis cõmercium,uel eos in confeſsione audiat. Vndecimò,interdicendo eis Eccleſiarũ ſuarũ ingreſſum ad orandũ, aut audiendũ diuinũ officiũ,& cum offenſa corporis expellendo:ſic ſcilicet,quòd impudiciſsima præſumptione denegant ſacramenta filijs Chriſti & Eccleſiæ ſuæ.cumq; ſolùm authoritate iſtorũ duorũ receperint miniſterium adminiſtrandi ſacramenta, ſeu diſpenſandi, nec timent nec erubeſcunt utriuſq; filios de ſynagoga eorũ eijcere:& actus pœnitentiæ,ſicut confeſsionis & ſatisfactionis, quas Euangeliũ nullis denegat, ſceleratis etiã,excõmunicatis,ſchiſmaticis & hæreticis, iſti denegant illis qui pannis uilibus induuntur.Duodecimò,ſatagendo quibuſcũq; modis in omnib.perſonis extinguere ſpiritũ Euangelicæ perfectionis,ita quòd in quibuſdã mundanis perſuaſionib.in alijs uerò ſophiſticis & doloſis prædicationibus, in alijs aũt palliatis cõminationibus, uel aliter & aliter multis modis. Tertiodecimò, ſatagunt adimplere illud Iſaiæ: Iuſtus perit,& non eſt qui recogitat:& filij miſericordiæ colliguntur , & non eſt qui intelligat. A' quibus autem colligerentur,ſubiungit,cum dicit : A' facie malitiæ,id eſt à cuneo impiorũ, qui ſunt facies diaboli,collectus eſt iuſtus. Itaq; eorũ ſtudium eſt,quòd ſicut de arbore colliguntur fructus ut † uendãtur ab eis:ſic ab arbore uitæ, † *mandentur*
ſcilicet myſtico corpore Chriſti,ſatagunt quoſcunq; habentes ſpiritũ Chriſti decerpere,tam extra ſtatũ quàm intra.Et ut illud intra ſtatũ adimplere poſsint,dicũt reuelationes præcedere:quòd arte dæmonis,qui ſtatũ illũ,tanquã ei magis contrarium, ſubuertere nitebatur,duo cõtingerent.quorũ primum eſſet,quod in ſtatu illo præficerentur ubiq; falſarij uel apoſtatæ ſupradicti , profeſſores aũt ueritatis & obſeruatores deijcerentur à gradibus præſide * ne poſsint alicubi reſpirare. Secundum erat, quod aliquandiu ex illis falſarijs ſublimarãtur ad collegiũ Apoſtolicę ſedis,ad ſuidendũ ne clamor filiorũ ueritatis ad ſedẽ Apoſtolicãhaberet ingreſſum. Quorũ duo deſignantur per anatem & ſthrutionem. Et de anate dicitur, quòd in aquis deliciarũ carnaliũ nataret aſsiduè.de ſtruthione uerò dicitur , quòd ſicut ſimilis eſt pennis accipitri & grifaldo, qui altiſs. uolãt,& tamẽ à terra nũquã pennis elõgantur:ſic iſte auſteritate geſtus exterioris , ac uitæ, ſimularet cœleſtem religionem , & tamen cor eius fixum eſſet in appetitum gloriæ terrenæ, per ambitionem ſummi Pontificatus. De quo etiã dicunt,quòd ſtudio ſuo ſollicitudinis manifeſtaret prudentib. nequitiã ſiue duplicatis procurãdo & promouendo duas iniquitates. Prima,quòd oẽs illi de ſtatu ſuo,qui ſequerẽtur ueſtigia defunctorũ teſtiũ ueritatis,& obſeruatorũ,diſpergerentur & opprimerentur uſq; ad extremũ.Secunda,quòd null' eorũ de ſtatu ſuo,qui teſtimoniũ haberet extrinſecus ueri religioſi , & cuius deuotio exiſtimationẽ in ſecularibus excitaret, uel ad curiam Apoſtolicæ ſedis accederet,aut in ea pluribus diebus reſideret:ſed quòd tales omnino elõgarentur abinde non ſolùm uirtute obediẽtiæ,ſed

tiæ,sed insuper diffamationibus, machinamentis, & mendosis textibus imperce-
ptibilium fictionum, ne ipsius & complicum peruersitates ad noticiam & iudiciũ
Apostolicæ sedis peruenirent. Taliter etiam de contrario turbaretur, quòd erumpe-
tes animi motus fictam detegerent sanctitatem. Nam uir sanctus nunquam impa-
tientia frangitur, nec liuore roditur, nec tristicia seculi maceratur, nec frendet ira, nec
furore ignitur, nec tabescit iniquitate, nec rancore incineratur, nec suspicione mur-
murat, nec imaginatione delirat, nec sensibus tendit in exitium rationis, quia non
buffonizat indignatione, nec fumat detractione, nec crepitat diffamando, nec fur-
mat in blasphemiam, non stomachatur in contumeliam, non tonat minis, non ful-
gurat nutibus, non inficit flatibus, non susurrio studet quenquam infatuare. Denũ-
ciabatur etiam prædictis Pontificibus, quòd si uellent certificari, quod * hæc essent à
Deo reuelata hominibus, promptum erat ostendere per Scripturas, quas sancti pa-
tres cum diligentia reposuerunt tam in Vrbe, quàm in antiquis cœnobijs. Quòd si
forte reuelationes non crederent suis temporibus conuenire, qua de causa postpo-
nerent scrutari de illis, poterant experimento certificari, si saltem in prouincia Pro-
uinciæ, & prouincia Tusciæ, de suprà dictis inquirerent cum illis de statu, qui testi-
monium extrinsecus haberent ueritatis & sinceritatis. Et tamen quantumcunque
omnia prædicta nunciarentur eis, tam grauiter oppressit eos letargia spiritualis,
quòd noluerunt intelligere ut bene agerent, & contumeliam Christi de terra dele-
rent: sed fascinati, patens mendacium acceperunt pro mysterio Euangelicæ uerita-
tis. nam reprimere uel compescere defluxus exorbitantium Regularium, credide-
runt esse confusionem uel ignominiã ordinis: cum tamen sit certum, quòd ordo ue-
rus in sui purificationem clarificatur: nec est ad confusionem ipsius, sed glori-
am, suppositicios eius filios mundare, uel amputare. Taliter quòd tunc fuit Ec-
clesia uniuersalis à seductoribus infatuata, quòd inordinationem multitudinis of-
fendentis & exterminantis Euangelium, ordinem esse putent. Et potius elegit pati,
quòd uidelicet ueritas confunderetur, tum ad ipsius contumeliam, tum ad populi
scandalum uel ruinam, quàm simoniaca prouidentia confunderentur pseudoreli-
giosi, & status perfectissimus mundaretur à sordibus: patenter ostendens, quòd po-
tius uolebat hominibus placere quàm Deo, plusq; intendere negocijs huius mũdi
quàm Agni cœlestis, & terrena promouere contemptis cœlestibus. Cumq; denun-
cians excitaret uniuersalem Ecclesiam stimulis antè dictis, ad obuiandum extermi-
nio Euangelij, nihilominus concorditer aut auerterunt aurem, aut spreuerunt de-
nunciationem, aut insanierunt contra denunciantem: ita quòd inter omnes non fur
rexerit unus ueritate Catholica laureatus, & iusticia Euangelica loricatus, & pro-
bitate cœlestis militiæ animatus, qui diceret, Iste homo zelare uidetur pro decore &
gloria sponsæ Christi, & animarum salute. Scrutemur igitur, & palpando diligenter
experiamur, si ea quæ nunciat siue loquitur, ad conuersationem siue corruptionem
Euangelij potius ordinentur: uel si sint pro ueritate Catholica, uel si cõtrà. Et redda-
mus ei secundum limam iusticiæ, quod meretur, ne uideamur uel negligere quæ
sunt Dei, uel spernere: quia uox istius non est occulta, neq; particularis, sed ubique
auditur. Sed obmutuit Senatus, & solùm ob hoc quòd languores & maculas sponsę
denunciabat sponso, propter zelum adhibendæ sanationis flagellabatur. Et hi qui
uexillũ Euangelicæ sanctitatis gerebant externis cæteris acerbiori furia persequuti
sunt eum, non solùm charitatis & iusticiæ regulis abnegatis: sed insuper humanæ
uerecundiæ freno depositò satagebant polluere innocentiam, & perdere innocen
tem. Et liquorem abominationis prophanæ per Spiritum sanctum, quem in uasis
proprijs continebant, in blasphemiam Euangelicæ ueritatis non erubuerunt ef-
fundere. Nam qui debuit, ut uir Euangelicus, dicere, Egredere de domo tua,
& de terra cognationis tuæ, & ueni in terram quam monstrabo tibi: hoc est, re-
linque omnes scientias seculares, in quibus natus es, & nutritus, & intende sa-
cris eloquijs: dixit, Intromittite de medicina, & non de Theologia, & ho-
norabimus

norabimus te. Quibus uerbis non solùm pronunciabat Euangelica documenta, sed ab agro Theologiæ paruulos Christi nitebatur excludere, cupiens istum agrum singulariter cum Gigantibus possidere. Palàm enim etiam confitebatur, quòd non zelus Christi, uel salutis æternæ animarum, sed corporum regnabat in eo, cum ob corporum commodum, & nõ spirituum ministerio cõmuni sponderet honorẽ: simulq; spreuisset exemplum Pauli, qui magistratus in Theologia sublimiori sella collocans quàm Parisienses, commendauit Lucam de studio Euangelico: neq; suasit ei potius studium medicinæ corporalis, quàm Theologiæ.

Hæc omnia supradicta, Domine mi Rex, uobis expressi, ut cognoscatis, quòd negligentia sedis Apostolicæ non debet uobis esse occasio dubitandi de fundamentis fidei Christianæ, sed potius ad robur & firmitatem: cum Deus tempore uestro pulsauerit negligentiam, & exprobrauerit: & nuncius cõtemptus & irrisus, & carceratus, & uinculatus, maneat in fide Euangelij cõstantior & solidior quàm fuerit unquam, & lætetur de morsibus æmulorũ in quantum tangunt eum plus quàm famelicus de suauissimis dapib⁹, nec unquã expirauit à corde suo tristicia, quousq; percepit quòd aliqui dicebant eum esse fantasticum, alij seductorem, alij pythonistam, alij uerò hypocritam, nonnulli uerò hæreticum. Non solùm autem confirmare uos debet in fide Euangelij, quod Deus iam fecit in negligentibus denunciationem quod * est infra * à Nouembri transacto. Scio enim quòd Deus tertiò faciet prædicta denunciari sedi Apostolicæ: sed per quem, aut ubi, uel quando determinatè ignoro, quia non est mihi indicatum. Et si denunciationem susceperit, & in zelo Moysi & Phineos prosequatur, eam decorabit per diuinã potentiã omnib. sublimib. antiquis & nouis. Si uerò neglexerit, certi sitis, quòd De⁹ infra dictũ trienniũ faciet in ea terribilissima iudicia, ut sint Orientalibus & Occidentalibus ad stuporẽ: & qualia, dicã uobis ante recessum meum in spirituali. Nunc autem, si placet, certificate me de proposito uestro, pro expetitione mea.

Tunc respondit Rex Fridericus.

Postquam Deus per uestra uerba tam clarè nos illuminauit, firmiter proponimus uiuere in statu nostro secundum regulam Euangelij, & exponere nos morti pro gloria Saluatoris: & cunctos uolentes in obseruantia ueritatis Euangelicæ uiuere, diligenter fouere & sustentare, nec non protegere paterna custodia. Ego autem replicaui: Scribatis tantum uulgari uestro totum processum, quem cogitatis circa cultum Euangelij obseruare. Et substantiã illius insinuationis, quam uultis facere regi Arragonum, fratri uestro. Et faciemus ambo iuxta seriẽ uestri uulgaris in Latinũ conuerti, ut ego certificatus particulariter de plenitudine cogitatus & propositi uestri, possim festinare ad fratrem uestrũ: maximè quia nuncium spiritualẽ his cũ suis nunc misit ad me, rogans & monens in Christo affectuosè quoq;, priusquam uadat in regnũ Granatæ, uideam eum. Rex autem prędictis auditis, traxit se in solitudinẽ, & scripsit prædicta in suo uulgari, & ecce qualiter per literam suam alloquitur fratrem suum.

Friderici regis ad fratrem Iacobum Arragonum regem epistola.

¶ Fraternitati uestræ notificamus, quòd inter cætera beneficia pietatis diuinę, hoc percepimus esse notabile, quòd interdum priuata meditatione, ac multum attenta, cor nostrum morosè applicuimus ad contemplandam distantiam uel differentiam temporalis hominum durationis ad æternã. Quòd enim de illo statu qui fine caret, nullam habeamus experientiam, sed id quod nobis innotuit, sola fide susc ipimus & tenemus: cogebamur diutius conuertere animũ ad experta, scilicet ad contemplãdũ circumstantias temporalis uitæ siue durationis. Et cum in animo quotidiana experiẽtia colligeremus, absq; ulla dubietate cognouim⁹, q, nulla stultitia potest esse maior in homine maximè Christiano, quàm sollicitari pro ijs exequẽdis & acquirẽdis, quæ ad uitã solã conueniunt tẽporalẽ, magis quàm pro ijs quę ad uiuendũ æternaliter spectãt. Claro etiã iudicio uidimus, quòd talis homo per actũ suæ sollicitudinis se transformat in brutũ, cũ illud præcipuè sequatur qđ sensualitas appetit, & id qđ

est ra-

est rationis & intellectus negligit & postponit. Etenim certus est unusquisq; quòd temporalis duratio uitæ ualde breuis existit, cum infra ætatem unius hominis finiatur: nec sit alicui certum, qua parte humanæ ætatis habebit finem. Cum his etiam est certissimum, quòd nullius rei temporalis priuilegio poterit mortem euadere, uel de tempore mortis certificari: quia nec genus, nec regnum, aut aliqua mundana potentia, nec pecuniæ uel thesauri, seu quæcunque diuitiæ, nec aliqua prosperitas domus aut corporis potest uel hominem immortalem facere, uel de mortis hora uel anno certificare: sed supra omnia certus est, quòd ab omnibus temporalibus taliter aliquando separabitur, quòd nunquam redibit ad usum eorum; nec etiam ipsa bona unquam sequentur eum. Quibus diligenter consideratis, & attendentes quòd ad comparationem status interminabilis, uita unius hominis multo minor incomparabiliter est quàm sit una dies: & quòd tota felicitas temporalis est tanquam ludus, in quo rex uel episcopus ludentium euanescit in una die: absque nube cognouimus, quòd cum quilibet Christianus certificetur per fidem Catholicam, quòd Dominus Iesus Christus est ueritas, & quòd solùm ipse potest hominibus exhibere felicitatem interminabilis uitæ, sitq; promptus eam exhibere seruitoribus suis: non solùm infelix est Christianus, sed etiam omni stulto stolidior, si non ponat sollicitudinem suæ temporalis durationis in obsequium Christi: sic scilicet, quòd secundum statum & gradum suum potius intendat procurare quæcunque ad ipsius laudem pertinent, & honorem, quàm quæ ad felicitatem temporalem personæ propriæ uel suorum. Idcirco deliberauimus, quòd exnunc totum uitæ nostræ residuum expendamus in eius obsequium, procurando quòd ab hominibus laudetur, ametur, & honoretur. Cum autem nullus ametur & honoretur per ea quæ sunt ei contraria: & ipse (sicut didicimus à sancta matre Ecclesia) sit ueritas & iustitia & pax, & misericordia: proponimus ad cultum istarum uirtutum diligenter intendere, ac earum contraria, prout poterimus, euitare. Vnde quia uanitas ueritati contrariatur, quicquid tantum seruit cultui uanitatis, abscindere uolumus amore ipsius, non solùm à persona nostra, sed insuper à domesticis & subditis nostris, prout ratio limitabit, tam Catholica quàm humana. iniustitiam uerò & iniquitatem, siue crudelitatem ac inquietudinem amicorum Christi, semper horrendè conabimur euitare. Quia uerò Dominus noster Iesus Christus taliter & tantum dilexit suos, quòd acerbissimę morti se ipsum exposuit: non uidetur nobis, quòd eius amore correspõderemus obsequio debito, nisi periculis mortis pro laude ac honore ipsius nosmetipsos exponeremus, prout ipse fecit pro nostra salute. Nã si nostro iudicio uelimus attendere, quãtus & qualis erat ipse qui pro nobis elegit mori, pro culdubio cognoscemus, quòd si millesies moreremur pro laude ipsius * summè iustũ existeret: & quòd iniustitiã abominabilẽ ingratitudinis colimus, quando & quoties uitæ carnalis delicias quærimus, & pro ipsius laude & gloria nedum mori, sed etiam sumptib. & laboribus affici recusamus. Attendimus etiam, quòd cum ipse pro nobis peregrinus extiterit, ueniendo ad regionem mortis: dubitanter is Christiani nomẽ usurpat, & falsò dicitur Christianus, qui peregrinari pro Christi gloria negligat, & incolatum eligat terreni thalami & uirgulti. Quæ omnia uobis idcirco in parte sic exprimere studuimus nunc, ut nobismetipsis necessitatem aliquã imponamus ad laborandũ pro Christi gloria dilatanda. Quoniam aũt excellentia Regis Catholici obligatur exæquitate iusticiæ supradictæ, non solùm in subditis suis Christi gloriam dilatare, sed etiam in extraneis: & cognoscimus, quòd non est uerè Catholicus, si ad exterminandam Christi contumeliã non ferueat incessanti zelo, tam in alienis populis quàm in suo, propterea zelum istum in nobismetipsis accendere studioſè intendimus, & exoptamus quòd in nobis inter Reges cæteros Catholicos accendatur, ut sit ambobus amarius morte, quòd blasphemi Saluatoris nostri, sepulchrum eius possideant, in ipsius contumeliam, atque seruitutem ignominiosam omnium confitentium nomen eius. Nam cum uinculum carnis & sanguinis non sit aliud in conspectu Dei:

Dei, quàm quædam dispositio & introitus ad unionem spiritualem: ardenter optamus, quòd nos ambo, quos identitas generantium carnaliter fecit esse germanos, per deuotum & splendidum obsequium patris æterni, germanitatis æternæ gaudia consequamur: & fraternitas, quæ per carnis resolutionem expirat unio nem spirituum in amore cœlestis Agni, uiuat æternaliter cum eodem. Idcirco uobis, quem habemus præ cæteris mortalibus chariorem, uolentes plenissimè intimare tam desiderium, quàm propositum nostrum, ad currendum nobiscum tam opere quàm effectu ualde * materialiter, ut Laicis conuenit, expressimus antedicta. Nihilominus ad pleniorem informationem uestræ prudentiæ, tam de particularibus nostri propositi, ac ordinationibus super prędictis, mittimus ad uos personam nobis unanimem in prędictis. Quapropter requirimus & rogamus uestram fraternitatem, & ex parte Domini nostri IESV CHRISTI fraterna dilectione monemus, quatenus animo & uiribus uniuersis, uelitis huiusmodi unionis esse nõ solùm pars altera, sed etiam pater & artifex: taliter, ut quæcunq; uestræ prudentiæ uidebuntur dictæ intentioni accommoda, uel fortè magis expedientia, quàm quæ per nos fuerunt excogitata, nobis tam literis quàm nuncijs intimetis. Præterea, quia Catholicorum tam desideria quàm opera debent semper in lumine ac splendore sanctæ matris Eccle fiæ consummari, ut directionis eius & benedictionis uberib. educati promoueantur: rursum requirimus & rogamus, quatenus maturo consilio deliberetis & ordinetis, quando & qualiter dictæ matri notificetur tota ueritas nostræ sollicitudinis & affectus, & de supplicationibus quas expediat & deceat fieri apud eam.

Iacobi Arragonum regis ad fratrem Fridericum Siciliæ regem Epistola.

¶ Illustri ac magnifico principi, regi Friderico tertio, clarissimo fratri nostro, Iacobus Dei gratia rex Arragonum, Valentiæ, Sardinæ, & Corsicæ Sardinæ, Comesq; Barchinonæ, ac S. Romanæ Ecclesiæ uexillarius Amiraldus, ac Capitaneus generalis, fraternæ intimęq; dilectionis plenitudinem cum salute. Laudamus Dominũ de cœlis, & benedicimus nomini sancto eius. Et quas dignè non possumus (cum creatura non habeat quod pro meritis æqualiter respondeat Creatori) in humilitate Altissimo gratiarum exoluimus actiones, quia in uobis & nobis nostris temporibus operari misericordiam, & aperire mentis oculos propulsa caligine dignatus est. Suscepimus autem, clarissime frater, eximiæ prudentiæ uirũ & uitæ probatæ M. Arnoldum de Villa noua, quem nouistis gratijs spiritualibus insignitum, de uobis ad nos ab illis partibus uenientem, qui & nobis literas uestras obtulit, ac ex uestra parte scripta per uos non humana prouisione, sed diuino instinctu condita præsentauit: nosq; etiam de singulis, quę cõmisistis eidem, per seriem informauit. Quibus lectis & perlectis, ac memoriæ intellectualiter commendatis, nos tanti & tam laudabilis ac utilis operis ordinatione stupentes, diuinæ bonitatis clementia subleuauit, corq; nostrum firmauit, ut horum omnium intelligentiam caperemus. Ex quibus post stuporem, & læticiam cordis ac gaudij immensitatem sumpsimus: conspicientes, hoc uos uelle, ad hocq; feruenti desiderio aspirare Spiritus sancti flamine inspiratum, quòd postpositis huiusmodi finibilis & fallibilis terrenæ uitæ delicijs, quæ dignè deberent dolores ac amaritudines appellari, deliberastis eximiæ uitæ uestræ residuum in obsequium expendere IESV CHRISTI creatoris humani generis, & mirifici redemptoris: & ea agere, per quæ nomen eius, quod supra omne nomen describitur, laudetur à gentib. sequentibus uias suas: & quòd exterminentur populi, illius uirtutem sanctissimi nominis blasphemantes. Ad quæ etiam tam nos specialiter, quàm alios Christianos, Christum colentes Dominum, doctrina mirifica in dictis uestris scripta cõmendabiliter inuitatis, formamq; traditis diuinum seruitium & acquisitionem cœlestis gloriæ inducentem. Charissimam itaq; fraternitatem uestram nolumus ignorare, quòd uisis dictæ doctrinæ uestræ capitulis, & nobis antefato Magistro Arnoldo tam ea quàm uestrum finem & laudabile propositum exponente, tanto fuimus in diuinis obsequijs animosius excitati, quanto manifestius uidimus hoc à Deo, nõ ab homine

processisse: nosq; & uos, & alij ambulantes per hęc, profectò sumus pro meritis æterna gaudia feliciter recepturi. Sicq;, frater, uestris requisitionibus, rogationibus & monitionib. animosa uoluntate fauentes, proposuimus esse in unione uobiscum & animo & uiribus uniuersis per executionem operis & negocij prædictorum, non solum etiam ut pars altera, sed ut pater & artifex ac promotor, prout nobis (sicut feruentes appetimus) præstiterit ipse Deus. itaq; & nunc & in perpetuum ad gloriam Dei, & promotionem Euangelicæ ueritatis, ad quam cœlestis inspiratio consignauit, nihil proprium, sed commune uobiscum habere intendimus, ut unitas uoluntatis & spiritus in ambobus fratribus repręsentet, in cunctis nostris successorib. uestigia Saluatoris: & id quòd orando pro suis effudit ad patrem dicens, Vt sint unum sicut & nos, semper in nobis luceat coram hominibus ad laudem ipsius. Namq;, charissime frater, in quibusdam capitulis præmissi Operis, quasdam declamationes seu additiones fecimus, prout uidere poteritis, sicuti nobis Altissimus ministrauit in Christo: firmam spem ac indubitabilem fiduciam obtinentes, quòd quia tam nobile iam promouit principium, prosequetur id felicius, & fine feliciori concludet. Scitote autę, quòd iam circa hæc Rex regnantium cœpit mirabiliter operari. Etenim tempore quo uos Deus ad præmissa sua pietate uocauit, ac cœlitùs inspirauit: nos à simili ad suum seruitium, qui sub mundanis sollicitudinibus dormitabamus, ad exaltationem suæ sanctæ catholicæ fidei, & depressionem sectæ Mahometicæ eodem tempore excitauit: adeò, quòd ad depressionem & eradicationem Sarrazenorum fœditę nationis, in citerioris Hispaniæ partibus existentis, unà cum magnifico principe rege Castellę communi consanguineo, uotis suis & nostris unanimiter concordatis, iam actu extendimus uires nostras. Super præmissis autem omnibus & singulis prędictis M. Arnoldus uiua uoce, ac scriptis suis, de intentione ac nostro proposito Frat. uestro clarius informabit. Vos prętera, charissime frater, uestrum huiusmodi propositū uirtute constantiæ prosequamini continuis actibus, ac uiriliter & perseueranter committens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Sanè expeditis (agente illo, cuius negocium agitur) depressionis & eradicationis prędictæ fœditatis negocijs, quorum exitum cum Dei gratia felicem expectamus, & proximum: confidentes in illo qui cuncta bona opera promouet ac prosequitur, & finis prosperitate concludit: tenemus firmiter, quòd idem taliter ordinabit, quòd nos & uos conueniemus in unum, receptis mutuæ uisionis gaudijs, & ad effectum præscripti sancti operis effectualiter procedemus, scituri nos omnia * nouam in nostris cogitationibus inuenisse. Quam credimus ad promotionem & prosperitatem domus uestræ, & uestri huiusmodi laudabilis desiderij profuturam, & multum fructuosam, quod nulli uiuenti prętermam dicto Magistro Arnoldo expressimus: ob quam causam eundē in his partibus aliquandiu deliberauimus retinendum. Qui, exquò prædictæ uiæ negocium in certo tenebimus, in cuius tractatu personas quasdam in curia Romana uel circiter existentes, utiles & necessarias expectamus, uestram adibit præsentiam, & omnia uestris sensibus clarius & perfectius intimabit. Deniq; de statu uestro, quem Dominus iugiter faciat prosperum, affectantes plurimùm informari, uestram fraternitatem mentali affectione deposcimus, inde nos nunc & sæpius informetis: nostrū autem uobis felicem esse ac prosperum, actrice diuina misericordia, prędictis nunciamus. Datum Barchinonæ, 3. idus Iunij: Anno 1309.

INCIPIT AD HONOREM CHRISTI BREVILOQVIVM DE *duodecim oneribus* Vrbis.

AD illuminationem simpliciū clericorū, in prędicti opusculo librū de onerib. urbis, quem cōposui super sequentem prophetiā, quę incipit, Væ mundo in centum annis: notabiliter breuiabo, & sine ænigmate mysteria sigillata in ea sub oculis uerbis

uerbis in lumine Christi referabo ad plenũ. quia tẽpora ualde instãt, ut ea quę prophetantur, in ea penitus cõpleantur, licet una pars appareat iam cõpleta. nisi enim preintelligerentur terribiles euentus qui prędicãtur, hic frustra & sine utilitate hęc scriptura reuelata fuisset. cõstat quòd omniscíens, infinitus, sapiens, gubernator naturę, nihil reuelat frustra, nec agit inutiliter, sed ad utilitatẽ Ecclesię ueras prophetias ordinauit.

Solerter hãc prophetiã inserit Magister Arnoldus de Villa noua, in libro suo quem intitulauit De mysterijs symbolorũ: sed eam non exponit, & dicit ipsam uni simplici uiro, ferè sine literis deuoto & sancto reuelatam fuisse, salua semper Ecclesiæ sacrosanctæ ratione. Causa principalis primaria & reuelans fuit spiritus sanctus, iuxta illud 2. Pet. cap. 2: Non enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Causa secũda & instrumentalis fuit ille sanctus homo, cuius nomen ignoro. Causa materialis, sunt terribilia onera totius orbis, quę describũtur in ea. Causa formalis est, stilus cœlestis scholę, qui manifestè relucet in flamine pphetali. Causa finalis est, gloria omnipotẽtis Christi, & informatio, pręmunitio, instructio totius corporis mystici eius, aduersum Antichristũ proximũ. Dicit ergo Deus: Vę mundo in centũ annis, quia elongatus est à decore meo. Hic statim quęritur, primo, à quo anno & tẽpore isti centũ anni debeãt inchoari, infra quos mundus nequã (pro quo Christ⁹ in Euãgelio recusauit orare) maledici & onerari omnib. ponderib. sequentib. perhibetur: infra quos, ut infrà dicetur, ueniet Antichristus proximus. Respõdeo breuiter, quia prolixè in libro maiori respõdi, quòd omni amb iguitate & disputatione abiecta, isti centum anni incipiunt ab anno Domini M. CC. LXXXVIII. in quo capta fuit ciuitas Tripolis sub Nicolao Papa IIII. de ordine fratrum Minorũ. Cuius ratio est: quia primũ quod in speciali prophetatur, hęc est captio Tripolis, destructio Accon, expulsio Christianorũ à tota Syria. Et ideo onus fuit inchoatum super Tripoli anno prænominato. sed clarè digessi in libro meo de Chronicis, & patet per alios Chronistas. Nã postquam in generali mundus maledictioni in centũ annis subijcitur, à quo tempore inchoetur prima maledictio specialis, seu primum uę, euidenter ostendit, cum dicit, Habitatores Syriæ, &c. Et hoc demonstratione concluditur certissima ex hoc, quia fantasticũ esset dicere, quòd illa tribulatio Christianorũ in Syria, postquam expressè dicitur uæ centum annorũ, literaliter excludatur. Fuit ergo ante illud tempus facta hæc reuelatio, & non ponitur iuxta annũ in quo facta est, quia à captione Tripolis hi centũ anni pro certo inchoantur. Ex quo certificatur uniuersalis Ecclesia, quòd Antichristus proximus uenturus est circa annũ Domini 1328. Quia à captione Tripolis usq; ad illũ annũ, sunt centũ anni, neq; plus neq; minus. Et ex eisdem fundamẽtis cõcluditur infallabiliter, quòd Antichristus apparebit in mundo ab hoc anno Domini 1354. infra immediatè sequentes 34. annos, quod calculatione certissima demonstratur, quia subtrahe à 1388 nunc 38, remanent 1358. Et notã, quòd licet dicatur infra 24 annos immediatè sequentes uenire filius perditionis: non propter hoc intelligas, quòd tantũ tardet uenire, sed quòd infra illos ueniet Antichristus, maximè ab anno 1366, & ultrà, sicut digessi in libris alijs extra istum, ex numeris Danielis. Quare autem maledictioni centũ annorũ, quorũ tantum uæ restant, complendi ab hoc anno hic mundus subijciatur, immediatè ratio redditur, cũ subiungit: Quoniã elongatus est à decore meo, hoc est, ab omni pulchritudine Euangelicarũ ueritatũ, & introducta est in reprobis plenitudo omniũ uitiorũ, in maxima parte carnalissimi cleri, & deturpati pro magna parte populi Christiani, sicut oculus probat ad sensum. Et hoc primũ uę est toti seculo generale: quia non est in mundo natio aliqua quę coram Deo possit dicere, Non offendi. ita nõ est patria, quę non sentiat furiam irati crucifixi. Habitatores Syriæ, quos studia prophana dilatant in indignatione* mandę littore maris eijciet gens prophana: eritq; solitudo in terra, donec nouus D. D. arcem Syon ueniat reparare. Hoc est primum uæ spirituale, à quo centũ anni incipiũt computari, & tangit maledictio ista Tripolim & Acon, quæ in libris Macha-

bęorũ appellatur. Et quia anno Domini 1268. uicies octies capta fuit Tripolis, tunc ciuitas Christiana per Soldanũ Aegypti ab illo infra centũ annos immediatè sequentes tota huius prophetiæ series affirmatur complenda. Et anno Domini 290. post duos annos à captione Trioplis, capta est & Acon ciuitas Christiana, à Soldano Aegypti pariter, & destructa, iuxta prophetias ueteris Testamenti. Ab eodem tempore usq; ad istam diem expulsus est totus populus Christianus de regno Israel & Syriæ, & data est terra in manus impij populi Sarraceni, & celebrat terra sabbata sua, expulso scelerato populo Christiano, prout Dominus testatur dicens: Quos studia prophana dilacerant. uidelicet uniuersa peccata, quib. ob abundantiã mercationũ deditus erat cultui carni Syrus populus Christianus. Et quia iratus Deus, cõtra eos misit Sarracenos, ob magnitudinem irę, & hęreditatem ipsorũ tradidit Christus alieno populo Sarraceno, usq; ad certũ tempus, ut impleretur quod subdit dicens: Eritq; solitudo in terra Syriæ & Ierusalem, Tripolim, Acon & Damasci, donec nouus Dauid arcem Syon ueniat reparare. Per hunc D.D. recuperationem, seu reparationem arcis Syon, hoc est Ierusalem & regni Syriæ futurã, prophetã uictorem uniuersi orbis reparatorem intelligo, de quo in cõmento Oroscopi prophetæ abũdanter digessi: ac insuper principẽ Christianũ secularem sub eo, qui dux erit belli uniuersi populi Christiani. Sed quando hoc erit? Certè propè est, ut ueniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Et infra hos proximos decem annos immediatè futuros, scilicet ab anno Domini 1364 audiemus rumores, sicut & quoties libri Oroscopi in cõmento meo manifestè probaui. Quia infra hos proximos 34. annos necesse est destrui Sarracenos, & Iudæos cõuerti, & iurisdictionem summi Pontificis per uniuersum orbem dilatari, &c.

FLORES HISTORIARVM.

MVlta non cõtemnenda ex hoc libro citari solent, licet rarò reperiatur. Vicleſus in libro de Ecclesia, admodũ celebrem historiã de rapacitate & fraudib. Romanistarũ recenset. Quæ certè uel sola impudentiã ac technas eorũ hominũ abundè, ac uiuis coloribus depingere possit. inquit enim: Vnde in prędicta Chronica, quæ intitulatur Flores historiarũ, dicitur, quomodo anno Domini 1226. Magister Otto nuncius domini Papæ, ostendit literas Domini Papæ consilio regni nostri, apud Vestmonasterium, in quib. Papa allegauit scandalũ Rom. Ecclesię, & opprobriũ uetustiss. notam scilicet cupiditatis, quæ radix est omniũ malorũ: & in hoc pręcipuè, quod nullus poterit aliquod negociũ in Rom. curia expedire, nisi effusa magna summa pecuniæ, & donorum exhibitione. Sed quoniam scandali huius & infamię Romanę paupertas est causa, deberent matris inopiam subleuare filij naturales: quia nisi à uobis & alijs uiris honestis dona receperimus, deficerent nobis uitæ necessaria, quod esset omnino Romanæ contrarium, incongruum dignitati.

Ad illud itaq; scandalum penitus eradicandũ per Cõsiliũ fratrũ nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinaliũ prouidimus formam, cui si uolueritis cõsentire, à scandalo matrem uestrã poteritis liberare, & in curia sine donorũ obsequio exhibitionem iusticię obtinere. Forma autem prouisa est hęc: Petimus in primis ab omnib. Ecclesijs cathedralibus, duas nobis præbendas exhiberi: unam de portione Episcopi, & alteram de Capitulo. & similiter de cœnobijs, ubi diuersæ sunt portiones Abbatis & conuentus: à conuentibus quantum pertinet ad unum monachum, æquali facta distributione bonorum suorum, & tantundem de abbatia.

Sed postquam maturatum est Consilium, posuit cursum clerus in ore magistri Ioannis archidiaconi Bedfordensis, qui cum dixisset nuncio, quòd cum petitio concernat ius regis, ius dominorum secularium, & multorum absentium patronorum, clerus non possit in eorum absentia finaliter respondere. Interim uenit Dominus Ioannes Marescallus, & alij nuncij regis, districtius inhibẽtes, quòd nec clerus nec Otthonuncius attentet aliquid, quod tangit feudum regis, uel seculariũ dominorum: nec molestet clerum Angliæ, qui tenet Baronias, uel alias eleemosynas de rege in capite.

Sic

Sic scandalosi Papæ petitio est frustrata. Habes autem mandatum regis, rationem uiuacem. cum enim ante dotationem Ecclesiæ fuerit regnum nostrum iure possessionatum conformiter legi Christi, nimis monstrosum foret, quòd Papalis exactio extorqueret aliquid contrarij iuri regni. Rex autem nedum debet defendere seculares Ecclesiam, sed etiam cleri Angliæ in sua libertate primæua, ut dicit beatus Isidorus de summo bono lib. 3. & incorporatur. 2. q. 7.

Vide astutias ac technas, rapacitatem ac externam impudentiam Antichristi, eiusque Curtisanorum, quæ sub prætextu amoliendæ rapacitatis ac fugiendæ auariciæ, uel maximè uoluerunt inuolare in bona, ac reditus omnium Ecclesiarum. Quis tantam audaciam, & perfrictam frontem putaret inesse illis sanctissimis patribus ac uicaribus Dei sui? Verùm licet tunc eis parum successerit hæc fraus, tamẽ illi falsi quidem, at non defatigati, paulo pòst non tantum Ecclesiarum reditus, sed & totum penè regnum in suam potestatem ac feudum redegerunt, sibiq; tributarium effecerunt: imò & exuxerunt ac expilarunt, ut postea suo loco apparebit.

SALOMON REX BRITONVM.

Hic rex regnauit circa annum Domini 860. Restitit autem unà cum suis maioribus Paparum tyrannidi, ut Nicolai 1. & præcessorum, qui uoluerunt eius episcopos pro arbitrio alienis ac peregrinis Episcopis subijcere. Quin & iudicia de Episcopis, pro suo arbitrio, inconsultoq; Papa, Synodaliter tamen (hic idem cum suis præcessoribus) exercuerunt. durauitq; ea lis contra Papas longo tempore. Vndè apparet, reges ac episcopos non perinde tunc fuisse paparum mancipia, ut postea. Vide ca. Hæc quippe. 3. q. 6. Vtinam & illorum regum & episcoporum scripta, quæ tyrannidi ac importunitati paparum opposuerunt, extarent. Est uerò ibidem memorabile dictũ Iulij papę, qui cum superbè pro suę sedis potestate cõtendat, fatetur tamen, sæpe inconsulto Papa episcopos iudicatos, deiectos, ac planè depositos fuisse. inquit enim: Aliquãdo inconsulto Romano pontifice pleriq; episcopi damnati reperiũtur, & alij in eorum locũ subrogati, quorũ damnationẽ & subrogationem pro bono pacis ex dispensatione tolerasse legitur Ecclesia. Fuit autem hic Iulius multo antea.

REGES ET OPTIMATES REGNI SICILIAE.

Tempore Paschalis secundi, nempe circa annum Domini 1100. fuerunt reges Siciliæ Rogerus & Boemundus fratres. Miserat tũc Paschalis archiepiscopo Panormitano pallium, & simul fidelitatẽ exegerat. Ea res ut planè noua, ualde offendit non tantum ipsum archiepiscopum, sed & reges ac optimates totius regni. dicebant enim, rem esse tum nouam, tum habere speciem tyrannidis in Ecclesia constituendæ. Oppositerunt item, in nulla unquam Synodo esse constitutum aut decretum, ut episcopi aut archiepiscopi iuramẽto sese Romano pontifici obstringant. Verùm Pontifex destitutus iure, uictusq; rationibus, respondit: Sic utilitatem suæ Ecclesiæ postulare, seq; Synodos aut Concilia (ut quæ omnia sint infra suam auctoritatem) non ignorari. Vide decretalem Significasti. Vtinam illud ipsum scriptum Panormitani in regum haberetur, & quæ alia tunc reges & proceres eius regni in eam partem sententiam ue egerunt, aut dixerunt.

ARNVLFVS.

Nicolaus Cusanus citat in 3. epistola ad Bohemos, cuiusdam Arnolphi paulo prolixiorem textum, qui circiter ante 400 annos uixisse uidetur. Is igitur narrat simul & defendit sui temporis cõsuetudinem cõmunicandi de intincto pane. Eum totum locum Cusani simul & Arnulphi adscribam, quo appareat, quomodo paulatim à Christi sincera cõsuetudine discessum sit ad istos tetros pontificiorũ abusus, quòd licet ab initio & postea sese aliqui meliores opposuerint, tamẽ tandem abusus obtinuerit, idq; probantibus Papis & Episcopis. Verba eius hæc sunt:

Vnde etsi alia gratia per corp' sub panis specie, alia per sanguinẽ sub uini specie erogatur: non tamen illa sanguinis gratia futura post Dominici corporis sacramentũ ex-

pectatur, quę non corporis ſumptionem conſequuta ſit. ubi poſt communionem pa-
nis, calicis communio Eccleſia non expectatur. Rectè (uti temporibus quondam pri-
mi Iulij Papæ, quando quidam propria authoritate à ritu ſub utraque ſpecie commu-
nicandi recedentes, loco utriuſque intinctum panem dederunt, & non rectè ritum
ſua authoritate minutare poterant) per ipſum Iulium Papam reprehendebantur, ut
de conſec. d. 2. cum omne. poſt hoc nihilominus in eccleſia Catholica (licet nouitati
primò Iulius reſtiterit) ex certis rationabilibus cauſsis ritus extat introductus, cum
intincto cõmunicandi in multis locis, ut in concilio Turonenſi ſtatutum legitur, de
quo in libro Burchardi 5. ca. ut omnis presbyter uniuerſali Eccleſia demum appro-
bante, & non contradicente. Quare illud gratię, quod quondam ſeruato priore ritu
ſub diuerſa ſpecie Chriſtianus conſequebatur, nunc comedendo ſeparatim, tunc &
bibendo, illud poſtea ex unico actu communionis ſub ſpecie intincti panis extat aſſe
cutus. Et licet tunc non parua altercatio in principio mutationis illius prioris ritus
in Eccleſia fuerit ob praxim Chriſti & priorum patrum, ut in eodem ca. cum omne:
tamen uniuerſalis Eccleſia, quia ita tempori congruebat, populum cum intincto pa-
ne communicare permiſit. De qua re quidam religioſus frater Alnolphus ad quęſtio-
nem cuiuſdam Lamberti circa illa tempora ſcribens, dicit poſt principium: Prima er-
go poſita percontatio de altaris Sacramento extitit, cur hodierna conſuetudo Eccle-
ſiæ cenſeat porrigi corpus Dominicum aliter, quàm à Domino in cœna diſcipulis fuit
diſtributum. id enim quotidianus uſus præſentis Eccleſiæ, ut porrigatur hoſtia ſan-
guine intincta, cum à Domino prius corpus, deinde ſanguis porrectus fuiſſe memo-
retur, etiam Iulio Papa illud quondam prohibente. De cuius dubietatis ambiguitate,
quod intelligimus, quod à noſtris doctoribus accepimus, reſpondere parati ſumus.
Redemptor noſter ueniens in mundum, quia propter hominum ſalutem inter homi-
nes apparuit, quæcunque reparationi humanæ infirmitatis accomoda ſeu neceſſaria
fore prætuidit, ſicut oportere uidit in ſapientia ſua, ita ab omnibus fieri & eſſe uoluit
in Eccleſia ſua: hæc eis quæ facienda erant, eis cum quibus conuerſari dignatus eſt,
uerbo uel exemplo inſinuauit, certum quo facienda erant præfigere modum omit-
tens. Hinc eſſe uidetur, quod ait: Hoc facite in meam commemorationem. Non ait,
Hoc modo facite, & ita baptizate. Non ait, Hoc modo ſemel aut ter mergendo. Non
ait, Scrutinum facite, Chariſma conficite. Quare inſinuaſſe uidetur, circa modum mu
tationē ex cauſis rationabilibus accidere poſſe, ſicuti hæc experientia in multis com-
perimus: quia diſcipulis poſt cœnam, nobis ieiunis traditur: ut Auguſt. de conſecra.
d. 2. liquido. Hieronymus ad Ianuarium narrat, ſuper Epiſtolam ad Titum, quo
modo prius communi ſacerdotum conſilio Eccleſia regebatur. 93. d. legimus. & 95.
d. olim. Imponebatur aqua calici, quæ per Chriſtum impoſita non legitur. Alius eſt
ritus hodie conficiendi, alius fuit quondam. Et poſt pauca dicit: Ob honorem & reue
rentiam Sacramenti, & periculum effuſionis, ac ut ſacerdos ſine periculo miniſtrare
poſſet, conſuetudinem introductam, panem intingendi. Ad decretum Iulij reſpon
det: Quòd licet rationaliter pro ſuo tempore fuerit inſtitutum, prȩualuit tamen po-
ſtea rationabilis Eccleſiæ conſuetudo, quæ cum inualeſcit, decreto derogat: ut & de-
cretum Teleſphori de tempore celebrationis Miſſæ, & aliorum de tempore baptiza-
tionis, & chriſmationis in fronte, cum multis ſimilibus, per conſuetudinem aliter
introducta pro temporis conuenientia reperimus. Ad hoc enim tendit uoluntas pa-
ſtoris, ut quamdiu poterit prodeſſe ſaluti, obſeruetur decretum. Quare per ratione-
bilem conſuetudinem nemo dubitat ipſis ſtatutis derogari. Superaddit aliam ra-
tionem dicens: Quandiu ob perſequutionem fundendus fuit ſanguis Chriſti fideliū,
uoluit Chriſtus, dum memoriam fuſionis ſanguinis Chriſti per ſumptionem calicis
agerent, quod ad mortis & ſanguinis fuſionis tormenta uiriliter confortarentur, in-
xta illud: Ad magnam menſam ſediſti, ſcito quoniam talia oportet te prȩparare. Ex
quo uidetur mihi, ut infrà dicetur, colligendum, uſum ſacramenti charitatem Eccle-
ſiæ ad

ad Christum ostendere: ut tunc sępe, & sub utraq; specie, quando ardens est: tunc rarius in anno, quando calida est: & sub intincti panis specie, tunc rarissimè in anno, & sub una specie, quando tepida est, ut hoc tempore. Et quia tunc erant nonnulli, qui primũ ritum utriusq; speciei nondũ reliquerant, qui tamen hos non iudicarunt qui ritum mutarunt: ideo nec Ecclesia eos qui primum ritum obseruarunt. Quare ait circa finem quęstionis huius: Omittimus de ea re ulterius loqui, fautores Dominici ordinis nequaquam arguentes: Ecclesiasticæ uerò disciplinæ cautelam minus prouidis commendantes. Videtis exinde notandum, quomodo diuersus ritus in concordanti unione Ecclesiæ catholicæ æqualiter laudatur. Nec hic ideo melior, quia ordinem Dominicum sequitur: quando alius ob Ecclesiasticę disciplinæ cautelam, per Ecclesiam admissus, per omnia ordinem ipsum sequi postponit. Patet etiam, quòd si comedere & bibere sacramentaliter caderent sub pręcepto, non tamen obligarent ad aliter faciendum ipsam bibitionem & comestionem, quàm habet ritus Ecclesiæ pro tempore, nunc separatis speciebus, nunc sub intincto pane, & nunc sub altera specie, sub qua totus Christus est corpus & sanguis, licet ipsa species non sit nisi aut edibilis aut potabilis: sicut intinctus panis non fuit potabilis, per quem tamen pręcepto de bibendo (si pręceptum est) fuerat satisfactum.

¶ Adijciamus & hoc coronidis uice, quod idem sub finem eiusdem Epistolæ narrat, Synodum Rom. sub Innocentio tertio, anno Domini 1415 sanxisse communionem sub una specie: quod tamen uerisimile non est, cum Constantiensis synodus anno Domini 1415 id sanciens, nullam prorsus eius decreti mentionem fecerit. Quod sanè non prętermisisset, si tunc temporis adeò controuersia esset à Bohemis cõtra Romanam ecclesiam agitata. Accedat sanè & illud, quòd idem Epi. 7. narrat, in Rotomagensi synodo prohibitum fuisse, ne amplius sacerdotes dent laicis in manus corpus & calicem Domini: cum tunc adhuc id moris fuerit. Idem narrat ibidem, in Turonensi concilio fuisse decretum, ut panis intinctus laicis traderetur. Ita uidemus & hoc Sacramentum, & alia maxima Christianæ religionis capita bene prauis consuetudinibus, abusibus & opinionibus imperitorum superstitiosorum sursum ac deorsum agitata fuisse: quæ tamen nunc tanquam pro dogmatibus à Christo sancitis ferro & igni defenduntur.

THOMAS BRANDVARDINVS

Anglus.

Floruit hic longè doctissimus uir circiter 1330 Domini annum, pugnauit acerrimè pro gratia Dei, contra liberũ arbitrium, & Pelagianos eius patronos, nempe scholasticos Theologos: idq; nec sine approbatione multorum bonorum, nec sine multorum seductorum grauissima offensione, suoq; periculo: tandem exoratus à pijs doctisq; uiris, quæ de ea controuersia in publicis lectionibus disseruerat, tribus libris, iustum uolumen explentibus, complexus est. Laudatur hic scriptor nomine eximiæ eruditionis, etiam ab illustribus uiris, Raphaele Volaterano & Ioanne Pico. Animaduerto uerò ex eius scriptione, id certamen Parisijs habitum: tametsi Balęus diuersum iudicare uideatur. Habeo autem eum codicem, ac ex animo optarim, reperiri posse Mæcenatem, aut etiam Typographum, qui in eius editionem sumptus faceret. uerùm quoniam eius rei, quæ nunc est temporis ratio, non ita magnam spem concipere possum, quædam excerpta inde, ut præfationem & epilogum, adscribam, ne pij omnino omni fructu, aut saltem gustu tam boni autoris destituantur. Sic enim primum librum incipit.

Magnorum & multorum petitionibus stimulatus, incessanter solicitor, ut quæ nuper de causa Dei contra Pelagium, & de uirtute causarum in castris Scholasticorũ solicitus militando, uoce transeunte de improuiso, ea scripturæ mancipem remanenti. uerùm sunt duo. sicut Dei amici, in causa Dei postulare me prouocant, & confortant: rursum & amici Pelagij, super numerum plures istorum, me reuocant & deter-

rent. Etenim, quod non nisi tactus dolore cordis intrinsecus refero, sicut olim contra unicum Dei prophetam octingenti & quinquaginta prophetæ Baal & similes sunt reperti, quibus innumerabilis populus adhærebant: ita & hodie in hac causa. Quot Domine hodie cum Pelagio pro arbitrio libero, contra gratuitam gratiam pugnant, contra Paulum pugilem gratiæ spiritualem? Quot etiam hodie gratiam gratuitam fastidiũt, solumq; liberum arbitrium ad salutem sufficere stomachantur? aut si gratia utantur, uel perfunctoriè necessariam simulát ipsam? Sed se iactant sui liberi arbitrij uiribus promereri, ut sint. Salutem nequaquam gratuitum, sed uenditum uideri bonum, quòd uel (Deus omnipotens) impotentes, de sui potestate arbitrij præsumentes, tuæ operationis auxilium in operationibus suis recusant, dicentes cum ipsis, Recede à nobis. Quot insuper (Domine) sui libertatem arbitrij extollentes, tuã refugiunt seruitutem? uel si te cooperari cum eis, saltem labijs fateantur, cum illis superbis & odibilibus ciuibus tuis quibusdam, te super eos regnare defugiunt: imò & superbiores Lucifero, æqualitate tui nequaquam cõtenti, super te Rex regum impudentissimè gestiunt se regnare? Non enim uerentur assumere suam uoluntatem in actione, & prẹire ut dominã, te subsequi sicut seruum: se autem ut reges præire, te tanquam subditum. & uoluntati suæ, incontingenter facientes, omnino tribuunt libertatem in tantum, ut & contra uocem propheticam à tua subiectione exemptionem prætendant, uoluntatem tuam liberi arbitrij omnipotentiam & immunitatem cum huc aduenerit in prẹcipitium relabatur de summa altitudine libertatis, antequã dẹiicere & nouellæ necessitatis irreparabili seruituti subijcere moliuntur. O Domine Deus meus, non nisi gemebundus recogito, quot & quanti Iudices errores Pelagianos olim damnatos, ac à totius Ecclesiæ finibus relegatos, absoluere & reconciliari sollicitè machinantur? Quot turgidi aduocati pro eis uociferantur? Quot improbabiles procuratores partem eorum procurant? Quot insuper duo argumenta artificialia non habentes, ad mortificantia se conuertunt, & ut partem Pelagianorum extollant saltem, clamoribus, horroribus, probris, uitijs, risu & gestu partem tuam deprimere adnituntur? Et quot & quàm innumerabiles eis fauẽt? Totus etenim penè mũdus post Pelagium in errorem abijt. Exurge Domine, iudica causam tuam, & sustinentem te sustine, protege, robora, consolare. Scis enim quòd nusquam uirtute mea, sed tua confisus, tantillus aggredior tantam causam. uerùm talia mihi supplicanti diu tius, & anxius deprecanti, ecce præcordia mea fudi, soporatus didici: & nuper in cuiusdam noctis silentio, postquam dormiui, inueni quod ipse qui post tempestatem facit tranquillum, & qui post lachrymationem exultationem infundit, ac omnibus inuocantibus ueraciter adesse solet, uidebar nempe mihi uidere diuino lumine circumfusum, me multum super terram in aera subleuatum, sic quod ab Oriente uersus partes occiduas ascendendo intrepidè proficiens, quodque Pelagius ueniens ex aduerso, apprehensa sinistra mea, confertisq; digitis, tota me uiolentia ad terram detrahere conabatur. & proprij roboris uirtute destitutus, & confortatus fiducia, plurimùm delectabar & reluctabar. Tali uerò lucta non mediocriter anxius, diutius protundebar: sed & pro Pelagio contrariè prævalente, & me pẽnè ad infima detrahente, ipse in me ipsum desperationis responsum accepi, & tota cum uirtute renitens ad summum confugi auxilium toto corde: statimq; Pelagius soluta manu in præceps detruditur, præcedente ceruice corruit super terram, clausis oculis mortuus iacuit resupinus. Ego autem super terram remansi, & aerem ascendens, & progrediens sicut antea gratulando iucundius, & mirando. hinc ergo spiritu fortitudinis confortatus, spem hausi, quòd de superbo Pelagio, principe Pelagianorum pestifero, & quòd de uniuerso exercitu eius penitus triumpharem: non autem ego, sed gratia eius mecum, ne tamen solo me pro uiribus laborante: non enim mea est causa, nec meum est bellum, sed Dei Domini scientiarum exercituum & uirtutum: ego autem sub ipso sustineo partem eius, à quorum ergo uultibus & insultibus, à quorum furoribus aut

terroribꝰ

terroribus trepidabo, tanti patroni protectione tutissima cõmunitus? Quamobrem qui est Domini, iungatur mihi: imò nõ mihi, sed ambo iungantur Domino. Stemus simul, quis contra nos? Scio enim quòd unus cum quo est Dominus, mille aduersarios perferet, & duodecim millia effugabit. Porrò sicut antiqui Pelagiani uentoso nomine secularium scientiarũ inflati, consistoriũ Theologicũ contẽnentes, physicis argumentis confligebant: ita & mod ni. Audiui namq; quosdam aduocatos Pelagij, licet multum prouectos in sacris ap cibus, affirmantes Pelagium nunquam potuisse conuinci per naturalem & Physicam rationem, sed uix arguebatur utcunque per quasdam autoritates Ecclesia, quas Physici reijciebant, quia Satrapis non placebant. Quapropter per ration s & autoritates Physicas ipsas disposui refutare: & quia insuper Pelagiani comm niter tam ueteres quàm recentes, Scripturas Canonicas & Catholicorum doct rum ad suæ peruersitatis perniciem peruertere satagunt, ipsarum intelligentiam solidam elucidandam sincerius arbitrabar: & quia simi liter immoderata multitudine partem Dei conantur opprimere, & multa testium Dei turba ipsos reprimere statuebam, ne & ipse contra tot beluas uidear singulariter bellare, præsertim in tantis anticipari & sublimari. Et quis effecerit ista paucis? quot martyrijs, quot uulneribus, sancti Patres syluam Pelagianarum hæresium succiderunt? & quot adhuc propagines uenenosæ de antiquis radicibus multiplicius pullulant, & succrescunt? Sicut enim antiquitùs, sic & modò. Primò namq; horum hæresiarcha Lucifero, nolente Deo subesse & coesse, per Michaelẽ deiecto, surrexit Cain, existimans peccatorẽ nequaquã iustificari gratis à Deo, per gratiã gratis datã, sed per meritũ antecedens: quo diuina ultione prostrato, surrexit Nimroth, qui (Iosepho recitante) suadebat hominibus, ut nequaquã Deo adscriberẽt quod ipsis feliciter euenirent: sed quòd eis hoc uirtute propria præberetur, & ut spẽ suã in propria uirtute reponerent, nõ † ideo multitudo etiã prona erat ut eius præceptis obedirent, obsequij graue Deo seruitiũ reputãtes. Sicq; homines à Dei reuocauit timore, fecitq; elatos, ad diuinã iniuriã & contemptũ. Attamẽ ad tyrannidẽ adducebat eiusmodi præsumptionẽ sacrilegã per Abrahamũ patriarchã recusantẽ, surrexerũt illi uaniloqui & magniloqui, arbitrãtes labia & sermones à se esse, quin & Deũ hominib. dominari dedignãtes. Horũ & filij Saduceĩ, teste Iosepho, affirmarunt quòd utrũq; bonum & malũ hominum electioni proponatur, unũquemq; ex uolũtate propria hoc uel illud eligere, sine Deo. Quib. per prophetã correptis, surrexerunt quidã Hebræi, Græci & Romani Christiani, qui dixerunt, se meritis suis fidei gratiam suscepisse. Quibus & per Apostolum redargutis, surrexit Pelagius, qui contra Dei gratiam & eius auxilium superba bella commouit. Quo per patres Catholicos condemnato, Iulianus & Cœlestius eandem hæresin renouarunt: quę etiam per patres Orthodoxos extincta, à Cassiano iterũ suscitata, quam & Prosper prosperè castigauit. Circa illud tẽpus cœpit eadem hæresis in Britannia latissimè pullulare: propter quam, uenerabili Beda in Ecclesiastica historia gentis Anglorum, & Henrico Hottindonense in historia Anglorum narrantibus, Germanus Antisiodorensis, & Lupus Tetradensis episcopi, licet dæmonibus sæuissimam tempestatem in mari concitantibus, Oceanum transfretabant, ipsamq; arguentibus, nedũ uocabilibus rerum & realibus, id est periculis strenuè confutarunt. Sed ecce post paululum præcisa iam hæresis uirgulta pestifera denuò reuiruerunt, sicut ijdem Historiographi cõscripserunt. Quæ & idẽ Germanus & Seuerus Turonẽsis episcopus in Britanniã uenientes denuò rescindere curauerunt. Ad hæc, ante & post uolumina temporũ Scotiani reliquias pestis huius in terram sedis Romanæ sparsas epistolis salutaribus expurgarunt, eodem uenerabili Beda teste. horum & meminit sanctus Prosper. Et licet hæc ficus fatua toties sit præcisa, toties eradicata, combusta, incinerata, & usq; ad ultimum conculcata, tam latè, tam densè, adhuc tamen non desinit germinare: & suo uirore uitioso, quanto subtilius solito, tanto periculosius propagatur. Zelo igitur zelans pro causa Dei, manum sciens in flammam mitto. Non enim ignoro, quomodo Pelagiani pestiferi animo

† *in Deo*

nimo æstuanti tumultuosis clamoribus oblatrabunt, & dentibus effrenatis chartulam istam lacerare molientur. Et ij tamen præ cæteris solent liberius carpere aliena, qui nihil proprium ediderunt: Sed non ne, Iosepho referente, propter hanc causam Chaldæi & Mesopotamitæ contra Abraham consurgebant? Non ne & antiqui ueri Prophetæ propter causam Dei à pseudoprophetis quamplurima sunt perpessi? Non ne, & quidem indocti, Paulum doctissimum insaniæ arguebant, eiusq; præclaras Epistolas depraua bant? Non ne & Iulianus, alumnus Pelagij, glorioſissimo Augustino, imitatori Apostolorum, & contra Pelagianos ingratos gratiæ strenuissimo defensori, quàm multiplicibus criminationibus obgarriunt, ac libros eius se uentilaturos, atq; suarum sententiarum impietatem denudaturos & confessuros iactant? Non ne & alij Pelagij defensores in Gallijs, Augustino de morte iam ad uitam translato, scripta eiusdem reprehendere præsumpserunt? Non ne & optimam Christi ac patrum doctrinam sanctam scribæ multi pessundabant? Et quis aut qualis ego sum? Scio quòd non sum melior patribus nostris tantis, nec Domino meo maior: unum autem cum totis semper uisceribus desidero correptorem, non oleum peccatorum, qui misericorditer increpando, non personam, sed uitium prosequatur: non homines, sed errorem. hoc enim uellem: & puto me sincerè, nisi ipsi & alijs (Domino teste) amplius, aut quicunq; hanc unam causam pertractare uoluerint necesse uidetur altius ordinando decunctarum uirtute rerum & differere studiosè: sed modulo meo pensato, admodum deterret tam inaccessibilis rerum subtilitas, & tam impenetrabilis profunditas, & tam inextricabilis difficultas, tam impermeabilis immensitas. Non ne apud Philosophos definitum reperitur: & ideo soli sapienti congruere uidetur, cognoscere causas rerum? Quare dicit poeta:

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Indagare siquidem causas naturales, etenim & propinquas, difficultatem non modicam cõtinet, & laborem, quantotenus uniuersitatem harum causarum uolatu mentis, corruptela cordis aggrauãte, transcensus usq; ad impenetrabilem penetralem causarũ supernaturaliũ altissimarũ ac inaccessibiliũ penetrare, ipsasq; uelut nyctic oracis oculo caligante perspicaciter intueri, aut animos similes similiter eleuare, ipsorumq; oculos deprauare, ut & ipsi ipsas similiter contemplentur. Non ne & huic theoriæ noscitur adiacere scrutiniũ de uniuersitate causarũ, de unica causa prima, de rerum productione, cõuersatione, & qualibet actione de potentia & uoluntate diuina, in præscientia & prouidentia, & de prædestinatione, electione, reparatione ad gratiam, de fato cœli & fortuna, de libero arbitrio, de merito & peccato, & de necessitate & cõtingentia futurorum, cum alijs maiorib. dependentib. & emergentibus in tot & tantis? hæc igitur theoria totius Logicæ, Physicæ & Astronomiæ & Ethicæ, Metaphysicæ seu doctrinæ obsignatoria mysteria comprehendit: hæcq; omnium gentium & linguarum, graduum, sexuum priorum disputatissimum est problema: à cuius disputatione clamorosa, non etiam idiota se temperet, nec alius. Aduertat quæso uestra discretio, quàm perfunctoriè illi glorioſi physicam lateroſam hanc musam uix à limine salutarunt. Quod & ipsa mirata, certam suo alumno de istis sollicitè quæritanti respondens ad rem, inquit: Omnium maximam quæsitam uocas me, cui uix exhausti quicquam sit satis. Non ne & Prophetæ uidentes clarissimè horum quorundam excellentiam secretorum, reuerberato ipso intuitu uelut lupo uiso, aut ideo queruli mirabantur? an non ipse cui similis in terra non erat, unum articulum per unum diem protendenter non explicans, sed querulosè admirans: Sustinete, inquit, me ut ego loquar: postea mea, si uidebitur, uerba uidete: nunquam contra hominem disputatio mea est, ut meritò non debeam contristari.

Iis autem Dei gratia consummatis, respicio & respecto magnitudinem perhorrendam huius periculosissimi pelagi, Pelagio pestilente cum suis Pelagianis pestiferis, à uora ginibus eius absorptis, duce Domino in tutissima Petri nauicula iam transacti, pars

eti: pars multiformi gratias referens multiformes, reuertor, animum reuoluo, præmissa rumino & mastico, considerans quoq; meas, imò meorum potius difficultates quàm opinionum ueritatem quamplurimam, & opinantium non minimam uanitatem. Credo firmiter, & indubitanter æstimo, quòd multi promptuli detractores me multipliciter accusabunt, leuiter iudicabũt, & præcipitanter forsitan cõdemnabunt. Sed non ne patres nostri, tam ueteres quàm recentes, ante legem, sub lege, atq; sub gratia, imò & magister & Dominus noster IESVS CHRISTVS, à similibus similia sunt perpessi? quod non paucæ testantur historiæ, & ordinem huius Tragœdiæ tangunt. Et quis ego tantillus, putridus & uermis, unde tantis & talibus reputarer comparandus? Cur igitur cum eis timeam perpeti, aut refugiam tribulari, ut sit saltem, licet multum dissimiliter & distanter: ueruntamen qui me errare putauerit, hortante quæso Timotheũ Apostolo, suauitate consiliorum, atq; etiam consulo consimiliter, ut aduertat seipsum esse hominem, similem ei, infirmitate circundatum, uanitate sui multitudine errabundum. caueat ne forsitan ipse erret. tum statuo, quòd si erro, probabiliter erro: quia non solus, sed cum multis & magnis authoritatibus Apostolicis, cum multis quoq; & magnis rationib. probabilibus, nec facile reprobandis. Vnum quoq; peto humiliter, & requiro, ut qui me errare contenderit, rationes & autoritates nostras contrarias minuentes, & iuxta statera non fauorabili aut dolosa, & probationem sententiarum amplient. puto siquidem confidenter, imò mihi uideor scire, quod pro sententia partis contrariæ essent tot & tam ualidæ rationes, & autoritates tam modulatæ, tam consonæ: at pro sententia partis huius, tam marcidæ rationes, & autoritates tam absonæ, quòd hæc sententia iam olim fuisset canonizata. Harum quoq; sententiarum qualitates contrarias uidetur perspicuè dijudicare, quod quanto nuper ambæ sententię in conflatorio Scholastico diutino uehementius temperabantur, & diligentius probabantur: hæc semper uelut aurum præclarior esse, illa uelut aurichalcus seu scoria obscurari uidebatur.

Quantum certamen huic doctissimo & pientissimo uiro cum sophistis fuerit, de corruptione originali & libero arbitrio, in quantis etiã periculis propterea uersatus sit, etiam ex istis paucis excerptis intelligi potest. utinam uerò totum opus excuderetur: inde enim etiam multo clarius liqueſceret magnitudo controuersię: & quàm id sit uerissimum, quod nobis hoc Opere probandum desumpsimus: nempe semper fuisse plurimos pios, ac eruditos quoque non paucos, qui grassantibus in Ecclesia erroribus, scandalis & abusibus repugnauerint: sed propemodum frustra, uincente maiore ac deteriore parte meliorem & minorem. Quo minus uerò id appareat, etiam illud in causa est, quòd talia scripta ac monumenta subinde sunt à Pontificia cohorte suppressa, aut etiam prorsus abolita: plerunq; uerò librariorũ imperitia ita corrupta, ut multis in locis uel sententiam assequi sit difficile. certè nemo ea sine grauissimo periculo seruare, multo minus describere potuit. Dominus autem resuscitet nobis ista corpora sanctorum: quę nobis uerè exosculandę & salutares reliquiæ sunt.

VATICINIVM: QVID FRVCTVVM IN *Ecclesia Dei adferat cœlibatus sacerdotum. scriptum ante annos plus minus centum lingua Gallicana, per Magist. Alanum Chartierum, secretarium Caroli* VII. *Reg. Francorum, in Opere cui Tit. fecit* AVLICVS.

QVum explicatam iam teneas institutionem sacrificiorum, reliquum est ut tibi exponam de natura & ratione ipsorum sacrificantium. Perspicuũ uerò est, Deo offerri columbas & agnos, ita quidem, ut pius affectus id munus dedicet. Idonei sacerdotes edunt agnos, & uitam ducunt ex oblationibus sacrificiorum: Deus autem seruat sibi cor ipsum sacrificantis. Argumentum seu

tum seu testimonium sacrificij sunt res oblatæ, sed ipsum uerum sacrificium situm est in conscientia. Indeq; scriptum extat, esse Deo gratius, exhibere cor obediens, quàm sacrificare pecudes. Creator ipse non opus habet ut nutriatur è uictu istarum oblationum: quoniam ipse qui satiat famelicos, non esurit carnem agnorum: ipsaq; cerea nullam lucem eius splendori inferunt, qui est sol clarissimus. Vbi est uirtus sacrificij tui, nisi in tua obedientia & humilitate? Oblationes exteriores nihil sunt quàm figura perspicua, & apertum quoddam mysterium diuini cultus. Et is quidem iustum Deo factitat sacrificium, qui ipsi tota mente se deuouet, atq; contendit ut eius præcepta pro uiribus exequatur. Id enim cor, quod totum Deo est deditum, nunquam potest deficere donum spei: eiusq; sacrificij gratia fuit missus in terras. Auscultа quid tibi dicat Dauid, qui tam ardens fuit in sacrificijs, tamq; assuetus spei: Sacrificate Deo sacrificium iusticiæ, & tunc sperate in illum.

O homo, qui Deo facis sacrificium de rapinis, eiq; offers id quod à proximo tuo rapuisti, quam spem debeo ego concipere de tuis sacrificijs? Id sanè quod rapuisti, dignum nequaquam est ut offeratur: atq; idipsum quod offers, non tollit indignationem diuinam, quum offeras de rapina. Tu sacrificas oculis hominum, qui te intuentur: sed redde quod rapuisti, & sacrificabis in oculis Dei. Pulchrè equidem decipitur stolida spes illorum, qui uidentur sibi magnum quoddam opus facere, quando Ecclesiæ in senectute offerunt, id quod in iuuentute malè acquisiuerunt. O crassa intelligentia, personato fictoq; tecta sacrificio: per rapinam sustulisti Deo obedientiam præceptorum, & timorem nominis ipsius, & cogitas illum placare per id quod tuum non est. Scias quòd odor incensi tui ipsi putet, & sacrificia tua longè magis sunt molesta quàm grata. Scriptura te edocet, quòd sæpe contempsit sacrificia eorum qui fastidiebant maiestatem ipsius, propter abominationem intentionis ipsorum. Audi quid dicat populo duræ ceruicis, & alienato à perfecta sua obedientia: Vos contemnitis præcepta mea, & uultis quòd laudem uestras oblationes: Vos reijcitis disciplinam meam, & uultis quòd oblationes uestras acceptem. Fastidium me capit uestrorum sacrificiorum, uestras solennitates audire graue mihi est. Auertam igitur faciem meam, quum cogitabitis me sacrificijs uestris placare: quia intelligo quòd populus hic qui me labijs honorat, cor ipsum longè à me habet. Prohibeat Deus, ne hę reijcientis sententiæ, Iudęis iam olim uita defunctis dictæ, uerificentur in Christianis uiuentibus. Profectò uereor ego, ne corda eorum qui nunc uitam agunt, ualde sint remota ab eo, qui ante omnes sibi adiunxit populum Christianum. Et credo quòd iam hisce diebus nostris remotissimi ab ipsius obedientia, sint omnium proximi apud ipsius altare. Olim fuerunt fundatæ Missæ per homines qui contemnebant temporalia, & assignatæ magistris sacrificiorum: nunc uerò hi quærunt omnes occupationes seculares, & refugiunt sua mysteria & officia spiritualia, non secus quidem quàm opera dedecorosa, siue reprehensibilia. Nemo quærit quid suo in officio agere debeat, sed quanti sit præbenda. Ah ah maledicta introductio, ah ah diffluens abusus: uos Ecclesiam Dei effecistis speluncam latronum, & sanctuarium diuinum ut iam sit forum cauponatorium. Sancta Euangelica sunt suppressa, & canones sublati: exercitium autem simoniæ & lucri quàm maximè uberis regnant, & sanctæ patrum doctrinæ reiectæ atq; posthabitæ. Nonnulli possent ac deberent sufficere unicuiq; mysterio in Ecclesia, sed quisq; nouam uoluit sibi induere personam.

Porrò fuit olim factum nouum statutum in Ecclesia Latina, quod discidit ordinem sancti matrimonij ab dignitate sacerdotali, sub prætextu puritatis & castitatis sine sordicie: nunc uiget statutum ad concubinatum contrarium, & ipsos clericos attraxit ad exercitia mundana, atq; ea flagitia quæ carni adlubescunt. Et quod plus est, manciparunt sese immensæ auaricię, per Simoniam, aliasq; rationes illegitimas & litigiosas, corruptelis ac alijs modis uariè quærentes præbendas atq; Prelaturas spirituales: quodq; indignius est, sorditati & occupati in rebus prophanis, negocijsq; & curis

curis temporalibus. Atq; hoc primum statutum segregauit olim Ecclesiam Græcam à Latina: & inde enormis auaricia sacerdotum fecit, ut discederent populi Bohemię ab ecclesia Romana. Quid dico Bohemię? Imò uerò totius penè orbis Christiani. Nã homines Ecclesiastici sua culpa ita prophanarunt & se & ordinem suũ, quòd iam planè & à magnis & à paruis in toto mundo habeatur despicatui: suntq; corda omnium abalienata ab obedientia Ecclesiæ, per prauitatem ministrorum ipsius. Quia, ut iam est dictum, illi ipsi ministri derelinquerunt coniugium: cæterùm huius loco assumpsere sibi illegitimas, uagas ac dissolutas libidines. Nolo longius extendere hunc sermonem: quia tantũ hæ ualent cõstitutiones, quantum inde percipitur uoluptatis.

Quid autem constitutio, ne sacerdotes sint uxorati, affert aliud, quàm subuertere & euitare legitimam generationem, ut ea conuertatur in adulterium: & honesta cohabitatio cum una dumtaxat sponsa, abeat in multiplicationem effrenis libidinis? Si dicerem hic totum id quod in animo est, amplè dicerem, quòd pinguedo bonorũ temporalium, permixta cum dolore iniudiæ, & calor ambitionis atq; libidinis, iam faceret suum apparatum, ut conijciant flammam in Ecclesiam. Sed hoc argumentum nimis est grauis ac profundæ inuestigationis, & diffinitio ambigua satis hoc cõprobat.

De hoc igitur in præsentia taceo: nisi quòd precor illum qui eam ipsam matrem nostram sanctam Ecclesiam suo digno consecrauit sanguine, ne sinat hoc ipsum euenire, quod nunc me finit animo cogitare. Quanquam hic non statui uituperare bonos uiros seculares, qui ex perfecta deuotione donarunt Ecclesiæ prædia: quia exonerarunt sese, ut ad Deum tanto expeditiores in spiritu ascenderent, & ordo sacerdotalis tam magnam grauemq; sarcinam humeris suis imposuit, ut ipsum planè in terram decuruet, ac impediat quo minus sursum in cœlum possit aspicere. Nam auariciæ studium in Ecclesiasticis ita corrupit ipsorum intellectum, quòd eorum damnatio inde euidenter apparet: adeoq; omnium etiam bonis temporalibus calamitatem inuexit, quod est ueluti uniuersali militanti Ecclesiæ opprobrium & ruina: ac maximè ipsis Ecclesiasticis, qui talia crimina committunt. Dolor hęc mihi uerba extorquet. nam abijcio spem omnem de duritia eorum: quę, ut facile est iudicare, iamiam ipsis appropinquat in omni desperatione. Mare quum uehit nauem minis grandem, uelificatur magno cum discrimine, neq; ullum flumen extra suum alueum diu perdurat. Iam recollige membratim id quod tibi dixi de dignitate sacrificiorum, & de indignitate sacrificantium: & habe hoc tibi certum axioma, quòd quando Deus uertit se contra sacrificia, tum persecutio in homines incipit, ac maximè ipsos sacrificantes. Et ut breuiter tibi per exemplum satisfaciã, iuxta nostrum institutum, huius rei tibi argumentum seu confirmationem sume Ophin & Phineam, filios Heli, ministros altaris, quorum sacrificia fuerunt Deo abominabilia. Atq; exitus quidem ipsorum explicatus extat in sacra Scriptura, ut res iam præterita: cæterùm reliqua adhuc est ut eueniat prophetia Danielis, qui demonstrat aduentum Antichristi, ac tempus persecutionis propter abominationem templi, & oblationem iugis sacrificij. Ex ista digressione, pendente à quæstione supradicta, potes intelligere, quòd oratio & sacrificium conducunt ad conseruandas ac restaurandas res tum priuatas, tum publicas.

DIALOGISMVS, VBERIVS EXPLICANS hoc argumentum, uidelicet omnem Ecclesiæ calamitatem proficiſsi à prauis moribus clericorum. Tum neq; laicos feliciter aut uiuere aut mori, qui Ecclesias inuadunt, resq; sacras sibi usurpant. Deniq; bella, dissidia, ac res alias aduersas, iusto Dei iudicio diu sæpe durare: & quid peccantium obstinationem tandem sequatur.

Ex eodem Chartieri Aulico: quo loco Fides edocet Prudentiam, cur boni puniantur in hoc mundo unà cum malis: neq; de hoc mirandum. Deum enim esse in omnibus iustum iudicem: & quod deniq; ob delicta magistratuũ & uersantium in publicis functionibus, patiantur etiam subditi, & earum functionũ immunes. Tum Prudentia pergit à Fide interrogare, & Fides respondere, uti sequitur.

PRVDENTIA.

SAtisfaciunt mihi, ô Fides, quæ respondisti hactenus. Sed cur Deus sanctam suam Ecclesiam, & consecratos eidem ministros, ita opprimi, uilipendi, & contemni patiatur, lubens equidem adhuc, si bona tua fieri posset gratia, quærerem: neq; temperare mihi sanè possum, quin ita faciam, posteaquam uideo initiatos Deo presbyteros, sacrosq; monachos, & ordinem clericalem uniuersum haberi ludibrio, & omnib⁹ infectari primùm, ac bona Ecclesiæ exposita esse prædæ & rapinæ. Attamen ô supreme pastor Deus, tu poteras, si uideretur, Ecclesiam tuam & oues tueri ab omni uiolentia & bello, quemadmodum & iussisti manum abstinere: & in sacra Scriptura protulisti sententiam, ut quicunq; eosdem attingat, idem pupillam oculi tui attigerit.

SVMMA CAPITIS SEQVENTIS.

Quomodo ambitio, auaricia, & mala exempla uitæ sacerdotum, in causa sunt, cur Ecclesia affligatur, eiusq; honor adeò imminuatur. Et planè, quemadmodum initio sui ortus per paupertatem & humilitatem eleuata est, ita nunc per diuitias & ambitionem est in contemptum adducta, & eius decus abolitū.

Fides respondet ad propositam à Prudentia quæstionem.

MAlachias propheta hanc tibi quæstionem resoluit, per cuius os Deus enunciauit maledictionem super iniquitate hominū Ecclesiasticorum peruersorum, ipsis ita dicens: Labia sacerdotis custodient scientiā, & legem requirent ex ore eius, qui redditurus est rationem de bona obseruatione legis: quia sacerdos est ueluti angelus, & legatus Dei uictorioſi. Et uos recessistis de uia recta, & scandalizastis populum prauo & pernicioso exemplo uitiorum uestrorum: & rupistis promissionem sanctæ puritatis, quam mihi feceratis. Ego iudico & dico, quòd propter transgressionem sacri uestri ordinis deijciemini, & proculcabimini infra quemuis alium: & nemo non uos oppugnabit ac contemnet, haud aliter quàm abominationem in uniuerso mundo. Hęc sunt uerba Dei. Nunc autem res ipsæ euenerunt, pœnæ executioni mandata, & prophetia fide impleta. Nunquid enim uides superbam pompam, non dicendam ambitionem & omnem pudoris terminum supergressos mores eorum, qui se dicunt ministros Dei, & seruiunt mundo? Quanta est hodie eorum turba, qui tantum quærunt prædam redituum, & fructus sacerdotiorum: seruitium autem Dei, & salutem animarum planè negligunt. Lubentes quidem operam ipsam officij cōmittunt alijs, sed pro se retinent emolumentum. Ipsi se dedunt uoluptatibus mundanis, & ingerunt uanitatibus aularum secularium, & laicorum prophanis negocijs: & tibi Deo cœli, cuius se uolunt in terris uicarios appellari, relinquunt curam tuæ Ecclesiæ. Ah bone Deus, uicariatus tam durus non erat ita audacter ambiendus, à tam negligenter administraturo. Et demiror profectò, quia audeat quisquam hominum sibi sumere superbiam & fastum ex dignitate sacerdotij, cuius quidem etiam mysterium & officium dedignatur. Ah quòd non solùm contemptui habent ipsum officium & sacrificium, sed pudet eos uel habitum clericalem induere, & seruare statum suæ professionis: & pro ignominia habent eum ordinem, cuius tantopere exoptant & laudant emolumenta. Postquam igitur ipsi non honorant suam dignitatem, quis eam est honoraturus? Si ipsi dedignantur sanctum presbyteratum, quis ipsum laudibus uehet? Si idem ipsis est pudori & oneri, à quo tandem commendabitur ac fulcietur?

O' sancta mater Ecclesia, tu fuisti fundata super humilitate, quæ est lapis primus ædificij Iesu Christi, & per humilitatem conseruata in Dei timore, & eleuata in exaltatione super mundum: nunc autem per superbiam contra Deum necesse est te infra mundanos omnes recidere. Ministri tui & prædicatores in fide, olim fuerunt in sanguine adfecti martyrio: & nunc ijdem sunt tyranni, pecunioſi, & negociatores terræ. Sancta conuersatio clericorum commouit olim corda Principum & opulentorum, ut tibi largirentur: hodie luxus clericorum impellit unumquemq;, ut tuum tibi eripiat. Et tu quidem Dantes poeta Florentine, si uiueres etiamnū, haberes materiam exclamandi contra Constantinum, quem etiam tempore bene obseruatæ religionis

ausus es reprehendere, imputans ei in quodam tuo opere, quòd in Ecclesiam ipse coniecisset uenenum & toxicum, allaturum eidem uastitatē & desolationem: ideo nempe, quia primus Ecclesiæ donauit possessiones & prædia: id quòd sanè alij quidam probati doctores ei uertunt laudi, ac benefactum censent. Quid mouebat te, ut tam Catholicum Imperatorem uituperares, nisi fortè schismata, discordiæ, luxus & improbitates, quas uidebas in Ecclesia succrescere, & abundantia diuitiarum ordinis clericalis, quæ sunt alimenta ambitionis & inuidiæ, non aliter quàm pingue do nutrit ignem, & oleum flammam? In hoc quidem ego neutiquam tibi adsentior, quòd propter accipientis abusum frustretur charitas donatoris. Et si clerici non possunt abuti possessionibus, nisi eas habeant: non sequitur tamen, Constantinum non fecisse opus bonæ intentionis, aut citra peccatum illas non donauisse: imò debet pœna recidere super abutentes, minimeq; super eum qui ad bonum usum quicquam donauit, & ut uictus indigentia ne induceret aut cogeret sanctæ Ecclesię ministros ad peccandum, neúe manifesta paupertas eiusdem Ecclesiæ tam facilè proculcaretur per aliquam potestatem secularem, aut contemptim destitueretur. Verùm id quidem est, non largitum Constantinum hominibus ipsis, sed Deo: quoniam uidebat rem eò iam inclinari, ut Ecclesia & ordo clericalis desererentur: & ualde paucos ambire locum S. Petri, ob fructum & reditum inde refundi solitum. Tum igitur ad bonum permotus Constantinus, adq; Ecclesiā instaurandam, donauit ei possessiones terrenas, quas tenet: quæ & postea locupletata est è decimis & oblationibus, augescentibus unà cum ipsis fidelibus & ecclesiastico sacrificio, quę sunt uerum Crucifixi patrimonium, quod precioso suo sanguine per dolorosam acquisiuit passionē. Sacerdotes autem sunt dispensatores & administratores bonorum Ecclesiæ: & exiget Deus rationem ab ijs qui ea uolunt tanquā res proprias possidere, & inde ditare cognatos, ac priuatum suum augere patrimonium.

Quomodo negligentia Prælatorum & luxus inferiorum sacerdotum generat omne scandalum in Ecclesia.

O' sancte propheta Dauid, tu istū abusum clarè in spiritu præuidebas, cum uerba faciens de ijs qui usurpant sanctuariū Dei nō secus quàm propriū patrimoniū, condemnasti eos, ut fierent sicut rota cuius pars superior ad infima deuoluitur: & sicut stuppa, quæ à facie uenti durare haud potest. Verbum tuum nunc est opere ipso impletum. nam dura oppressio ordinis clericalis in Francia, de qua tu ô Prudentia ingemiscis, & persecutio presbyterorum in Bohemia occisorum, uel in exilium eiectorū, hoc ipsum nobis clarum certumq; reddit. Vtinam Deus ne permittat talem confusionem multiplicari in peius, super Ecclesiam. Et sanè quidem rerum præsens status facit, ut insequentium euentus magno sit timori, postquam peccata clericorum tam grauiter prouocant Dei indignationem, & accersunt odium & contemptum legis ipsius. nam secta illa perniciosa plus habet fautorum quàm aduersariorum: & radix si in Bohemia est, frondes & rami extendent se aliò, & uolet unusquisq; Ecclesiæ eripere id quod non dedit. Luxus & corrupti mores inferiorum sacerdotum excitarūt istam plagam in Bohemia, & negligentia prælatorum faciet eandem crescere & cōfirmari ubiq;, nimirum qui sancta Concilia non secus refugiant quàm pueri schola.

Ecce plus quàm prophe ta.

Amplius etiam hoc est mali, quod uolunt metui, & prorsus faciliter fulminare sententias & excommunicationes super hominibus, propter minuta debita, & leues quaslibet impetitiones. Ipsi uerò interim nihil metuunt sententiam æterni sacerdotis, qui potest ligare & soluere, quiq; obtulit corpus & uitam suam pro peccatis nostris. Videmus palàm totum ordinem & regulam sancti clericatus esse subuersam, & uelle iam subditos omnes (id quod uehementer graue ac indignum est) sese exemptos à prælatis suis: quia & ipsi ita uiuunt prælati, seq; exhibent ut exemptos ab officio status sui, & à timore Dei. Saltem id non intelligere non possunt, IESVM CHRISTVM esse supremum in Ecclesia episcopum, cuius testamentum fuit ex humilitate & charitate, atq; tali iudicio à quo nemo poterit appellare. Tunc ipsis succurret in

memoriam reuelatio Isaiæ, qui clara uoce execrabatur pastores, qui non nisi sese ipsos pascunt. Horrorem certè tum concipient de magna calamitate, quam Deus minatur. Taceo de Simonia & contractibus illicitis, quia metuam, uel sola excitatione cœlum ipsum obscuratum iri. Neq; libet altius penetrare ad detestandam promotionem indignorum, de qua & Ecclesia gemit, & ego Fides plango, & regna cadunt undequaq; in exitium & opprobrium. Ah Deus meus, neq; mirum quidem est ea debilitari, & detrimento adfici: postquam Reges ipsi procurant tales promotiones, è quibus ipsorum surgit regnis penuria consilij, desertio doctrinæ, exemplũ malitiæ, & spectaculum ignorantiæ. Quia ergo iam satisfactum est tuæ interrogationi, posthac minus dolebis opprobrium & uexationem clericalis ordinis. Vbi enim adferebas, Deum grauiter interminatum, ne quis attingat ipsius ministros: uicissim cogitandum erat, per dignitatem status horum, offensam quoq; fieri gratiorem. Prærerea autem priuilegium amittere, qui ipso abutitur: & eum qui transit in aliquam apostasiam aut irregularitatem, alienum esse ab administratione Ecclesiastica, & omni suo exutum priuilegio.

Principes ipsi indignos ad sacerdotia promouent: qui inde fructus.

Cur polluantur & uastentur ecclesiæ & loca sacra, quæ nihil ipsa peccauerunt: & uti Deus hoc toleret, ad puniendam sacerdotum superbiam, qui sub prætextu Ecclesiæ sibi arrogant honorem Deo debitum.

PRVDENTIA.

Necdum uerò sublata est dubitatio circa uiolentiam ipsarum Ecclesiarum, & locorum sanctorum pollutionem: quæ iniuria Dei est propria, non ministrorum eius. Nam malitia uiciosorum sacerdotum, nequaquam culpare potest immunitatem sanctorum templorum.

FIDES.

Ego te super hoc adire iubeo Ezechielem: ubi leges, quomodo uanitas sacerdotũ, qui se extollunt in præfecturis templi, & sese oblectant & uenditant honoribus Deo debitis, puniantur in eo ipso quo sectantur uanam suã gloriã: & diuina promissio loca sancta uiolari patitur, ut deijciat ipsam omnia polluentẽ superbiã eorum, qui sibi honorẽ & dominationẽ arroganter usurpant. At nihilominus Diuinitas omnipotes remanet inuiolata, & locorũ quæ sanctificauit dignitas nullũ utiq; sentit detrimentum ex ipsis hominum malefactis. Si pollutio aliqua aut sacrilegium est patratum aduersus templum, tum conscientia authoris iam antè est polluta, & eius fides uiolata: neq; macula templo adhæret, sed animabus crimen committentium: aut eius adeò, qui causa est, cur Deus tale permittat euenire maleficium. Factum in se quidem est infame, sed omnis infamia recidit super culposos ipso de crimine.

Christiani, quos Deus elegit consortes uitæ æternę, & qui extulistis ipso ex sacro sancto baptismo notam & insigne IESV Christi Dei uestri, & Domini ac magistri uestri: cur audetis uiolare hoc ipsum, quod uobis reliquit hic inferius pro uestra sanctificatione, & sui memoria? Vnde habetis cor? quò impellimini? unde pedes, qui uos sustinent, ut per uiolentiam & peccatum ingrediamini eum locum, ad quem debetis recurrere, ut à peccatis uestris purificemini? Est refugium pœnitentium, & uos facitis ut sit receptaculum latrociniorum. Est locus hic reconciliationis, & uos ibi peruim exequimini consilia malitiæ. Vos Deo, à quo proueniunt nobis omnia, eripitis id quod retinuit ac consecrauit sibi pro sua portione: & ille uos excludet à participatione gratiæ suæ. Miror quomodo manus consecratæ possint obsequi cordi indurato, ad exequendum crimen tam graue, cuius iniuria tendit rectà aduersus ipsum Deum. Quare creatura audet tantum insurgere contra suum creatorem, ut omnibus uiribus moueat rebellionẽ & uiolentiã in domo Principis & Domini omnis uirtutis?

Quomodo non reuereri Deum, & negligere administrationem iusticiæ, sint causa ruinæ regnorum, cladium in bellis, omniumq; calamitatum.

Sciant cuncti, & præsertim uos Franci, quòd non reuereri Deum, & negligere administrationem iusticiæ, uos assuefecerunt latrocinijs & sacrilegijs. Discite, si nescitis,

scitis, quòd hoc solùm crimen sufficit ad subuersionem regnorum & ditionum, ad perditionem & disipationem exercituum bellorum & pugnarum, & ob peccatũ unius fieri possunt infœlices omnes ipsius consortes. Nam hæc offensa adeò est damnabilis, ut præcidat omnem bene agendi gratiam, & omne robor ad uirtutem proficiendi adimat. Pompeius post tot uictorias stabulauit equos suos in templo Salomonis: neq; inde uel sibi uel reipub. Romanæ unquã profuit, aut nomini suo honorẽ ullũ adiecit: imò ex omnib. quę gerenda susceperat, nihil reportauit quàm iactu ram, fugam, ac denique mortem infamem. Heliodorus spoliatum aduenies templum, à Deo coram omnibus percussus fuit. Antiochus ille templorum expoliator, fuit à uermibus corrosus, & uiuus uidens q; in fœtorem & putredinem redactus. Et regnum Assyriorum fuit ad Persas & Medos translatum, sub finem dominationis Balthasaris: scilicet ob sacrilegia patris eius. Nec possim quidem nimium detestari horribile & tetrum hoc scelus, cuius offensa solum respicit Deum, & ipsi soli reseruata ultio. Religio enim tam sublimis est excellentię, quòd iam ob uiolata ethnicorum templa, Deus permisit euenire punitiones publicas. Quippe licet idololatræ diuinitatem rebus uanis attribuissent, attamen noluit ut contemptus aut uiolentia ulla impunè committeretur in loco per ipsos consecrato sub titulo Deitatis: & hoc nimirũ ideo, ne Pagani scientes ac prudentes turpiter prophanarent aut ludibrio haberent, id quod per errorem adorabant uti Deum omnipotentem. Huius rei fecere Galli periculum post captam Romam, cum tentarunt oppugnare templum Apollinis Delphici, ubi amisere multitudinem exercitus sui, & robur militiæ eorũ fuit disipatũ. & extinctũ. Aliorũ exemplorũ copiã suppeditabit tibi Valerius Maximus. Et si quidẽ uelis obseruare futuros euentus, uidebis incidere uitã miserabilem, aut pudenda morte decedere omnes eos, qui se abalienarunt à Deo per huiusce peccati noxam.

PRVDENTIA.

Tametsi tuæ sanctę resolutiones ita erudierint ac humiliarint cogitationes meas, ut optimè nunc sentiam de diuina iusticia: cuperem tamen amplius etiam cognoscere, qui' nam in partibus nostri regni punitio ipsa tam diu perduret, atque proximis uiginti annis indies augescat.

FIDES.

Quin uerò dicis tu mihi, quamdiu nunc est, quòd Principes tui & populus Francicus cœperunt corda sua laxare, ac dedere uanitatibus & fœdationibus honoris ac morum uitæ: & mox ipsa respondebo.

PRVDENTIA.

Fateor equidem, nostris diebus rarò nos uidisse, qui seruaret honestatem uitæ, grauitatem morum, puritatem conscientiæ: imò unusquisq; applicat authoritatem suæ potentiæ & abundantiam diuitiarum, ad sui status uoluptatem.

FIDES.

Si igitur Deus tãdiu sustinuit mores uestros obstinatos, & expectauit emendationem uitæ uestræ corruptissimæ, quomodo non potestis uos sustinere æquitatem iusticiæ eius? Vos uultis ut ille patiatur uiuere uos iniquos & malos, & ipsum non uultis ferre iustum & bonum? Tam citò uos tædet castigationum eius, & ipse tanto tempore tolerat uestras culpas? Dimetire & confer tempora temporibus, & inuenes peccata longè diutius durauisse quàm punitionem: quia & multo tempore cœperunt ante pœnam, & perdurant ac multiplicantur in dies ipsam inter castigationem. Tu uis, ut Deus flagellum suum à peccatoribus remoueat, & ipsi non uolunt dimouere corda sua à peccatis. Excusa mihi, si potes, tam induratam & longam cordium uestrorum obstinationem. Si ipse cunctatur mitigari, magis uos differtis pœnitentiam agere. Omni die manum suam ad percutiendum habebit extentam, donec populus eius conuerterit faciem suam uersus ipsum in humilitate. Timor & humiliatio conciliant misericordiam, murmuratio autem exaggerat uindictam. Quomodo autem essent digni ipsius gratia & pace, qui subinde Nota.

eum prouocant ad grauiorem indignationem? Bos qui contra stimulum calcitrat, dupliciter pungitur: & qui resistit disciplinę, & contemnit correctionem, contemnetur à correctore: & si filius quispiam refractarius prehensat ferulam patris sui, recurrit hic ad baculum, qui longè est durior, & castigationis disciplinæ obliuiscitur per rigorem punitionis. Et per os Sapientis dicit Deus, ijs qui negligunt doctrinam, & reijciunt castigationem ipsius: Quòd ridebit in exitiali eorum miseria, & insubitanea confusione subsannabit eos.

¶ Hæc omnia Alanus Chartierus, subiungens statim declamationem bene longa in corruptos Principum mores, qui malè educati & instituti, ac improbis addicti cõuictoribus, aut ambitioni se dedunt, magno Reip. detrimento: aut solas sectantur uanitates, & delicias pudendas, contemptis legibus & iusticia, & neglectis subditorũ utilitatibus: deplorans etiam nobilitatis Franciæ insignem à maiorum pietate, religione, prudentia, honestate & bellica uirtute degenerationẽ. Postremò de blasphemationis peccato breuiter hæc adijcit, quæ sequuntur.

O` Franci Franci, uos per damnatum & adsuetum blasphemandi peccatum, ludibrio habuistis nomen eius, cui omne genu se debet inflectere: & ipse contrà per cõsuetam suam iusticiam fecit uos esse uituperium & opprobrium nationum, curuari corpora uestra & inclinari capita coram hostibus uestris. Vita uestra uiolentiæ plena recidit in mortem calamitosam, uaga & uoluptuaria uanitas in angustam captiuitatem, & ferocitas superba in humilem & abiectam seruitutem. In summa, qui deserit timorem Dei, & officium magistratus sui negligit, ac potius in morem brutæ bestiæ solas sectatur delicias & uoluptates: uicissim gratia, pax & securitas deserunt ipsum, & pœna, infamia & calamitas usq; in finem ignominiosum persequuntur.

APOLOGVS PROPHETICVS, QVEM IOHANNES A' RVPE SCISSA FRANCISCANUS *monachus, super opibus, luxu & ambitione Ecclesiasticorum, recitauit Cardinalibus Auinione, dum in carcere esset, circa Annum Salut.* M.CCCC.L.

Decerptus ex secundo uolumine historiarum, sub finem, Iohannis Frossardi, thesaurarij & Canonici Chimayensis in Comitatu Hannoniæ, diœcesis Leodicensis, qui eodem seculo & uixit, & historiam condidit, nempe circa Annum 1400.

DE HOC FRANCISCANO SCRIBIT FROSSARDUS, *Gallorum historicus uernaculus, post medium uolum. in rebus gestis circiter Annum.* MCCCL. *hunc ad modum.*

PEr id tẽpus Auinione fuit quidã frater Franciscanus, præditus ingenio & eruditione summa, uocatus Iohannes à Rupe scissa, quem Papa Innocentius VI. tenebat uinctum in castello Baignosi, propter res miras, quas euenturas ille dicebat, præsertim super prælatos & præsidentes in Ecclesia, scilicet ob immensum luxum & ambitionem, quibus dediti erant: atq; itidem super regnum Franciæ, & potentiores Christianitatis principes, quoniam plebem tenuem tam miserabiliter opprimerent. Probaturum se uerò aiebat Iohannes, omnia sua dicta per Apocalypsin, & ueteres libros sanctorum Prophetarum, qui ipsi per gratiam sancti Spiritus essent retecti, sic ut diceret multa creditu difficilia. Conspiciebantur sanè quædam euenientia eo ipso tempore quæ pronunciauerat: neq; dicebat quicquam uti propheta, sed per Scripturas ueteres, & sancti Spiritus gratiam, qui ipsi largitus erat scientiam declarandi omnes illas ueteres prophetias, ad annunciandum omnibus Christianis annum & tempus quibus debebãt impleri, & confecit complures libros magna doctrina bene fundatos. Horundem in uno quodam, composito Sal. anno M.CCCXLVI. res complexus erat tam mirabiles, ut eas ægrè quisquam esset crediturus: sed earum complurium euentus iam est uisus. Et quando interrogabatur de bello Anglorum in Fran-

in Francos, dicebat iam antè uisa nihil quidem esse, præ illis quæ supereſſent uidenda. Neq; enim fore pacem, neq; finem bellandi ullum, donec regnum Franciæ per omnes undequaq; regiones esset uastatum & exhaustum: idq; omne est uisum postea ita accidere. Nam nobile regnum Franciæ fuit afflictum, & omni calamitate prostratum, in ptimis eo ipso tempore quod Franciscanus ille denunciarat, scilicet anno Sal. LVI. LVII. LVIII. LIX. supra MCCC.

Porrò idem Froſſardus ſub finem ſecundi uoluminis, narrans de ſchiſmate in Eccleſia, & de Vrbano VI. apud Peruſiũ per Clemẽtis VII. milites obſeſſo, ita ſcribit: Scio equidem demiraturos ſuper hiſce rebus poſteros, & Eccleſiam in talem turbationem delabi, aut delapſam durare tam diu poſſe. Sed hæc plaga fuit à Deo immiſſa, quo Eccleſiaſtico ordini ob oculos conſiderandum exhiberet pompoſum ſtatum & luxum, quem uſurpabant: ſed plures nullã eius rei habebãt curã, aut rationem. Nam ita erãt ſuperbia & arrogantia obcæcati, ut quiſq; alteri par eſſe contenderet: ac proinde res malè ſuccedebant. Et niſi fides noſtra confirmata fuiſſet per manum & gratiam ſancti Spiritus, qui corda de uia illuminat, inq; unitate continet firma: lapſabunda quidem uacillaſſet. Sed principes ſeculares, à quibus bona primùm uenere ad Eccleſiam, nihil aliud quàm ridebant ac ludebant, eo tempore quo condebam hæc Chronica, anno Salut. M.CCC.XC. Ideoq; populus mirabatur, quo modo tam potentes Srincipes, uti Rex Franciæ, Rex Alemaniæ, alijq; Chriſtianitatis Reges & Principes, nihil huic rei remedij aut conſilij adferrent. Idem uerò Froſſardus, tum ut populo ſatisfiat, tum ut Principes ſint excuſati, prolixius ibidem (allato in medium ſimili quodam) omnèm culpam in Eccleſiaſticos reijcit, nimirum cum neq; populus neque Srincipes boni plus uel teneant uel faciant, quàm ab Eccleſiaſticis edoceantur, planè iuxta illud Euangelicum: Si ſal infatuatum, &c. recenſens etiam, qui Reges ac populi cuiq; Papæ eſſent addicti. Tandem hæc quæ ſequuntur ſubiungit.

Scribenti autem mihi de hoc ſtatu rerum, quem meo ſeculo conſpiciebam in orbe & in Eccleſia, quæ hunc ad modum uacillabat, & de principibus ſecularibus, qui ita durabant & diſsimulabant, redit in memoriam, quomodo in mea iuuentute Papa Innocentius Auinione regnans, in carcere adſeruabat Franciſcanum quendam, hominem bene eruditum, nomine fratrem Iohannem à Rupe ſciſſa. Iſte frater (uti Papa aiebat, & ipſe referri audiui) pluribus in locis, priuatim tamen, non publicè, proposuerat ac proponebat complures authoritates, & notabiles collectiones, & præcipuè de aduerſis caſibus qui ipſius tempore, atque etiam pòſt euenerunt in regno Franciæ. De captiuitate Iohannis regis Franciæ loquebatur ualde planè, & exponebat quædam rationi conſentanea: ſcilicet quòd Eccleſia adhuc multum haberet ſufferre, propter enormem luxum, quem uidebat inter eos qui baculũ regiminis tenebant. Atq; eo ipſo tempore quo eum uidi carcere contineri, recitabatur mihi aliquando in palatio Papæ apud Auinionem, quoddam exemplum, quod ipſe recenſuerat Cardinali Hoſtienſi, qui dicebatur ab Arthesia, & Cardinali Auxerrenſi, qui eum acceſſerunt uiſum, & de ijs quæ diſſereret caſtigatum. Itaq; dum ſuas uiciſſim affert defenſiones, id quoq; addidit ſimile, quod ſubijciam. Referebat Iohannes Rupeſciſſanus hoc modo: Cum aliquando uolucris in lucem prognata eſſet abſque plumis, re ad alias aues delata, uenerunt illum uiſum: & quia conſpiciebant eſſe bene formoſam, ac gratioſam in primis, contulere ſuper ea conſilia, quid gratificarẽtur, quum ſanè abſq; plumis neq; uolare, neq; uiuere commodè poſſet. Voluere autem, ob inſignem formæ elegantiã, omnino ut uiueret: neq; fuit ibi auis ulla, quę de plumis ſuis non aliquid ei largiretur. Quo autem fiebat formoſior, eo plus donabãt plumarum, ita ut tandem uolucris illa prorſus eſſet pulchrè pennata, ac uolare inciperet. Atq; etiamnum, dum illam uolantem intuentur aues, pennas ſuas elargitæ, magna uoluptate adficiebantur omnes. Volucris autem illa cum uideret ſe adeò opulenter pennatam, & pariter ab omnibus honorari auibus, cœpit ſuperbire, neque amplius habere rationem ullam earum à quibus euecta fuerat: imò illas roſtro pun-

gebat,uellicabat,& passim infestabat. Tum uerò aues in consilium congressæ, deliberabant de uolucri illa,quam pennis induerant atq; auxerant, mutuoq; se interrogabant quid factu esset optimum?nam de suo tantum se uolucri illi elargitas, ut iam plus satis aucta, & in superbiam elata, ipsas facilè contemneret omnes. Ibi Pauo respondit: Nimium quidem meis plumis exornata est, itaque easdem repetam. Subijcit Falco: Sanè & meas ego repetam. Ac breuiter eunt istam in sententiam aues reliquæ omnes, incipientes mox unaquæque reuellere, ac sibi uendicare quod plumarum donauerat. At uolucris illa fastuosa ita secum agi uidens, illicò demisit grandes spiritus,& palàm agnouit omne id quod tenebat bonum, honorem,& plumarũ cultum insignem,non ab se ipsa profectum, sed per alias sibi donatum aues: quæ editam primùm nudam & implumem uti uestierant, ac pennis exornarãt,ita & dona sua repetere poterant.Quare supplex ueniam rogauit, pollicés admissa omnia se correcturam sedulò, neque commissuram ut posthac unquam per superbiam aut luxum plumas perderet. Iterum ergo generosæ aues quæ prius plumas deuouerant,cum uiderent illam ita demissam ac supplicem, commotæ miseratione,omnes quas abstulerant pennas eidem restituunt, his tamen adiectis uerbis: Lubentes quidem te inter nos uolitãtem aspiciemus,tantisper dum in animi humilitate officio tuo fungi uelis:id quod egregium in primis habet decorem.uerùm hoc planè ita habe,si posthac te in superbiam extuleris,mox plumis omnibus te exuemq; eumq; redigemus ad statum,in quo primùm inuenimus. Hunc prorsus ad modum (dicebat frater Iohannes) Domini Cardinales, uobis eueniet. nam Imperator Romanorum & Alemaniæ,Regesq; Christiani,ac potentiores terrarum Principes, uobis donarunt bona,fundos & diuitias,ut seruiretis Deo:& uos ea profunditis per superbiam,nequitiam & luxum. Quare non legitis uitam S.Syluestri Papæ Romani,& uobiscum (uti par est) expenditis, quomodo & qua lege Constantinus Imperator donauerit bona Ecclesiæ?Profectò non prodeambulabat per mandum S. Syluester, stipatus ducentis aut trecentis equitibus:sed humiliter se Romæ continebat, & sobriam cum Ecclesiasticis solùm suis uitam degebat. Quum igitur Imperator Constantinus Ecclesiæ donaret munera præclara multa, & ditiones amplas, certè non aliud habuit consilium quàm ut iuuaret religionem nostram, & Ecclesiam proueheret, atq; hæc ipsa bona & ditiones administrarentur in humilitate & iusticia,neutiquam per superbiam & luxum.Sed hodie fit planissimè contrarium, eoq; nomine Deus irascitur.Et irascetur quidem aliquando magis etiam,contra eos qui tempore futuro subsequentur:ita quòd nobiles,qui liberaliter donarant terras, census & dationes,quas possident Ecclesiastici,largiri iam frigidiores effecti desinant,& fortè etiam prius donata auferant:neque hic longè abest euentus. Ita quidem Iohannes Rupescissanus, quem Cardinales Auinione uinctum tenebant, explicabat uerba sua ijs qui intelligere uolebant: atque eo sanè modo, ut Cardinales sæpe demirarentur. Optabant uerò ipsum è medio tollere,si ullam necis iustam causam inuenire potuissent:sed erat planè nulla.Itaque uitam concessere, quamdiu se potuit tolerare:neque audebant è carcere dimittere, quòd argumenta proponeret tam profunda, & Scripturas exquireret adeò sublimes, ut mundum fortè in errorem aliquem abducturus fuisset. At certè interim uisa sunt euenire multa,ut quidam asserunt, qui accuratius quàm ego ipsius uerba obseruarunt, quæ prædixerat, & in carcere conscripserat. Volebat autem confirmare quæ dicebat omnia, per Apocalypsin:& comprobationes ueræ, quibus se armabat, sæpius ipsum seruarunt, quo minus exureretur. Non deerant quoque quidam Cardinales, qui misericordia adfecti,non erant in ipsum tam seueri,quàm esse poterant. Hæc omnia Frossardus,sub finem uolum.2.Chronicorum.

VERA

VERA DEMONSTRATIO, QVOD ELECTIO PRAESVLVM ET EPISCOPORVM

non ad Ecclesiasticos solum, sed & ad Laicos, ut uocant, pertineat: quodq; hi hoc iure electionis inde usq; à Christi temporibus annos 1500 usi sint.

VAticinatur diuinus propheta Daniel, fore ut Antichristus, summa Ecclesiæ pernicies, hac potissimùm ratione sit aucturus & confirmaturus regnum suum, quòd socijs opitulatoribusq; suis daturus est & distributurus regiones & opes, ijsq; magnos honores cumulaturus.

Viguit quidem hoc malum ubiq; locorũ, grassatusq; est hac arte & modo ille perditissimus tyrannus multis iam seculis: sed tamen nunquam tam manifestè ac potenter, uelut his nostris, ultimisq; temporibus. Nam olim etiam alijs fulcris regnum Papæ (ut abusibus & superstitionibus uarijs) fuit sustentatum: quòd homines existimarunt & crediderunt, eam demum esse ueram religionem, qua æterna beatitudo sit comparanda: seq; cultum Deo acceptissimum præstare, si uni Antichristo Romano essent longè addictissimi, eiusq; regnum pro sua quisq; uirili constabilirent.

Iam uerò Dei beneficio uident pleriq;, totum Papatũ meris imposturis & pernicios erroribus esse refertum, quodq; nulla omnino spes salutis in ea religione hominibus sit relicta. Sciunt etiam, quòd Papa sit ipsissimus Antichristus, & capitalis Dei hostis. Nihilominus tamen (ô auri execrandam famem) adulantur & colludunt ei, ad pedes eius se abijciunt, ut modò ab ipso Episcopatus, Præposituras, Canonicatus, Abbatias, & similia impetrare possint.

Quare Papa hoc iam fermè unico adminiculo regnum suum adhuc sustentat, quòd passim multis industrijs ac idoneis ad res agendas, aut alioqui potentibus uiris aliqua loca, Abbatias, prælaturas, Episcopatus & alias dignitates elargitur: habetq; in ea re æmulos & incitatores filios ex meretrice sua Babylonica progenitos, sacrificulos nimirum impios, monachos, aliosq; huius farinæ homines simili pietate insignes.

Hi enim cum probè uideant, omne suum robur, omnemq; autoritatem ac dignitatem in eo solo subsistere, ut cultus ipsorum impius, & regnum Antichristi maneat saluum, & cõseruetur integrum: gnauiter dant operam, ut quamprimùm aliquo uel episcopo, uel abbate, uel prælato, aut simili sui ordinis magnate orbantur, alium sibi commodum in illius locum substituant.

Eligunt enim non eum, qui ad propagationem gloriæ diuinæ, & publicæ siue communis utilitatis maximè sit idoneus: sed qui uelit ac possit ipsorum tum idolomaniam, tum uitæ spurcitiem tueri ac promouere: imò qui & ipsis, & deo ipsorum Romano Antichristo, omnia libentissimè polliceatur, totum ipsis sese deuoueat, iuret, & ad omnem impietatem, utut ipsis usum fuerit, arctissimè se deuinciat, obstringatq;, non sine etiam fideiussione ac iuramento cognatorum.

Quapropter, ut hac quoq; in parte regnum Antichristi, quod uerè est regnum tenebrarum, luce diuinæ ueritatis labefactetur, conabor, Deo auxiliante, in hoc libello demonstrare, quòd electio episcoporum non tantum ad omnes pios clericos aut spirituales, sed omni quoq; iure ad Laicos spectet & pertineat. probabo autem id primùm ex uerbo Dei: deinde ex scriptis patrũ: tum ex Concilijs, legib. Imperialibus, & decretis Pontificijs, nec nõ ex ipsis historijs, & multo usu longissimaq; cõsuetudine.

Quod igitur totius ipsius Ecclesiæ, non uerò paucorum quorundam sit, ius & potestas eligendi ueros ac sinceros ministros Verbi ac Sacramentorum, siue sunt sacerdotes, siue etiam episcopi, abundè satis ostendit ex uerbo Dei D. Martinus Lutherus (piæ memoriæ) in libello cui titulum fecit, De instituendis ministris, ad Bohemos. Item, ad Germanum quempiam, cuius inscriptio hæc est: *Das die kirche macht habe*, &c. id est, Quòd Ecclesia potestatem habeat eligendi & deponendi ministros. item in Genesi, Tomo latino 2. fol. 276. Et in Genesi, tomo Germanico 2. fol. 242. Attamen & ego testi-

testimonia quædam ueritatis illustrandæ gratia adscribam.

PRIMO: In confesso est, claues non soli Petro, neq; tantum Apostolis, uerùm toti Ecclesiæ Dei esse traditas. Quod quidē partim per se, ac ex ipsis uerbis Domini, partim etiam ex patrum & ueterum interpretum scriptis, super dictum (Tibi dabo claues regni cœlorum, Matth.16.) est manifestum. siquidem ipsi hoc dictum intelligunt & interpretantur de tota Ecclesia, non de uno Petro.

Sic enim scribit Augustinus super Ioannem tractatu 124. cap. 21. Sed, inquiens, quando ei dictum est: Tibi dabo claues regni cœlorum: &, Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; solueris super terram, erit & solutum in cœlis: uniuersam significabat Ecclesiam, quæ in hoc seculo diuersis tentationibus, uelut imbribus, fluminibus, tempestatib. quatitur, & non cadit: quoniam fundata est supra petram, unde & Petrus nomen accepit: Non enim à Petro petra sed Petrus à petra, &c. Item: Ecclesia ergo, quæ fundatur in Christo, claues ab eo regni cœlorum accepit in Petro: id est, potestatem ligandi, soluendiq; peccata. Idem de agone Christiani, cap.31: Nec eos audiamus, inquit, qui negant Ecclesiam Dei omnia peccata dimittere. Itaq; miseri dum in Petro petram non intelligunt, & nolunt credere datas Ecclesiæ claues regni cœlorum, ipsi eas de manibus amiserunt.

Quin & Dominus ipse paulo pòst, nempe Matth.18. istud dictum de clauibus, tráfert ad totam Ecclesiam, & omnes pios, & non ad Papam, aut solos spirituales, cum inquit: Si peccauerit in te frater tuus, abi & redargue eum solus ipse solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum: sin uerò non audierit, adhibe tecum adhuc unum, aut duos, ut in ore duorum aut trium testium confistat omne uerbum. Quòd si non audierit eos, sit tibi uelut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis: quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata in cœlo: & quæcunq; solueritis in terra, erunt soluta in cœlo. Rursum dico uobis, si duo ex uobis consenserint in terra, de quacunq; re quam petierint, continget illis à patre meo qui est in cœlis. Vbi enim sunt duo aut tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Iam uerò cōtinent siue cōplectūtur claues omnē legitimā uim atq; potestatē Ecclesiastici regiminis, siue agēdi aliquid, siue omittēdi. Quod negari nec potest, nec solet. Quare & hęc potestas ui clauiū Ecclesię est cōcessa & attributa, ut ei liceat uel eligere idoneos ministros, siue ij uocentur diaconi, siue pastores, siue episcopi: uel ab officio remouere eos, quel in doctrina, uel in uita deprehendūtur impuri, aut min⁹ idonei.

SECVNDÒ: Christus ubique præcipit suis discipulis, ut suam tantum uocem audiant, & ab aliena sese auertant, eamq; sedulò uitent. Item ut sibi à pseudoprophetis & Pharisæorum fermento caueant. Item Paulus, ut eos detestemur, imò & diris deuoueamus, qui aliud Euangelium docent. In quibus dictis omnibus cum mandet Christus, ut Christiani auditores sibi fideles concionatores seu ministros Ecclesiæ quærant, & malos fugiant: dat certè Ecclesiæ suæ potestatem & mandatum, ut pios & idoneos doctores uocet, improbos uerò & non idoneos reijciat.

TERTIÒ: Paulus 1. Corinth.3. dicit, Omnes concionatores esse Ecclesiæ ministros, non dominos. Ecclesiam dicit esse columnā ueritatis, Ecclesiæ uult dici de cōtrouersijs. Eius igitur est summum iudicium, tribunal aut potestas. penes eam igitur meritò & uocatio ministrorum est. Item 1. Pet.5: Non uelut dominium exercentes aduersus cleros: sed sic, ut sitis exemplaria gregis. Habet itaque Ecclesia potestatem eligendi, suscipiendi, itemq; repudiandi, cum sunt inepti, aut etiam mali.

QVARTÒ: Legitur id etiam in praxi seu usu fuisse tēpore Apostolorū. Scribit enim Lucas Act.14. presbyteros Ecclesiæ suffragijs Christianorum electos, & non à solo Petro uel Paulo fuisse præcōstitutos, quos ipsi uoluissent, ut pōtifices recētiores factitarunt. Ad eundem modū & Cyprianus ostendit, tum Iosephum, tum Matthiam apostolum Act.1. tum septem illos diaconos Act.6. suffragio & consensu uniuersi cœtus ad ministeriū fuisse uocatos. Sed desino in tanta luce Euangelij, quæ hoc tēpore est, plura testimonia sacrarū literarū pferre, ne & lectorē & scriptū copia nimiū onerē.

¶ HA-

HACTENVS de testimonijs sacræ Scripturæ. Nunc porrò etiam quædam patrum & Conciliorum afferemus, ex quibus liquidò cernatur, etiam post Apostolorũ tempora id moris in Ecclesia fuisse seruatum, & solenni indubitatoque usu confirmatũ.

Anacletus episcopus Romanus, qui subitò Christi tempora est consecutus, scribit: quòd Dominus electionem episcoporum commendauerit sacerdotibus, & piorum cœtui. Idem prorsus testimonium repetitur deinde distinct. 79. Can. elect. uerba eius hęc sunt: Cum Dominus electionem summorum sacerdotum sibi seruauerit, eorum tamen electiones bonis sacerdotibus & spiritualibus POPVLIS concesserit.

Præterea quarta Cypriani epistola, nõ tantum eius, sed & aliorum complurium nomine est scripta: imò ferè ceu à toto aliquo concilio. Et agitur in ea propè nihil aliud, quàm de episcoporum electione, & quales ij esse debeant. firmiter autem patres illi cõcludunt, electionem esse totius Ecclesiæ, siue totius cœtus piorum, pertinentis ad eligendos doctores aut episcopos: quemadmodum in ea epistola porrò uidere licet. Locus Cypriani de hac re in sequentibus prolixè citabitur.

Sic & in tertia epistola aliquoties indicat Cyprianus, seipsum suffragio & consensu totius Carthaginensis ecclesiæ creatum esse episcopum.

Ad hæc, sacrosancta illa, omniumq; celeberrima, Nicena nimirum synodus, etiam testatur, electionem episcoporum pertinere ad populum siue Laicos. Scribit enim ea Synodus epistolam quandam ad Ecclesiam in Ægypto, ut testatur Theodoretus, in qua hæc uerba leguntur: Dignum est uos potestatem habere & eligendi quemlibet, & nomina eorum dandi qui clero sunt digni, & absolutè facere omnia secundùm legem ac sanctiones Ecclesiæ. Si quẽ uerò contigerit requiescere in Ecclesia, tunc prouehi in honorem defuncti eos qui nuper assumpti sunt, solummodò si uideantur digni, & Populus eos elegerit, condecernente simul & designante maximè Alexandriæ ciuitatis episcopo.

Sic & non minus celebris synodus Cõstantinopoli sub Theodosio magno coacta, testimonium præbet de electione laicorum. nam scribit ea quandam epistolam ad Damasum papam, ad Ambrosium & alios episcopos, qui unà erãt in synodo Romæ, ut testatur Tripartita historia lib. 9. cap. 14. In ea epistola hæc uerba extant: Constantinopolitanæ urbis episcopum ordinauimus Nectarium coram uniuersali concilio, cum communi concordia, sub aspectu etiam Deo amabilis Imperatoris Theodosij, uniuersiq; cleri, cuncta decernente pariter ciuitate. In seniore autem, & uerè Apostolica ecclesia Antiochiæ Syriæ, in qua primùm uenerabile Christianorum appellatum est nomen, reuerendissimum & Deo amabilem episcopum Flauianum, de uniuersa prouincia & Orientali diœcesi concurrentes regulariter ordinarunt, OMNI Ecclesia pariter decernente, &c.

Nazianzenus quoq; in funebri oratione quam fecit in obitum patris sui, multa differit de Laicorum electione, quemadmodum ibi uidere licet. Sic & apud Chrysostomum quædam reperias lib. 4. de sacerdotio: cuius certè testimoniũ, ut patris sanctissimi, meritò magnifieri debet.

Papa item Cœlestinus, eius nominis primus, in hunc modum scribit: Nullus inuitis detur episcopus: cleri, Plebis, & ordinis consensus requiratur.

Item in cõcilio quarto Carthaginensi, cui etiam interfuit D. Augustinus, hæc uerba, Can. 1. Concilij, & distinct. 23. leguntur: Cum in hisce omnibus examinatus fuerit inuentus plenè instructus, tunc cum omni consensu clericorum, & Laicorum, & conuentu totius prouinciæ episcoporum, maximeq; Metropolitani uel authoritate uel præsentia, ordinetur episcopus, suscepto in nomine Domini nostri Iesu Christi episcopatu. Celebrata est hæc synodus circiter annum Domini 400.

Ita Augustinus quoq;, quando scribit, quomodo sibi substituerit ac designauerit Eradium, qui defuncto sibi succederet episcopus, prolixis uerbis testatur, hoc esse receptum probatumq; ius & cõsuetudinem, ut tota Ecclesia sibi eligat episcopum, aut in ipsum consentiat.

Scribit

Scribit item Hieronymus ad Rusticum monachum, quòd populus potestatem habeat eligendi clericos aut sacerdotes: sicut porrò ista ibi plenius uidere licet, & legere.

Item Paulus Diaconus scribit de electione Ambrosij, quòd ab uniuerso cœtu uocatus fuerit ad munus episcopale. Et ipse quidem Ambrosius epistola 82. scribit, electionem & uocationem, quæ fit à tota Ecclesia, uerè & certò esse diuinam uocationem ad munus episcopi.

Papa quoq; Gelasius scribit dist. 63. electionem episcopi esse totius Ecclesiæ: & quòd necesse sit, ut tota Ecclesia conueniat, & sibi idoneum episcopum eligat. Vixit uerò hic Gelasius circiter annum Christi 500.

Hanc Canonum sententiam etiam Bonifacius, hoc nomine tertius, comprobauit annis (ni fallor) 600. à Christi temporibus: ut scribunt Sabellicus & Platina.

Item Stephanus papa, ibidem loci, dist. 63 scribit: electionem non solùm ad spirituales, uerum etiam ad laicos pertinere.

Leo etiam, huius nominis primus, ita scribit: Nulla ratio finit, ut inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati. distinct. 62.

Habetur eodem loco: Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleri plebisq; consensus concorditer postulauerit: uti, si in aliam fortè personam partium se uota diuiserint, Metropolitani iudicio is alteri præponatur, qui maioribus & studijs iuuatur, & meritis: tantum, ut nullus inuitis & nō petentibus ordinetur, ne ciuitas episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa quàm conuenit, cui non licuit habere quem uoluit. dist. 63. Rectè hic indicat Leo, nō solùm esse iustum, ut plebis consensus in electione episcopi accedat: sed etiam causam ostendit, quare id rectū, utile & necessarium esse uideatur, quia nempe is multo cum maiori fructu doceat, qui de communi consensu electus est, quàm qui inuitis obtrusus.

Rursum idem Leo distinct. 63: Vota ciuium, inquit, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum, in ordinationibus sacerdotum constituantur. Et infrà: Per pacem & quietem sacerdotes, qui futuri sunt, postulentur: teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis cōsensus, & plebis. Hic papa etiam Leo Magnus fuit dictus, eo quòd omnium ferè pontificum post D. Gregorium fuerit doctissimus: quam ob causam meritò quoq; aduersarij maximi facere deberent tanti uiri testimonium & decretum, in causa de iure electionis.

¶ Gregorius pontifex cognomento Magnus, huius nominis primus, sæpenumero facit mentionem electionis Laicorum: & docet, ut episcopi hoc pacto eligantur. Addam igitur quædam dicta ex ipsius epistolis. Libro 3. ad episcopū Agnellum: Relatio cleri simul & populi Terracinæ degentis, nos ualde lætificat ob hoc, quòd de tua fraternitate bona testatur. Et quia defuncto Petro pontifice suo, te sibi cardinalem postulant constitui sacerdotem, eorū necessariò cōplenda præuidim⁹ desideria.

Idem, ordini & plebi consistenti Terracinæ: Dilectionis uestræ desideria, insinuata nobis quam obtulistis petitio reserauit: electionemq; uestram ualde laudauimus, quia Agnellum fratrem & coepiscopum nostrum, probatum iam meritis, cardinalē uobis constitui deprecamini sacerdotem, &c.

Ex eiusdem ad Scholasticum iudicem Campaniæ: Salutantes hortamur magnitudinem uestram, ut conuocantes priores uel plebem ciuitatis, de electione alterius sacerdotis cogitetis, qui dignus possit cum Christi solatio ad sacerdotium promoueri. Et paulo pòst: Sin autem aptam non inuenitis, in quam possitis consentire personam, saltem tres uiros rectos ac sapientes eligite, quos ad hanc urbem generalitatis uice mittatis, quorum & iudicio plebs tota consentiat.

Idem, ordini & plebi cōsistenti Albano: Probabilib. desiderijs nihil attulimus tarditatis. fratrem nāq; & episcopū nostrū, hominē bonū, uobis ordinauim⁹ sacerdotē.

Idem

Idem Magno presbytero ecclesiæ Mediolanensis: Admone clerum & populum, ut ade ligendum nullatenus dissentiant sacerdotem, sed uno consensu talem sibi eligant, &c.

In concilio item Toletano hic Canon legitur: Sed nec ille deinceps sacerdos (id est episcopus) erit, quem nec Clerus nec Populus propriæ ciuitatis elegit, nec autoritas metropolitani, aut comprouincialium sacerdotum assensus exquisiuit, distinctione quinquagesimaprima.

Item concilium Cabilonense (quod circiter annum Christi 650 fuit) similiter scribit, electionem etiam ad Laicos, uel uniuersam plebem pertinere. Hæc enim sunt ipsius uerba Can. 10: Si quis episcopus de quacunq; ciuitate fuerit defunctus, non ab alio nisi à comprouincialibus, Clero & Ciuibus suis, alterius habeatur electio. Sin autem aliter fiet, eius ordinatio irrita habeatur.

Item papa Hadrianus in epistolis suis ad regem Carolum Magnum, aliquoties mentionem facit Canonum Olitanorum, quod fortasis particulare seu prouinciale fuit Concilium, in quo etiam comprobatur Populi electio. Adscribam itaq; quędam ipsius Hadriani uerba: Ideo Apostolica præuidimus authoritate, ut Canones in Decretis eorum consistant: & quando à nobis ordinantur, Olitana consuetudine proclametur: Plebs & clerus Ecclesiæ illius simul consistens, elegerunt sibi episcopum, &c. Et paulo pòst: Quia nunquam nos in ulla electione nobis subiecta ingessimus, nec ingerere habemus, sed neq; uestram excellentiã optamus in talia recũbere: sed quatenus à Clero & Plebe cuncto q; Populo electus Canonicè fuerit, si nihil sit quod sacro obsistat ordini, solita traditione ordinamus. Nos quippe, cum subscriptione decreti à cuncto populo roborati electum suscipientes, & ne uideremur uiduatam proprio pastore morari Ecclesiam, &c.

Significat hic Pontifex clarè, quòd nequaquam se uelit ingerere in electionem eorum qui sibi essent subiecti, sed integram potius ac liberam eam relinquere Clero & Populo suæ ciuitatis: eumq; citra moram ordinare, quem ipsi electuri sunt, & ad se cum testimonio Plebis de electione missuri. Addit etiam insuper, se, cum aliquem ordinat, curare, ut Olitana consuetudine proclametur: Præsentem hũc N. in episcopũ sibi elegit Cler⁹ & omnis Plebs loci illius, &c. Hic uerò Papa uixit ante annos 780.

HINCMARVS archiepiscopus Remensis in Gallia, uir cũprimis eruditus & pius, uixit tempore Caroli Magni, & deinceps. eius epistolæ complures reperiuntur, scriptæ in membranis, de electione episcoporum, quarum aliquas meo Catalogo testiũ ueritatis inserui. Quamprimùm enim episcopus aliquis in sua diœcesi decesit, illicò scripsit ad Populum & Clerum eius loci, quo sibi alium eligerent episcopũ, semper adijciens, illud & æquitatis & consuetudinis in Ecclesia postulare rationem.

Ex eius itaq; scriptis etiam quædam loca huc adscribam. In epistola quadam ad Carolũ regem ita scribit: Domino glorioso sit semper laus & uita. VII. Idus Iun. circa horam secundam, uenerunt tres Clerici, & duo Laici, Syluanectensis ecclesiæ, ad exiguitatem meam, innotescentes, eandem Ecclesiam, fratre & consacerdote nostro Erpoino defuncto, uiduatam esse pastore: ferentes etiam ipsius ecclesiæ tam Cleri quàm Plebis petitionem, ut eis pastor secundum sacras regulas tribuatur. Quos interrogaui, si uerbum haberent de pace cleri ac plebis ecclesię illius ex aliqua designata persona. Qui responderunt, se nõ aliam petitionem ex parte sociorum suorum afferre, nisi ut apud solitam misericordiam uestram, liberam illis ac regularem electionem obtinere satagerem, quatenus secundũ sacras literas illuc Canonico uisitatore directo, ab omnib. Ecclesię ipsius alumnis ualeat eligi, cui debet ab omnib. obediri.

Item ex epistola ad episcopum Hadebertum Syluanectensem scripta: Dilecto fratre ac uenerabili consacerdote nostro Hodone episcopo ecclesiæ Beluacensis defuncto, hortor ac moneo dilectionem tuam, frater charissime, ut eiusdem Ecclesiæ officio Visitatoris, cõsensu Domini nostri Ludouici regis, nostræ humilitatis Metropolitana delegatione susceptо, ad eandem Ecclesiam quantocyus studeas properare,

& aſsiduis hortationibus clerum,plebemq; eiuſdem Eccleſiæ publicè admonere feſtines,ut remoto priuato ſtudio,uno eodemq; conſenſu talem ſibi præficiendũ expetant,& eligant ſacerdotem,qui & tanto miniſterio dignus ualeat reperiri,& à uenerandis Canonibus nullatenus reſpuatur.formã autem electionis, qualiter & qualem eligere debeant,tuæ diligentiæ tranſmitto, quam publicè coram omnibus tua ſolertia relegi faciat,ne de ignorantia ſe quilibet excuſare ualeat. Quæ electio non tantum à ciuitatis clericis erit agenda,uerùm de omnibus monaſterijs ipſius parrochiæ, & de ruſticarum parrochiarum presbyteris occurrant uicarij,commorantium ſecum concordia uota ferentes:ſed & laici,nobiles ac ciues adeſſe debebunt. Quoniam ab omnibus debet eligi,cui debet ab omnibus obediri.

Hæc clauſula in multis admodum eius epiſtolis reperitur.plerunq; enim ita ſcribit:Quæ quidem electio non tantum à ciuitatis clericis erit agenda, uerùm & de omnibus monaſterijs ipſius parrochiæ. Item: Omnes presbyteri ruſticarum parrochiarum adeſſe debebunt, adferentes ſecum conſenſum & uota ſui populi. Adeſſe quoq; debent laici,nobiles & ciues. Ab omnibus enim eligi debet, cui omnes obedire debent.

¶ Leo,eius nominis quartus,papa Romæ fuit anno Domini 450. Is concilium Romæ coegit,in quo 42 Canones conſtituit, qui ſummatim enumerantur in uitis Pontificum,à Luitprando Diacono(ut opinor)deſcriptis,quas ego in uetuſto codice ex membranis confecto conſcriptas habeo.

Summa uerò quinti Canonis hęc eſt:Quintò confirmauit,quòd Cœleſtinus & Magnus Leo de epiſcopis inſtituerant,uidelicet, ut non conueniat epiſcopum conſecrari,niſi à clericis & populo fuerit poſtulatus.Quia nulla ratio finit ut aliter conſecrati inter epiſcopos habeantur. Et,cum in eadem Eccleſia dignus non inuenitur, tunc primùm aliquis de altera Eccleſia deligatur:& quamuis neceſsitas eueniat,tamen inuidioſè nullo modo conſecretur.

Idem & Nicolaus primus,circa annum Domini 870 decreuit,uel potius ſuo tempore fuiſſe in uſu affirmauit. Nam Guilhelmus bibliothecarius Lateranenſis,cuius Blondus ſæpe meminit,ſic in Appendice ad Damaſum in Nicolai huius uita ſcribit: Item ſancimus,ut epiſcopos per Æmiliam non conſecres, niſi poſt electionem Ducis,cleri & populi, per epiſtolam Apoſtolicæ ſedis præſulis acceperis conſecrandi licentiam.

Item Hadrianus tertius,ſynodum quandam habuit,in qua determinauit electionem liberam eſſe,& ſimul ad ſpirituales ac Laicos pertinere debere : quemadmodũ id Platina in uita illius conteſtatur.

Gratianus initio diſt.63. decretum quoddam Hadriani ponit, contra Laicorum electionem,quod decretum in quibuſdam gloſsis huic Adriano 3. attribuitur. Verùm noſtra hæc tum præcedentia, tum ſequentia teſtimonia perſpicuè oſtendunt, illud neque primo,neque ſecundo,neque etiam tertio adſcribi poſſe,ſed merum eſſe commentum atq; mendacium.

Paſcalis item papa,huius nominis ſecundus,Lugduni Galliæ egit concilium,ubi inter cæteros quoſdam etiam hunc Canonem ad incudem reuocauit: Quòd nimirũ epiſcopus non debeat à ſolis eligi ſacerdotibus,ſed etiam à plebe eius loci : ut teſtis eſt Auentinus lib. 6.Eſtq; id factum antè annos(ni fallor)450.

Ad eundem modum & Crantzius ſcribit in ſua Metropoli,etiam Calixtum papã, poſt Paſchalem in quodam concilio decreuiſſe,ut electio coniunctim permittatur liberа clericis atq; laicis.

Eugenius item tertius,præciſè ante annos 400,Bullam quandam de archiepiſcopo Madeburgenſi perſcripſit ad alios quoſdam cõplures epiſcopos Germaniæ, quæ quidem eſt inſerta in hiſtoriam Othonis Friſingenſis, in cuius 2 lib. de geſtis Friderici,cap.8.hæc uerba leguntur: Cum enim translationes epiſcoporum ſine manifeſtæ neceſsitatis & utilitatis indicio,diuinæ legis oraculum non permittat, cum etiã multo

multo amplior quàm in alijs electionibus cleri & populi, eas debeat præuenire concordia in facienda translatione, & uenerabili fratre nostro Gnicmano episcopo Cicensi, nihil horum est, &c.

Clarè hic audimus, cùm in electione, tum translatione alicuius episcopi, ex una diœcesi in aliam, necessariò requiri electionem uel consensum cleri & plebis. Mandat etiam in fine, ut ecclesiæ Madeburgensi, id est, clericis & populo (quemadmodũ ipse paulo antè significauit) liberrima concedatur electio. Estq; hic episcopus factus, deinde Madeburgensis archiepiscopus, proculdubio per liberam illam, & à pontifice mandatam, Laicorum simul & clericorum electionem.

Diligenter etiam & hoc est obseruandum, quòd hæc Bulla Papæ tempore Gratiani, Decretorum collectoris, scripta sit: ut mirum uideri queat, quòd adeò contra communem morem ac usum, contra sententiam Pontificis, & clara ac perspicua testimonia, quæ ipsemet recenset, consultò in alteram partem inclinarit atq; decreuerit, seu in suo decreto concluserit.

Hæc satis nunc sint, testimonij loco, quòd non solùm ex Scriptura sacra, & Patrũ scriptis, sed etiam de sententia Pontificum & Conciliorum sanctionibus constet, electionem episcoporum ad totum clericorum ac sacerdotum cœtum, simulq; etiam ad Plebem loci illius, siue ij fuerint nobiles, siue ignobiles, maximè uerò ad uniuersum Populum metropolis in ea diœcesi pertinere. Nunc porrò etiam Imperiales quasdã constitutiones & testimonia adducam.

¶ Antiquiores Imperatores sæpius huiusmodi electionem confirmarunt, uel potius iustam usitatamq; esse contestati sunt: ut clarè patet ex Imperialibus constitutionibus. In codice Iustiniani expressè hæc uerba habentur: Si quenquam uel in hac Regia urbe, uel in cæteris prouincijs, quæ toto orbe terrarum diffusæ sunt, ad episcopatus gradum prouehi Deo autore contigerit, puris Hominũ mentibus, nuda electionis conscientia, sincero Omnium iudicio proferatur.

Item: Decreto facto, cum iureiurando omnium possessorum in ea ciuitate consistentium, electione facienda à Deo amabili episcopo & uenerabili clero, & Alijs in ciuitate bonæ opinioni studentibus orthodoxis.

Ibidem: Ita enim eos præcipimus ordinari, ut Reuerendissimorum episcoporum, nec non clericorum & honoratorum possessorũ & curialium decreto constituatur.

Sic & in Nouellis definitur in hæc uerba: Sequentes igitur ea quæ sacris sunt definita canonibus, pragmaticam legem facimus, per quam sancimus, ut quoties opus fuerit ordinare episcopũ, coeant in unum clerici & primates ciuitatis, cui episcopus ordinandus est, & propositis Euangelijs de tribus personis decreta faciant: & quisque eorũ iuret per sacra eloquia, idq; ipsis decretis inserant, quòd neq; per largitionem, neq; promissionem, aut amicitiam, aut gratiam, aut quamcunq; aliam affectionem, sed quòd sciant ipsos rectæ & catholicæ fidei ac honestæ uitæ esse, & supra 35 ætatis annum, hosce Elegerint.

Item in Codice: Sequentes doctrinam sanctorum Apostolorum, de eo quòd debeant Eligi integerrimi & incorruptissimi sacerdotes, qui quidem ea re maximè cõstituuntur, ut suis precibus beneuolentiã Dei clementissimi Rebuspub. acquirant, præsenti constitutione sancimus: Quoties sacerdotalem sedem in ciuitate quapiam uacare contigerit, ut suffragia ferantur ab Incolentibus eam ciuitatem, de tribus qui in recta fide, ac uitæ sanctimonia, alijsq; optimis in rebus spectati & probati sunt, ut ex ijs qui maximè idoneus erit, in episcopatum cooptetur. Hic liquidò apparet, in primitiua Ecclesia & usitatum & comprobatum fuisse, ut etiam Laici eligerent episcopos ac pastores, unà cum clericis.

¶ Carolus Magnus, primus Imperator Germanus, & autor Romani Imperij in Germania, ac multorũ episcopatuũ fundator, inter alias cõplures leges de Ecclesijs, & hãc de episcoporũ electione, nõ sine summo suorũ episcoporũ atq; procerũ cõsensu condidit: Ne scilicet eam soli usurpent sacerdotes siue clerici, sed laici quoq;.

Verba autem eius hæc sunt: Sacrorum quoq; Canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta Ecclesia suo liberius potiatur honore, assensum ordini Ecclesiastico præbemus, ut scilicet episcopi per electionem cleri & populi, secundum statuta Canonū de propria diœcesi, remota personarum & munerum acceptione, ob uitę meritum & sapientię donum eligantur, ut exemplo & uerbo sibi subiectis usquequaque prodesse ualeant. Præcipimus etiam omnibus ditioni nostræ subiectis, ut nullus priuilegia Ecclesiarum, Monasteriorum, aut Ecclesias diripere prætentet. Quia sicut à sanctis patribus instructi sumus, grauissimum hoc peccatum esse dignoscitur.

Reperitur autem hæc Caroli Magni modò recitata constitutio in Anſegiſo abbate: item, in amplo ipsius edicto: item, in defensione libertatis Gallicarum ecclesiarū, editionis ultimæ Duarenninæ: nec non distinct. 63. Canonum sacrorum.

Debebat etiam ea Caroli Magni constitutio meritò apud Ecclesiasticos in precio tanto haberi maiore, quanto ea habuit autorem præstantiorem, potentiorem, sapiētiorem, atq; pietate præditum magis insigni, qui & primus fuit Germanorum Imperator, imò ἐξαρχος Romani Imperij apud Germanos: & denique qui tam multas episcoporum, abbatum & prælatorum sedes partim constituit, partim iam constitutas tum opibus ac reditibus auxit, tum priuilegijs ac immunitatibus cōmuniuit.

Extat etiam donatio quædam Ludouici Cæsaris, qui filius fuit Caroli Magni, inserta Decreto, distinct. 63. in qua expresse statuitur, eum debere esse ac haberi episcopum Romanum, quem Omnes Romani, id est uniuersus populus Romanus uno consensu elegerit. Est igitur & hoc illustre testimonium Ludouici Cæsaris, eius nominis primi, qui secutus patrem suum Carolum Magnum, statuit, electionem episcopi simul spectare ad Laicos & clericos. Atq; hic Imperator est alio nomine nuncupatus Pius: qui & ipse amplissimè monasteriorum & episcopatuum reditus auxit, additis insuper compluribus immunitatum priuilegijs. Quam ob causam certè meritò constitutio ipsius in episcoporum & abbatum electione ualere deberet.

Porrò scribit Platina in uita Hadriani secundi, Cæsarem Ludouicum secundum, circiter annum Christi 870, in hanc sententiam ad Romanos, ubi Hadrianum secundum suffragijs populi ac clericorum elegissent, scripsisse. A discribam Platinæ locum.

Superuenere à Ludouico Imperatore literę, quibus Romanos admodum laudat, quòd summum pontificem sanctè & integrè creassent: non expectato aliorum uoto, qui fortè ea in re, ob ignorationem personarum, minus iudicij habuissent. Qui enim posse fieri dicebat, ut peregrinus & hospes dignoscere posset in aliena Repub. quis potissimùm cæteris præferendus sit? Id maximè ad ciues pertinere: & ad eos præsertim, qui cum inquilinis familiariter uixere.

Perspicua certè & manifesta est & hæc Cæsaris sententia, cui & causæ graues sunt additæ, quòd & quare statuat, electionem, qua eligendus est episcopus, præcipuè ad ciues pertinere.

Similiter scribit idem Platina, in uita Leonis octaui, de Cæsare Otthone primo. Verba eius hæc sunt: Leo octauus, protoscriniarius, à clero populoque Romano, pulso Iohanne, pontifex creatur. Nam cum Iohānes flagitiosè & intemperanter uiueret, instarentq; Romani apud Imperatorem, ut alterum pontificem abrogato Iohāne crearet: respondit, electionem ad populum & clerum pertinere, eligerent quē maximè idoneum putarent, se eum statim approbaturum. Vnde cum Leonem elegissent, quem ipse confirmauerat: deinde mutata sententia, abrogato eodem, Benedictum suffeciſſent: iratus Otthoneos ui & armis compulit, dedito etiam Benedicto, Leonem suscipere.

Perspicuum est & hoc testimonium Otthonis Imperatoris, huius nominis primi, quo ostenditur, electionem iurè & uerè esse totius plebis, omnium ue ciuium, & clericorum siue sacerdotum ordinis. Confirmauitq; hoc præstantissimus Imperator non uerbis solùm, sed opere quoq;, ac facto. Cum enim data sibi esset potestas eligendi aut constituendi Romanū aliquem episcopū, ciues ipsos (ut modò dictū est) cohortatus

cohortatus est, ut omnino ipsimet eum, quem maximè probarent, eligerent: licet plurimum ipsius interesse uidebatur, talem illic esse episcopum, qui optimo semper erga eum esset animo, & fide summa.

Fuit autem & hic Ottho maximè celebris ac illustris Imperator. nam & Romanũ Imperium instaurauit ac auxit plurimùm, in bellis multa præclara gesit, sapientia & pietate multùm excelluit, prælaturas etiam atque episcopatus in Germania non paucos constituit, in quorum numero & Madeburgensis est archiepiscopatus: plerosq; uerò cumulatè auxit opibus, & priuilegijs confirmauit.

Quare & huius tam constans sententia ac uoluntas, quam ipse prorsus diuinam esse censuit, & ut diuinum mandatum ueneratus est, meritò in uniuerso Imperio Romano, cum primis uerò in archiepiscopatu Madeburgensi, & alijs ab ipso constitutis magnifieri, imò & irrefragabiliter seruari debebat.

Proculdubio etiam idem habent & uolunt fundatiões ipsius ac priuilegia, si modò non (quod uerendum est) sunt adulterata: uelut de secundo episcopo Madeburgensi, Gislero scilicet, in uita ipsius legitur, quòd multa priuilegia partim corruperit & deprauauerit, partim etiam combusserit, prout commodum ipsi uisum fuit.

Recensui igitur quatuor potentissimorum, pientissimorumq; Cæsarum de Electione episcoporum sententias, quæ profectò hoc etiam nomine plurimum momẽti habere deberent, quòd episcopatus maxima ferè ex parte ab illis fundati, amplissimisq; reditibus sunt locupletati: ut ita uel ipsa æquitate postulante, ipsorum tam pia uoluntas atq; constitutiones suum habere deberent locum, ut nimirum etiamnum non solùm à sacrificulis, ijsq; perpaucis, sed coniunctim ab uniuerso cùm clero tum populo, eoq; tam nobili quàm ignobili, fieret electio. Verùm ut hæc testimonia pro iure electionis episcoporum ueluti in compendium redigam, adscribam prolixum locum Nic. Cusani Cardinalis, ex secundo libro De concordantia catholica: ubi ille eandem rem agit, citatis compendio pluribus testimonijs ueterum.

EX LIBRO II CVSANI DE
Concordantia catholica.

Ex quo patet, quòd si inuitis daretur episcopus, quoniam contra magnam synodum est, quæ per electionis uiam statuit esse prouidendũ, quòd tunc reprobari posset sic datus. Et hoc probat textus 61. dist. nullus inuitis detur episcopus. Vbi istud capitulum iam suprapositum proximè per Celestinum definitur, qui dicit: quòd Cleri ci facultatem habeant renitendi, si se contra huiusmodi decretum uiderint prægrauari: & quos sibi ingeri ex transuerso uiderint, non timeant refutare. Facit c. obitum. c. dist. & ad idem 63. distinct. si fortè. ubi dicit textus, quòd in duobus in discordia electis, metropolitani iudicio detur unus, qui petitus sit: & nullus detur inuitis, Ne plebs inuita episcopum non optatum contemnat. Et facit ad hoc bene 33. q. 2. de ineptis: quia si unum corpus spirituale constitui debet ex episcopo & plebe, tunc cõsensus necessarius uidetur: ut ibi de matrimonio carnali dicitur, quoniam non dubium inter Episcopum & Ecclesiã matrimonium est. 3. q. 2. audimus, cum similibus. Et propterea dicit textus 1. q. 1. ordinationes: quòd ordinationes, quæ non fiunt cõmuni consensu clericorum, uel presbyterorum, secundum Canonicas sanctiones, & ab ijs ad quos consecratio pertinet non comprobantur, falsas esse iudicamus: quoniam, qui aliter ordinantur, non per ostium, id est Christum intrant, sed (ut ipsa ueritas testatur) fures sunt, & latrones. Et ratio huius est: quoniam consensus de essentia matrimonij est, ut superius habetur. diuersitas enim ordinum præpositorum & subiectorum, pro conseruatione Reip. ordinata est: ut dum reuerentiam exhibent minores potioribus, & potiores minoribus dilectionem, uera concordia ex diuersitate contexeretur: & rectè officiorum generaretur administratio. ut 89. distinction. ad hoc. 45. distinct. licet.

Igitur ex concordia subsistit Ecclesia. Quare inuitis præses non rectè præponitur. de quo pulchrè 83. distinct. esto. Sed oportet quòd ille qui præest, ab omnibus quib.

præeſt, conſtituatur tacitè uel expreſsè. ſin autem aliter præſumptum fuerit, uiribus carere dubium non eſt, quia irritum eſt. 66. diſtinct. archiepiſcopus. qui eſt textus Anitij papæ, qui dicit alibi: Oportet, qui omnib. præeſſe debet, ab omnib. eligatur.

Et quòd ille textus, archiepiſcopus, qui loquitur de ordinatione, intelligatur de electione: patet in originali, & in Panormia Iuonis, qui dicit: Oportet autem, ut ille qui omnibus præeſſe uidetur, ab omnibus illis eligatur & ordinetur. Verbum Oportet, eſt uerbum neceſsitatis. 50. diſtinct. Domino ſancto. 1. aliter non poſſe. 3. q. 6. dudum quod pro præmiſsis. & c. epiſcopo. 8. q. 1. eſt notandũ. Idem etiam optimè probat c. metropolitano. 63. diſt. & c. Valentianus.

Ordinatio enim ſæpe idem eſt quod electio: 61. diſtinct. ſacerdotibus. Per conſenſum enim eligentium & electi, hoc matrimonium conſtituitur: ut not. in c. cum inter Canonicas. de elec. & 63. diſt. quanto. in gloſ. Electio autem conſenſui æquiparatur, ut eſt textus in c. epiſcopos. 63 diſtinct. hoc eſt, matrimonium quod inter eligentes & electum contrahitur: ut notatur in c. 1. de transla. c. 1. ſecundum Inno. per eligentes inter Eccleſiam & electum contrahitur: ut notatur in c. 1. de transla. De hoc etiã in c. obeuntibus. 63. diſtinct.

Et quia omnis cura reformationis ſtat in hoc, ut præſides, rectores & gubernatores boni conſtituantur: quoniam, ſi quæ lex animata eſſe debet in terris, bona nõ eſt, quale periculum ſubiectis immineat, facile ſcire quiſq; poteſt. Vnde in conſtituendis rectoribus Eccleſiaſticis, qui inuitis dari non debent, diuina præcepta ſunt, ut per electionem procedatur. Et ut paucis contentemur allegationibus, ita ſcribit ſanctus Cyprianus in epiſtola de Martiale & Baſilide, ubi dicit, quòd plebs in ſua potestate habet eligendi dignos ſacerdotes, uel indignos recuſandi: Quod & ipſum (diuinitus) uidemus de diuina autoritate deſcendere, ut ſacerdos plebe præſente, ſub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac teſtimonio comprobetur, ſicut in Numeris Dominus Moyſi præcipit: Prende Aaron fratrem tuum, & Eleazar filium eius, & pones eos in mõtem coram omni ſynagoga, & exue Aaron ſtolam eius, & indue Eleazar filiũ eius: & Aaron appoſitus morietur illic. Corã omni ſynagoga iubet Deus conſtitui ſacerdotem: id eſt, inſtruit & oſtendit ordines ſacerdotales, non niſi ſub populi adſiſtentis conſcientia fieri oportere: ut plebe præſente, uel detegantur malorum crimina, uel bonorum merita prædicentur, & ſit ordinatio iuſta & legitima, quæ omnium ſuffragio & iudicio fuit examinata. Quod poſtea ſecundũ diuina myſteria ſeruatur in Actibus Apoſtolorũ, quãdo de ordinãdo in locũ Iudæ, Petrus ad plebẽ loquitur: Surrexit Petrus (inquit) in medio fratrũ diſcentiũ, fuit aũt turba in unũ. Nec hoc in epiſcoporũ tãtũ, & ſacerdotũ, ſed in diaconorũ ordinib. obſeruaſſe Apoſtolos, animaduertimus. de quo & ipſo in Actibus Apoſtolorum ſcriptum eſt: Et cõuocauerunt (inquit) illi duodecim totam plebem diſcipulorũ. Quod utiq; idcirco tam diligenter & cautè, conuocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris miniſterium uel ſacerdotalem locum indignus obreperet. Hæc ille.

Et Act. 6. ſuper illo tex. gloſ. dicunt, quod cõſenſum multitudinis quæſiuerũt 12. Apoſtoli, omnium fidelium qui diſcipuli uocabantur: & hoc, ut exemplum darent, quoniam hic ordo ſeruandus eſt in ordinandis. Eligere debet populus, & ordinare epiſcopus. De eodem loquitur ſanctus Hieron. & habetur 8. q. 1. licet. & c. ſi ergo. ubi de hoc. & 21. diſt. in nouo. ubi Anacletus papa dicit, de uoluntate Apoſtolorũ, Petrum præſidem factum: & quòd Apoſtoli elegerunt L X X I I. diſcipulos.

Vbi licet legatur in epiſtola Clementis, Petrum miſiſſe epiſcopos per Gallias, & alias partes: & ita etiam Clementi præcepiſſe, ut ipſe ad illas partes mitteret, quò ipſe non miſiſſet: & ſic omnes patriarchæ, archiepiſcopi & epiſcopi, à ſede Apoſtolica egreſsi ſunt. Ita intelligo textum 22. diſt. c. 1. qui fuit Nicolai papæ, qui penè octingẽtis annis fuit poſt Chriſtum: licet manifeſtum ſit, quòd non in omnes partes mũdi de Roma miſsi ſint epiſcopi. iam enim erant multi epiſcopi per mundum, antequam Petrus uenit Romam, ut eſt manifeſtum: quia Antiochiæ & Hieroſolymis (& etiam

etiam ex illa epistola Clementis apparet, qui scribit Iacobo Hierosolymorum, ut ipse per Orientem mittat) tamen hoc non concludit, Papam solum à principio patriarchas siue primates constituisse, ut quidam dicunt ADVLATORES: quoniam tota Ecclesia, siue Apostoli, qui totam Ecclesiam repræsentant proquinquius quàm solus Petrus, primates constituerunt. 99. distinct. nulli. qui textus dicit: Apostoli eorumq; successores. neque concludit, Ecclesijs aliquando fuisse præuisum sine electione: quia tunc non fuerunt Ecclesiæ, sed missi fuerunt ad ædificandas Ecclesias. & ideo electio locum habere non potuit: quia Ecclesia eligens tunc defecit. Vnde illi missi, gerentes figuram Christi, secundi Adæ, ex costa sua, scilicet diuini uerbi, sibi Euam ædificarunt, quam desponsauerant: & sic Euæ genitæ post hæc non dabatur nisi sponsus desideratus. Sic hodie non dubium est, Papam ad partes infidelium prædicatores mittere posse, ad modum Petri uel Clementis: ut hęc probat textus Nulli, supra allegatus.

Et ita intelligit Hostien. in Summa de offic. legat. ubi dum de his quæ sedi Apostolicæ dicuntur reseruata, dicit, erectiones cathedralium ad eum spectare. & ideo dicitur, ab ecclesia Rom. omnes dignitates originem sumpsisse. 22. distinct. c. 1. Hæc ille. Ecce ergo patet, electiones de diuino iure esse: præsertim quòd inuito non detur populo episcopatus. Et consequenter est contra omnem rationem, dare non expetitum.

Vnde Leo papa 62. dist. Nulla ratio finit, ut inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sint electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus episcopis cũ metropolitani iudicio consecrati. Ecce tria requirit, ad hoc quòd præses rationabiliter constituatur: electionem cleri, consensum plebis, & iudicium metropolitani. & de hoc infinita (ut ita dicam) iura sunt.

Si igitur Ecclesia reformari debet: necessarium est, diuina & naturalia iura, & canonum sanctiones circa materiam electionum repeti, & amplius seruari. Vnde Siricius papa, de qualitate ordinandorum & eligendorum, in epistola ad orthodoxos per diuersas prouincias, scribit: Cogitantibus nobis metum diuini iudicij, fratres charissimi, & post hanc uitam unumquemque prout gesserit recepturum, quid ueniat in querelam, tacere non licuit, sed nos loqui necessitas imperauit. dicit Propheta: Exalta ut tuba uocem tuam. & cui omnium Ecclesiarum cura est, si dissimulem, audiam Dominum dicentem: Reijcitis mandata Dei, ut traditiones uestras statuatis. Quid enim aliud est, reijcere mandata Dei, quàm priuato iudicio & humano consilio nouis rebus constituendis liberius delectari? Perlatum itaq; est ad conscientiam Apostolicæ sedis, contra Ecclesiasticum canonem præsumi, & quòd ita sunt à maioribus ordinata, ut ne uel leui susurro debeant uiolari: proprias quasdam nouas obseruationes inducere, & prætermisso fundamento super arenam constituere uelle, Domino dicente: Non transfer terminos, quos posuerunt patres tui. Quod & sanctus quoq; Apostolus, noui & ueteris Testamenti prædicator monet, in quo locutus est Christ?: State (inquit) & tenete traditiones uestras, quas didicistis siue per uerbum, siue per epistolam. Et infrà: De quo, charissimi, mihi ante uestram sinceritatem huiusmodi literæ cucurrerunt, multo fratrũ & sacerdotũ consensu, ut hac nostra subscriptione firmata Ecclesiasticorum Canonum dispositio, quæ apud Niceam tractata & confirmata est, suo merito fundatissima permaneret. Hæc ille.

Ecce quòd contra mandatum Dei est, reijcere canones. Vnde licet Romanus pontifex aliquando pro necessitate uel utilitate Ecclesiæ, laxare posset præcepta Canonica: quæ nullatenus mutilanda sunt, his casibus cessantibus, ut hoc Iuo & Gelasius dicũt, 1. q. 7. c. & si Gelasius. & c. quod pro remedio: tamen omnia iura electionis tollere penitus, & suæ dispositioni reseruare Ecclesiasticarum rerum dispositionem, puto Papam non posse: quoniam electio diuini & humani iuris est: & præceptum Dei est, cui Papa obedire tenetur, qui terminos patrum transferre non debent. faciunt ea quæ notantur 14. distinct. sicut, & 1. q. 7. nisi rigor. & 25. q. 1. sunt quidam. quoniam

in totum tollere non potest: contra quod ex causis prætactis dispensat.

Et quia per tacitum consensum totius Ecclesiæ, Romani pontifices reseruationibus factis usi sunt, nec sunt dati episcopi repudiati & reprobati, sicut tamen meo iudicio reprobari poterant: tunc in consensum transiuit taciturnitas, quod sufficit pro titulo eorum qui præfecti sunt: taciturnitas pro consensu habetur, ut tractatur in regula, Qui tacet. Et hoc casu, quando non opponitur, ut notat glos. antiqui ca. nosse. 63. distinct. qui dicit, In publico negocio qui se non opponit, cum possit, consentire intelligitur. & ca. eligendo pastorem, intelligitur contrahere sponsalia Ecclesiæ. Vnde cum Ecclesia non reclamauerit, intelligitur consentire: uelut si pater contrahat sponsalia filiæ suæ, si tacet, consentire intelligitur. Hæc ibi.

Et idem Archi. 25. dist. episcopus sine. Sic in proposito, si Papa supplet locum patris, & dat sponsum, & etiam tacet, & recipit, consensus intelligitur. Ita dicit Lau. c. episcopus. 24. dist. ubi cum textus diceret, quòd episcopus sine concilio clericorum

Quod ergo populus Apostolorum temporibus uota suffragiaq; sua in eligendo aliquo sacerdote aut episcopo clero coniunxerit, suprà ex Apostolorum actis est demonstratum. Quod item post Apostolorum tempora idem mos in primitiua Ecclesia fit seruatus, testimonijs Cypriani suprà ostendimus.

Deinde quòd electio 400, imò & 500 & 600 annis post Christum sit facta à Laicis, prolixè suprà ex Hieronymo, Ambrosio, Paulo Diacono, papa Leone, Cœlestino, Gelasio & Bonifacio audiuimus. Quod deniq; etiam deinceps 700 ac 800 annis post Christum ita acciderit, suprà ex epistolis Hadriani pontificis ad Imperatorem Carolum Magnum cognouimus.

Habentur etiamnum epistolę quædam Hatonis, abbatis cuiusdá Fuldensis, descriptæ in membranis, in quibus ad Leonem papam scribit, quòd celebris ille Rabanus Maurus archiepiscopus Moguntię, etiam Laicorum & Clericorum unanimi consensu sit creatus episcopus, tempore Caroli Magni.

In Platina, alijsq; Vitarũ papaliũ scriptoribus, de cõplurib. pontificib. legitur, quòd à toto Clero, totoq; Populo Romano sint electi: quos hic enumerare nimis longũ foret, & non necesse. Ante annos aũt circiter 300, electio pontificum in solos Cardinales est translata. Quod ergo iuris fuit plebi Romanæ in eligendo suo episcopo, hoc proculdubio est & alijs.

Item Georgius per literas mandat Ioanni suo subdiacono, ut eat ac exploret, utrum omnes ciues Mediolanenses unanimiter sibi elegissent episcopum Constantinum, nec ne. Nisi enim ita esset, non esse eum ordinandum. distinct. 63. Eodem etiam loco Decreti, similiter decernunt Gelasius, Stephanus, Nicolaus, Pelagius, & de cõpluribus designatis episcopis scribunt, non esse eos ordinandos, nisi prius legitimè sint electi à tota plebe.

Rationem uerò aut formam huius consuetudinis significat Isidorus in lib. Officiorum, qualis nempe ea suis temporibus, hoc est, ante annos 700 fuerit, hisce uerbis, Canone 20, distinct. 63. Si in plebibus archiepiscopi obierint, aut pro aliquo reatu exinde electi fuerint, archidiaconus quàm citius proficiscatur illuc, & cum clericis & populis ipsius plebis electionem faciat, quatenus dignus pastor domui Dei constituatur: & dum ordinatur eius prouidentia, ipsa plebs custodiatur.

Suprà etiam, ubi de iure electionis est actum, recitata est sententia epistolarũ Hincmari archiepiscopi Remensis: uerùm eæ huc quoq; ad usum aut consuetudinem electionis pertinent.

Præterea possunt alia complura testimonia uetervm Agendorum & Pontificaliũ huc adscribi, quorum usus ante nostra tempora fuit in Germania: ex quibus liquidò perspici potest, electionem episcoporum & sacerdotum fuisse penes populum siue Laicos. Sed uerba aliqua huc bona fide adscribam, quæ etiam, sicut & Hincmari, Catalogo meo inserta sunt.

¶ Dominis patribus N. uenerabilibus scilicet Episcopis diœceseos metropolitanæ, clerus, ordo & plebs, huic sanctæ Ecclesiæ speciàliter obsequentes. Vestræ paternitati est cognitum, quantum temporis est, ex quo accidentibus uarijs euentibus hęc sancta Ecclesia metropolis nostro sit uiduata pastore, ac destituta rectore. Quod non solùm ad nostrum, uerùm ad uestrum ac omnis diœceseos detrimentum pertinere dignoscitur, cum totius prouinciæ sollicitudinem metropolitano conster esse commissam. Propterea eligimus huius diœceseos, huius Ecclesiæ presbyterum, nomine N. nobis sufficientissimè cognitum, natalibus & moribus nobilem, Apostolica & Ecclesiastica disciplina imbutum, fide catholicum, natura prudentem, docibilem, patientem moribus, temperatum uita, castum & sobrium, humilem, affabilem, misericordem, literatum, in lege Dei sic instructum, in Scripturarum sensibus cautũ, in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatum, & secundum Scripturarum tramitem, traditionemq; Orthodoxorum & Canonum ac Decretorum, sedis Apostolicæ præsulum constitutiones, sano sensu Ecclesiasticas regulas intelligentem, sanoq; sermone docen-

docentem ac seruantem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem,& cum modestia corripientem eos qui resistunt: & si qui sanæ doctrinæ aduersantur, eis resistere & redarguere prævalentem, hospitalem, modestum,suæ domui bene præpositum,non neophytum,habentem testimonium bonum, in gradibus singulis secundum traditionem Ecclesiasticá ministrantem:ad omne opus bonum & satisfactionem,omni poscenti rationem de ea quæ in illo est spe,paratum. Quem nobis quantocyus petimus ordinari pontificem, quatenus autore Domino regulariter nobis præesse ualeat,& prodesse, & nos sub eius regimine salubriter Domino militare possimus. Quia integritas præsidentium, salus est subditorum:& ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sanę est forma doctrinæ.Vt autemomnium nostrorũ uota in hanc electionem conuenire noscatis, huic decreto Canonico promptissima uoluntate singuli manibus proprijs laborantes subscripsimus.

Item Subscriptio episcoporum in electionem episcopi.

¶ Ille illius Ecclesiæ archiepiscopus,in electionem Domini N.Ecclesiæ ill.episcopi subscripsi. Isti,in ordinationem illius Ecclesiæ episcopi,ipso consentiente ordinati consenserunt,quod præsens inscriptio manifestat.

Et paulo pòst sequitur rubrica:Tunc aduocantur in basilicam presbyteri à dextris eius,& diaconi à sinistris.Ipse uerò inclinato capite,in medio eorum incedit,usq; dũ ueniat ante altare: tunc exuatur casula, & induat eum Pontifex planeta, & legat breuem hunc modum continentem:Ciues,inquit, nostri elegerunt sibi hunc pastorem.Oremus itaq; Deum pro hoc uiro,ut Deus omnipotens infundat in eum gratiã spiritus sui, ut dignus habeatur ad cathedram episcopatus regendam. Et respondetur à Schola:Christe audi nos.& cantatur Letania,&c.

Ex eisdem Pontificalibus, quòd etiam sacerdotes à Plebe eligi oportuit.

¶ Et alloquatur populum sequentibus uerbis,pro ordinando presbytero:Quemadmodum,dilectissimi fratres,rectori nauis & nauigio deferendis eadem est uel securitatis ratio,uel timoris:ita communis eorum debet esse sententia, quorum causa communis existit.Nec frustra à patribus reminiscimur institutum,ut de electione eorum qui ad regimen altaris adhibendi sunt,CONSVLATVR ET POPVLVS: quia de actu,& de conuersatione præsentandi,quod nonnunquam ignoratur à pluribus,scitur à paucis:& necesse est,ut facilius quis obedientiam exhibeat ordinato, cui assensum præbuit ordinando.Fratrum nostrorum & presbyterorum N.conuersatio,quantum mihi uidetur,probata,ac Deo placita est,& digna (ut arbitror) Ecclesiasticæ honoris augmento:ne unum fortasse uel paucos aut decipiat assensio,aut fallat affectio, sententia est expetenda multorum,Itaq; quid de eorum moribus aut actibus nouerritis,quid de meritis consentiatis,Deo teste consulimus. Debet hanc fidem charitas uestra habere,quam secundum præceptum Euangelij & Deo exhibere debetis, & proximo:ut hic testimonium sacerdotij magis pro merito , quàm affectione aliqua tribuatis.Et qui deuotionem omnium expectamus,intelligere tacentes non possumus.Scimus tamen,quòd est acceptabilis Deo,aderit per Spiritum sanctum consensus unus omnium animorum:& ideo electionem uestram debetis publica uoce profiteri. Illis autem profitentibus, dicat eis episcopus, qui ad presbyterij gradum prouehendi sunt,&c.

Rubrica ex ueteri Pontificali Maguntino,de ordinatione episcopi.

¶ Ita quoq; examinatus & plenè instructus cum consensu Clericorum & Laicorũ, ac conuentu totius prouinciæ episcoporum, maximeq; metropolitani authoritate aut præsentia ordinetur.Nullus inuitis detur episcopus:cleri,plebis, & ordinis consensus & desiderium requiratur.His ita peractis,duo episcopi cooperatores ordinis sacri reducunt electum in sacrarium.

Et paulo pòst sequitur sermo metropolitani ad plebem & clerum.

¶ Seruanda est,dilectissimi fratres,in excessu sacerdotum lex,& antiqua Ecclesiæ consuetudo,

consuetudo, ut decedentibus alijs, quiq; dignissimi subrogentur, per quorũ doctrinam fides catholica & religio Christiana subsistat, ne in ouile Domini prædo uiolentus irrumpat, & dispersas absq; pastore oues fur nocturnus inuadat. Recepto itaq; dispensatione Dei, sacerdote nostro: sollicitè uobis agendum est, ut in locum defuncti talis successor præparetur Ecclesiæ, cuius peruigili cura, & instanti sollicitudine ordo Ecclesiæ & credentium fides in Dei timore melius conualescat, qui (præcipiente Apostolo) in omni doctrina formam boni operis ipse præbeat: cuiq; habitus, sermo, uultus, incessus, doctrina, uirtus sit, qua nos ut pastor bonus instruat, exemplo patientiæ doceat, doctrina religionis instituat, & in omni opere bono confirmet charitatis exemplo. Secundum igitur uoluntatem Domini in locum sanctæ memoriæ illius, nomine Ill. uirum, uenerabilem testimonio presbyterum, & totius cleri consilio, ciuium & consistentium, credimus eligendum: uirum (ut nostis) natalibus nobilem, moribus clarum, religione probum, fide stabilem, misericordia abundantem, humilem, castum, pacificum, patientem, charitatem habentem, tenacem in cunctis quæ in sacerdote eligenda sunt, bonis operibus exuberantem. Hunc ergo dilectissimi fratres, testimonio boni operis electum, dignissimum sacerdotio consonantibus laudibus clamate, & dicite: Dignus est.

¶ Id certè euidens testimonium est, quòd præbent ipsi Pontificales libri (quos re postulante exhibere possum) eiusmodi praxin & morem uiguisse in Ecclesia: uel eam fuisse rationem eligendi, & ordinandi siue inautorandi presbyteros.

Habeo insuper Agendam, temporibus Ottonis tertij conscriptam aut compositam (facit enim aliquoties eius mentionem) quæ eandem rationem eligendi & consecrandi episcopi comprobat: ut nullum prorsus sit dubiũ, quin summi illi & celeberrimi Imperatores Ottones, à quibus Madeburgensis archiepiscopatus alijq; complures fundati sunt, ubiq; hunc ordinem seruandum sanciuerint.

Platina quidem persæpè meminit in suis Pontificum uitis, omnino oportuisse designari episcopum tam Romanum, quàm alios etiam, à Laicis.

Sunt præterea & alij non pauci Madeburgenses archiepiscopi coniunctis uotis cùm Clericorum tum Laicorum electi: sicuti in Chronico Madeburgensi & uitis episcoporum disertè dicitur de Henrico, Notkero, Nordberto & Conrado: quod tum ex Crantzio, tum ex uitis episcoporum, tum deniq; & ex historia ciuitatis Madeburgensis patet.

Cum primis uerò notandum est, quòd, cum non posset conuenire inter ciues de electione Nordberti, primores populi & sacerdotum coacti sint Spiram ire, ibiq; coram Cæsare & legatis Ponrificijs electionem facere consentientibus sententijs. Inde enim liquidissimè apparet, plebem omnino habuisse ius & potestatem eligendi episcopum. Præter hos quatuor autem episcopos Madeburgenses, significat Chronicon, tres alios episcopos cùm à Clericis, tum à Laicis fuisse electos: qui tamen alias ob causas non sunt admissi ad gubernationem.

Ad hæc testatur Chronicon Madeburgense, statim initiò tertium episcopum Dageno nomine, à Cæsare quidem fuisse datum & constitutum: sed non præter consensum & suffragia tum Clericorum, tum Laicorum.

Vnde animaduerti potest, Laicos statim initiò habuisse potestatem ac ius uel eligendi, approbandiq; episcopum, uel etiam repudiandi: sicut suprà quoq; dictum est, eam fuisse mentem & uoluntatem Ottonis Cæsaris, & eius episcopatus fundatoris, quòd electio episcoporum etiam ad Laicos pertineat.

Suprà iam significatum est, Eugenium tertium ante annos 400 Bullam scripsisse, de Guicmano archiepiscopo Madeburgensi, qui in ordine fuit 16 episcopus, quòd omnino necesse sit etiam Laicos adhiberi ad electionem episcopi.

Quod quidem illustre testimonium est, ciues Madeburgenses ac alios, & habuisse semper potestatem suum eligendi episcopum, & usos quoq; ea potestate fuisse inde usq; à tertio episcopo Dageno ad decimumsextum: hoc est, quatuordecim ipsos

continenter elegisse episcopos. Id inquam clarum est testimonium, ex historia desumptum: sine dubio uerò etiam porrò hanc habuerunt potestatem. Mortuus autem est hic decimus sextus archiepiscopus, anno Domini 1193. ut certò inde constet, populũ eius ciuitatis tanto tempore retinuisse eam potestatẽ designandi episcopũ.

Quæ uerò deinceps fuerit ratio electionis Madeburgensis, scire non possum: cõiectari tamen haud obscurè licet, quòd circa annum Domini 1200, Canonici ipsis hanc potestatem sensim imminuere incœperint, pòst etiam uiolentius eos illa spoliauerint. Excreuit enim, & subinde maiores uires assumpsit tyrannis Papæ & suorum, aduersus miseram Plebem & Laicos. Attamen adhuc anno Domini 1368 licitũ illis fuit, & concessum, intercedere pro aliquo, & admonere Canonicos: imò & apud ipsum Pontificem scriptis suis promouere episcopum: sicut & antea usitatum fuerat, eligentes ad Pontificem scribere de episcopo designato. Quod uerò hæcipsorum potestas etiam tum adhuc apud Canonicos aliquid authoritatis habuerit, apparet ex electione Friderici episcopi, qui electus fuit Anno Domini 1368, ut in Chronico Madeburgensi porrò uidere licet.

His similia etiam in Chronico Halberstadensi, & aliorum episcopatuum legũtur de multis episcopis, qui etiam simul electi fuere à Clericis & Laicis.

Auentinus quoq; de compluribus episcopis Ratisbonensibus scriptum reliquit, quòd & ipsi tum à Laicis, tum à Clericis fuerint electi. Vide quoq; Frising. lib. secundo, capite uigesimo octauo.

Similiter & in alijs historicis, de episcopis aliorum locorum copiosè leguntur testimonia.

Vrbanus Papa, qui ante annos 450 sede Pontificia potitus est, celebrat Iuonem, quem inter cætera dicit legitimo ordine, canonicè, simulq; tum à Laicis, tum à Clericis fuisse electum.

Fuit hic Iuo insignis theologus & Canonista, adeò quidem, ut ipse peculiare & proprium Decretum nomine Panormiam, ante Gratianum scripserit, quod & typis fuit excusum. Iam uerò si electio non etiam iure pertinuisset ad laicos, nequaquam tantopere de laicorum electione fuisset gloriatus, multo uerò minus Papa ipsum hoc nomine collaudasset.

Quia uerò hic de Iuone incidit mentio, illud etiam dignissimum obseruatu uidetur, quòd scriptum ipse reliquit epistola c 11: quòd non solùm Carolus Magnus, & filius ipsius Ludouicus, sed multæ etiam synodi illorum temporum, decreuerint & sanciuerint, electionem episcoporum simul pertinere ad totum populum. Quod sanè præclarum est testimonium.

Habeo etiam librum quendam epistolarum Petri Cluniacensis abbatis, qui uixit ante annos 450. qui aliquoties meminit Laicorum electionis, tanquam moris pereueteris & boni, suoq; tempore usitatissimi. Scribit enim ad Innocentium papam, quo cum optima sibi interceſſerat notitia, commendans ipsi quendam Eliam nomine, qui futurus erat episcopus Aurelianensis: petitq;, ut Pontifex eum uelit ordinare. & inter alias causas hanc quoq; affert, quod à Clericis & Laicis suæ diœceseos fuit electus.

Interrogatus item hic Petrus à D. Bernhardo, num Henricus quispiã nomine, habendus sibi sit legitimus episcopus? respondit: Omnino, cum legitimè uocatus sit à suo Clero & Laicis, &c.

Suprà audiuimus, Bullam Eugenij, quæ præcisè ante annos 400 scripta est, adeò magnificè & splendidè de electione Laicorum differentem, ac si tunc temporis idius prorsus non fuisset uocatum in dubium, aut etiam declinare cœpisset, sed potius in summo uigore floruisset: ut ita nullum prorsus dubium relinquatur, quin etiam deinceps diutissimè ea durauerit ratio ac consuetudo electionis.

Gregorius 9 scribit in suo Decretali de elect. & el. p. ca. Massana, usque ad sua tempora defluxisse hunc morem eligendi: episcopos etiam à Laicis eligi. tametsi ipse eum

sum morem improbare uideatur. Vixit autem ante annos 300.

Eiusdem integra epistola ad archiepiscopum Bremensem, & episcopum Vuerdensem, in quodam Chronico extat: ubi narrat, quendam postulatum esse ad episcopatum Suerinensem, uotis tam cleri quàm populi concurrentibus in eundem, illumq; iubet confirmari. Vnde itidem consuetudo electionis Laicorum apparet.

Scribit etiam Auentinus, adhuc ante annos 300, plebem Ratisbonensem sibi elegisse episcopum. Si itaq; ciues Ratisbonenses, etiam tum temporis adhuc hoc iure usi sunt: prorsus non est dubitandum, etiam alias ciuitates, in quibus fuerunt Cathedræ episcopales, similem potestatem habuisse.

Quare nullum prorsus est dubium, quin electio ante annos 300, & deinceps quoque aliquandiu, à Laicis citra omnem controuersiam sit factitata. Quo uerò tempore Antichristus, unà cum impuris suis sacrificulis, reliquis Christianis, qui Laici uulgò uocantur, hoc ius nefariè ademerit, non equidem habeo quod certò affirmem. Auentinus putat, sub Imperatore Friderico huius nominis secundo, hoc est, intra annos 300 (cum Papa, nulla habita prorsus ratione æquitatis, ipsius Dei & omnis honestatis, pium illum Cæsarem excuteret & opprimeret, testantibus id ferè omnibus historicis) hoc malum primum cœpisse, & ingruisse.

¶ Ostendi itaq; hactenus de plurimarum historiarum & testium sententia, quòd electio inde usq; à Christi temporibus, propè ad hæc nostra (demptis scilicet proximis 250, uel ut plurimùm 300 annis) non tantum ad clericos, sed & ad Laicos pertinuerit, & apud utrosq; simul in usu fuerit. Quocirca etiamnum iurè & meritò, imò & necessariò ita fieri debere, omnes uerè pios firmiter statuere existimo: neq; etiam uideo, quid tandem Papistæ huic sententiæ opponerent. Nam & Scriptura sacra, & patrum monumenta, itemq; Cõcilia, Pontifices & Cæsares, adhæc inueterata quoque ecclesiæ Dei consuetudo seu usus perquàm diuturnus, utpotè qui ultra 1300 annos permansit intemeratus, nostras tuentur in hoc negocio partes: quòd nimirum electio episcoporum planè ad Ecclesiam, hoc est, ad totum cuiusq; loci populũ pertineat. Iam uerò Canonicorum factio, cunctis non solùm Laicis, sed & sacerdotibus prorsus eam potestatem eripuit, sibiq; soli (quæ sanè numero est perexigua) fraudulenter rapuit, præter omne (quod memorauimus) tam diuinũ ius quàm humanũ.

Sæpe multumq; uociferantur Papistæ, maximè uerò ipsorum spirituales, contra nos audiendos esse Patres, Cõcilia, Canones, traditiones Apostolicas, diuturnas cõsuetudines, &c. Egregiè scilicet cùm hac in re, tum in alijs quoq; religionis partibus compluribus, pristinos ritus obseruant. Sed omnino meritò etiam hac in re uetus illa & diuturna consuetudo restituenda esset: ac econtrà detestanda hæc & pernicioſa Papisticæ tyrannidis nouitas, qua uehementer Germaniam oppressit, prorsus abroganda.

Quid igitur impurissimi illi sacrificuli opponerent, præter uiolentam, pessimæq; fidei præscriptionem ducentorum, aut ad summum trecentorum annorum, ex eo quo hac potestate Laicos, spreto Deo, & Ecclesiæ antiquæ usu, omniq; æquitate, exuerunt, non uideo: tametsi & ipsis hæc ipsorum possessio, imò detentio totius aut rapina, sæpe est interpollata. Modò enim Papa uiolenta manu eam ad se rapuit, modò Magistratus, modò etiam Canonici appetiuerunt. Interdum quoq; res est transactionibus composita, ita ut Papa uno ea frueretur semestri, Canonici uerò altero: uerum electiones & postulationes, simul sub prætextu alicuius cõfictæ causæ, irritas faciat, & episcopatum, in quem uult, suo arbitrio transferat, indeq; argentum cudat?

Sed ad infringendam hanc præscriptionem, primùm sciendum est, quòd haud bona fide in huius potestatis possessionem sacrificuli irruperint: sed quemadmodum alioquin Papa, per fas atq; nefas, Cæsares, Reges & Principes, quin & totum Imperium Romanum, & (quod magis est) uniuersum Christianum orbem, sola ui & malignis fabricis ac doctis dolis oppressit, pedib. proculcauit, despoliauit, deglubit, &

instar strigarum exuxit: ita etiam strenuè eum secuti sunt eiusdem farinæ Episcopi, Præsules, Canonici, & reliquũ boni istius Vlysis remigium. sicut testatur amarulentum, crebroq; ab ipsis usurpatum dicterium: Mundus uult uexari aut decipi, ideo uexandus quoq; est, & decipiendus. Vnde animaduerti potest, hanc ipsorum possessionem non iustiore titulo, & fide meliore cœpisse, quàm cum fur aut prædo alteri bona sua suffuratur, aut per uim eripit.

Deinde nec citra contradictionem quidem aliorum, huius potestatis possessione continuarunt, uelut suprà indicatum est: quòd nimirum Papa (sicut & politici tyranni) perpetuò cum ipsis ea de re dimicauerit, & contenderit: quodq; etiam ciues iam intra 300 annos potestatem habuerunt literis & authoritate sua intercedere atq; cõmonefacere, de eo qui ipsis maximè probaretur: idque tum apud Canonicos, tum & apud Papam.

Tertiò: licet Canonici iusto titulo bonaq; fide soli possedissent ius electionis, attamen adeò turpiter ea sunt abusi, eligendo nimirum pueros, aut alioquin homines ad Ecclesiastica & ciuilia munera prorsus ineptos: itemq; aliorum fauorem, aut sanctum denarium, quod dicitur, largitionesque occupando (quemadmodum id non paucis exemplis comprobari potest) ut meritò hæc illis tandem potestas adimeretur, iuxta regulam Iuris: Priuilegio suo qui abutitur, is iure illud amiserit.

Quarto: Nec potest ualere ulla in huiusmodi negocijs præscriptio, quę insurgit cõtra ius diuinum. Iure enim ac meritò uni Deo cedunt omnes homines: & per iusticiã ac uoluntatem ordinationis diuinæ meritò derogatur omnibus alijs legibus & iuribus, siue eæ sint de præscriptionibus, siue de rebus alijs quibuscunq;, quamprimùm scilicet error quispiam hominibus innotescit. Suprà autem demonstratum est, eam potestatem eligendi pastores ac episcopos traditam esse Ecclesię, unà cum clauibus, ab ipso Christo, tanquam dilectæ ipsius sponsæ. Quamobrem nulla hic est prorsus admittenda præscriptio, nec si uel centies mille annos durasset. alioqui enim omnes Idolomaniæ uetustæ, ipseq; Ethnicismus ac Iudaismus, & deniq; Mahometismus recte tolerarentur. Ac in eiusmodi rebus ad religionem spectantibus plurimùm ponderis habet id quod dici solet: *Tausent jar vnrecht, & war nie kein stund recht*: Error annorum centum, nonualet uel momentũ. iuxta regulas: Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit: &, Quod initio uiciosum est, tractu temporis nõ potest conualescere.

Hæ sint itaq;, quas memorauimus, causæ seu fundamenta spiritualia, quæ electionem etiam ad Laicos pertinere euincant. Nunc porrò & politicas quasdam, & cõmunem utilitatem concernentes, attamen & ipsas perquàm graues causas recensebimus: quandoquidem iam tales eliguntur episcopi, præsules & abbates, qui non solùm Ecclesiastico, sed & Politico regimini præficiuntur.

¶ PRIMVM enim, sæpenumero uni Abbati Principi, aut uni Episcopo complures Comites, Barones, nobiles, ciuitates, castella & pagi, imò nonnunquam ceu feudi domino Principes etiam subiecti reperiuntur: & tamen eiusmodi uel Abbas à tribus aut quatuor uix unius æstimandis asis, ac prorsus omnium rerum ignaris monachis: uel Episcopus à sex septem'ue ignauis Canonicis eligitur, quorum industria magis in Bacchi poculis, & Veneris cupidine, alijsq; turpitudinibus, quàm in magni momenti negocijs, siue ea religionem spectent, siue etiam res politicas, ualere conspicitur.

Quo uerò iure, qua'ue æquitate id quæso probari potest, quòd tam pauci inepti atq; futiles, imò & omni genere scelerum perditissimi homunciones, pro libitu suo, toti regioni, totq; proceribus, nobilibus ac ciuitatibus Dominum aliquẽ præficiant?

Estq; in hoc argumento aliquanto diligentius considerandũ, quòd eiusmodi monachi tantam sibi autoritatem ac potestatem arrogantes, perpauci sunt numero, & utplurimùm asinis ipsis rudentibus rudiores, ac in nullis propè bonis rebus aut artibus (excepto interdum uix uno aut altero Canonicorum) exercitati. Item considerandum

tandum & illud, quòd pleriq; eorũ sunt ignobiles, & obscuro genere nati. Item & hoc, quòd cum nec uxores, neq; liberos, alios ue sui generis secum habeant, uerisimile non est, ipsis commune eius regionis bonum curæ esse.

Deniq; considerandum est, quòd interdum Romæ, uel in alia quauis ditione cõmorari soleant: sicut interdum accidit, ut in tribus aut quatuor uel etiam pluribus locis suos opulẽtissimos Canonicatus habeant. Ideo uel pecunia sese expugnari patiuntur, uel alioqui gratificantur magnatibus: uel, prout suus aliquis usus utilitasq; postulat, eligunt pro animi sui libidine, neglecto interim eius loci publico commodo: freti nimirum alijs suis canonicatibus, possessionibus & fundis illis longè potioribus: nec ignari, quàm facilè sese publicis damnis ac periculis, si ibi res malè cedat, subtrahere possint: ut ita admodum crebrò electio fiat à peregrinis, alioq; loco procreatis, alibi etiam habitantibus, ac meliora sibi aliundè pollicentibus: eoq; non admodum curantibus, idoneum ne, an uerò minus, eligant: & sua tantum priuata & remota, non publicum bonum spectantibus.

Econtrà uerò possessor dominij directi, siue is sit Princeps aut Comes, Nobilis aut Consul, siue alioquin ciuis locuples, necessariò dat operam, ut idoneum & prouinciæ suæ utilem eligat. Aliàs enim detrimentum etiam in se, suam coniugem & liberos, suos amicos & facultates ac bona exundaturum. Ad hæc, & loci seu regionis conditiones magis habet perspectas, &c.

SECVNDO': Non minori quoq; cura & hoc perpendendum est, quòd cum hac nostra tempestate Canonici, tum propter genus religionis, tum etiam propter tetras libidines, ac planè beluinam tyrannicamq; uitam, omnibus propè hominibus sint exosi, præsertim bonis, & honestatem amplectentibus, eoq; ferè in multiplici discrimine uersentur: quòd inquam illi uicissim mutua odia atq; inimicitias aduersus incolas episcopatuum suscipiant & alant: maximeq; id studio habent, ut tales eligant Abbates & Episcopos, qui ipsis tantum possint esse commodi, toti uerò prouinciæ prorsus aduersi.

Quare electi arctissimè sese illis pactionibus, fideiussionibus, & sacrosanctis etiam iuramentis obstringere coguntur, quòd omnia ad ipsorum libitum agere & administrare uelint: nec solùm eos in tanta uitæ spurcicie, immanitateq; & impietate contra quemuis tuendo ac defendendo, sed uniuersos quoq; subditos ad idolomanias quasuis cogendo, uel alioqui præter æquitatem ac iusticiæ normam regendo, aut potius excarnificando & premendo: cum omni iure tales electores non suum priuatum commodum, sed publicũ totius prouinciæ bonũ in eligendo spectare deberent.

Quo ergo iure tota aliqua regio electionem gubernatoris, & quidem pastoris animarum suarum, infensissimis suis hostibus concrederet? Certè ista immanis tyrannis nec Turcis quidem aut Scythis probari unquam posset. Quapropter, tametsi alioqui rectum, æquum ac utile esset, tam paucos, nihiliq; homines tantam usurpare potestatem: tamen extrema nunc flagitat necessitas, ut conditiones tum temporum tum personarum aliquanto exactius perspiciantur, teterq; hic abusus è medio tollatur. Nam (si uerum fateri licet) eligendi facultas, cõstituendiq; regioni alicui Dominum, nunc penes admodũ paucos, eosq; regionis eius capitales & atrocissimos hostes, ut antè demonstratum est, consistit.

TERTIO': Res quoq; ipsa ita geritur, ut quandoquidem egregij illi electores, tres nimirum, aut ad summum quatuor monachi, itemque sex uel septem Canonici, plerunque sunt de grege Pontificio, nunquam uerè pium ac Euangelicæ sinceritatis studiosum Principem aut Dominum designent, uel ut maximè sic res aliqua cadat, omnibus tamen uiribus eum cogant, ut reclamante sua ipsius conscientia, sceleratam ipsorum uitam & idololatriam comprobet: quin & iureiurando promittat, se omnia ipsorum uota ac cupiditates omni studio ac cura uelle tolerare ac promouere, deniq; & semetipsum contra conscientiam impuro cœlibatui dedere.

Adde, quòd & alio magis horribili iuramento, agnito Antichristo Romano cogatur

tur sese, in contumeliam prorsus Domini sui IESV Christi, & uerbi eius sacrosancti obstringere. Quod quidem iusiurandum & pactum Pontificium, ingens damnum, atq; adeò præsens exitium toti Imperio Romano ac inclytæ Germaniæ affert. Semper enim fuit Papa infensissimus Germanorum hostis, ac modò huic, modò illi ipsorum hosti sese socium adiunxit, uel ipsos etiam plerunq; ciuilibus bellis in mutuam perniciem commiscuit: atq; ita ministerio & opera suorum coniuratorum omnis generis flagitijs atque cædibus innumeris Germaniam contaminauit & peruastauit, maximè his sexcentis iam annis: quibus Papa propriè Antichristus fuit, & re ipsa talem sese præstitit.

QVARTO, & ultimo: id quoque summopere cogitandum est, quod certè nulla uel æquitatis aut iuris specie unquam probari potest: quòd nimirum, uti suprà est indicatum, tribus aut quatuor uilissimis monachis, itemq; sex septem 'ue impurissimis Canonicis permittatur, tam augusta potestas eligendi Principem, aut attribuendi Electorē toti Imperio, qui reliquis Principibus, Electoribus, Regibus atq; Cæsaribus assideat, omniumq; regni secretorum simul sit conscius, &c.

Solent etiam aliquando uel molitoris cuiuspiam, aut holitoris filium eligere: ueluti nunc quendam notum, qui turpissimè antea se gesit, & sciens ac uolens periurium admisit, sanctè promittens se profecturum uel in Africam aut Asiam, uel Tyrum uersus aut Sidonem, & nescio quò, ibiq; homines Christianam doctrinam docturū, eosq; conuersurum esse. quod tamen tali impostori nunquam, ne per somnium quidem uenit in mentem.

Eiusmodi inquam hominem, non solùm à nobilitate generis, sed etiam à communi honestate remotissimum, quin & periurio contaminatissimum, manipulus illetrium, quatuor, sex, septem 'ue helluonum & libidinosissimorum sacrificulorū, Principem creare solet, aut etiam Imperij Romani Electorem, uel inuitis ac inscijs omnibus Imperij Principibus & proceribus: quæ certè res nequaquam est nobilissimæ Germanorum genti, præsertim in religionis ueræ luce, diutius toleranda.

Estq; hoc in loco id quoq; non minus attenta mente dispiciendum, quòd hac nostra ætate inclyta Germania tota uireat numero ac flore nobilissimorum Principum atq; Comitum: qui tametsi ad gubernacula Reip. sint maximè idonei, nec non & celebritate uetustateq; generis commendatissimi: tamen uel propter familiæ suæ amplitudinem, uel etiam propter alias quasdam res aduersas, minus diffusa habent territoria, eoq; contractius quàm alioqui dignitas & augusta Principum conditio requirebat, agere coguntur. Hi inquam, ab eiusmodi præclaris Electoribus turpiter plerunq; negliguntur atq; contemnuntur.

Quo fit, ut uel sordidius priuatam uitam degere, uel etiam aliorum, atq; adeò exterorum potentum aulas, quacunq; tandem etiam licet ratione, penè seruiliter secta ri habeant necesse: cum tamen ipsorum maiores non parum pecuniæ aut regionum ad eiusmodi episcopatus & monasteria constituenda cōportauerint, contulerintq;: labefactantes interim ea ratione suam ipsorum posteritatem, & reditus suos non parum imminuentes.

Taceo iam, quòd talium Heroum opera, consilioq;, qui multo rectius episcopatibus præessent, amplissimæ regiones carere cogūtur, quodq; contrà peregrini reges ac principes eos sibi obstrictos habent.

Has causas, licet politicas, tamen & ipsas longè grauissimas, quemadmodum & superiores illas, altius perpendent, maiori doctrina atq; prudentia instructi, præsertim aūt Principes, & alij illustri genere nati. neq; enim ullū mihi dubiū est, quin totū hoc negocium ex sacris literis, iure Ciuili Canonicoq;, Cōcilijs & historijs splēdidè declarari, magnificeq; corroborari, imò & aliunde compluribus in huius sententiæ demonstrationem congestis testimonijs ac fundamentis stabiliri possit.

Extat porrò celeberrima in utroq; Iure regula: Quod omnium interest, ab omnibus approbari debet. Quæ regula si usquam alibi, certè plurimum in Romano Imperio pon-

tio ponderis habere debet, in quo nimirũ tot principes, tot proceres, tot urbes, quasi mutua quadam coniunctione, ueluti plurima unius corporis membra, sub uno capite Cæsare constituta simul agunt, in medium sua conferunt consilia, opes & gubernationem illius adiuuant: ubi etiam nullum penitus nunc locum habet seruitus aliqua ac tyrannis, truculentiaq; Cyclopica, Scythica aut Turcica.

Maximè uerò tam æquabilis lex in Ecclesia Dei, rebusq; ad Religionem pertinentibus ualere debebat: ubi minimè omnium barbaries, tyrannis ac immanitas admitti aut tolerari debet: idq; uel maximè hanc ob causam, quòd uniuersi Dei filij, uniusq; corporis Christi membra, & quoad religionem, perinde liberi sumus.

Cum hac regula quoq; conueniunt illa fundamenta & causæ, quæ suprà in recitatis à nobis tum ipsorum pontificum, tum ex ipsorum Pontificalibus descriptis textibus fuerunt agitatæ & adhibitæ, cuiusmodi uidelicet sunt: Ab omnibus eligi debet, cui omnes obedire debent: Commune est periculum nauigio uehendis & nauclero, ideo etiam in commune debent consilia conferre. De omnium enim æterno exitio aut salute agitur, dum episcopus aut pastor gregis Domini quæritur.

¶ Hæc, quod Deus nouit, bono, simplici ac pio studio significare uolui. primùm quidem, ut Deo parêrem: deinde, ut ueritatem illustrarem: ac deniq;, ut si quis fortè heros Germanicus, aut etiam plures cultores ueritatis publiciq; boni amantes, permouerentur hac tenui commonefactione, propter gloriam nominis diuini, & communem omnium salutem, ad huius negocij patrocinium alacriter suscipiendum: illudq; cùm in publicis Imperij Comitijs, tum alibi, flagitante nimirum id summa omnium prouinciarum necessitudine, promouendum.

Neq; uerò quidquam addubito, quin si res isthæc seriò & coniunctis ageretur uiribus, in Comitijs Imperialibus obtineri possit, ut electio Laicis, quam & olim optimo iure habuerunt, restitueretur. Quod si uerò non prorsus, sed aliqua duntaxat ex parte id obtineri posset: futurum tamen esset, ut id quoq; ingens commodum toti regioni ac Ecclesiæ Dei afferret.

Primùm enim hac ratione tetra & horribilis Antichristi idololatria penè funditùs aboleretur. Nam hoc pacto unà cum electione & Papæ confirmatio, & tot nefanda periuria ac impiæ obligationes ruerent & collaberentur. Quem enim tota prouincia eligeret, eum etiam inuito & fremente Pontifice retineret ac foueret, deriuata tamen confirmatione ad totum Romanum Imperium.

Deinde, hoc uelut medio quodam, cùm Imperium ipsum, tum & Germania penitus à tyrannide Papistica exolueretur ac liberaretur. Nec esset opus toties petere Romam, Antichristo adulari & iurare, itaq; nephariè prorsus se illi obstringere: neque etiam necesse esset tantam uim pecuniæ illi alijsq; exteris, eiusq; impurissimis ministris obtrudere, atq; ita dulcissimam patriam eneruare, & præsidijs omnibus exuere.

Tertiò & ultimò, quandoquidem plerunque Laici bonis & pijs Principibus faueresolent, proculdubiò maximè eos eligerent, qui futuri essent pij & salutares gubernatores.

OMNIPOTENS, æternus Deus, clementer afflictissimam suam Ecclesiam ab Antichristi tum spirituali tum corporali tyrannide liberet, propter filium suum dilectum: Amen.

ARGVMENTVM LIBELli sequentis.

Hildebrãdus ille, de quo ex historia Bennonis superius plura scribũtur, Cluniacensis sectæ monachus, demũ artib. suis, post annũ Christi M.L XXIII. *Pontificatũ Romanũ obtinuerat sub Gregorij septimi nomine: nullo tamen Romani Imperatoris, qui tũc Henrichus quartus erat cõsensu accedente. Quod quidẽ ut contra ritus sacrosanctæ Catholicæ Ecclesiæ esset, atq; iuribus authoritatiq; Imperij multum derogare uideretur, sic Reip. maximam calamitatem peperit. Statim enim quibusdam Symoniacæ hæresis, quæsitis calumnijs, Principibus Romanis potestatem conferendi Ecclesiastica officia eripere tentabat: quam Imperatores ab eo tẽpore quo in Germania Christus prædicari cœperat, habuerant integrã. Papa aũt causæ ca-*

put ab ipso Imperatore inchoans, omnia miscebat: cum bellis occupatus Augustus, initijs obstare non posset: atq; Concilijs, quæ Papa hinc inde indicebat, consultò interesse nollet. Hinc in ipsum insidiæ struebantur, adeò ut & de uita periclitaretur. Quibus non succedentibus, aperta ui graßabatur in Imperatorē animosus Pontifex, ac summißis inauguratisq; demum tyrannis supplicem sibi reddit. Tandem deuictis tyrannis, & Hildeprandum ipsum solio deijcit Augustus. cuius tamen uictoria tanta non fuit, quo minus Victor et Vrbanus, insequentes duo Pontifices eo etiam inuito Romanam sedem ascenderent: Clemente, quem ipse ad eandem dignitatem intulißet, excluso. A' Paschali deinde exagitatus Imperator: atq; ab Henricho v. filio, quem Pontifex instigauerat, & imperio & uita spoliatus, dum Pontifex odio adhuc flagrans, inuestiendi episcoporum ius Imperatoribus nititur extorquere. quapropter uariæ de hac re hinc inde habentur consultationes, diuersis in locis congregantur Concilia, doctorumq; uirorum ingenia serijs disputationibus exercentur. inter quos Vualtramus hic, Naumburgensis episcopus, hunc quem damus Libellum exarauit. Pontifex autem ambitiosißimus, qui authoritatem suā omnibus modis amplificare studebat, multorum confirmauit: cuius confirmationis exempla apud Marianū Scotū, Nauclerum, atq; alijs permultis in historijs extant. Statim uerò post discessum Imperatoris, Pontifex retractauit quod concesserat, Privilegium nominans, quod scripto ediderat: quanquam morte præuentus, quod moliretur exequi, atq; ipsius successor Gelasius dignitatem, quam inconsulto Imperatore inuaserat, retinere non posset. Atqui Calixtus, qui ex Burgundiaca familia Papa effectus, minis, dirisq; abstentionibus, inuisum omnibus Imperatorem reddidit: & ita terruit, ac nescio quo consanguinitatis uinculo eneruauit, ut maximo, ac adhuc nunquam deleto Germaniæ ac Imperij totius dedecore, ius inuestiendi Pontificis condonaret, idq; apud Vuormaciam ad Rhenum in campo quodam spaciosißimo proclamare iuberet. Literis insuper conscriptis & obsignatis, quas Pontificij postea Romæ in uictoriæ signum, & triumphatæ Germaniæ testimonium publicè in æde Apostoli Petri suspenderunt.

DE EPISCOPORVM INVESTITVRA PER IMPERATORES FACIENDA, VVALTHRAMI

Episcopi Naumburgensis Libellus, ex antiquo membranaceo Codice bona fide descriptus.

LEo Constantini filius, imperauit annis quinq; in regno Græcorum & Romanorum. Post quem uxor eius Hyrene, filia Caiani Auarum, id est Hunorum regis, cum filio suo Constantino imperauit annis decem: uerùm Constantinus matrem suam Hyrenen imperio priuauit, solusq; annis sex imperauit. Hyrene autem super erepto sibi imperio, fœmineo dolore abusa, Constantinum filium suum oculis & imperio priuauit, & sola annis sex imperauit. Romani autem, qui ab Imperatore Constantinopolitano iam animo desciuerant, propter tardum & infructuosum illius auxilium contra Tyrannos, acceptā occasionis opportunitate, quia mulier, excæcato Imperatore Constantino filio suo, imperabat, uno omnium consensu Carolo Magno Imperatoriās laudes acclamauerunt, eumq; per manus Leonis Papę coronauerunt, Cæsarem & Augustum appellantes. Igitur ex quo Byzantium Thraciæ ciuitas, à primo Constantino in nouam amplificata, & in regiam urbem est exaltata, euolutis annis circiter CCCCLXVIII: diuiso à Cōstantinopoli Romano imperio, Carolus Magnus rex Francorum primus imperauit Romanis annos XIII. Ex tunc à Græcis in reges Francorum translata est Imperatoria dignitas: & Adrianus Papa, collaudantibus Romanis & plena synodo, primatum archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, ducum & principum acclamatione, Carolo Magno, eiusq; successoribus futuris Imperatoribus, sub anathemate concesit patriciatum Romanum: & per se uel per nūcios confirmationem in electione, & in consecratione Romani pontificis concesit, & inuestituras episcoporum eis determinauit, ut non consecretur episcopus qui per Regem & Imperatorem nō introierit purè & integrè: exceptis, quos papa Romanus inuestire & consecrare debet ex antiquo dono Regum & Imperatorū, cum alijs quæ uocantur Regalia, id est à Regibus & Imperaroribus pontificibus Romanis data, in fundis

fundis & reditibus. In hac conceſsione continentur regales Abbatiæ, Præpoſituræ. Ex hoc cõſtituto, Carolus Magnus Aiſtulfum, Deſiderium, alioſq; reges & tyrannos, bello, cæde & exilio deleuit, qui fundos & bona eccleſiæ Romanæ, aliarumq; Eccleſiarum inuaſerant, omnia reddens libertati. Alij Reges & Imperatores ſucceſſores Caroli magni, defenſionem Romanæ eccleſiæ, & aliarum Eccleſiarum timore Dei & charitate S. Petri deuotè proſequuti ſunt, inueſtituras epiſcoporum facientes, eorũ conſecrationibus per ſe & per nuncios ſuos aſsiſtentes, iuxta quod Paulus apoſtolus ait ad Corinthios: Non quod primum ſpirituale, ſed quod animale, deinde ſpirituale. Magnus etiam Gregorius, Theodorico & Theodeberto, & Brummihildi ſcribit, ut abſq; Symonia inueſtituras epiſcoporũ faciant. Hic etiam primus Gregorius non eſt conſecratus, donec Mauritij Imperatoris interfuit aſſenſus. Ioannes Papa inueſtituram Leodicenſis epiſcopatus, quam Carolus rex fecerat, Richario Prumien ſi abbati planè confirmat, & inuaſionem Hilduuini per Giſilbertum Comitem de Capremonte ſub anathemate damnat. Papa Leo primo Otthoni, alijq; plures pontifices Romani idem confirmauerunt ſub anathemate Regibus & Imperatoribus. Vnde mirum eſt, imò periculoſum in ſalutem animarum, quòd ea quæ ſancti anteceſſores ex magna neceſsitate, & patenti ratione ſub anathemate confirmauerunt à tempore Gregorij, qui & Hiltiprandus, ſub abſolutione immutantur. Qui à primo Conſtantino, quem Siluester baptizauit, geſta & decreta reuoluerit, patenter inueniet, quòd per Reges & Imperatores, & deuotos Laicos, Romana eccleſia, aliæq; in orbe terrarum eccleſiæ, in fundis & mobilibus ditatæ & exaltatæ ſunt, ſibiq; tutelas & defenſiones contra tyrannos & raptores retinuerunt, ut gladius Regalis & ſtola Petri ſibi inuicem ſubueniant, quaſi duo Cherubin conuerſis uultibus, reſpicientia in Propitiatorium. Romani Pontifices, alijq; præſules, de fundis & rebus perdeuotos Laicos & Laicas adquiſitis, & à ſeculari poteſtate confirmatis, ſtruxerunt & ornauerunt Eccleſias: & à quibus acceperunt gratiam, non debent inferre contumeliam: & ſi de inueſturis peccauerũt, exemplo primi Georgij exhibeantur. Quod Paulus dicit: Argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Hieronymus in epiſtolis ſuis dicit: Quadringentos epiſcopos Imperiales literæ ad Synodum contraxerunt. In hoc uirtus Imperialis egit, quod excommunicatio Pontificis agere nõ potuit, ut ſine captione, ſine damnatione, ſine contumelia, tot epiſcopi ierunt & redierunt. Ex communicatio enim quãto intelligitur & timetur, tanto cauendo uitatur: & punitio corporalis in uita, uel in membris, in rebus uel in fundis, plures reſipiſcere facit ex iuſticia regali. Domino autem Pontifici ſummoperè cauendũ eſt ex medulla Scripturarum, ne quando liget in terris, quæ Deus ſoluat in cœlis: & quando ſoluit in terris, Deus liget in cœlis. Hoc euenit ex illa gloria prælationis, nimijsq; motibus animorũ, quando ſuccedentes Pontifices præcedentium Pontificum decreta & excommunicationes immutant & ſoluunt. Vnde cum Dominus IESVS, ipſa ueritas, dicat: Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: mirum eſt, & periculoſum in Chriſti puſillos, quòd antiqua conſtituta ſub anathemate confirmata, nouis immutationibus ſoluunt, & inde nolunt reprehendi, obijcientes: Romana iudicia non ſunt retractanda. Si Romana iudicia non ſunt retractanda, non uidetur puſillis Chriſti canonicum & ſalubre, ut à tempore Gregorij (qui & Hildeprandus) ea ſoluantur, quæ ſub anathemate confirmauerunt Siluester, Leo, Adrianus, primus Gregorius, Leo, Benedictus, erga Reges & Imperatores, de inueſtiendis epiſcopis per illos: à quibus, & etiam à deuotis Laicis & fœminis, fundi & alia mobilia, Eccleſijs omni in orbe terrarum prouenerunt, ſibiq; tutelas & defenſiones rerum Eccleſiaſticarum retinuerunt contra tyrannos & raptores. Si in ſucceſsione quiſq; ſoluit, quod prædeceſſio ſub anathemate confirmauit: ecce oritur confuſio puſillis Chriſti, cui parti potius aſſentiendum ſit, antiquæ an nouæ. Pars antiqua in paupertate mediocri & honeſta arguit, obſecrauit in patientia & doctrina, & parcendo iuſticię maiores & inferiores perſonas ad correctionem adduxit. Noua autem pars ex uotis fidelium inſoleſcens,

ſub ſpecie religionis omnia trahit ad ſe manibus expanſis, cum Dominus dicat: Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris: & Deo, quæ ſunt Dei. Gregorius, Auguſtinus, Ambroſius teſtantur, ea quæ ſunt data Eccleſijs à ſeculari poteſtate, & confirmata, potius à ſeculari poteſtate retinenda. Legitur etiam de epiſcopis Hiſpaniæ, Scotiæ, Angliæ, Vngariæ, quomodo ex antiqua inſtitutione, uſque ad modernam nouitatem, per Reges introierint cum pace temporalium purè & integrè. Qui pacificè ſollicitus eſt, reuoluat uitas patrum, & hiſtorias legat, & intelligat. Sed epiſcopatus qui ſub Romano degunt imperio, maioribus fundis, & ampliorib, uigent iuſticijs: & ideo propter maius ſcandalum, à ſtola Petri diſcretius tractandi ſunt. quia nõ omnes ſunt Petrus, qui tenent ſedem Petri. Sic Scribę & Phariſæi, qui ſederunt ſuper cathedram Moyſi, non omnes fuerunt Moyſes. Elatio enim ex prælatione, & indiſcretio ex correctione, pariunt ſcandalum in confuſionem. & fit manifeſtè illud, quod Dominus in Euangelio dicit: Vos Scribæ & Phariſæi, circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proſelytum: & cum inueneritis, faciatis filium Gehennę duplo quàm uos. Longè etiam ante decretum Adriani Papæ, eiusq; ſucceſſorum, Reges qui non erant uncti, & maiores domus, inueſtituras epiſcoporum fecerunt: ſcilicet Dagobertus, Sigibertus, Theodericus, Hildricus, Pipinus filius Beggæ maior domus, Theodebertus. Ab his inthronizati ſunt, Remaclus, Amandus, Audomarus, Autpertus, Eligius, Lampertus, alijq; ſanctiſsimi præſules: cum Reges iſti in moribus ſuis ſatis fuerint notabiles, & ſolo nomine Regum per maiores domus uiuebant. Poſtquam autem Romani, ingruentibus uicinis & grauibus bellis, deſciuerunt à Græcis Imperatoribus, ex cauſis ſupradictis: Papa Stephanus ob infeſtationę Longobardorum uenit Pariſios, & aſſenſu Romanorũ & Frãcorum in Regem & Imperatorem unxit Pipinum, filium Caroli Martelli, nati ex Alpaide: propter quam ex pellicatu increpatam, Pontifex Lampertus martyr factus eſt. Vnxit etiam idem Pontifex Stephanus, filios eiuſdem Pipini, Carolum qui agnominatus eſt Magnus, & Carolomannum fratrem eius, confirmans ſtirpem illorum in Regia & in Imperatoria dignitate. Ibi de inueſtiendis epiſcopis per Reges, antiquam conſuetudinem confirmauit. Ex horũ collectione purè & integrè ſeruãda eſt antiqua conſtitutio, ne puſilli Chriſti ſcandalizentur. Nil enim refert, ſiue uerbo, ſiue prȩcepto, ſiue baculo, ſiue alia re quã in manu tenuerit, inueſtiat aut inthronizet Rex & Imperator epiſcopum: qui die conſecrationis ueniens, annulum & baculum ponit ſuper altare, & in curam paſtoralem * ſingula ſuſcipit à ſtola & ab auctoritate ſancti Petri. Sed congruum magis eſt, per baculum, qui eſt duplex, id eſt temporalis & ſpiritualis. Operarius enim in ſeminandis ſpiritualibus dignus eſt mercede ſua, non accipiendis temporalibus, iuxta quod Paulus ait: Si ſpiritualia uobis ſeminamus, non eſt magnum ſi carnalia, id eſt temporalia à uobis metamus. Præcedens inueſtitura per Regem in fundis & rebus Eccleſiæ contra tyrannos & raptores, quieta & pacifica reddit omnia. Sequitur autem Conſecratio, ut bannus epiſcopalis banno Regali conueniens, in commu nem ſalutem operetur: & ſi epiſcopis faciendum eſt regibus hominium, & ſacramentum de regalibus, apertius eſt ante conſecrationem, cum Paulus apoſtolus dicat: Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. Omnia diuina & Eccleſiaſtica per magiſtros Eccleſiarũ ad pacem & quietem puſillorũ Chriſti tendere debent. Legitur etiã in libris Regum & Machabęorum, quòd à regibus Iudæis & gentilibus ſacerdotes inueſtituras acceperunt, etiam in Iudaiſmo. A Petro uſque ad Silueſtrum, qui Conſtantinum baptizauit, Imperatores Romani erant Gentiles, & Chriſtianorum perſecutores: & in fundis & rebus Eccleſiaſticis pauperes erant Eccleſiæ: & à timoratis Chriſtianis, qui tunc pauci erant, Romæ & alibi cõſtituebantur epiſcopi. Poſtquã aũt à Syluſtro per Chriſtianos Reges & Imperatores dotatę, ditatæ & exaltatæ ſunt Eccleſiæ in fundis, & alijs mobilibus: & iura ciuitatum in teloneis, monetis, uillicis & ſcabinis, comitatibus, aduocatijs, ſynodalibus bannis per Reges delegata ſunt epiſcopis: congruum fuit & conſequens, ut Rex qui eſt unus in populo, & caput populi, in

* *ſigna*

inuestiat,& inthronizet episcopum,& contra irruptionem hostium sciat cui ciuitatem suam credat,cum ius suũ in donum illorum transtulerit. Primus Gregorius conqueritur dolendo,de quodam episcopo, qui adeò pauper erat, ut de episcopatu suo contra frigus hyemalem uestem habere non posset.A' tali episcopo, forsitan sancto, non erat Regi necessarium exigere hominium,sacramentum,obsides.Ex hoc, prout sunt consuetudines in regnis per orbem terrarum,de episcopis inuestiendis seruanda sunt antiqua iura.Sicut enim primus Gregorius dicit:Si uoluissem,inquit, hodie gẽs Longobardorum nec Regem nec Duces haberet: & quia Dominum timui,in alicuius sanguinem me miscere nolui. Ita successores ipsius Gregorij cauere debent scandalum,ne contristent nouiter Reges in suis antiquis iuribus, per quorum antecessores caput & membra exaltata & confirmata sunt: sed iuxta Paulum à Pontifice Romano & Regibus omnia fiant in charitate & humilitate,remotis superbia & contentione. Quapropter apud Pontifices & Reges fiant Ecclesiastica purè & integrè, quia Dominus IESVS dicit:Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucerna erit:id est, si intentio bona est, & opus bonum est. Si Romani Pontifices intendunt Regibus auferre antiqua iura de inuestiendis episcopis:timent, dubitant, dolent pusilli Christi. Reges si in episcoporum inuestituris excesserint,possunt à timoratis uiris & Pontifice Romano argui,& ad rectam correctionis lineam reduci.Si autem in promotione & consecratione episcoporum Pontifex Romanus exorbitauerit,& sub uerbo summæ prælationis ad uoluntatem suam egerit,non uult ut reprehendatur:cum Dominus Iesus se reprehendi cõcesserit, dicens:Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo. Isti autem:Summus(inquiunt) Pontifex à nemine iudicetur. Et si abilla summa auctoritate sub specie religionis introducuntur personæ cõtra oculos Dei,ecce periculũ & in capite & in mẽbris: id est,qui scienter operãtur,& scienter cooperantur.Vnde Dominus IESVS hypocrisin, & auaritiam, & cupiditatem sacerdotum in Euangelijs super omnia arguit,uocans illos sepulchra dealbata: & peccatum mulieris adulteræ misericorditer susçipit: & tria genera eunuchorum humanè definit,pro se & pro Petro tributũ soluit,Regibus iubet debita reddi. Petrus, Paulus, alijque in orbe terrarum uiri sanctissimi concedunt in sententiã Domini IESV, qui omnib. dixit: Beati pacifici,quoniã regnũ Dei possidebunt. Sunt autem Pacifici, qui ex contentione,arrogantia,cupiditate, ex nimijs motibus animorum, non mouentur, non inueniunt commutationes contra antiqua iura propter pacem constituta,maximè propter potestates superiores, in quorum pace (iuxta Paulum) tranquillam uitam agere debemus. Notandum est autem,Pontificibus Romanis & eorum ciuibus,quando orta fuerat diuisio in electione Pontificum, & in communione ciuium,non est pax restituta nisi per Græcos Imperatores, quandiu imperium ibi fuit:& per Francos Imperatores, ex quo imperium Romanorum datum est eis.Et quidam Græci Imperatores Christiani,quosdam Romanos Pontifices,uiros sanctissimos,usque ad exilium & mortem immisericorditer tractauerũt: sicut legitur de Agapito,& de Ioanne:Imperatores autem ex Francis, honestè & piè deduxerunt,sicut legitur de Stephano,& de Leone excæcato. De diuisione cleri & populi in electione Romani Pontificis,comprehensa per Honorium Augustum, ex Græcis ita legitur:Bonifacius XL.Romanæ præsedit Ecclesiæ. Contra hunc Bonifacium ordinato Eulalio,& per hoc dissidente Ecclesia, ambo iussu Honorij Augusti, urbe egrediuntur.& sic reprobato Eulalio,iussu Augusti,Bonifacius,quia prior ordinatus fuerat,sedi Apostolicæ restituitur. De diuisione Romanorum ciuium in electione pontificum per Imperatores ex Francis adnihilata', ita legitur : Otto primus Ioannem,quem Adalbertus Papam constituerat,iudicio Canonico deponi fecit, & Leonem ordinari fecit. & iste Ioannes se cum uxore cuiusdam oblectans, à diabolo percussus est,ac sine uiatico mortuus.Post reditum Ottonis, Romani ex ambitione quendam Benedictum superposuerunt.Imperator rediens,obsessa Roma,Romanos tæde & fame adeò afflixit,ut Leonem Papam se recepturos promitterent, & iurarent.

rent. Benedictus reiectus non solùm Papatu, sed etiam sacerdotio, à Leone exordi-
natur. Idem Benedictus symoniacè Papatu Romano inuaso, cum esset rudis litera-
rum, alterum ad uices Ecclesiastici officij exequendas, secum Papam consecrari fe-
cit. Quod cum multis non placeret, tertius superducitur, qui uices duorum expleret
Romæ. Vno itaq; contra duos, & duob. cõtra unũ de Papatu altercantibus, rex Hen-
ricus filius Chonradi, cõtra eos Romam uadit: & eis Canonica & Imperiali censura
depositis, Suuiggerus Babenbergensis episcopus, qui & Clemens, Romanę Ecclesię
CXLVI præsedit: & ab eo rex Henricus ad Imperatorem benedictus est, iurantibus
Romanis, se sine eius consensu, eiusq; successorum, nunquam Papam electuros. Igi-
tur hæc scandala grauia pastores animarum cauere debent, coram Deo, in uera sim-
plicitate, propter pusillos. Ex quo Imperium Romanorũ Carolo Magno acclama
tum est, sunt anni trecenti & unum. est autem annus præsens, Millesimus cente-
simus nonus, quando ultimum Pascha fuit ab
incarnatione Domini, secundum
Cyclum Dionysij.

FINIS.

BASILEAE, EX OFFICINA IO-
ANNIS OPORINI, ANNO SALV-
tis humanæ M. D. LXII. Men-
se Martio.

OCN 19864844